


Biblioteca Unversitaria
GRANADA
Sala: A
Estante: 15
Titulo: [illegible]
Numero: 268

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 7
Numero: 402

~~3-a-6-2~~



11-268

3-6-155

3-6-2


7 400 40  
MADE IN SPAIN

*Del Collegio de la Compañia de Jhu X Granada*  
12-5053

ALFONSI  
**SALMERONIS**  
TOLETANI,  
SOCIETATIS IESV  
THEOLOGI, *M. Gelsorum*

COMMENTARII IN EVANGELICAM HI-  
storiam, & in Acta Apostolorum, in duodecim tomos distributi.


TOMVS DVODECIMVS,  
DE ECCLESIAE NASCENTIS EXOR-  
DIIS, IN ACTA APOSTOLORVM.



Anno

1601.

CVM PRIVILEGIO.  
Madriti, Apud Ludouicum Sanchez.



LICENCIA

**P**edro Zapata del Marmol escriuano de Camara del Rey nuestro señor, de los que en el nuestro Consejo residen, doy fe que en el día de hoy se presentó ante los señores del dicho Consejo por Christoual Lopez de la Compañia de Iesus, el duodécimo tomo de las obras que escribió el Maestro Alonso Salmerón de la misma Compañia, intitulado *In Acta Apostolorum*, con licencia de los dichos señores auia impreso, tasaron a tres maravedis cada pliego del dicho libro tiene docientos y quatro pliegos, que conforme a la dicha tasa viene a montar cada volumen en papel seiscientos y doze maravedis. Y al dicho precio mandaron se venda, y no a mas: y que esta tasa se poga al principio de cada vno de los dichos libros. Y para que dello conste de pedimiento del dicho Christoual Lopez de la presente, que es fecha en la ciudad de Valladolid a veynete dias del mes de Diciembre de mil y seiscientos.

YO EL REY

Por mandado del Rey nuestro señor

Don Luis de Salazar

TASSA

**Y** Pedro Zapata del Marmol escriuano de Camara del Rey nuestro señor, de los que en el nuestro Consejo residen, doy fe que auia sido presentado ante los señores del dicho Consejo por Christoual Lopez de la Compañia de Iesus, el duodécimo tomo de las obras que escribió el Maestro Alonso Salmerón de la misma Compañia, intitulado *In Acta Apostolorum*, con licencia de los dichos señores auia impreso, tasaron a tres maravedis cada pliego del dicho libro tiene docientos y quatro pliegos, que conforme a la dicha tasa viene a montar cada volumen en papel seiscientos y doze maravedis. Y al dicho precio mandaron se venda, y no a mas: y que esta tasa se poga al principio de cada vno de los dichos libros. Y para que dello conste de pedimiento del dicho Christoual Lopez de la presente, que es fecha en la ciudad de Valladolid a veynete dias del mes de Nouiembre de 1601. años.

Pedro Zapata del Marmol.

## Licencia del Visitador.

**S**tephanus de Hojeda, Visitador Societatis Iesu in prouincia Toletana, potestate ad id mihi facta à reuerendo admodum Patre Claudio Aquauia, Praeposito nostro Generali, facultatem concedo, vt duodecimus tomus, *Qui Acta Apostolorum comprehendit*, quem composuit Pater Alfonso Salmerton, vnus de primis Patribus Societatis Iesu, typis maderetur, quia iam discussus est, & approbatus à viris doctis, & grauius nostrae Societatis. In cuius rei fidē has literas dedi, meo nomine subscriptas, & mei officij sigillo munitas. Madriti Nonis Nouembris. 1600.

Stephanus de Hojeda.

## Aprouacion.

**S**apientissimi Patris Alfonso Salmertonis de Societate Iesu Theologi eruditissimi duodecimum tomum in Acta Apostolorum inscriptum, supremi Senatus Regij iussu diligenter euoluimus, & iterum atque iterum magna animi voluptate perlegimus, verborum elegantiam, dicendi grauitatem, perspicuitatem ingenij, doctrinae soliditatem, Catholicorum animis confirmandis, & haereticorum arguendis refellendis appositissimam, sermonis puritatem, lepore ac venustate ornatissimam admiratus: in eo nihil Catholicae Fidei aduersum, vel sanctae Ecclesiae moribus dissentaneum animaduertimus, sed omnia sanctorum Patrum sensui, & Scholasticorum doctrinae esse conformia, & bonum Christi odorem spirantia: videturque non solum Veterum, ac recentiorum operam imitatus, sed etiam seipsum noster Alfonso superasse. Dignum igitur iudicio, qui in sacra Theologia studiosorum vtilitatem in lucē prodeat, typisque mandetur. Datis Madriti in nostro almo Deiparae de Mercede redemptionis captiuorum Cenobio, pridie Kalendas Decembris. 1600.

Fr. Ioannes Temporal, Diffinitor Generalis.

## Errata.


**P**agina. 9. col. 3. 39. etiam, dicat *Etiam*. 16. 2. 3. hun, hunc. 43. 2. 37. commemorauit, commemorauit. 49. 2. 26. omnia, omnia. 52. 1. 21. Achilli, Achillis. 110. 1. 16. ponderuit, ponderauit. 124. 1. 27. persecuone, persecuone. 133. 1. 32. abiquando, aliquando. 157. 1. 35. pretia-ta, pretia. 181. 2. 45. secundism, secundum. 267. 1. 39. Baptizant, Baptizati. 279. agebatur, augebatur. 293. 2. 27. tillis, tulit. 252. 2. 48. ornatio, ordinatio. 310. 2. 9. creatura, creatura. 315. 1. 15. prohibendum, probandum. 2. 15. excacatus, excitatus. 316. 2. 44. accommodet, accommodet. 386. 2. 25. oscitandus, oscitandus. 399. 2. 53. venerarent, venerarentur. 417. 2. 21. poterat, poterat. 427. 2. legem, gregem. 428. 2. 2. argumentum, argentum. 436. 2. strema, postrema. 447. 2. 23. ouibus, omnibus. 486. 1. 46. filia, filia. 553. 1. 46. operapretum, operapretium. 566. 2. 25. Vingilius, Vigilius. 571. 1. 7. doata, dota. 581. 2. 33. persono, persona. 583. 2. 28. infirmant, confirmant. 589. 1. 7. peram, per eam. 605. 2. 30. negotiami, negotiamini. 622. 1. 24. hibetur, habetur. 638. 2. 6. magistratu, magistratu. 643. 2. 3. transplantantur, transplantatur. 656. 2. 31. habebat, habebant. 736. 2. 2. iudicauit, iudicia.

## Errata in margine.

**P**agina. 34. col. 2. margine. 5. preceptit, praecedit. 36. 2. 2. per qb os, per quod os. 45. 1. 1. lucudus, mundi. 78. 1. 3. modo, modus. 107. 2. 6. sum, suum. 114. 1. 4. concupiscentia, concupiscentie. 126. 2. 2. gradibus, gradus. 143. 1. 1. cladum, claudum. 162. 1. 1. Saphir, saphira. 216. 2. 4. inunctio, inunctio. 288. 2. 2. maximi, maximi. 290. 1. 4. perus, Petrus. 295. 2. 2. quonon, quonam.

**V**idi hoc volumen, & cum his mendis correspondet suo originali. Datis in Collegio Matris Dei Theologorum Academiae Complutensis, postridie Kalendas Nouembris. 1601.

Licenciatus Franciscus Murcia  
de la Llana.



## PRÆFATIO

ad Lectorem.



**E**O TANDEM diuinis Spiritus sancti auspicijs, optime Lector, quasi secundo veto afflante nostra progressa est oratio, ac veluti è scopulosis locis, & difficultibus enauigauit, vt non longè ab optato portu, quem assequi nitēbamur, nos iam peruenisse, nobis merito gratulari valeamus. Benedictus Deus, qui pro sua incomparabili bonitate, ac munificentia supra vota, ac preces, nos voluit exaudire, quò

tam vastum quatuor Euangelistarum pelagus nostra equidē praua, ac fragili cymba conficeremus.

Iam quæ supersunt, etsi magnum interpretationis lumen minime desiderent, quòd pleniores, facilioresque historias, & moribus instituendis non minus accommodatas contineant: quòd tamen muneri nostro faciamus satis, & illa quoque nostra sunt pro tenuitate oratione illustranda, atque elucidanda: quanquam in illis diu harendum esse non videatur, sed, si quæ sunt vel paulò obscurius dicta, vel ad historiae, & temporum cognitionem, vel ad hæreses, siue antiquas, siue recetes cōfutandas, vel ad eas, quæ ex veteri proferuntur Instrumēto, Scripturas explanandas, vtilia, atq; opportuna, illa persequi, atq; indagare, consultū fore existimauimus.

Est autem hic Apostolicorum Actorum liber summè cum Euangelica historia coniunctus, necessarioque cōnexus: ibi enim frumētī granū describitur terræ solo cōmendatum, hic verò iā enatum, & suas paulatim aperiens, ac proferens opes. Docet enim, quæ Ecclesiae extiterit infantia, quæ inter pericula actio, quātis fructibus, ac procellis exposita, ex quibus tamen semper speciosior, ac firmior Dei munere semper emerfit: vt Deus proinde magna sua prouidentia vnum ex Euangelistis eius voluerit & autorem esse, & scriptorem.

Hæc historia, alioqui facilis, ac perpicua, quòd tamen interpretatio nis egere videbatur.

Cur necesse fuerit hūc librum Auctō Apostolico rū conscribi. Huius libri argumentum quod sit.

# PRÆFATIO

Porro hæc necessitas ad tria capita referri potest: nimirum vel ad Christum ipsum Dominum, vel ad Apostolos, vel ad omnes posteros Ecclesie filios, diuinis exemplis, ac præceptis imbuendos, atque informandos. In primis siquidem pietati, ac Fidei nostræ cõsentaneum erat, ut admirandum illud, & incõprehensum Ascensionis Christi mysterium, quod vno vel altero tantum verbo tum à Marco, tum à Luca indicatum fuerat, ac designatum, ampliori oratione, modusque eius, ac circumstantiæ explicaretur, quod in hoc libro ad solanda corda credentium, illaque bonorum cœlestium amore inflamanda, abunde præstitum esse videtur. Deinde, oportebat duodecim sedium Apostolicarum numerum per Iudæam interitum imminutum constare, cum Dominus verbo suo pollicitus esset: *Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel;* & ut Propheta fidelis inueniretur, qui prædixit: *Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter.* Hanc porro Matthie in locum Iudæ substitutionem, quis nesciat in principio huius voluminis esse traditam? Non paucum quoque referebat, nosse Pauli, ac Barnabæ ad Apostolicum gradum assumptionem, præsertim cum illi prædicationi Gentium essent assignati, ne quisquam propria illos auctoritate se contra priores Apostolos ingressus, ac proinde minus fide dignos arbitrari possent. Ad hæc par erat, ut quæ Dominus tanta cum asseueratione, ac toties de aduentu Spiritus sancti in Apostolos spoponderat, per aliquem Canonicum librum exhibita, atque perfecta nobis traderetur, magnaliaque operum Spiritus in Apostolis, & creditibus omnibus edita detegeretur. Hoc namque magnificum Spiritus donum totius Euangelicæ prædicationis, atque acerbissime mortis Domini, ac ascensionis eius fructus erat maximus: hæc illa erat virtus ex alto, illa præsidia, & arma, quibus discipulos suos communitos, atque indutos ad expugnandas per vniuersum orbem errorum tenebras, nocentissimorumque cacodæmonum acies profligandas, vitiorumque pestes propulsandas destinabat. Plurima sane alia existunt, quæ Christus vel prædixerat, vel pollicitus erat euentura, quæ præsentis volumine ad exitum fuisse perducta, magna ex parte videmus: sed præsertim, quod domus Iudæorum esset deserta relinquenda, Gentesque ad Christum relictiis idolis conuertendæ: quod in primis de Samaritanis, deinde de Eunucho Candacis Reginae Aethiopiæ, Antiochenis, atque alijs nationibus hic impletum ostenditur.

Ratione quoque Apostolorum magnopere conueniebat, hanc historiam scripto consignari. Tum ut Petrum Apostolorum principem, & coryphæum, & Ecclesie Dei pastorem, & Iesu Christi summum in terris vicarium agnoscerent à principio omnes, & ut talem colerent: quod planè eius facta non obscure indicare videntur. Facta quidem, dum primus de substituendo altero in locum Iudæ proditoris Apostolo proponit: primus hausto cœlitus Spiritu sancto prædicat Iesum Christum, & hunc crucifixum, non sine multorum millium Iudæorum fructu, ac conuersione: primus signa admiranda edit: primus de diaconis ad ministerium viduarum promouen-

Necessitas huius voluminis cõstituitur triplici ex capite ostenditur. Ratio prima à Christo Domino, quæ plura mœbra complectitur.

Secundum membrum.

Tertium membrum.

Quartum membrum.

Diuisio Spiritus sancti vis, & efficacia.

Secunda ratio, ab Apostolis sumpta.

B. Petri Apostoli res gestæ.

Marc. vii.  
Luc. vii.

Matth. 19.  
Luc. vii.  
Psal. 108.

Luc. 24.

Matth. 23.  
Luc. 13.  
Act. 8.  
Ibidem, & seq.  
Infra. 11.

Act. 1.

Infra. 2. & seq.  
Infra. 3.

# AD LECTOREM.

Infra. 6.  
Infra. 10.  
Infra. 15.

Supra. 2.  
Ibidem.  
Infra. 5.

Marc. 16.

Luc. 22.

Act. 1.

Marc. vii.

Ioan. 14.  
Act. 19.  
Supra. 5.

Act. 2.

Infra. 5.

dis verba facit: primus Cornelium Centurionem Gentilem hominem cum vniuersa domo ad Christum traduxit: primus in concilio de abrogandis legis ceremonijs sententiam, quod ad Gentes ad Fidem vocatas attinet, pronuntiauit. Verba quoque Lucæ idem porrigere videntur, dum ait; *Stans autem Petrus cum duodecim, dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos, iterum: Respondens autem Petrus, & Apostoli, dixerunt.* Quod perinde est ac dicere, Caput cum membris, Rex cum regno. Vel ut aliquod ex Scripturis exemplum proferam, Moyses cum populo, & in Euangelio, Iesus, & discipuli eius: iuxta quam formam dixerat Angelus mulieribus: *Ite, dicite discipulis eius, & Petro.* Et quoniam Dominus consueuerat in medio stare discipulorum suorum, & ipse dicebat: *Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat,* ita de Petro personam eius sustinente in hoc libro dicitur: *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: ut manifestè ipse Petrus se in loco Domini positum, postquam in cœlum ascendit, esse proderet, alij illud minime ignorarent. Tum etiam conueniebat, ut imposita Apostolis à Domino Iesu prouintiam, arduam sanè, & humano sensui paradoxam, nempe eundi in mundum vniuersum ad prædicandum omni Euangelium creature, intelligerent omnes ab eis esse feliciter obitam, atque perfectam, illosque signis, ac portentis (& his quæ Dominus fecit, longè maioribus, ut qui femine cinctijs, sudarij, & corporis umbra raras, & insolitas præstaret sanitates) nomè Iesu Christi vbique propagasse, atque illustrasse. Hoc enim est signum signorum omnium maximum, & admirandum, paucos illos Galilæos, omnium literarum, ac disciplinarum ignaros, atque imperitos per orbem dispersos, breuissimo temporis intervallo omnibus humane potentiæ præsidijs destitutos, imò flagellatos, lapidatos, & in crucem actos, tantam credentium messem, toto reclamante, & obsistete mundo, atque eius capite, & principe Satana, in horreum Dominicum, quod est Ecclesia, collegisse.*

Si verò Sponsam Christi Ecclesiam respicias, ad illam etiam erudiendam maximè conferebat hoc volumen, ut videlicet intelligeremus, quibus Apostolorum persuasionibus, atque concionibus Iudæa ad Fidem Christi amplectendam pertracta fuerit: quibus studijs, atque officijs incumbens lactens illa, ac tenella Ecclesia tantos in philosophia Christiana progressus fecerit. Hoc inde profectum esse indicatur, quod assidue verbum Dei audirent, orationibus, & frequenti vsui Eucharistiæ vacarent. Erant, inquit, perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus, Ad hæc, quo Euangelicæ perfectionis professores innotescerent nobis, quod omnia ponebant ad pedes Apostolorum, & diuidebatur singulis, prout cuique opus erat: nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Hæc igitur tanta vitæ puritas, integritas, atque perfectio, ad quam hodie suo modo religiosi, abiectis omnibus huius mundi facultatibus, & illicebis contendunt,

Quibus verbis Petri præmatum, non obscure illustratur casus.

Secundum argumentum.

Signum signorum omnium maximum, & admirandum quoddam.

Tertia ratio ab Ecclesia sponsa Christi desumpta.

Secunda congruentia.

Vnde nam ea vitæ puritas, & sanctimonia, quæ in sacris religionibus nunc est, habeat ortum.

# PRÆFATIO

leque propterea alijs regendos committit, aliunde profectio principium non habuit, quã ab Apostolis ipsis, & primitiuis Christi cultoribus, vt Magnus Basilius, & Augustinus non semel testantur. Et ne quisquam existimare valeat, quã eiusmodi Deo promittuntur, votoque firmantur, minimè stringere conscientiam; magna sua sapientia voluit existerè terrificum illud, atque contremiscendum Ananiæ & Sapphiræ, qui de pretio agri defraudauerant, documentum, vt, quantum supplicium maneat eos, qui post positam manum suam ad aratrum, respiciant retro, & se non hominibus, sed Deo mentitos fuisse, ignorare nequaquam valeant. Congruum quoque erat in Ecclesia Dei, quæ Synodis Episcoporum erat gubernanda, in Fide corroboranda, in vitæque actionibus reformanda, vt Conciliorum cogendorum, & eorum, qui erant ad illa vocandi, modusque sententias dicendi, ac ratio diligenter inquirendi, atque disceptandi illustre aliquod exemplum extaret: agnosceremusque Spiritum sanctum eiusmodi Synodorum præsidem esse, ac moderatorem, vt Parres in eis coacti dicere valeant; *Visum est Spiritui sancto, & nobis*: ita vt qui se contumaces, ac refractarios Concilij exhibent, intelligant se ipsi Spiritui sancto repugnare. Nouerat enim Dominus Ecclesiam suam fore propagandam, & in vniuerso orbe amplificandam: multosque pseudopphetas, ac lupos rapaces gregem suum inuadentes, & zizania in agro Dominico disseminantes exorituos, qui negotium ei facerent, & communem fidelium pacem, atque concordiam dissoluerent: Quamobrem ad opportunis remedijs tanto incendio serpenti occurrendum, & ad Fidei controuersias terminandas expedientissimum fuit, hunc librum conscribi. Præterea, nihil esse poterat Ecclesiæ Dei conducibilis, salutarius uè, quàm vt ratio, & forma magistratus Ecclesiasticos instituendi constaret, nimirum ieiunijs, orationibus, & sacrificij incruenti oblatione, manuumque impositione: cuius rei documenta non tantum in electione Pauli & Barnabæ, sed etiam aliorum per ciuitates singulas ministrorum qui creabantur, in hoc libro sunt expressa. Traditur etiam methodus, ac ratio, quã uerbi Dei ministri in euangelizando obseruare debeant, nimirum vt ab alijs seculi curis, & negotijs seiuncti, orationibus intenti, ministerio uerbi Dei vacent, vt Petrus dixit: disciplina quoque uisitandi, ac confirmandi eos, qui Fidei lumen semel amplexi sunt: instar boni agricolæ, qui non contentus semina terræ mandasse, cæpum uisitat, & ab herbis inutilibus purgat, atque omnibus rationibus, quibus potest, illi operam suam, ac diligentiam præstat, quò desideratum fructum percipiat. Deniq; consilium Dei in hoc opere conscribendo fuit, vt omnes qui fidem profitentur, siue publicum, siue priuatum munus administrent, intelligant, magnos se habere aduersarios, demones uidelicet, qui per sua organa omnia qua possunt ratione contendunt eos à sancta Fide reuocare: quòd si non extorqueant, saltem à uitæ innocentia, & moru sanctitate

Basil. in Cō-  
stit. monast.  
& alibi, to-  
mo. 1.  
August.  
Act. 5.

Luc. 9.

Act. 15.

Matth. 7.

Infra. 24.

Supra. 13.

Act. 13.

Infra. 14.

Act. 6.

Tertã con-  
gruentia.

Quarta con-  
gruentia.

Quonã uer-  
bi Dei mini-  
stris in euan-  
gelizando ra-  
tio, ac metho-  
dus tenenda  
da sit, ac cõ-  
seruanda.  
Diligētis  
fiscium agri-  
colæ quod.

Ultimã ra-  
tio, à profes-  
sione Chr-  
stiana fide-  
lium.

retrahant,

# AD LECTOREM.

ferant, ac retardent: Quare omnes quotquot Christo nomen dederunt, uigilare oportet, & ad tentationu, ac persecutionu cruce perferenda propto, ac parato animo esse: nec tamè propterea debere eos animo cõcidere, aut minus se a Deo diligere existimare: qui siue cõtingat pro Christo cadere; siue imminetè interitum euadere, hæc omnia ad suã nobis gloria declarandã, & nostrã salutem promo- uenda uenire permittit. Plena est tota huius libri narratio his ipsis Christi in nobis uincetis, atq; triumphantis historijs: atq; ob id glo- rificatur in lapidatione Stephani, in contumeliosa Apostoloru fla- gellatione, in asseruatione Petri in carcere, & decollatione Iacobi, in varia, ac multiplici liberandi Paulu tum apud Iudæos, tum apud Genti- les, tum in mari, tum in terra rationes. Hæc sunt, quæ libri huius utili- tatè, & autoritatè comendare, & ad eius lectionem pros quosque inuitare uidentur. Nec dubito potuisse hæc productiori sermone perpoliri, atque amplificari: uerum ut habet prouerbiu, *Vendibili uero hederã non est opus*. Est igitur mens nostra, uniuersas huius libri historias concisè ac breuibus uerbis, quoad eius fieri poterit, ex- plicare. Ne tamè ab instituto nostro discedere uideamur, hæc pau- ca ante textus explicationem præfabimur. Primũ, historia diuina cũ humana, Ecclesiastica, & apocrypha conferemus, & quantum hæc diuina Lucæ narratio reliquis omnibus, etiã in Canonicis libris post Euangelicam historiam iam à nobis expositã contentã, præcellat, aperiemus. Deinde de solida libri huius autoritate, ac de nothis, & pseudepigraphis uoluminib; quæ falso inscribuntur Actus Apo- stoloru, disseremus. Tertio de huius libri titulo aliquid erit dicen- dum, deq; eius diuisione, & tempore quo hæc gesta sunt ratione. Quarto de simplici, atq; minimè affectata oratione, qua Apostoli in eu- angelizando sunt usi. His enim præmissis, non nihil lucis uoluminis huius intelligentiæ accessurũ putauimus: De his paucis te admo- nendũ, bone Lector, censuimus. Vale, & nostrum laborem pro tua prudentia boni, æquique, ut consulere uelis, rogamus.

Act. 7.

Supra. 5.

Infra. 12.

Ibidem.

Fidelium quas  
patiuntur per-  
secutiones,  
quò recidat  
diuina prou-  
dentia.

Docendi me-  
thod; quæ te-  
nenda, & cõ-  
seruanda in  
hoc uolumi-  
ne.

## INDEX TRACTATVVM, QUI IN HOC VOLUMINE CONTINENTVR.

- TRACTATVS I. De dignitate historiæ diuinæ, atque de eiusdem cum humana, atque Ecclesiastica collatione. pag. 1.
- Tract. II. In quo diuina cum apocrypha componitur historia; & quatum præcellat hæc B. Lucæ reliquis omnibus, etiã illis Veteris Testamenti, & in sacro Canone contentis, demonstratur, pag. 8.
- Tract. III. De solida huius libri autoritate, ac de nothis, & pseudepigraphis uoluminibus, quæ Actus Apostolorum falso inscribantur. pag. 10.
- Tract. IIII. De huius libri inscriptione, ac diuisione; deque temporum ratione, quo hæc omnia gesta sunt.
- Tract. V. de simplici, sincera, ac minimè affectata oratione, qua Apostoli tum in predicando, tum in scribendo usi sunt.

Tract.


# INDEX

- Tra&. VI. In illa verba: *Primum quidem sermonem feci de omnibus, &c. Act. 1. pag. 25.*
- Tra&. VII. In illa verba: *Et conuersens praecepit eis ab Ierosolymis ne discederent, &c. Act. 1. pag. 33.*
- Tra&. VIII. In illa verba: *Tunc reuersi sunt a Monte, qui vocatur Oliveti, quae est iuxta Ierosolymam, &c. ibidem. pag. 45.*
- Tra&. IX. In illa verba: *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, &c. ibidem. pag. 45.*
- Tra&. X. In illa verba: *Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sumus, &c. pag. 63.*
- Tra&. XI. In illa verba: *Et cum complerentur dies Pentecostes, &c. Act. 2. pag. 73.*
- Tra&. XII. In illa verba: *Stupebant autem omnes, & mirabantur, &c. Act. 2. pag. 83.*
- Tra&. XIII. In illa verba: *Viri Israelitae, audite verba haec, &c. ibidem. pag. 93.*
- Tra&. XIV. In illa verba: *Viri fratres liceat audere dicere ad vos, &c. ibidem. pag. 103.*
- Tra&. XV. In illa verba: *Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt, &c. appositae sunt in die illa anima circiter tria millia, &c. ibidem. pag. 110.*
- Tra&. XVI. In illa verba: *Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum, &c. pag. 118.*
- Tra&. XVII. In illa verba: *Petrus autem & Ioannes ascendebant in templum, ad horam orationis nonam, &c. Act. 3. pag. 126.*
- Tra&. XVIII. In illa verba: *Videns autem Petrus respondit ad populum, Viri Israelitae, quid admiramini in hoc, &c. ibidem. pag. 131.*
- Tra&. XIX. In illa verba: *Loquentibus autem illis ad populum, supervenerunt sacerdotes, & magistratus templi, & Sadducaei, &c. Act. 4. pag. 140.*
- Tra&. XX. In illa verba: *Petrus vero, & Ioannes respondentes, &c. Act. 4. pag. 146.*
- Tra&. XXI. In illa verba: *Vir autem quidam nomine Ananias cum Sapphira uxore sua vendidit agrum, & fraudavit de pretio agri, &c. pag. 159.*
- Tra&. XXII. In illa verba: *Exurgens autem princeps sacerdotum, &c. pag. 167.*
- Tra&. XXIII. In illa verba: *In diebus illis crescebat numero discipulorum, &c. Act. 6. pag. 175.*
- Tra&. XXIV. In illa verba: *Dixit autem princeps sacerdotum, &c. Act. 7. pag. 187.*
- Tra&. XXV. In illa verba: *Cum appropinquaret autem tempus promissionis, &c. Act. 7. pag. 197.*
- Tra&. XXVI. In illa verba: *Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quae erat Ierosolymis, &c. Act. 8. pag. 207.*
- Tra&. XXVII. In illa verba: *Cum vidisset autem Simon, &c. Act. 8. pag. 221.*
- Tra&. XXVIII. In illa verba: *Angelus autem Domini locutus est ad Philippum, dicens, &c. Act. 8. pag. 231.*
- Tra&. XXIX. In illa verba: *Saulus autem adhuc spirans vitium, &c. Act. 9. pag. 237.*
- Tra&. XXX. In illa verba: *Cum autem implerentur dies multi, &c. pag. 249.*
- Tra&. XXXI. In illa verba: *Vir autem quidam erat in Caesarea, nomine Cornelius, &c. Act. 10. pag. 254.*
- Tra&. XXXII. In illa verba: *Et dum intra se haesitaret Petrus, quidnam esset visio illa, quam vidisset, &c. vsque in finem cap. Act. 10. pag. 263.*
- Tra&. XXXIII. In illa verba: *Audierunt autem apostoli, &c. Act. 11. pag. 270.*
- Tra&. XXXIII. De privilegijs ac praerogativis, quibus olim Iudaei Gentibus antecellebant, si forte conuerterentur ad eorum religionem; quae omnes in Christo terminate sunt, & Gentiles Iudaeis per omnia merito adequati. pag. 277.
- Tra&. XXXV. In illa verba: *Eodem autem tempore misit Herodes Rex manus, &c. in finem vsque cap. Act. 12. pag. 282.*
- Tra&. XXXVI. In illa verba: *Erant autem in Ecclesia, quae erat Antiochia, Prophetae, & Doctores, &c. Act. 13. pag. 298.*
- Tra&. XXXVII. In illa verba: *Surgens autem Paulus, &c. Act. 13. pag. 309.*
- Tra&. XXXVIII. In quo de servandis rationibus in proponendo Evangelio paganis illis, apud quos nondum Fides Evangelica audita fuit, abunde differitur. pag. 319.
- Tra&. XXXIX. In quo argumenta, quae Evangelium non sine armis proponendum esse Barbaris, suadent, dissoluntur plane, ac diluuntur. pag. 329.
- Tra&. XL. In illa verba: *Factum est autem in Iconio, &c. Act. 14. pag. 334.*
- Tra&. XLI. In illa verba: *Et cum constitissent illis per singulas civitates Presbyteros, &c. in finem vsque cap. Act. 14. pag. 340.*

# TRACTATVVM.

- Tra&. XLII. In quo multa de Sacramento Ordinis differuntur, & praesertim an ministrorum Ecclesiae institutio, vel destitutio ad plebem spectet, siue ad magistratum, ut haeretici fabulantur. pag. 350.
- Tra&. XLIII. In illa verba, *Et quidam descendentes de Iudaea docebant fratres, Quia nisi circumcidamini, &c. pag. 362.*
- Tra&. XLIII. In illa verba: *Tunc placuit Apostolis, & senioribus cum omni Ecclesia eligere viros ex eis, &c. pag. 375.*
- Tra&. XLV. In illa verba: *Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochia, &c. vsque in finem cap. Act. 15. pag. 381.*
- Tra&. XLVI. In illa verba: *Peruenit autem in Derbem, & Lystram, & ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, &c. Act. 16. pag. 387.*
- Tra&. XLVII. In illa verba: *Cum autem perambulasset Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, &c. vsque in finem cap. Act. 17. pag. 398.*
- Tra&. XLVIII. In illa verba: *Posthac egressus ab Athenis venit Corinthum, &c. vsque in finem cap. Act. 18. pag. 406.*
- Tra&. XLIX. In illa verba: *Factum est autem cum Apollo esset Corinthi, &c. in finem vsque cap. Act. 19. pag. 412.*
- Tra&. L. In illa verba: *Postquam autem cessavit tumultus, &c. Act. 20. pag. 422.*
- Tra&. LI. In illa verba: *Cum autem factum esset ut nauigarem, abstracti ab eis, recto cursu venimus Cozum, &c. vsque in finem cap. Act. 21. pag. 431.*
- Tra&. LII. In illa verba: *Viri fratres, & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem, &c. in finem vsque cap. Act. 22. pag. 437.*
- Tra&. LIII. In illa verba: *Intendens autem in Concilium Paulus, ait, Viri fratres, &c. vsque in finem cap. Act. 23. pag. 441.*
- Tra&. LIII. In illa verba: *Post quinque autem dies descendit princeps Sacerdotum Ananias, &c. in finem vsque cap. Act. 24. pag. 447.*
- Tra&. LV. In illa verba: *Festus ergo cum venisset in prouinciam, &c. Act. pag. 451.*
- Tra&. LVI. In illa verba: *Agrippa vero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro te metipso, &c. in finem vsque cap. 26. Actuum. pag. 455.*
- Tra&. LVII. In illa verba: *Ut autem iudicatum est nauigare eum in Italiam, &c. vsque in finem cap. Act. 27. pag. 459.*
- Tra&. LVIII. In illa verba: *Et cum euasissemus, tunc cognouimus quia Melite insula vocabatur, & reliqua vsque in finem cap. Act. 28. pag. 465.*
- Tra&. LIX. In librum Actuum Apostolicorum de gestis Pauli, quae post hanc Lucae historiam acciderunt, & de inclyto martyrio, quo sub Nerone a Deo coronatus est, & coonestatus. pag. 473.
- Tra&. LX. In quo de vita, doctrina, & gestis B. Petri Apostolorum principis, & simul de mortis genere, quo Dominum glorificauit, ex Patrum sententijs, & ac fidelibus historicorum testimonijs differitur. pag. 487.
- Tra&. LXI. In quo differitur, num potestas spiritualis quae residet in Episcopis, a Christo immediate deriuetur, ac proinde ueris sit diuini, an uero a Christo quidem, sed non nisi medio Pontifice Romano, & consequenter iuris sit Ecclesiastici: sed in hoc tractatu praesertim iuris diuini natura, & proprietates, per quas distinguitur a iure humano, diligenter, & late perpenduntur.
- Tra&. LXII. In quo argumenta, quae contra iuris diuini naturam, & definitionem a nobis assignatam, a quibusdam asserti possent, soluntur plane, ac refelluntur. pag. 527.
- Tra&. LXIII. In quo differitur de duplici potestate, seculari, & Ecclesiastica; & rursum de gemina autoritate Ecclesiae, Ordinis, & iurisdictionis, atque de eodem de causis earum, & unde illae deriuentur in ministros: & quod potestas iurisdictionis a Christo per Petrum in Apostolos sit deriuata. pag. 541.
- Tra&. LXIII. In quo ostenditur Scripturis, & Patribus, iurisdictionis potestatem, quae residet in Episcopis, & alijs pastoribus, totam a Deo per suum Pontificem Romanum deruari. pag. 559.

- Tra&t. LXV. In quo multis rationibus ostensus explicatè traditur, autoritatem iurisdictionis in vniuersos Ecclesiæ pastores non aliunde, quàm à Christo per summum Pontificem proficisci. pag. 576.
- Tra&t. LXVI. In quo eadè veritas demonstratur multis rationibus, ad impossibile, hoc est ad absurdum & inconueniens deducuntur contra negantes iurisdictionis derivationem à Christo Dño per Romanum Pontificem. pag. 586.
- Tra&t. LXVII. In quo argumenta quæ fiunt, siue ex Scripturis, siue ex Patribus, ad probandum iurisdictionem à Christo immediatè proficisci, diluuntur, ac refelluntur. pag. 593.
- Tra&t. LXVIII. In quo rationes, quibus quidam probare nituntur, iurisdictionem Episcoporum à Christo immediatè esse, pfectà, apertè dissoluuntur. pag. 609.
- Tra&t. LXIX. In quo reliqua argumenta quæ supersunt, soluntur, maximè verò quomodo Episcopi sint successores Apostolorum. pag. 621.
- Tra&t. LXX. In quo disseritur, eo posito quod potestas iurisdictionis à Christo Dño per Papam deriuatur immediatè, an hæc inquã, deriuatio fiat vi iniuentionis hominis committentis iurisdictionem, an verò per consecrationem. pag. 631.
- Tra&t. LXXI. Quo rationibus euincitur, potestatem iurisdictionis minimè virtute consecrationis cõferri: & argumeta in contrariu refelluntur. cap. 641.
- Tra&t. LXXII. In quo diluuntur argumenta, quibus quidam confirmant, iurisdictionis autoritatem non nisi per consecrationem dari. pag. 650.
- Tra&t. LXXIII. In quo idem esse ostenditur, dare Pontificem materiam, atque dare iurisdictionem: ac præcipuè disseritur, an iurisdicatio sit iuris diuini, an humani. pag. 657.
- Tra&t. LXXIII. In quo potestates duæ, Ordinis, & iurisdictionis, inter se conferuntur; & an sint distinctæ, & a se inuicem separabiles; & an præter illas duas opus sit alia potestate. pag. 661.
- Tra&t. LXXV. In quo disseritur, an residetia, quã debent Episcopi, & Pastores suis Ecclesijs, siue ouibus, sit iuris diuini, an verò Ecclesiastici: & in hoc tractatu ea producantur, quæ probant iuris esse diuini. pag. 674.
- Tra&t. LXXVI. In quo explicatur altera sententia prædictæ opposita, quod videlicet residentia, quã debent Pastores suis gregibus, iuris sit Canonici, & Ecclesiastici. pag. 682.
- Tra&t. LXXVII. In quo agitur quid sit Conciliu, & vnde nata sit Conciliorum institutio. pag. 692.
- Tra&t. LXXVIII. In quo agitur de cogendorum Conciliorum Generalium ratione, ac de his, qui in eis præsidendi, & illa dirigendi, & in ijs proponendi ius habere videntur. pag. 699.
- Tra&t. LXXIX. De inuolabili, & sacrosancta Generalium Conciliorum autoritate, quam in Ecclesia Dei habent ad reuincendos hæreticos, & Catholicos instruendos. pag. 710.
- Tra&t. LXXX. In quo disseritur de potestate Generalium Conciliorum relata ad autoritatem Romani Pontificis, summi Ecclesiæ pastoris, atque Iesu Christi vicarij. pag. 718.
- Tra&t. LXXXI. In quo argumenta ex sacris literis desumpta, eorum, qui Concilij autoritatè super illa Papæ cõstituunt, dissoluuntur, ac refelluntur. pag. 732.
- Tra&t. LXXXII. In quo argumenta, quæ ex traditione Patrum, atque rationu momenti, ad firmandam autoritatem Concilij Generalis super Papam, proferri solent, diluuntur. pag. 752.
- Tra&t. LXXXIII. In quo disseritur, quã potestatem habeat Ecclesia in eligendo Papa; quã rursus in deponendo, si hæreticus existat, & quis censendus sit propriè hæreticus. pag. 764.
- Tra&t. LXXXIII. In quo ostenditur, summi Pontificis esse munus, Concilia Generalia sua autoritate confirmare, Conciliorum verò, reuerentè ab eo confirmationem postulare. pag. 774.



LIBRI DVODECIMI

TRACTATVS I.

De dignitate historiae Diuinæ, ac de eiusdem collatione cum humana, atq; Ecclesiastica.

Historia quid sit.

Inter Diuinam, & Humanam historiam multiplex assignatur discriminè. Primum discriminè. Hebr. 6.

Psal. 144.

Quos per amanuenses Diuinam Spiritus sanctus exararit historiam.

2. Petri 1.

Humanæ auctores historia quo loco sint apud Deum.

Psal. 38.

Psal. 115.

Psal. 118.



VM B. Lucæ Euangelistæ historiam interpretari aggrediamur; historia autè nihil fit aliud, quàm reru gestaru enarratio, atq; hæc duplex existat, altera Diuina, Humana altera: dubium non est, tãto Diuinam humanam præcellere, quantu Deu homini prestare exploratu est atque comperu. Est enim primarius auctor eius, quam Diuinam appellamus, non alius quàm ipse Deus, qui suapte natura verax est, & minimè potest mentiri, & de quo tantu Propheta perhibet testimonium: *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.* Scriptores quoque, qui immediatè illi fuerunt coniuncti, ac Deo dictanti veluti amanuenses operam suam præstiterunt, non nisi lumine Spiritus sancti illustrati, atq; eius præsidio protekti, literis quæ ille suggerebat, consignarunt: de quibus Apostoloru Princeps testatum reliquit: *Non enim voluntate humana allata est aliquando propheta, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.* Quantu verò reliquis auctoribus sit tribuendum, audi quid dicat Regius Prophetes: *Veruntamè vniuersa vanitas, omnis homo viuens,* & alibi: *Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax,* siue mendacium, vt prægnantior habet lectio Hebræa. Rursus: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes; sed non vt Lex tua.* At

homo Dei: tantum ab homine vano, & filio huius seculi distat, quantum lux à tenebris, & veritas à mendacio: quod Apostolus indicauit cõ dixit: *Quæ enim participatio iustitiæ cõ iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autè conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cõ infideli?* Et alibi: *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbu vitæ continentes.* Ex his secundum sumitur discriminè inter Diuinam & Humanam historiam, ab argumenti scilicet sublimitate, & antiquitate. Nam quæ hominum studio elaborata est historia, vel de natura animalium, atque plantarum, aut de alijs qualitatibus nature consentaneis, vel de gestis plerunque insipientiu, & stultorum hominum, vel de rerum publicarum constitutione, & conseruatione, vel de eorum inter se stragibus, atque luctuosis bellis differere atque inuestigare solet: at sacra de his quidem certius atque sublimius, cùm Deus opera nature perfectius agnoscat, & hominis à se conditi figmetum. Addit prætereà multa Dei opera, quæ homines aut prorsus ignorant, aut potius opinari, quàm assequi potuerunt: vt de econdendis, conseruandis, atque gubernandis creaturis, præsertim verò de illa, quæ ratione prædita est, erudienda, instituenda, & in adoptionem, atque gloriam suehenda. Denique de operibus Dei intimis, vt de processione diuinaru hypostaseon, de quæ externis, vt

2. Cor. 6.

Philip. 2.

Secundum discriminè.

Quibus de rebus historia diuina pertractet.



Ioan. 1.

Diſtinctio hiſtorie vetuſtis, & antiquitas. Euseb. li. 1. de prepar. Euang. cap. 3. tom. 1. Moyses quādo floruerit. Tertium discrimen.

Quānam fabulosa in humana continentur hiſtoria.

Homines quidā monstruosi narrantur.

Aug. lib. 16 de ciuitate Dei, cap. 8. tom. 5.

Humanæ hiſtorie mira stultitia, & ignorantia.

Diuina hiſtoria vnde falli nequeat.

orbis molitione, verbi Dei incorporatione, ac reliquis actionibus à Dei cōfiliō ac volūtate pēdētibus. Antiquitate etiā illā præcedere nemo dubitauerit, qui legerit Eusebiū tradentē Moysen floruisse sub Cecrope, qui primus Deū cœpit appellare Iouē: primaverō Olympias sub Esaia Propheta, & Ozia Rege constituitur, antequā nihil distinctum erat in Græcis historijs, & fuit per 15. secula ante Græcos Philosophos, & Pythagorā, qui inter primos fuit, qui cœperūt philosophari. Tertiu ex scribēdi forma, id est, ex veritate, ac modo, discrimen oritur. Nā interdū vel ob rerū quę percensendę sunt, obscuritatē, vel ob humani ingenij imbecillitatem, vel ob priuatos aut amoris, aut odij, aut gratię alterius conciliandę affectus, vel ob affectatā malitiā, & mētiendi libidinē, à veritate attingēda plerunq; peregrinātur: vnde vel dixerunt esse, quę in rerū natura sunt minimē, vt hippocentauros, hircoceros, satyros, ac faunos; vel monstrofa quōsdam animalia hominibus persimilia homines esse, vt pygmęos, quosdā etiā monstruosos homines, nō esse filios Adę asseruerūt: cū interdū monstruosi filij parentibus non assimilentur, vt quidā etate Augustini in Oriente duplex homo natus est superioribus mēbris, simplex inferioribus: nā duo erant capita, duo pēctora, quatuor manus, venter autē vnus, & pedes duo, sicut vni homini. Et de homine nato apud Hipponē, qui lunatas habebat plātas, & geminos tantūmodo digitos, similes quoq; manus. Androgynos prætereā, & Hermaphroditas, de quibus Augustinus. Inde etiā progressi sunt, vt vitia ipsa non secus atque virtutes commendarent, & è conuerso virtutes instar vitiorū exhorrescerent. At Canonica hiſtoria nec in minimo quidem verbo falsa deprehendi potest, cū in Deū aut ignorantia, aut prauī cupiditatū affectus, aut maligna mentiendi, fallēdiue libido cadere nequeat. Estq; tota hæc hiſtoria Dei visioni, atq; oculis eius perspicacissimis aperta, & cōspicua: cū humana aut mendaciū plerūq; hominū narrationi, aut corruptis eorū scriptis, vel infirmæ eorum attentioni nitatur. Vnde nō rarō cōtingit, vt spe-

ctatores de eadē re oculis conspecta diuersa, & interdū contraria iudicia pferant. Adde prætereā vārium scribendi modū: homo etenim quantū ingenio consequi potest, vera ea quę scribit, pbare cōtendit; adhibet varias locorū topographias, rerum, ac personarum descriptiones, ac veluti hypotyposes: eorumq; orationes, & cōciones ad populū, siue ad milites habitas, siue veras, siue verisimiles, & ingeniosē excogitatas pducit: deniq; in dicēdo à fucato, & phalerato sermone, inaniq; eloquentia nō abhorret. At Deo, cū difficillima sint quę docet, probationem tamē, aut rationē, qua fidem faciat, non adducit: quod interdum homines eā capere nō valeāt, vel quia summa omniū pbatio est, Deū dixisse. Hinc in veteri Instrumento illæ voces: *Ego Dñs, Hæc dicit Dominus, & Os Domini locutū est;* in Nouo verō, *Ego autem dico vobis, & Hæc dicit Spiritus sanctus.* Nec adhibet verborum pigmenta, aut vlla facundię ornāmēta, sed simplici tantū vtitur eloquio, quod omnes capere possint, & rerū ipsarum syncera narratione, ac soliditate mirificē persuadet: nec enim res per se honestas, maiestatisq; ac diuinitatis plenissimas eiusmodi verborū splēdor decere poterat. Quartum discrimen à fine est desumēdū. Excellit nāq; sacra hiſtoria, quod ad plura tēpora, & loca, gentium quę, atq; linguarū genera varia, quibus est credita, & in templis prædicata, extēdatur: cū quę summas & sacrosanctas res complectatur, eas tamen sine vllis probationibus, aut eloquentiæ viribus proponit. Etsi autē mundus tardus, ac malignus extiterit ad ea fide cōplectēda: vita tamen, & morte sanctorū, per quos eā administrat, lumineq; Dei, ac admirādis signis est expugnatus. At humano labore cōcinnata hiſtoria, vix proxima tēpora, aut suæ memorię homines potuit imbuere, paucisq; tantū, & frigidē lecta fuit, & nota, atque illis quidē adolescētibus, & curiositatis, ac nouitatis studiosis: cū tamen de nostra sacra scriptū sit: *In omnē terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terra verba eorū.* Ex quo etiā factū est, vt in fructu eden do longē antecellat. Nā etsi humanitus parta cōferat ad intellectū hominis sciē-

Humanæ hiſtorie modus scribendi qualis.

Diuina hiſtoria in scribēdo modum quem tenet.

Matth. 5. & sequent. Act. 13.

Quartū discrimē, à fine.

Psal. 18.

Humana hiſtoria hominū quid præferat.

Quot & quāta commoda nobis adferat diuina, & Canonica hiſtoria.

Hiſtoria diuina, siue Canonica cum Ecclesiastica cōpōnitur.

Ecclesiastica hiſtoria, quænam.

Paulinus Episcopus epist. 5. Petrus Diaconus, lib. 4 cap. 69.

tij quibusdam expoliendum, vel ad commoditates, & vtilitates vitæ præstandas, vel ad delectationem, & voluptatē captandā, vt videlicet quædā naturæ effecta, atq; secreta addiscam⁹, aut quod ex varijs hominum ingenijs, atq; studijs consilia opportuna capiamus, & ad quandā virtutū heroicarū, quibus illi eminere iudicati sunt, imitationē incendamur: hæc autē omnia plerunq; incerta sunt, ac demōnis astutia tradita, vt mala quandoq; consilia pro bonis, & falsa pro veris, & è conuerso, in illis quę scribūt, deuoremus. Sec⁹ est in Canonica hiſtoria, vbi præter verā, ac solidā scribētium, & eorū, quos laudibus celebrant, gloriā, certā quę eorū, quos vituperāt, ignominia, summam præstat vtilitatem, vt quis sit Deus, quæ eius natura, & ingeniu, & quæ eius perfectiones, agnoscamus, veraq; articulorum Fidei doctrina in nobis confirmetur, viuaq; fiducia de Deo cōcipiatur, ob eius beneficia exhibita, & magnifica in futurū pmissa, atq; ob eius leuera iudicia timeatur, diligaturq; ppter seipsū, & quotidiana, cōtinuaq; beneficentię suę munera, quę in nos cumulatē effudit: deniq; vt talis ac tātus à nobis cognitus, laudū nostrarū præconijs celebretur, exorneturq;. Cōfert quoque, vt homo Deo & à Deo dilectus diligatur, & spiritus carni, ac terræ præferatur, omnisque virtus sit in exemplū, & admirationē, vitium verō in horrorem, & fugam. Contulimus hætenus diuinā cum humana hiſtoria: secundo loco cōponam⁹ cū Ecclesiastica hiſtoria diuinā. Est autē Ecclesiastica, illa, cuius autor est membrū aliquod Ecclesię, qui quidem autor vt minimū fidelis extitit, plerunq; verō etiam sanctitate illustris, sæpē etiam attor fuit Spiritus sanctus eiusmodi scriptorū institutor ac doctor, vt de vita B. Martini per Seuerū Sulpitiū scripta docet Paulinus: & de B. Greg. qui in libros Iob commentarios Moraliū scribens, visus est à Petro Diacono, Angelo ad aurem suggerente, ac veluti dictante scripsisse. Hinc Ecclesia in sacris tēplis eiusmodi hiſtorias Ecclesiasticas probatorum virorum legit, & concionatores ad

virtutum officia populo persuadēda ex illis decerpunt, quæ apta ad ædificandum existimant esse. Adde etiam, magna Ecclesiæ lumina, hoc est, præcipuos; & veteres doctores eiusmodi hiſtorias suis scriptis inferere minimē dubitasse, quemadmodū Dionys. in Epist. ad Demoph. visionem Carpi pducit, & Iustinus Martyr in Parænetica ad Gētes, hiſtoriā producit de 72. ediculis, quam ex traditione incolarū Alexandriæ acceperat: hiſtoriā quoque Sibyllæ Cumanæ eloquentissimi illius historici Berosi filia. Veruntamē etsi hæc vera sint in genere, nō tamē Deus eiusmodi scriptoribus, quemadmodū diuinæ hiſtorie autoribus, assistebar: ideo potest in ea aliquid humanum inueniri, vel minus verum, vt Gregorius noster de Sozomeno testatur, quod eum non recipit Ecclesia Romana, & Hieronymus de Eusebio Cæsariensi in his quę de Origine tradit, & Gelasius, qui in concilio 70. Episcoporum multos eiusmodi autores, qui vitas Patrū collegerunt, reprobant, præter eas tantū, quæ à Hieronymo sunt scriptis consignatæ. Deinde materia huius Ecclesiasticæ hiſtorie circa articulos Fidei minimē versatur, sed circa eos qui Fidē profitentur, quorū cōsonos mores ædificet: quod præstant vitæ Sanctorū, ac prospera, & aduersa Ecclesiarum post Apostolorū decessum, vt Eusebius tradit. Tertio, etsi veritas in hac hiſtoria inueniatur, & lōgē pl⁹ quàm in humana, quia res. nec est tam suapte natura abstracta, nec prauus aliquis perturbacionis affectus, vel malitię nequus, autori fidei sit tribuendus, præsertim sancto: potest tamē aliquid minus verū deprehendi, quia humano nititur testimonio, vt est hiſtoria Eusebij Cæsariensis, quæ ex epistolis Episcoporum, & sparsis eorū per Ecclesiā monumentis collecta est, vt ipse in proœmio lib. 1. testatur: illa verō Sozomeni, vt ipse tradit, ab eisdem & Imperatorū, & Cōciliorū gestis coagmentata existit: alię fundamentū habet in traditione incolarum, vt de Iustino dixim⁹, & ediculis 70. interpretū. Ampliori tamē, ac firmiori fide est suscipiēda quā humana, quā inter & Cano-

B. Dionys. Areopagita epist. 8. Iustinus martyr t. 1

Primum discrimen.

Greg. lib. 2. Registr. epi. 31. seu cap. 195. circa med. to. 2.

Secundum discrimen.

Euseb. li. 3. Eccles. hist. in Proœmio init. tom. 1. Tertium discrimen.

Idem.

Sozom. li. 1. hist. Trip. cap. 3. paul. lō à med.

Quartum discrimen.

Quintum discrimen.

Aug. lib. 22 de ciuitate Dei, cap. 8. sub init. t. 5

Vnde fiat, interdum vt quoldā profani scriptores, quā sacri permoueant ad bene viuēdum.

Aug. libr. 3. Confess. c. 4 tom. 1. prope initium. Rom. 13.

D. Hieronymi de Eusebio perhonorificum testimonium.

Aliquot censuræ in historiam Ecclesiasticam Eusebii Cæsariensis.

Prima censura. Euseb. lib. 1 cap. 1. prope initium.

Exod. 19. Ibidem. Deus Mosen an ipse per se, an per Angelum alloquebatur.

nicā media existit. Quarto, in modo scribendi: non enim vitur tanta sermonis simplicitate: nā cum homo sit qui scribit, pro ingenio suo probare solet, & eloquentiam, si quam habet, adhibere. Quinto, minus quoque est extensa, quia multa plerunque in vna magna ciuitate à paucis sciuntur, vt August. docet: maior quoque fructus ex Canonica historia ad nos deriuatur ppter fidē (ex qua alia dona pueniūt) quæ magis ei exhibetur; & quia generalius prædicatur, nihil tamē phibet, quin interdū quædā scripta in Eccles. historia maiorē vim habeant aliquem permouēdi, quā scripta in Canonica: siue q̄ sint quædā nostro captui magis accommodata; siue quod Deus magis tagat in lectione libri non Canonici, quæ admodum August. tradit de Dial. Ciceronis dicto Hortensius: licet postea ex vita Antonij, ac ex Pauli dicto, Nō in comessationibus, & ebrietatibus, nō in cubilibus, &c. valde fuerit ad fidem Catholicā amplectendam accensus. Quoniā verō in Eccles. historia cōtin gere posse errorem asseruimus: nemo mirari debet, si interdum in optimis historicis quædam desiderentur, quæ non satis cum veritate consentiāt. Nā ecce, ipse Eusebius; quo neq; antiquitate, neq; diligentia, neque iudicio, si Hieronymo credimus, vllus extitit præstator; in illis tamen ipsis libris, quos de Ecclesiastica cōscripsit historia, quædā minus cū veritate cohærentia mihi dicere visus est: quanquā ex illis multa sunt; in quibus aliorū ante se autorū enarratas sententiās sequitur; quæ Lectori subijciā examināda, atq; expendenda. Primo loco ille tradit Deū Abrahæ locutū fuisse Gen. 18. nō quidē per Angelū eius, sed per ipsius Filiū in seipso: quem admodum etiam Mosen allocut⁹ est Exod. 3. & Ios. c. 5. At hoc est apertē contra Stephani verbū Act. 7. ait enim q̄ apparuit Moyse Angelus, & rursus, Misit Deus: Mosen redemptorē in manu Angeli. Itē: Hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine, cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina. Iterū: Accepistis legē, ait, in dispositione Angelorū. Vides igitur quater in eadē con cione asserere Angelū cū eo locutū.

Idē dicēdū de locutione Dei ad Abrahā facta per subiectā creaturam. Hoc enim tradunt Patres, nempe Aug. lib. de definitione, & lib. de Ciuit. Dei, & Gregor. Præfat. in Iob. De Iosue verō expresse traditur, q̄ dixit ei Angelus. Secundo, docet Eusebius ex Iulio Africano, Melchi in genealogia Christi, quā scripsit Lucas, tertiu esse à fine; cū tamen sit quintus, vt habes Luc. 3. vt putabatur, inquit, fili⁹ Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi. Tertio, tradit ex Clem. Alexandr. Cephā reprehēsum à Paulo, fuisse vnū de 72. discipulis; cū tamē à Paulo connumeretur cū Ioanne, & Iacobo, qui videbantur esse colūna. Et subdit Apostolus, Cū autē venisset Petrus Antiochiā, in facie ei rest. ti, quia reprehensibilis erat: at hic Cephā alius à Petro quis fuit qui Antiochiæ vt Episcopus aliquot annis præfuit? Quarto, idē asserit, Iudam, scilicet Apostolū, qui & Thomas est, misisse ad Abagarū Regē Thaddēū, vnū ex 72. quæ manifestē militant contra Mar. 3. Luc. 6. & Act. 1. Thomas enim nūquā legitur Iudas vocatus, imō ipse Iudas est Thaddæus, qui & Lebbeus vocatur Matt. 10. Apostolus frater Iacobi Alphēi filij, & Simonis Cananæi, qui & Zelotes à Luca nūcupatur. Adde q̄ Dorotheus in Synopsi non meminit huius discipuli Thaddæi. Quinto, recentet Eusebius ex Clem. Alexandr. q̄ Iacobus, Petrus, & Ioānes post ascensionē Dñi in cœlum, omnē scientiā à Christo acceperint, & illos Apostolos eandem 70. discipulis tradidisse; cū tamen oēs in die Pentecostes eā per Spiritū sanctū acceperint. Sexto, ex eodē Clem. tradit Paulū habuisse vxorē: quod nō satis videtur consonum, aut traditioni tot aliorum Patrū Græcorū & Latinorum, aut veritati ipsi, cū exhortans alios, dicat, Volo oēs vos homines esse sicut me ipsum: nec rationi consonat, cū iuueculus esset, quando vocatus est ad Apostolatū, vt habes Act 7. & 9. nec antea esset idoneus coniugio, aut postea licuisset ei per Apostolicas occupationes. Septimo, ex sententiā Egesippi pbat

Aug. vel potius Gennadius, lib. 2. de defric. vel de Ecclesiasticis dogmat. c. 11. & 12. to. 3. & li. 10. de ciuitat. Dei cap. 15. t. 5 Euseb. lib. 1 cap. 6. ante medium. Secunda censura. Iul. Afric. in historia temporum. Tertia censura. Idē lib. eod. cap. 14. Clem. Alex. 4. dispos. li. Galat. 2. Quarta censura. Euseb. eod. lib. cap. 15. à med. Luca 6.

Quinta censura. Idem lib. 2 cap. 1. prope init. Clem. Alex. lib. 6. dispositionum. Actor. 2. Sexta censura. Euseb. lib. 3 cap. 30. Clemens lib. 7. disposit. 1. Cor. 7. Actor. 7. Infra 9. Septima censura.

Egesippus.

Octava censura.

Ioan. 19.

Idem Euseb. lib. 5. cap. 8 & li. 7. c. 23. Iren. lib. 5.

Idem ibid. cap. 4.

Nona censura. Papias. Irenæus.

2. Petri 2.

Decima censura. Idem lib. 2. cap. 1. sub initium.

Ioseph Virginitis sponsus non solū nō digamus, sed etiam virgo fuit.

Hieron. lib. aduers. Heluidium circa finem, t. 2. initio.

Aug. serm. 14. in Natali Domini, siue de tempore 18. to. 10.


Vndecima censura.

Idem lib. 3. cap. 32. circa medium. Duodecima censura.

ex Euangelio haberi, quod Maria mater Simonis fuerit vxor Cleophe; cū potius ex Euangelio cōstet quod fuerit vxor Alphæi. Erat tamen filia Cleophe, vt tradit Ioānes, & mater Iacobi, Simonis, & Iudæ, & Iosephi Iusti. Octauo, Eusebius magis accedit ad sententiam Irenæi, & ad sententiam Dionysij Alexandrini, Apocalypsin à Ioanne quodam discipulo magis esse conscriptam, quàm ab ipso Ioanne Euangelista, & in eandem sententiam scribit ca. 33. vbi agit de Papias. Quod est manifestē contra traditionem Ecclesiæ, & Doctorū torrentē, & contra ea, quæ in primo capite de se asserit Ioānes, & de relegatione sua in Pathmos insulam: quæ alteri quàm Ioanni Euangelistæ quadrare minimē possūt. Nono, ex Papias, & Irenæo tradit, Marcum Euangelistam more humano scripsisse Euangelium, scilicet audita à Petro prædicante. Quod dictum si excludat Spiritus sancti inspirationē, ac directionē in scribendo, manifestē falsum est, cū nō nisi Spiritu sancto inspirate locuti sint sancti Dei homines. Decimo, docet, Iacobum minorē dictum esse fratrem Dñi ex eo quod sit filius Ioseph ex alia vxore; cū tamen Ioseph non solū nō fuerit digamus, sed etiam virginitatē coluerit, vt Hierony. & August. docuerunt: de qua re nos latissimē differuimus lib. quarto. Vndecimo, ex Egesippo affirmat, Iudam esse fratrem Domini secundū carnem: & Simeonem (quem paullo antē dixerat filium Cleophe) vocat Christi consobrinum secundū carnem, & nunquam fratrem: qui error videtur apertus, ac clarus. Quia vel putat esse Simonem Cananæum Apostolum; qui non minus frater Christi secundū carnem erat, quàm Iacobus, & Iudas; aut illi etiā consobrini Christi erant non minus quàm Simeon. Duodecimo, cum Clemente sic ait: Petrus, & Iacobus (scilicet maior) & Ioannes post assumptionem Saluatoris, quamuis ab ipso fuerint omnibus penē prælati; tamen non sibi vindicabant primatus gloriæ, sed Iacobum, qui dicebatur Iustus, Apostolorum (codex Vaticanus Græcus, pro verbo Apostolorū, habet Ieroso-

lymorū) Episcopum statuunt. Vbi duo falsa tradi videntur, alterum, quod Petrus non fuerit Apostolorū princeps, sed æquales cum eo extiterint Ioānes & Iacobus; alterum, quod Iacobus minor per eorum electionē sit omnibus Apostolis factus superior. Decimotertio, scribit Petrū Apostolum primū Romæ Christi fidem prædicasse: contra librum primū Recognitionum Clementis, & Clossam Ordinariā in Præfat. Epist. ad Rom. nam Barnabas iam præcesserat: nisi interpreteris, primum inter Apostolos. Decimoquarto, dicit B. Lino in Sede successisse Anacletum, & huic successisse Clementē: cū tamē præter nonnullos Patres Ecclesia in Canone Misse hoc ordine eos cōstituat: Linū, Cletum, Clementem, Anacletum. Decimoquinto, cum Polycrate tradit B. Philippum Apostolū filias quatuor habuisse; cū id tantū de Philippo Diacono tradat Lucas Act. 21. Rufus idem confundit vtriusq; mortem: narrat enim Philippum discipulum Hierapoli sepultum cum tribus filiabus: quod tamē Cæsareę Palestine accidit. At Philippus Apostolus Hierapoli sepultus est, vt etiam seipsum corrigens, in Chronico refert. Decimosexto, cū Irenæo cōsentit, docens B. Marcum post obitū Petri & Pauli scripsisse Euangelium: cuius oppositum antē tradiderat. Et Hieronymus lib. de scriptoribus Ecclesiasticis. Marcus, inquit, Alexandriam Aegypti pergens, secum tulit quod in Italia scripserat Euangelium per Petrū approbatū. Adhęc idē narrat Marcū octauo Neronis anno obiisse: si ergo Petrus & Paulus ad decimū quartū peruenerunt Neronis, qui fieri potuit, vt post obitum Petri & Pauli scripserit Euangelium? Decimosextimo, probat dictum Polycratis Episcopi Ephesini, quod Ioannes Euangelista summus fuerit Sacerdos: quod friuolū esset, & ridiculum, si de veteri Testamento esset sermo. Si verō de noui Sacerdotio Testamēti, certē nō minus vnus Episcopus est summus Sacerdos, quā alter: nisi illa voce intelligat Petri successorē, quod non minus reliquis est falsū.

Idem lib. 2 cap. 2. sub initium. Clem. lib. 8 Disposit. Decimatercia censura. Idē Euseb. li. 2. cap. 14. Clem. Rom. libr. 1. sub initium. Glossa Ordinaria. Decima quarta censura. Idem lib. 5. cap. 6. & li. 3. cap. 14. Decima quinta censura. Idem lib. 3. cap. 31. & lib. 5. cap. 24. initio. Idem ibidē. Decima sexta censura. Idem lib. 5. cap. 8. init. Iren. lib. 3. Euseb. lib. 2 cap. 15. Hieronym. tom. 1. circa finem. Decima septima censura. Euseb. lib. 5 c. 24. init.



Decimo octava censura. *Gelas. cap. S. Romana Ecclesi. an te medium dist. 15. Hieronym. Aug. lib. 2. de Ciuitat. Dei, cap. 18 tom. 5. Decimano-na censura. Idē Euseb. lib. 2. c. 24. Hieronym. tom. 1. a med. Euseb. lib. 2. c. 22. init.*

Decimo octauo per totū sextū librū, vt Gelasius ait, in immodicis laudibus Origenis tepuit, eius errores nō percensendo: cū tamen Augustinus ex nostris ob id Sallustiū commendat, q̄ Romanorum virtutes ita descripsit, vt vitia non tacuerit: præsertim cūm Origenes, etiam dum viueret, ab Ecclesia fuerit damnatus.

Decimonono, recenset Annianum post B. Marcum, Alexandriae Ecclesie præfuisse, anno videlicet primo Neronis. Quod non videtur verum, cūm Hieronymus libro de scriptoribus Ecclesiasticis tradat, Petrum venisse Romam cum Marco anno secundo Claudij Imperatoris (qui regnavit annis tredecim, mensibus octo, secundū Eusebium) Totum ergo tempus, quo fuit Marcus cum Petro in Italia, & scripsit Euangeliū, & in Aquileia fuit Episcopus, & in Alexandria, fuit tantūm per duodecim annos: quod consistere nequit cum eo, quod Annianus illi successerit anno primo Neronis: si verum est quod Hieronymus ait, anno octauo Neronis Marcū obiisse.

Vigesima prima censura. *Euseb. li. 3. cap. 20. Cap. 23.*

Vigesimo, docet Eusebius Ioannē Euangelistam post Traianum Imperatorem de Insula Patmos Ephesum rediisse; cūm postea multo verius dicat post mortē Domitiani sub Nerua Imperatore rediisse: quem secutus est Traianus.

Vigesima prima censura. *Idem li. 5. in Proem.*

Vigesimo primo, prodit, Eleutheriū duodecimum ab Apostolis Petro & Paulo locum Romæ tenuisse; cūm reuera sit decimus quartus, includendo B. Petrum, nisi fortē aliquem ex prioribus eximat, vt Linum, aut Cletum, quos quidam volunt nunquam fuisse Pontifices, sed tantūm absentis Petri adhuc viuentis personam sustinuisse, ac Pontificalia pro eo gessisse.

Vigesima secunda censura. *Idem lib. 1. cap. 12. Iose. lib. 18 Antiq. cap. 4. prope initium.*

Vigesimo secundo, docet ex Iosepho, Valerium Gratum procuratorē Iudæe Annam Sacerdotio remouisse, & Ismaëlem Iabi filium Pontificem designasse: atque illum nō multo post abiicisse, Eleazarumque Annæ Pontificis filiū Sacerdotio subrogasse: anno verò elapso illum quoque gradu posuisse, ac Simoni cuidā Camithi filio Pontificatum tribuisse: sed & illi non

amplius quā vnius anni spatio officio perfuncto Iosephum, cui Caiphas nomen erat, dedisse successorem. Sed certē tam Iosephus, quā Eusebius eū secutus, mirificē hallucinati sunt in eo, quod hæc facta à Grato perhibeant, cūm Pilato potius essent tribuenda, qui Iudæam procurabat sub Anna Pōtifice, vt Lucas cap. 3. docet. Cūm enim Pilato decē annos tribuerit administrationis, Tiberio autem vigintiduos, & menses sex imperij, quartodecimo Tiberij anno constat missum fuisse Pilatum ad administrationem Iudææ, vt eam Tiberij vita definat: quare anno 15. Tiberij non iam amplius Gratus, sed Pilatus Iudæe præerat, atq; illi tribuendæ sunt eiusmodi Pōtificū trāslationes, nō Grato.

Vigesimo tertio, Eusebius tradit, Theudam illum seditiosum, de quo Gamaliel in concione Act. 5. verba fecit, illum ipsum esse, quem Iosephus libr. 20. Antiquitatū cap. 4. surrexisse tradit. Quod planē falsum est: quia cūm ille Theudas, de quo Iosephus, extinctus, & cum suis profligatus fuerit à Cuspio Fado præfecto Iudææ, quem quarto anno sui imperij misit Claudius Imperator, vt habes capite vltimo lib. 19. de Antiquitatibus, non potuit Gamaliel dicere; *Ante hos dies extitit Theodas, cū per 15. annos habita fuerit illa concio à Gamaliel ante illum Theudam, de quo Iosephus, qui nondum venerat, hoc est, à 19. principatus Tiberij vsque ad 7. Claudij Imperatoris annū: nec dixisset Gamaliel, Post hunc extitit Iudas Galileus in diebus professionis: quibus verbis planē asseritur, Theudam illū antecessisse, & dictum censum Augusti, quo descriptus est vniuersus orbis. Nō ergo fuit ille Theudas, qui tēpore Claudij surrexit.*

Vigesimo quarto commemorat, Iacobo Apostolo, & Episcopo Ierosolymorum successisse in Episcopatu Simeonem Cleophæ, quem putat esse illum, de quo inter Apostolos in Euāgelio fit mentio, hoc est, Simonem Cananæum: quia historiae tradunt Simonem Apostolum fratrem Iacobi, cum Iuda fratre Apostolo in Persarū regno

Vigesima sexta censura. *Euseb. lib. 2. cap. 10. in fine, & 11.*

Iosephus Iudaus.

Luca 2.

Vigesima quarta censura. *Idem lib. 3. cap. 11.*

Matth. 10.

occu-

Vincent. in speculo historiæ, lib. 9. cap. 32. B. Antonin. prima par. Historiæ tit. 6. c. 14. Euseb. li. 2. cap. 23. Hieron. to. 1. a med.

Marci vlt.

Euseb. lib. 3. cap. 5. init. Matth. 21. Act. 7.

Isidor. li. de obitu Apostolorum. Beda in Ephemericis to. 1. paullo a med.

occubuisse in ciuitate Samir, vt testatur ex nostris Vincētius, & Antonin<sup>o</sup>. At Simeon secundus Episcopus Ierusalem, & martyr, Ierosolymis crucis supplicio obiit. Diuersi sunt ergo isti, Simon, & Simeon. Deinde idem Eusebius refert ex Egesippo, quod non multo post mortem Iacobi minoris secutum sit excidium: & Hieronymus lib. de Ecclesiasticis scriptoribus docet, Iacobum rexisse Ecclesiā Ierosolymitanam triginta annis, ex quo ad regimen deputatus est, quo tempore nulli existimantur vixisse Apostolorū præter Petrum, & Paulū, & Ioannem: ergo nullus Apostolorū tunc in Iudæa versabatur, cūm illis esset dictū: *Eūtes in mundum vniuersum, prædicate Euāgelium omni creatura.* Insuper tradit, illi vrbi vastationē accidisse ob iniurias illatas Christo hæredi vineæ, & seruis eius Stephano, ac duobus Apostolis. Et subdit: *Ecclesia verò que in Ierosolymis fuerat congregata, responso à Deo accepto emigrare iubetur, & transire ad opidum quoddam Pellam nomine, trans Iordanem (quod, vt alij dicunt, erat de regno Agrippæ confederati Romanis,) quod ablatis ex vrbe sanctis, & iustis viris, vincta cælesti fieret locus tam de vrbe, quā de populo impio, per excidium patriæ, euerisionemque sumenda.* Quomodo ergo hæc consonant cum hoc, quod postea Ierosolyma sit inhabitata à Christianis per imperiū Domitiani ferè quadringentos annos? Præterea, ordo militum Rhodiensium, & religio fratrum Carmelitarum, qui iuxta officium diocesis Ierosolymitanæ ab initio acceptum celebrant de sancto Simeone, secundo eius Ecclesie Episcopo, & martyre, 12. Kalend. Martij diē solennem cōmemorant; at verò de Simone & Iuda tota Ecclesia 5. Kal. Nouemb. celebrat, Martyrologium quoq; Romanum 5. Kalend. Nouemb. cōstituit mortem Apostolorū Simonis, & Iudæ, & 12. Kal. Martij Natale B. Simeonis Episcopi, & martyris in Ierusalem: quanquam Isidorus, & Beda errorem Eusebij secuti sint, sicut & alij per multi. Poteram hæc fusiori sermone prosequi, nisi modū seruare, esse comodiùs ducerem. Hæc autem non eo

animo à me producta sunt, vt inuidiā, aut odium Eusebio conflarem: qui profectō eruditissimus fuit, ac diligētissimus; vtinam ab Arriana hæresi alienus etiam extitisset; sed vt doceā, monumenta veterum Patrum cum iudicio esse legenda, & vt in illis seruetur dictum Apostolicum: *Omnia probate, quod bonum est, tenete.* Neq; dubito, ad quædam ex his quæ annotaui, posse aliquid responderi: sed an satis solidè, prudens Lector iudicabit.

Quod verò Hieronymus libro de scriptoribus Ecclesiasticis, tradat decem libros Ecclesiasticæ historiæ Eusebium conscripsisse, nec nisi nouem inueniri: id est non Eusebio, sed Rufino interpreti tribuendum: ipse siquidem in Prefatione sua ad Chromatiū, se decimū librū cū nono coniunxisse testatur, eò quod perpauca haberet, quæ ad rerum historicarum scientiā spectarent. Ipse tamē Rufinus de suo addidit duos postremos libros, decimum, & vndecimū, nunc autē in luce prædij integer liber decimus historiæ Eusebij, opera Ioannis Christophorsoni Angli interpretis. Cū hæc etiam magna ex parte spectet ad Apostolos, non fuit ab scopo libri Actuum Apostolorū abhorrens, hos historiæ defect<sup>o</sup> annotasse. Quōbrē studiosus quisq; non ita lectioni Patrum incumbat, vt propter ea, quæ ab illis rectè traduntur, falsa quoque & minus veritati cōsona deorare velit: neque rursus propter quædā, quæ cum veritate minimè sunt coniuncta, reliqua omnia penitus abiciat: sed illis solis scriptoribus, qui Canonici vocantur, hunc honorem deferam<sup>o</sup>, vt quicquid in eis traditur, indubitatam continere veritatē credamus, etiāsi nobis quandoq; aut minus vera, aut parum cū alijs cōsonare videatur. Id enim imbecillitati nostri intellectus tribuendum est; nō autem Prophetæ, aut Apostolo, aut multo minus ipsius primario auctori Spiritui sancto, aut Iesu Christo Dño nostro, qui veritas est, omnisq; sapientiæ, & veritatis auctor, cui cū Patre, & Spiritu sancto æternus reddendus est honos, gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

1. Thes. 5.

Hieronym. tom. 1.

Cūm decem libri Eusebij habeantur: cur nouè tantummodo, Hieronymi sententia extare perhibetur.

In lectione Patrum quæ cautiō sit adhibenda.

Quantum historiæ sit diuinæ, atq; Canonice deferendum

Ioan. 14.



TRACTATUS II.

In quo diuina cum apocrypha componitur historia; & quantum præcellat hæc B. Lucæ reliquis omnibus, etiam illis veteris Testamenti, & in sacro Canone contentis, demonstratur.

POST priores collationes hæc quoque diligenter investiganda est, ut diuinam cum apocrypha componamus historiam. Est autem apocrypha historia, quæ incerta, & falsa continet, & quæ plerumque falsi auctoris nomine inscripta est: atque huius auctoris primarius quis. Primum discrimen. Gelas. cap. 8. Romana Ecclesia dist. 15. a med. Matth. 13. Secundum discrimen. Tertium discrimen. Si quæ veritates in libris continentur apocryphis, quæ illæ sint.

Christum, gratiam, & Euangelium, sic eis per Ecclesiam interdicta: quia nequaquam eis talis lectio prohibetur propter veritates, sed quia sub illis latitat scorpium, & ut ille dixit; Latet anguis in herba. Hunc autem mendacium anguem à reliquis discernere, non est cuiuscunque, sed paucorum, qui dono illo discretionis spirituum ornati existunt: quemadmodum non est cuiusuis auri bonitatem, atque præstantiam agnoscere. Quarto, modus ab huius historiae autoritatibus obseruatus, vanus est, ineptus, atque fucatus: quod si simplicitatem præferat, non est tamè solida, & vera, sed simia quædam, & imago illius, de qua ait Apostolus: Huiusmodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Quinto, ut plurimum solent in angulis hæreticorum hi libri delitescere, ut eis, & alijs curiosis nocent: nec in lumine Ecclesiæ versari audent, ne arguantur de falsitate, ut liber de infantia Saluatoris, de natiuitate Saluatoris, & de sancta Maria, atque de obstetrice Saluatoris, de transitu sanctæ Mariæ, Actus Thomæ, historia Georgij de dracone, & similes. Denique fructus huius historiae est, suadere mendacia, veritatemque ludibrio exponere: quare non solum à Canonica, ac Ecclesiastica, verum etiam ab humana, ac profana, imò etiam à fabulis superatur. Hinc Hieronymus ad Pammachium ait: Apocrypha nescit

Hæreticorum lectio librorum cur vitata. Virgilius in Eclogis.

1. Cor. 12. 1. Ioan. 4.

Quartum discrimen.

Rom. vlt.

Quintum discrimen.

Historiæ quædam apocryphæ.

Sextum discrimen.

Apocryphæ fructus historie quædam. Hieron. epi. 7. sub fine, tom. 1.

Idem.

Ex libris apocryphis aliquam veritatem posse decerpi. Cyprianus.

Amb. lib. de Bono mortis, cap. 10. to. 1. in fine

Idem to. 5.

Aug. lib. 15 de ciuitate Dei, c. 23. circa finem tom. 5.

Christiano- rum in inutilium librorum & fabuloso- rum lectio- ne, siue scriptio- ne vanitas nota- tur.

Ecclesia. Et in epistola ad Lætiam: Caueat omnia apocrypha: & si quando ea non ad dogmatam veritatem, sed ad signorum reuerentiam legere voluerit, sciat non eorum esse, quorum titulis prænotantur, multaque his admixta vitiosa, & grâdis esse prudentia aurum in luto querere. Nihil tamen vetat ex libris apocryphis aliquam veritatem decerpi, quemadmodum Cyprianus ad Pompeianum citat ex tertio libro Esdræ, sicut Ambrosius ex quarto libro Ezræ cap. 7. citat illud: Quia cum venerit iudicij dies, reddet terra defunctorum corpora, & puluis reddet eas quæ in tumulis requiescunt, reliquias mortuorum, & habitacula, inquit, reddent animas quæ his commendatæ sunt, & reuelabitur Altissimus super sedem iudicij. Idem libr. 2. in Lucam agens de nomine Præcurforis, ex eodè lib. & capite Esdræ citat hæc verba: Reuelabitur enim, inquit, filius meus Iesus cum iis qui cum eo iucundabuntur, qui relictæ sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos, & morietur filius meus Christus, & conuertetur seculum. Idem quoque Ambrosius etiam quartum librum putat editum ab ipso Esdra non sine diuina reuelatione, asserens: Paulum Apostolum secutum esse Esdræ sententiã in his, quæ prope finem prioris Epistolæ ad Corinthios de diuersis ordinibus charitatis, & gloriæ electorum resurgentiũ scripserat. Augustinus etiam lib. de Ciuitate Dei inquit: Omittamus igitur earum scripturarum fabulas, quæ apocrypha nuncupantur, eo quod earum occultæ origo non claruit Patribus, à quibus usque ad nos auctoritas veracium scripturarum certissima, & notissima successione peruenit: in his autem apocryphis etsi inuenitur aliqua veritas, tamè propter multa falsa nulla est candida auctoritas. Hæc ille. Essent quoque eadem ratione aliæ tres collationes faciendæ: videlicet Ecclesiasticæ cum Humana & apocrypha, & rursus Humana cum Apocrypha: verum ex his quæ hætenus disseruimus, satis prudenti Lectori poterit earum collationum veritas apprehendi. Est autem deplorandum, ac ingemiscendum, quod cum talia sint ac tanta, ac tam noua, & illustra

facinora Christianorum, delectantur tamen qui stylo valent in fabulis conscribendis, aut in hominum filiorum huius seculi rebus vanissimè gestis, & nullum fructum Lectoribus allaturis, scripto consignandis. Sed ut his relictis, ad historiã diuini Lucæ accedamus, habet hæc excellentiam suam, si cum cæteris etiã sacris conferatur. Nam in primis quod ad materiam attingit, historia veteris Testamenti sobolem populi veteris terrenam, & eius in regno, & sancto seculari institutionem, & Dei in illi peculiarem protectionem, quam per temporalia, siue beneficia, siue flagella exerebat: atque hæc omnia non nisi ob Messiam ex illorum sanguine oriturum: at illa diuini Lucæ, regeneratione noui populi per Spiritum sanctum, & victorias regni Dei contra Satanam, eiusque spirituales, & sacram institutionem, Deique erga illum suauissimam prouidentiam, ut ex modo, quod hi, & illi se in tribulationibus habuerunt, & ex hostibus, cum quibus conflixerunt, ex vincens præmio, & victorum supplicio costare facile potest, & ex eorum, qui ducēs extiterunt, differentia, hoc est, Apostolorum, & principum tribuum. Etsi autem Euangeliorum materia sit sublimior, tamè & hic etiam de illo glorioso, promissaque sua complente, ac de suis discipulis, nobis infirmis plus accommodatis sermo est. Vnde Paulus dicebat. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: Et Iacobus exemplo Helie ad præcationis studiũ volens nos exhortari: Helias, inquit, homo erat similis nobis, passibilis: & oratione orauit, &c. Deinde quod ad modum attingit, ut in veteri Lege singularem scribendi gratiam Moyse, atque Esdræ in Hebræo est largitus, ita Lucæ scribere docto in regno cælo- rum, gratiam scribendi in lingua Græca, in qua alios omnes excedit, impertitus est, ac verbis suis non solum Ecclesiam, sed ut medicis spiritualis pharmaca nostris curandis animi languoribus opportuna, & conuenientia præstitit. Tertio, in breuitate, & comprehensione excellere videtur: patet

Diut hæc Lucæ Apostolorum historia, cū illa veteris Testamenti componitur, quæ ista sit dignior intervallo. Primum discrimen.

Euangeliorum materia qualis.

1. Cor. 4. & 11. & Philip. 3. Iacobi vlt. 3. Reg. 17. & 18. Secundum discrimen.

Matth. 13.

Tertium discrimen.

Quartum discrimen.

Hieron. lib. de scriptoribus Eccles. i.

Prolego. Quintum discrimen.

Quina libri sacri Hebraei olim iuuenturi fuerint, & quamobrem interdicti.

Quibusnam rationibus adductus B. Benedictus lectionem libri Regum filijs suis interdixerat.

enim exemplis viti Noui Testamenti institui volūt, sicut multis illi veteris rudiores homines. Paucis enim verbis veteris & noui Testamenti historias comprehendit, quemadmodum etiam & Legem, & Doctrinam, atque Prophetiam. Quarto adde, quod etiam non in veritate, in eius tamen persuasione praestare videtur: quia non solum scripsit audita, vt Esdras, & de Marco ac Luca scribentibus Euangelium dici solet, sed etiam proprijs conspecta oculis. Dixit enim Hieronymus de Luca: *Igitur Euangelium sicut audierat, scripsit; Acta vero Apostolorum, sicut viderat, composuit.* quanquam quid esset de hac re sentiendum, nos primo libro aperuimus. Quinto, eminet in fructu: nam praeterquam quod omnia comprehendit, & nobis magis accommodata exempla proponit, nihil tamen narrat, vnde infirmi possint offendi: vt Manichaei olim lectione veteris Testamenti offendebantur, & Hebraei, iuvenes arcebant a legenda Genesi, Cantico Canticorum, principio, & fine Ezechielis & Beatus Benedictus libros Regum interdixit suis monachis legere. Quod quidem credendum est virum illum spiritu Dei plenum absque causa non fecisse, sed partim propter matrimonia, etiam cum pluribus vxoribus, partim propter odia, & alia merē temporalia, & humana, quae ibi narratur, interdixisse, improbabile non est. At hic omnia sunt spiritualia, & idonea exempla ad salutem, praecipuaque, atque documenta ad om-

nia vitia fugienda, & ad omnes virtutes conseruandas, & ad Ecclesiam plantandam, regendam, atque reformandam copiose traduntur. Postremo, in accommodatione auctoris, qui vidit, & stylum habuit Lectori conformē precellere dignoscitur. Accommodatur etiam personis optimis quibusque, quae progredi in via Dei cupiunt, vt saltem exemplo populi primitiuae Ecclesiae ad bonum permoueatur: praefertim cum liber nec intellectui difficilis existat, nec memoriae, vt retineri valeat, virtutemque delectandi, ac persuadendi habere videatur. Valde etiam huius lectio libri confert, vt Ecclesia, quae senectute sua deformis, & infirma existit, exemplum ante oculos habeat, vnde renouari, ac reflorescere valeat: si videlicet oculos attollat ad opera illa, & officia, quae primitiua illa Ecclesia pro gratiae diuinae beneficio exercebat. Vnde cuidam dictum fuit: *Age, inquit, poenitentiam, & prima opera fac.* Cum igitur his omnibus rationibus historia B. Lucae caeteris praestare videatur, totque utilitates secum adferat, & commoditates, eius lectionem frequenter colere, optimo cuique, consultissimum erit, vt opera Dei in Apostolis, ac reliquis fidelibus agnoscat, eorumque exempla conseruari nitatur, quod gratiam sibi reconciliare valeat Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto, detur omnis gloria, potestas, & imperium, in seculis sempiternis. Amen.

Sextum discrimen.

Huius libri lectio in primis quid conferat.

Apocal. 2.



TRACTATUS III.

De solida huius libri autoritate; ac de nothis & pseudepigraphis voluminibus, quae Actus Apostolorum falso inscribuntur.

Haereticus librum Actorum cur receperint in selices.

**L**VRES extitisse tam audaces, & impudentes, qui librum Actorum Apostolorum non receperint, no-

uam, aut mirum illis videri non debet, qui cogitauerint haereticos cum Ecclesia bellum semper gessisse, ita vt, quos illa libros esse amplexata, illi re-

pu diauerint:

Matth. 16.

Propriū cut- que haereti- quid.

Hec historia a quibus recepta non fuerit.

Euseb. li. 4. Eccles. hist. cap. 29. Seueriani haereticus vnde. Philaster in Catalo. haeretic. c. 3. Tertull. t. 1 Aug. libr. de utilitate credendi. c. 3. circa medium. tom. 6. sub init.

Quaratione ducti Manichaei hunc librum Apostolorum Actuum non receperunt.

Act. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

pu diauerint: & quos Ecclesia merito reprobaui, ab ipsis illi fuerint vt Canonici, & Orthodoxi recepti. Sed in hoc non paruum est discrimen, quod Ecclesia stetit semper, in quam portae inferi praualeere non poterunt: eiusque de Canonicis libris iudicium perpetuo obtinuit. Caeterum id fuit proprium cuique haereti, illorum, praecipue Canonicoꝝ librorum, pondus, atque autoritate cleuare, quos suis opinionibus, & assertionibus deprehendit esse contrarios: vt posset & veterum, & recentiorum haereticorum exemplis illuminari, nisi res ipsa per se perspicua satis esset, atque illustris. Itaque non defuerunt, qui hanc diuinae Lucae historiam rejicerent, ac reprobarent. Eusebius in primis hanc haeresim videtur tribuere Tatiano, ac Seuerio, ex quo Seueriani dicti sunt; Philaster vero in Catalogo haereticorum cap. 63. Cerintho adscribit. Idem asseruerunt Cerdonitae, vt docet Tertullianus libro de praescriptionibus haereticorum. Augustinus porro libr. de utilitate credendi ad Honoratum, Manichaeis hunc errorem assignat: qui propterea eum rejiciebant, quod eius autor scriberet Spiritum Paraclatum a Christo promissum in die Pentecostes, aduenisse longe ante tempora Manichaei, quem ipsi credebant verum Paraclatum fuisse, quae Dominus suis verbis in discipulos venturum est pollicitus. Quae in re non videntur diuersa a Mahometanis sensisse, qui iactant in Euangelio nominatum, & a Christo promissum Mahometum, verum nostrum de Euangelio expunctum, & pro eo nomen Paraclati adiunctum. Verum enimvero cum liber hic, vt ibidem Augustinus testatur, tanta in se habeat similia his, quae Manichaei de diuinis Scripturis accipiunt, ac credunt, magis videtur esse stultitiae, quod etiam hunc quoque non credant, & reuerenter suscipiant: & si quid ibi eos offendit, falsum, atque immisum dicere. Cum autem haec sint vanissima argumenta, & sola sua narratione se prodant: indigna sunt vlla prorsus expugnatione. Et Manichaei in hoc magis tolerabiles, quod saltem aliquem ob-

tendebant praetextum, quo ad abiiciendam huius libri autoritatem permoueretur: priores vero minus uenia digni censendi sunt, quod nullam dicitur sui rationem redderent, nisi id tantum: *Hoc volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas.* Ecclesia Catholica certa, atque inuicta ratione, eadem autoritate, qua quatuor cognouit esse Euangelia, accepit quoque esse librum vnum Actorum Apostolicorum a B. Luca conscriptum: in cuius rei fidem, hunc librum publice in templis legi voluit non tantum in Missae sacrificio, sed etiam in diuino cultu, ac precibus publicis recitari in Octauis Paschae, vt docet Gelasius in cap. Sancta Romana Ecclesia, & ante Gelasium B. Augustinus in Euangelium Ioannis, ubi ait: *Habeto humilitatem, charitatem, pacem: habero bonum quod nondum habes, vt proficiat tibi bonum quod habes: nam quod habes, habuit & Simon Magnus. Actus Apostolorum testes sunt, ille liber Canonice omni anno in Ecclesia recitatus. Anniversaria solennitate post passionem Domini nostri illi libri recitari: ubi scriptum est quomodo conuersus sit Apostolus, &c. Iterum Augustinus libro contra Epistolam Manichaei: *In locum autem traditoris Christi qui successerit, in Apostolorum Actibus legimus: cui libro necesse est credere, si credo Euangelio: quoniam vtramque Scripturam similiter mihi Catholica commendat autoritas.* Adhuc in libro contra Faustum: *Cum necesse sit, inquit, alterum horum librorum (conferat Acta Apostolorum cum aliquo libro apocrypho) esse mendacem, cui nos potius censes fidem accommodare debere? Ene quem illa Ecclesia ab ipso Christo inchoata, & per Apostolos prouecta certa successionum serie, usque ad haec tempora toto terrarum orbe dilatata, ab initio traditum, & conseruatum agnoscat, atque approbat; an ei, quem eadem Ecclesia incognitum reprobat, cum etiam profertur ab hominibus ita veracibus, vt Christum laudent esse mentitum? Adhuc Chrysostomus adhuc antiquior, in Homilia quadam, quam scripsit: *Cur videlicet miracula Apostolorum, quae in eorum Actibus scripta sunt, non post Pentecosten, quando illa facta sunt,***

Iuuenalis.

Gelasius dist. 15.

Aug. tract. 6. in Ioan. legē a med. tom. 9. Act. 8.

Idem libro contra epistolam Manichaei, cap. 5. in fine. tom. 6. circa initium.

Idem lib. 28. contra Faustum, cap. 2. in fine. eodem tom.

Chrysof. in vna ex ijs Homelijs, quae nuper de Graeco in Latinum conuersae sunt.

sicut

sicut de cruce, inquit, legimus in die Crucis, sed potius legitur statim post passionem declaransque rationem, ait: *Hac est causa quæstrionis positæ, ut cū videritis impositam nobis temporis obseruationem, ne existimetis vitium Iudæicæ obseruationis Apostolos cepisse. Post passionem continuè passionē prædicamus: resurrectionis verò fidem potissimùm Apostolorum fecerūt miracula. Idcirco Patres, ut statim post crucem acta legerentur, statuerunt, ut scilicet continud post passionem resurrectionē ostendamus, ut si oculis suscitatum non vidisti, oculis fidei videas: si his, inquã, oculis non vidisti, at illis miraculis videas. Quod verò facere in nomine illius miracula, manifestius resurrectionis argumentū esset, quam si omnibus hominibus suscitatus apparuisset, vel eo perspicere potest, quod si aspectus fidē resurrectionis facturū fuisset, non recessisset omnibus post resurrectionē apparere. Quod nihil tamen aspectus profuisset, facile intelligi potest ex Lazaro. Nunc enim cū ita quatuor diebus mortuum, tabefactum, & putrefactū, ac ligatum ad vitæ reuocasset, ante omnium oculos viuum statuisse: non solum non persuasit illis suscitatum esse, irritauit potius eos, ita ut voluerint eum occidere. Alterum itaque suscitauit, & non crediderunt: se verò ipse si suscitasset, & omnibus apparuisset, an non rursus percipi in eum essent? Quare ut eos illa insania, ac furore liberaret, latebat: sed qui se ab eorum aspectu subducebat, per miraculorum effectus se eis ostendebat. Hæc ille satis eleganter, & scitè. Præterea Epiphanius disputans contra 30. sectam, id est, contra Ebionæos in Gazophylacio Iudæorum in Tiberiade inuentum tradit, Ioannis Evangelium, ac libros Actuum Apostolorum ex Græca lingua in Hebraicum idioma conuersa. Ibi quoque fuit repperitum Evangelium secundum Matthæum Hebraico sermone: quod si gnunum est non minus illum librum Actorum esse Canonicum, atque illa duo Evangelia quemadmodum autē ad reuocandam in dubium sacrosanctam Euāgeliorum fidem Satanas instar illius Dauid Comici inturbatis omnia, primum produxit multa adulterina, ac supposititia Euangelia, no-*

stra verò aut corruptit, & vitiauit, aut negauit: haud dissimili artificio, & fraude, quò tenebras veritati offunderet, atque autoritati huius voluminis veri, ac germani derogaret, in primis excitauit multos, qui illud non reciperet, ut diximus; deinde librū ipsum Actorū varijs modis corrumpere, aut fabulis, atque mēdacijs infarcire tentauit. Nam ita testatur Epiphanius Ebionæos, in quos disputat, Actus Apostolorū erroribus, & impietatibus inspersisse. Hieronymus quoque in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorū docet huc olim librum à presbytero quodam Asiatico corruptum, his verbis: *Igitur ἐπιόδῳσ Pauli, & Thecla, & totam baptizati Leonis fabulā, inter apocryphas scripturas computamus. Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum, refert Presbyterum quendam in Asia πρῶτος Apostoli Pauli, cōuictum apud Ioannē, quod autor esset libri, & cōfessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse. Tertio, suscitauit quosdam, qui falsos, ac commentitios Actuum Apostolorum libros, falsisque titulis inscriptos in lucē ederent. Nam in primis de Actibus Petri pseudepigraphis ita sentit Eusebius libr. Ecclesiast. historiæ: *Ille verò libellus, qui dicitur Actus Petri, & quod nominis eius Euangeliū muncupatur, sed & quæ dicitur eius prædicatio, vel reuelatio, in scripturis prorsus Canonicis non habetur: sed ne aliquis quidem scriptorū veterū vti eorū testimonijs inuenitur. Sic Eusebius. Et si Origenes in Ioan. testimonium producat ex Actibus Petri: in dubiū tamen fidē libri reuocat. At de falsis Actibus Pauli ita idē Eusebius tradit: *Post hac iam scriptura est, quæ dicitur Actus Pauli, sed & libellus, qui appellatur Pastoris, & Reuelatio Petri, de quibus quammaximè dubitatur. De nothis Actibus B. Apostoli Thomæ, refert Epiphanius Enkratitas hæreticos cū in eos disputat, in vsu librum illum habuisse, cuius titulus erat: Actiones Thomæ, quem Innocentius Papa I. Epistola ad Exuperium condemnat. Augustinus libro de Sermone Dñi in monte, & lib. contra Faustū, & in lib. cōtra Adimantiū testatur Manichæos***

Quot vsis atque rationibus hæc libri fidem, & auctoritatem obscurare, ac delere conatur: sit.

Hieronym. tom. 1. circa finem.

Tertull.

Tertia via. Euseb. lib. 2. Eccle. hist. cap. 3. to. 1. Orig. to. 13. in Ioan. inter init. & med. tom. 2.

Euseb. eodē lib. cap. 25. circa med. Quinā libri apocryphi in actibus Ecclesiæ agnitum, deinde reprobati fuerint.

Epiph. lib. 2. contra heret. tom. 1. in sect. 47. sub initium. Innocent. I. Aug. libr. 1. de sermone Domini in monte, cap. 38. sub finem. to. 4. circa finem.

Idē lib. 22. cont. Faust. c. 79. ante med. to. 6.

Et lib. cont. Adimant. c. 17. circa init. eod. tom.

Philaster in catal. Hæretic. cap. 41.

Gelas.

Alij libri quidam apocryphi.

Idem Innocent. I.

Philaster superius citatus.

August. lib. De fid. cōt. Manich. c. 38. tom. 6. inter med. & fin.

Euseb. lib. 3. c. 25. Eccle. histo. propē finem.

eiusmodi Scripturis vsos, quæ sanè alia quam ista acta fuisse non est verisimile, in quibus haberetur, quod cū Apostolus Thomas esset in quodā solenni nuptiarum conuiuium tanquam peregrinus, & omnibus ignotus, à ministris quodam palma percussus fuerit: qui statim imprecatus est homini repetendam, seuamque vindictam. Cūque minister egressus esset à fonte, quo aquam conuiuantibus ministraret, continuè irruens Leo, interimit eum, manumque eius, quæ caput Apostoli leuiter percusserat, à reliquo corpore auulsam canis mente attulit, in qua Apostolus discubebat. Quam historiã vt contumeliosam B. Apostolo, Augustinus non probat. Fertur quoque idem Thomas epistolam scripsisse ad Clementem, qui Petrus in Pontificatu successit, de rebus à se in Parthia, Media, Perside, & Iudæa visis. De spuris Actibus Ioannis scribit Philaster in catalogo Hæreticorum, de apocryphis loquens in fine: *Habent Manichæi, & alij tales Actus beati, & Ioannis actus Euangeliæ, beati & Petri similiter Apostoli, & Pauli pariter Apostoli: in quibus quia signa fecerunt magna, & prodigia, vt & perudes, & canes, & bestie loquerentur, etiam & animas hominum tales, velut canum, & pecudum similes, imputauerunt esse Hæretici perditii. Hæc ille. Addidit quoque, Gelatius inter apocrypha, Actus Philippi Apostoli, & similiter librū, qui dicitur Sors Apostolorū. Ad hæc inter apocrypha recet ibidem Actus Andreæ Apostoli: quorum autores Innocentius epistola decretali ad Exuperium, Nexochariam, & Leonidam philosophos fuisse tradit. Philaster quoque in catalogo De Hæresibus: *Habent, inquit, Manichæi apocrypha B. Andreæ Apostoli, id est, Actus, quos fecit veniens de Ponto in Graciam, quos conscripserunt tunc discipuli sequentes Apostolū. De hoc libro quoque testatur Augustinus, Leucium quendam Manichæum extitisse, qui actiones quasdam Andreæ literis mandauerit, in quibus de Andreæ Apostolo, & Maximilla vxore Egeæ multa risu digna legerentur. Accedit Eusebius, qui in libro Ecclesiasticæ historiæ ita in genere loqui-**

tur de illis, & aliorum Apostolorum Actibus: *Andreæ, inquit, & Ioannis, atque aliorum Apostolorum Actus, quod nunquam prorsus in scriptis veterum, eorum duntaxat, qui Apostolis successerunt, aliqua mentione eorum, aut commemoratio habetur. In quibus & ipse stylus multum ab Ecclesiastica consuetudine deprehenditur esse diuersus. Sensus quoque ipse, & omnia, que his inseruntur, longè ab Apostolica dissonant fide, ex quo figmenta esse prauitatis hæreticæ comprobantur. Vnde ne inter illa quidem, de quibus dubitari diximus, collocanda sunt, sed vt aliena penitus, & impietatis regula discrepantia propellenda. Sic ille. Idem quoque euenisse lib. Apocalypsis, atque Actorum Apostolicorū, non est difficile ostendere. Nam illam quidam abiecerunt, vt Alogiani, dicentes à Cerintho hæretico editam, & opus esse pestilētissimi nebulonis, vt tradit Epiphanius in Alogianos disputans. Idem quoque docebat Theodotus Byzantius Theodotianorum Princeps, vt docet Epiphanius in eodē. Alij verò negant à Ioanne cōscriptā, sed à quodam Ioanne presbytero, siue Theologo. Denique ad extenuandam huius libri autoritatē prodire quoque, aliæ supposititiæ Apocalypsis, vt Apocalypsis Petri, de qua superius Eusebius, & Apocalypsis B. Thomæ, & reuelatio Pauli, & reuelatio Stephani: quos tres libros Gelatius reprobat, & computat inter apocrypha. Vt intelligas Satanam simili perinde artificio vt in minuenda, atque abroganda fide librorum Canonicorum, Nostra memoria prodijt volumen De certamine xij. Apostolorum in decem libros digestum sub nomine Abdiæ primi Babyloniarum Episcopi, ab Apostolis Simone, & Iuda (quos euntes ad euangelizandum in Persidem comitatus est) ibidem constituti: quod ille Hebræo idiomate conscripsit, postea verò ab Eutropio eius discipulo in Græcum, deinde verò ex Græco in Latinū sermonem per Iulium Africanum fuisse translatum. Ferturque Abdiam vnum fuisse ex septuagintaduobus Discipulis, qui Dominum in carne viderunt. Hoc volumen etsi prima facie plausibile, & gratū omnibus videretur: apud*

De sacra Ioannis Apocalypsi quid sentiant Alogia.

Epiph. in Hæref. 51. sub initium.

Idem in Hæref. 54. initio. lib. 2. to. mo 1.

Euseb. lib. 3. Eccle. hist. c. 25.

Ibidem. Gelas. cap. S. R. Eccle. distict. 15. paulò à medio.

Quid de autore libri cui certamē xij. Apostolorum inscribitur, sub nomine Abdiæ, sentiendum sit.

Quæ res huius libri fide merito reddant suspectam.

Euseb. lib. 6 De Eccl. hist. c. 23. Hieronym. lib. De scriptor. Eccl. tom. 1. circa finem.

pios tamen, & eruditos viros in suspicionem apocryphi libri venire cepit: tum quod Paulus III. in Indice librorum prohibitorum tanquam apocryphum computauerit; tum quod mirum sit talem librum nunquam antea in Ecclesia lucem vuisse, neque mentionem ullam de illo factam, vel apud Eusebium, vel apud Hieronymum, vel apud aliquem veterum Patrum; cum tamen de Julio Africano, ac libris ab eo conditis meminerint, & per paucas eius epistolas & tractatus non ce-lauerint. Præterea dubium est an Abdias sermone Hebræo, quem nonerat paucissimis hominibus esse notum, & vitem futurum scripserit; & an Iulius Africanus perinde esset doctus Latine, atq; Græcè, ut opus Græcum alterius in Latinum voluerit convertere eloquium. Illud etiam durum mihi in eo videtur, quod hinc Abdias interfuerit passioni B. Andreae, quam se flente Andream sustinuisse refert libro 4. Item cum Ioannis Euangelistæ sepulturam ita describit, ut insinuet se illi interfuisse; & lib. 9. describens vitam B. Thomæ, videtur eius in carcerem coniectioni præses fuisse. Quod igitur tot Apostolorum obitibus, & in tam diuersis locis, & Pro- uincijs tam remotis violentè insinuetis Episcopus Babylonius, qui curam ha- bebat suæ Ecclesiæ regendæ, interfue- rit, mihi, ut verum fatear, scrupulum inicit. Ad hæc lib. 6. in vita Simonis & Iudæ Apostolorum scribit, Apo- stolos illos duodecim Prouincias Per- sidis, & ciuitates earum peragrasse: in quibus quæ egerint, & quæ passi sint per annos xiiij. longa narratione scri- psit Craton Apostolorum ipsorum dis- cipulus, in decem voluminibus vni- uersa comprehendens, quæ Africa- nus historiographus in Latinam tran- stulit linguam. Hæc ibi habetur: quæ in suspicionem volumen hoc adduc- unt. Nam superius dixerat Eutropium fuisse, qui decem libros Abdias de cer- tamine Apostolorum inscriptos in Græ- cum ex Hebræo transtulerat, quos Iu- lius Africanus Latinos reddiderat: nunc totidem alios libros de vita & gestis horum duorum Apostolorum

Cratonem scripsisse refert, quos Lati- nos fecerit idem Africanus: unde mi- rum est xx. libros de gestis Apostolo- rum in Latinum eloquium conuertisse Africanum, quorum nullam men- tionem fecerint veteres Patres. Ad hæc quomodo Abdias autor huius libri præcognoscere potuit libros suos, aut Cratonis Apostolorum discipuli, ex Græco in Latinum eloquium conuer- tendos? aut quomodo Africanus ipse in libro alterius ausus fuisset in- serere se fuisse interpretem illorum decem librorum? Præsertim hæc si quis diligenter inspiciat, parum cohære- iudicabit. Insuper non satis constat, qua ratione asseratur fuisse vnus ex 72. discipulis, cum neque Hippolytus Martyr, neque Dorotheus Episcopus Tyri, antiquissimi in Ecclesia Dei Pa- tres, describentes 70. discipulos, ne huius quidem Abdias vel leuiter me- minerint nominis. Non dubito etiam nonnulla in illis contineri, quæ si di- ligentius excutiantur, vel ad viuam referentur, non videtur satis recepta, aut in Ecclesia explorata. Ecce v. g. in vita B. Thomæ Apostoli narratur hi- storia pincernæ, qui manu verberauit faciem Apostoli, qua accepta Apo- stolus rogauit Deum veniam in futuro, vindictam vero in præsentis seculo: & paullo post manum canis attulit in me- sam ore suo, & omnibus ostentauit. Quam tamè historiam B. Augustinus non vno loco tradit esse apocrypham prorsus, & incertæ autoritatis: Legit libros contra Faustum Manichæum, & lib. 2. De serm. Domini in Monte, & librum contra Adimantium Manichæi discipulum. Adde, quod lib. 5. Apo- stolum Ioannem tradit in dolum feruentis olei in vrbe Epheso coniectum, & libera- tum: fuisse in insulam Pathmos relega- tum: quam tamen historiam Romæ contigisse, tradit Tertullianus graui- simus, & antiquissimus autor lib. De præscriptionibus hæreticorum, & eius rei monumentum extat ad Portam La- tinam in Vrbe vsq; in hodiernum diem. Qui etiam fieri potuit, ut Abdias (qui vnus est à 72. Domini discipulis, & comes Simonis & Iudæ Apostolorum

Hippol. Mar- tyr. Dorotheus Episcopus.

Aug. ubi su- pra, id est, lib. 1. De serm. Dom. in Monte, c. 38. tom. 4. sub fine, & lib. 22. con- tra Faustum, c. 79. & li- bro contra Adiman. c. 17. tom. 6. Tertull. ta- mo. 1.

in pro-

in professione ad euangelizandum in Persidem) libros tamen sex Apostoli- cæ suæ historiæ ad confirmanda ea, quæ de Iacobus Iusti fratris Domini mori- bus, continentia, & sanctitate tradit, ex lib. 5. commentariorum Egesippi produxerit, cum Egesippus floruerit anno Domini 160. longè Abdias tẽ- pore posterior? Verum quicquid sit de his libris, facillè patiar de sententiã de- cedere, si isti nodi mihi dissoluantur. Nemo igitur quantumuis specioso ti- tulo captus omnem librum statim pu- tet esse Catholicum, atq; Orthodoxum, sed diligenter inspiciat, quibus libris fidem suam accomodet, ne contingat illum potius esse Epimetheum, quam

Prometheum; & non nisi post errorem imbibitum veritatem cogatur agno- scere. Nos igitur solidam, & sacrosan- ctam libri Actorum Apostolicorum à Luca conscripti auctoritatem esse cre- damus, illamq; sacramentã custodia- mus; ut ex illo codice certa credendi dogmata, & illustria iuxta Euangelium viuendi exempla nobis deriuemus, cum illa omnia in Apostolis, præclare ge- sta operatus sit pro sua bonitate Dñs noster Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiritu sancto immortales laudes, & gratiarum actiones cum omni ho- nore, & gloria ab vniuersa creatura decantentur omne per æuum. Amen.



TRACTATUS III.

De huius libri inscriptione, ac diuisione, de- que tẽporũ ratione, quo hæc omnia gesta sũt.

Libri Actuum Apostolorum qualis inscri- ptio.

**A**ctus sane, & simplicissi- mus est huiusce libri titulus, atq; historiæ describendæ accommodatus, nihil elatum, aut tumidum præferens, ut soler esse qui ab hominibus excogitatur, ut ille, De viris illustribus, & alter De illustribus Ducibus, vel Philosophis, vel Historicis, vel Poëtis, vel Epicis, vel Tragicis, vel Comicis, vel De claris oratoribus, & similes tumore magis, quã veritate subnixi tituli. At hic modestia, & veritate plenus: Ἔρεται τῶν Ἀποστόλων, hoc est, Acta seu Actus, siue Actiones, siue gesta Apostolorum. Qui reuera illustrissimi viri extiterunt, clarissimiq; in euangelizando oratores: siquidem integritate vitæ atq; sanctitate, orationeq; simplici, atq; inculta illud obtinuerunt, quod nulla vnquam aut Tullianæ eloquentiæ flumina, aut Demosthenis contortæ, vibratæq; sententiæ, aut Platonis grandi loquẽtia, aut Isocratis iocunditas obtinere vnquam potuissent. Explicemus primũ, quid per nomen Apostolorum intelligamus.

Apostoli sanctissimi, oratores quales extiterint.

Apostolorum nomen quid proprie in Scripturis.

Et si autem ea voce Græcã quicquid, & quocumq; mittatur, & ad quemcumq; effectum præstandum significetur: ex usu tamen Scripturæ, atq; Ecclesiæ consuetudine restricta est ad eos tantum designandum, qui à Christo euangelij gratia per totum orbem disseminandi destinati sunt: nõ quidem cum leuibus, aut vulgaribus donis, sed cum ingentibus, & excellentibus muneribus; ac prærogatiuis, nimirum cum dono linguarum, prædicandi potestate, prophetadi virtute, signorumq; operatione ad confir- manda ea quæ docerent: deniq; ut tanquam Patres per Euangelium homines Deo gignerent, tanquam matres eos fo- uerent, atq; educarēt, paternamq; se- ueritatem, ac disciplinã, maternasq; blanditias pro tempore, & loco adhi- berent. Sũt autem varij, atq; distincti Apostolorum gradus. Nam qui ad propria virtute seruandum cum infinito di- uinitatis dono in mundum missus est, ne- mo alius quam Iesus Christus extitit: qui primũ gradum obtinet, de quo Apo- stolus ait: Vnde fratres sancti, vocationis

Qualis missio Apostolorum fuerit. Act. 2.

Varij Apostolorum gradus persententur. Primus.

Heb. 3.

*caelestis participes, considerate Apostolum, & Pontificem confessionis nostrae Iesum: Qui fidelis est ei, qui fecit iu. Vnde frequenter Dñs suã hanc missionẽ Iudæis obijciebat: & quò se modeste gereret, omnia ad mittentis Patris autoritatem, siue verba, siue opera, referebat. Vnde signũ Lazari ad vitã reuocandi editurus, dixit, *Sed propter populũ qui circumstat, dixi, vt credãt quia tu me misisti.* In hunc gradũ Apostolatus, qui soli Christo, veròq; Mesiã debetur, nemo aliõ admittitur. Qui verò misi sunt ab ipso Christo ad salutẽ per ipsum partã reliquis applicandã, siue prædicando Euangeliũ, siue Sacramenta administrãdo, siue signis fidẽ confirmãdo, siue ministros necessarios constituendo, siue deniq; Ecclesiã, quã ex credentibus conflata est, regendo atq; gubernãdo, fuerunt tantũ duodecim, & Paulus, & Barnabas: isti propriẽ sunt Apostoli, sub Christo tamen, cuius finẽ cõparatione excelsior est gradus. Isti à Paulo dicuntur columnæ, q̃ Ecclesiã Dei suis meritis, ac precibus, autoritatẽq; sustineant, ad fulsiant: dicitur etiam supra modũ Apostoli, q̃ præ alijs excellentiorẽ Apostolatus locũ obtineat.*

III. gradus. Tertius gradus est eorũ, qui cũ potestate ordinaria succedũt, vel in cõseruãda parta iã, acceptaq; salute, vel in aliquo peculiari loco, quò nõdũ peruenerat Euãgeliũ de integro euangeliãzãdo: isti dicuntur Apostolici, sed non absolutẽ, verũ cũ additamento: vt Epaphroditus dicitur Philippensium Apostolus Philippẽ. 2. & S. Dionysius Galliarũ Apostolus, Maternus Germanorũ, & Bonifacius, quem Gregorius vocat Anglorũ Apostolũ: qui tamen primus apud illos prædicauit. Hic autẽ agitur de primo, ac summo Apostolo Christo ad vitã immortalẽ suscitato, & de misis ab eo Apostolis in vniuersum orbẽ, præcipuẽ verò de sumis inter omnes Apostolos Petro, & Paulo: idẽ cũ articulo dicitur τὸν Ἀποστόλων, id est, eorũ, qui insignes, & eximij erant inter Apostolos. Imò, vt quidã codices habent: τὸν ἀγιὸν Ἀποστόλων, id est, Sanctorũ Apostolorum. Dicuntur autẽ misi, quia nõ est cuiusuis legatũ agere, sed eius tantũ, qui à Principe

Ioan. 11.

II. gradus.

Gal. 2. Apostolos cur Paulus vocet Ecclesiã colũnas.

III. gradus.

Apostoli cur misi dicantur.

fuerit missus: vnde dictũ est, *Pro Christo legatione fungimur: & Quomodo predicabãt nisi mittuntur?* Nemo etiã hũ. honorẽ assumere debet, sed qui vocatur à Deo, tanquã Aaron. Accedit & alia ratio, quò quacũq; habent veri legati, nõ nisi à mittente habet. Vnde Dñs dicebat: *Qui me misit, mecũ est: & idem Dñs ad Apostolos; Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus, vsq; ad cõsummationem seculi.* Deus enim illos quos mittit, talibus decorat ornamentis, vt idonei muneris sui possint existere: & nõ ponit illa præcedere, quò Deus illis permoueat ad eos mittẽdos, quẽ admodũ in Christo, & Apostolis liquet. Hi autẽ quò suã missionẽ restatã redderent, antiquã doctrinã cõsona tradebant, nõ autẽ cõtraria: etiã aliqua adiugeret, quã antiquã nõ repugnabant. Nã in diuinitate tres existere personas fidei de vno Deo haud pugnat, sed cũ illa simplicissima natura hæc delitescens veritas cõsistit: ita de reliquis dicendũ, quã Euangeliũ legi adiũgit, verũ nec in minimo quidẽ iota cõtradiceo. Prodebat quoq; & vitẽ sanctitate, & signorũ magnitudine, & certissimis Prophetarum oraculis se esse à Deo missos. Tractantur porrò hoc libro eorũ acta, siue praxes, id est, mirabilis ars piscandi animas, quam à Christo, & Spiritu sancto didicere. Hũc enim tandẽ tẽdebat vita Christi, & doctrina, & mors, & resurrectio eius: eò Apostolorũ prædicatio, signa, electiones, & missiones ministrorũ: eò visitationes Ecclesiarũ, carũq; cõcilia, prospera omnia, atq; aduersa, quã illis euenisse narratur. Etenim tẽpori viã nostrã cõducibilior est doctrina practica, quã præceptis salutarib; homines imbuit, quã theorica, quã tantũmodo cõtẽplationibus pascit, atq; speculationibus: quia plus factis est modò fidẽ Sacris Scripturis habere, & bonis operibus abundare, vt per praxim tendamus ad verã cõtẽplationẽ, quã nõ nisi in cõlesti regno per visionẽ, ac fruitionẽ perfectẽ possidetur. Et inter alias multas voces, Actorũ vox videtur amplior, & significatior, quia hic liber cõtẽplatur veluti publicos totius Reipublice Christi-

2. Cor. 5.

Rom. 10.

Hebr. 5.

Ioan. 8.

Matth. 28.

Quibus eos muneribus Deus exornet.

Cur Acta Apostolorum nuncupentur.

Prima ratio.

Doctrina quã vitã nostrã magis expediat.

1. Cor. 13.

& 1. Ioan. 3.

II. ratio.

Iuuenal. satyr. 2. Tertia.

Hic liber Acta potius Apostolorum quã Verbi quib; de causis sit inscriptus.

Exemplorũ vis, quã verborum maior.

Proprium Christianorum, nõ amplius Romanorum, quid.

M. Tit. lib. 5. epist. 89.

Quã Cicero affectabat memoria sui nominis semper.

actibus.

stianæ cõtẽmentarios, & annales: id em cõtprehendit illa vox Actorum. Vnde Poeta quidã: *Cupient & in acta referri.* Vel tractantur hic acta, actionesve Apostolorũ, id est, sublimiora gesta, & vtiliora hominũ, qui sapientia, & virtute reliquis mortalibus antecellunt: inter quã quoq; ipsa illorũ colloquia, & conciones, quas Deo pleni ad populũ fundebãt, sunt percẽsendã.

Verũ hic in primis obstreperẽ quis poterit, ac obijcere, quò cũ in hoc volumine vigintidũ enumerẽtur cõciones, siue *Amphiprotai*, potius Verba Apostolorum, quã Acta, inscriptio fuerat faciendã. At profectò etiã totidem admittamus esse conciones, nõ tamẽ aut debet, aut potest corrigi inscriptio: quia gesta eorum & numero, & virtutis excellẽtia cõcionibus prævalent. Vt interim omittam præclara martyria, & cõtumelias, atq; alia supplicia, & tormenta, quã pro Christo perpessi sunt: quã omnia ad acta potius eorum, quã ad verba referenda sunt. Adde, q̃ exempla plus persuadent quã verba: & hoc propriũ ia Christianorũ est, nõ amplius Romanorũ, & agere, & pati fortia. Nam cũ Romani ad laudem humanã venandã cunctas suas dirigerent actiones, & operã, dignitatem operũ amittebãt, cũ vanitati, & mũdi gloriã magna ex parte inseruirent: Erant prætercã eorũ facinora multa cũ imprudẽtia, interdũ etiã multa cũ crudelitate, atq; scũtia admixta, & plerũq; à pretio redẽptis historicis, nihil nõ gratiã, & emolumentũ causa mentietibus, oratione illustrata, & supra veritatẽ exornata. Vide obsecro, quanto ardore M. Tullius à L. Lucio nobili historice eius tẽporis scriptore, elegantissima epistola ad eũ missa effragitet, vt cõsularis fidei gesta historice sua monumentis velit supra veritatẽ etiam cõsignari, atq; cõtendari: *Quod si a te, inquit, non impetror, cogar fortasse facere; qd nonnulli sepe reprehendunt: Scribam ipse de me, multorum tamen exemplo. & clarorũ virorũ.* Perpende obsecro quò eũ impelleret immortalis famã sitis, & ardor, & quantã vanitate, quantãq; humane gloriã cupidine, & studio referta essent

illius scripta. Adde etiam, q̃ hic titulus, Acta Apostolorum, sapientum & Philosophorum percellit doctrinã: nam illorũ proprium munus erat verbis agere, disputare, & magnis cõtentionibus res in cõtrouersiã vocare: at eorum mores, & actiones longẽ erãt ab eorũ doctrina, & oratione: Christianorũ verò officiu, magis in agẽdo est positum, quã in discẽptando: vt tradit Iustinus Martyr cõtra illos. Ad hæc & illud ponderandũ, Dñi Iesu dicta & facta à quattuor fuisse cõscripta Euãgelistis, feruorũ verò opera, & verba à Luca, vel potius ab ipso Spiritu sancto tanquã historico, esse literis cõsignata. Quò si Alexander Magnus Achillem cõtendauit, q̃ nactus fuisset operũ suorum ebuccinatorem, & enarratorẽ Homerũ: quã gloria Apostolis par esse poterit, qui Spiritũ sanctum virtutum suarum, atq; factorum præconem sunt sortiti? Illud quoq; in hoc titulo expendendũ, Deũ benedictũ, qui pro sua munificentia bonorũ omnium nostrorũ, sed præsertim eorũ, quẽ supra naturã sunt, primarius est autor, atq; effector, vt potius illi adscribenda sint, quã nobis secũdũ illud: *Omnia opera nostra operatus es nobis Domine: & Apostolus; Deus est qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate: illũ tamen tam liberalẽ extitisse, vt quicquid est in illis aut vtilitatis, aut honestatis, id propter liberi arbitrij nostri cõsensum, atq; eonatum velit esse nostrum, & propriũ: cũ tamen certum sit, illud, Deum, dũ in nobis merita nostra remunerat, nõ nisi dona sua coronare, vt eleganter docet Augustinus.*

Quò igitur hic habet titulus, Acta Apostolorum, minimẽ excludit, imò includit acta esse Christi tanquã capitũ per sua mẽbra operãtis: ita vt Euãgeliũ ab hoc libro non aliter differat: nisi quòd in Euãgelio gesta Christi in persona sua operantis describuntur, in hoc verò opera Christi in Apostolis, & per Apostolos siue loquentis, siue agentis, siue patientis enarrantur. Et hæc de titulo.

Sed aliquis obijcere poterit, quã fiat q̃ Lucas polliceatur se Apostolorum

Iusti. Mart. in orat. cõtra Gõtiles, tom. 1.

Quanto Apostolos honorẽ dignatus sit Dominus Iesus, in eo quod Euãgelistam Lucã eorũ voluit esse præconẽ

Omnis boni autor eũ sit Deus O. M. idem tamen cur nobis qd boni facim; adscribat.

Esa. 26. Philip 2.

Cũ coronat Deus merita nostra, quid coronet, teste Augustino.

August. in ps. 98. paulo a. med. & in ps. 102, ante med. & in ps. 70. ante dimid. tomo 8.

Euãgelium inter, & Acta Apostolorũ quid intersit







TRACTATUS V.

DE simplici, sincera, ac minime affectata oratione, qua Apostoli tum in predicatio, tum in scribendo vsi sunt.

Christi Apostoli cultus & ornatu, vt videbatur, cur eloquide buerint.

Altera ratio.

Cur Apostoli tam simplex, humile, taq. minime affectatu loquendi, scribendi ve genus vsurpauerint.

Ratio prima

M Irari fortasse aliquis possit, qui huius libri historia attentius legerit, quid sit in causa, cur Apostoli, ad disseminandum Euangelium per vniuersam orbem destinati, cum seculum illud tam Graecae, quam Romanae linguae artibus, & disciplinis mirifice cultu esset, & excolitum, tam inculta tamen, simplici, ac humili oratione fuerint vsi, quae admodum in hoc libro scriptae, & ad populum habitae conciones, & ipsae epistolae ab Apostolis ad Ecclesias conscriptae: in quibus tamen exaratis plus operae & studij ponere consueuimus abunde testatur. Atque hoc ad magis admiratione ne parit, quod consequens Apostolorum seculum magnos, ac singulares Ecclesiae Dei viros habuerit, qui & humaniorum literarum, & liberalium disciplinarum cognitione, praesertim vero dicendi facultate eruditissimi in vtraque lingua hexiterint, atque instructissimi: qua in re indicauit Spiritus sanctus se ab his, qui eloquentiae studia, & disciplinarum comprehensionem conseruant, non abhorere. Tales fuerunt Basilus, Gregorius Nazianzus, Cyrillus, Cyprianus, Lactantius, Hieronymus, & per multi alij quorum nonnulli, vt ex Graecis Chrysostomus, ex Latinis Chrysologus, ab auro dicendi genere cognomen sunt sortiti. Merum hanc admirationem facile quis ponet, si ad eum oculos intenderit, cuius ipsi sustinebant personam, si rusticis modis quo fugebantur, expederimus; ad haec si diligetius intueamur, qui praesentem Apostoli, demum si semel capiamus quis eorum scopus praecipuus in predicando extiterit, hoc scribendo: nam his omnibus de causis ratione hanc consentaneam, tale dicendi

characterem illos vsurpasse. In primis igitur Apostoli legati Christi erant, atque illum pauperem, humilem, abiectum, atque crucifixum representabant; par igitur fuit vt legati dominum, quoad eius fieri posset, exprimerent. Et cum ille simplicissimam dictionem, sermonemque; minime affectatum, aut tumidum vsurpauerit, par erat vt Apostoli etiam in hac parte mirabilem illam, & incredibilem Christi simplicitatem cum summa conuenientiam sapientia conseruarent. Deinde, munus Apostolorum erat ea predicare, quae in oculis hominum abiecta, contempta, imo etiam ridicula videbantur: ne igitur more humano mundo persuasisse crederentur, si eloquentia viribus, & polita oratione instructi res illas creditu faciles, ac persuasibiles reddidisse existimari possent, consilium Spiritus sancti fuit, vt cum tam alta, & incredibilia praedicaret, omnia ornamenta linguae, & orationis opes abicerent, quod ita constaret, fide tantum verum non humanis artibus, sed diuina opem fuisse expressam, atque obtentam. Cuius rationis Apostolus meminit, cum dixit ad Corinthios: Et ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate scientiam, aut sapientiam, aut uerbum scientiam, aut in uerbo scientiam. Non enim in uerbo scientiam scire aliquid inter uos, inquit, sum Christus, & huc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud uos; & sermo meus, & praedicationis mea non in persuasibilitate humana sapientia uerba, sed in ostensione spiritus, & uirtutis, & fide praesentem in sapientia hominum, sed in uirtute Dei. Quibus in uerbis satis indicat Apostolus, hoc spectasse ad Dei gloriam, & ad mundi beneficium: ad gloriam quidem Dei, ne quisquam facundiae, aut

III. ratio.

III. ratio.

III. ratio.

III. ratio.

politae

III. ratio.

Vera eloquentia eloquentis personae debet congruere. August. lib. 4. De doctr. Christi. c. 6.

Horat. in arte poetica.

III. ratio.

Marc. vii.

politae linguae tribuat mundi conuersione, ad hominum uero salutem, ut intelligant homines fidem suam sita esse in uirtute Dei, & non in hominum sapientia. Res igitur, quas praedicabant, cum maiestatis, ac dignitatis plenissima essent, omnino ornati, & magnificentissimi sermonis munditiam respuebant, cum sua ipsarum magnitudine, si diuinum adesset auxilium, satis essent ad permouendum. Accedit & ratio tertio loco proposita: nam si Apostolos ipsos contempleremur, suapte natura, atque electione piscatores erant, aut alijs contemptis artibus uita sustinebant suam: Hos igitur literarum omnium ignaros gradior, ac magnificentior non decebat sermo, sed simplex, quotidianus, atque consuetus. Neque eloquentia uera est, quae ipsi eloquenti non congruit: nam alio modo dicendum est adolensenti, alio uiro, alio seniori, alio denique honestae matronae, neque ut pulchre ait Augustinus, iam dicenda non est eloquentia, si personae non conueniat eloquentis. Vnde quidam peritus Poeta, cum uitia notaret quorundam minus hanc regulam seruantium, & grandiloquum sermonem pauperibus tribuentium, recte dixit: Telephus, & Peleus, cum pauper, & exul uterque. Projicit ampullas, & sesquipedalia uerba. Vt igitur decorum seruariet Apostoli in dicendo, ita ab Spiritu sancto dono linguarum sunt cumulati, ut tamen nihil turgidum, nihil sapientia hominum splendidum, nihil seculari eloquentia fultum vsurpauerint, quod grandius, spectabiliusque esset diuinae bonitatis in cordibus auditorum operantis miraculum. Quod & ipsi non ignorabant. Apostoli, & quibus unus dixit: Etsi imperitus sermone, sed non scientia. Praeterea, si oculos attollas ad Apostolis praefixum scopum, idem colliges illis fuisse faciendum. Nam cum illi Euangelium (quod summa Christi mysteria complectitur) uniuersae creaturae essent explicaturi, & inter homines paucissimi sint qui eloquentiae studijs capiantur, si cum reliquis omnibus componantur, simplicem autem sermonem, ac pedestre uniuersi facili negotio intelligant, non debent illi propter paucos, qui polito

delectantur sermone, orationis ornamenta suis concionibus adhibere: sed propter multos, in omnium uersos uulgatus, humi serpens, & facilis sermo confectandus, quo pueri, ac puellae, plebei, ac rustici ad credendum pellicerentur: praesertim cum credentium numerus maior ex turba, ac simplici populo extiterit, quam ex prudentibus, & sapientibus huius seculi. His accedit, quod si primum auctor eorum quae docebat, vel scribebant Apostoli, hoc est, Spiritum sanctum (quo uno inspirate locuti sunt sancti Dei homines, & Prophetae) intueamur, praesertim facile perspiciemus non aliam dicendi rationem illis magis congruere debuisse, quam illam ipsam quam diximus, hoc est, simplicem, apertam, & ab omni facula humanae fucos alienam. Solent enim ad pigmetam oratoria, & ad lenocinia Rhetorum confugere, qui minus fide, & autoritate ualent, ut illorum praesidio magis persuadeant. At diuinum numen Spiritus sancti, cuius uel minimus nutus, uel simplex sermo praescripti, & orationis efficacissimae instar haberi debet, merito sua autoritate contentus, illa omnia neglexit, cum plene sciret supra omnia ornamenta, & facultatem dicendi ad persuadendum illud esse; Deus dixit. In hoc prodidit maxime sapientiam suam, atque potentiam Deus, quod Apostolos eo seculo, in quo florebant eloquentiae studia, & liberales disciplinae, rerum harum imperitos, ac ignaros destinauerit, ac per eorum ministerium magnam orbis terrarum partem suo impolito, & rudiori stylo ad Christi fidem conuerterint, atque pertraxerint. Et quemadmodum Ecclesiam suam a principio pauperem esse uoluit, quod magis Dei uirtus in claresceret, postea tamen etiam diuites, & opulentos in ea admisit: ita a principio inopem linguam, & pauperem dictionem in Apostolis esse uoluit cum disciplinarum humanarum incertitia, ne qua ratione mundi conuersio, aut politae linguae, aut sapientiae humanae tribueretur: temporis tamen progressu in Ecclesia sua eloquentissimos, atque sapientissimos viros introduxit, qui Euangelicam doctrinam disertissimis scriptis, &

V. ratio.

2. Pet. 1.

Quoniam ad oratoriam artis soleat ornamenta confugere.

Quantum Dei uerbo tribuendum.

omnium

VI. ratio.

Qualis tantum sermo decent Concionatores.

Hierony. tom. 9.

Quintil.

Verborum anxius cultus qualem reddat oratione, teste Quintiliano.

Verba quare sint inuenta.

Notantur concionatores, nimirum ij, qui omnia Apostolicorum simplicitate, & puritate verborum, artes, Rhetorumque; lenocinia & flosculos confectatur.

Magna artis est artem cejare.

omnium scientiarum genere refertissimis exornarent maxime, atque illustrarent. Instituit etiam Spiritus sanctus in Apostolis concionatores omnes, & euangelij interpretandi ministros, ut omnis secularis eloquentiae fugiant phaleras, omnem affectatum sermonis ornatum negligant, perspicuum vero, & planum orationis modum confectentur, ne dum verba Dei apud imperitam multitudinem interpretantur, explanantque, propter arificiofum sermonis cultum ipsi, ut intelligantur, interpretibus, & explanatoribus indigere videantur. Hinc Hieronymus in Procem. lib. 3. ad Galatas in fine: *Qui per me, inquit, intellecturus est Apostolum, nolo ut mea scripta difficulter intelligat, & ad interpretem cognoscendum, alium querat interpretem.* Sic ille. Testatur Quintilianus, verborum anxium studium, & cultum, orationem obscuram reddere. Ita enim in Procem. lib. 8. scribit: *Nam illa qua curam fatentur, & facta atque composita videri etiam volunt, nec gratiam consequuntur, & fide amittunt, propter id quod sensus obumbrant, & velut lato granine sata strangulant.* Et infra in fine: *Nec intelligunt iacere sensus in oratione, in qua verba laudantur. Sit igitur cura elocutionis quam maxima, dum sciamus tamen nihil verborum causa esse faciendum, cum verba ipsa rerum gratia sint reperta: quorum ea sunt maxime probabilia, qua sensum animi nostri optime promittunt, atque in animis iudicium quod volumus efficiunt.* Sic Fabius.

Quae ideo a me producta sunt; quod hodie plures videre liceat verbi Dei concionatores, & expositores ab hac Christiana verbi Dei simplicitate, & puritate multum declinasse: & cum Spiritu Dei destituatur, vel rerum quas praedicant, veritati, & soliditati non fidat, omnes eloquentiae splendores, & calamystros ad auditorum aures demulcedas, ac permouedas magno studio sectantur. Neque desunt permulti sapientes habiti, atque prudentes, qui haec incredibili applausu excipiant, mirisque laudibus in caelum usque efferant. Quod quam sit alienum non solum ab Evangelico concionatore, sed etiam ab ipsa arte quam profitentur, patet ipsi oratoriae artis magistri, dum tradunt, maximae artis esse arte celare, & parcere, ac prudenter tro-

pis, atque figuris esse utendum: ne propter unam oratiunculam Latinam habitam, totus veniat deflorandus Cicero, aut propter concionem unam aut alteram materno, hoc est, Hetrusco sermone ad populum habendam, toti Boccatij, toti Bebi, ac toti Sannazarij suis verborum floribus & ornamentis sint spoliandi. Nam haec ubi immodice, & affectate fiunt, ars ipsa nuda patitur, & tedium auditoribus (ut qui satis nequeunt assequi) pariunt: & loquentes potius, quam eloquentes tales merito sunt appellandi. Queritur suo tempore Hieronymus quosdam extitisse, qui hoc dicendi vitium confectantur. Nam in Procem. Comment. lib. 3. in epistola ad Galatas initio in hunc modum scribit: *Ita enim in Ecclesijs ista quaeruntur, ommissaque, Apostolicorum simplicitate, & puritate verborum, quasi ad Athenam, & ad auditoria conueniunt, ut plausus circumstantium suscitentur, ut oratio Rhetoricae artis fucata, mendacio, quasi quadam meretricula procedat in publicum, non tam eruditura populos, quam fauorem populi quaesitura, & in modum psalterij, & tibiae dulce canentis, sensus demulceat auditorium: ut verum illud Prophetiae Ezechielis nostris temporibus possit aptari, dicente Domino ad eum: Et factus es quasi vox citharae suae canentis, & bene compositae, & audiunt verba tua, & non faciunt ea.* Haec ille. Et in epistola ad Nouatianum De vita clericorum: *Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur, lacryma auditorum, laudes tuae sint.* Et paulo infra: *Verba voluere, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est. Attrita frons interpretatur sepe quod nescit, & cum alijs persuaserit, sibi quoque usurpat scientiam.* Seneca vir grauissimus, & inter Romanos sapientissimus, & Pauli amicus, ut epistolae inuicem missae testantur, eloquentiam in Paulo desiderabat: ait enim in quadam ad eum epistola: *Profiteor me bene affectum lectione literarum tuarum, quas Galatis, & Corinthijs Achaes misisti: & ita inuicem viuimus, ut cum honore diuino illas impleamus. Spiritus enim sanctus in te, & supra te excelsos, & sublimes, & venerabiles exprimit sensus. Velle itaque cum res eximias proferas, ut maiestati earum cultus sermonis non desit.* Haec ille. Atque ob eam causam, ut

B. Hierony. tom. 9.

Ezech. 33. iuxta 80.

Idem tomo 1. init. epist. 2. paullo ante med.

Indoctorum hominum quid proprium, teste Hieronymo. Seneca vir grauissimus, quid in Paulo Apostolo desiderauerit.

Idem Seneca ad eundem Paulum librum De verborum copia dixit. Basil. epist. 167. initio tom. 3.

Putidior eloquentia quales reddat Catholicam fidei veritates.

Theodo. lib. 9. De Graecorum affectionibus ita exorditur: Vos quidem viri Graeci elegantes, compositosque sermones audire percipitis, quarentes his quam maxime permulceri. Vbi vero tales non inueniatis, nisi effuso eos contemnit, ac maledictis inceperitis, quin etiam obstructis auribus quae dicuntur, audire non vultis. Contra vero animaduertere vos oportuit, ita vsu euenire, ut ea quae sunt quam maxime pretiosa, cuncta ferere vili materia integuntur. Videre siquidem est pretiosum vinum, quales amplius, ac magnifici viri apud se esse desiderant, aspernabili admodum testa innasti, eademque nutriti, auferere, occultari. Qui vero eum sibi coemunt, aurum plurimum persoluentes, missam faciunt restam. Praeterea vero pellucentes gemmas, ornandisque regis capitibus destinatas, aliud genus lapidis extrinsecus circumuestrit, despicabilis ille quidem, atque inutilis. Qui ergo eas gemmas expoliant, ad ornatumque concinnant, superfluum illam restam, nihilque pendendam circum amputantes, abradentesque, nitorem lucentium lapillorum detegunt, & expediunt. Aurum quoque, quod passim a multitudine peramatur, ipsumque praeterea aes, ferrum, argentum, terra atque arena obteguntur. Verum qui auri venas, argenteae rimantur, metallata quidem effodiunt, ramenta vero sibi & minutias colligunt; postquam vero impressis notis aurum iam signatum est, incussumque, Imperatoris characterem acce-

ex alia eius epistola constat, librum de verborum copia ad eum destinavit. Vides Ethnicorum esse, & eorum, qui non satis sunt religione Christiana imbuti, eloquentiam, verborumque magnitudinem quaerere: cuius contrarium praescribit Magnus Basilius epistola ad Diodorum.

Sed ignorant isti, quod ut fucus, & mundus muliebris pulcherrimam per se foeminam, honestasque matronas, aetateque prouectas minime decet, & potius faciem sordidat, & inquinat, quam ornet, & expoliat: ita affectatum eloquentiae studium, verborumque delictus, veritates fidei catholicae per se aureas plane, & pulcherrimas, inficit potius, puerilesque, atque contemptibiles reddit, quam illustret, exornetque. Sapienter meo iudicio Theodoritus libro De curandis Graecanicis affectionibus ita exorditur: *Vos quidem viri Graeci elegantes, compositosque sermones audire percipitis, quarentes his quam maxime permulceri. Vbi vero tales non inueniatis, nisi effuso eos contemnit, ac maledictis inceperitis, quin etiam obstructis auribus quae dicuntur, audire non vultis. Contra vero animaduertere vos oportuit, ita vsu euenire, ut ea quae sunt quam maxime pretiosa, cuncta ferere vili materia integuntur. Videre siquidem est pretiosum vinum, quales amplius, ac magnifici viri apud se esse desiderant, aspernabili admodum testa innasti, eademque nutriti, auferere, occultari. Qui vero eum sibi coemunt, aurum plurimum persoluentes, missam faciunt restam. Praeterea vero pellucentes gemmas, ornandisque regis capitibus destinatas, aliud genus lapidis extrinsecus circumuestrit, despicabilis ille quidem, atque inutilis. Qui ergo eas gemmas expoliant, ad ornatumque concinnant, superfluum illam restam, nihilque pendendam circum amputantes, abradentesque, nitorem lucentium lapillorum detegunt, & expediunt. Aurum quoque, quod passim a multitudine peramatur, ipsumque praeterea aes, ferrum, argentum, terra atque arena obteguntur. Verum qui auri venas, argenteae rimantur, metallata quidem effodiunt, ramenta vero sibi & minutias colligunt; postquam vero impressis notis aurum iam signatum est, incussumque, Imperatoris characterem acce-*

pit, non illud aurei loculi, sed thecae, vel ex corio, vel ex marmore confecta inditum seruant. Iure igitur factum est, ut verissimas de diuinis, humanisque rebus traditiones, non illustres eloquentia, tumidique sermones, sed simplices, humilesque, ac omnibus mortalibus notis praedicent, magnamque adeo, ineffabilemque thesaurum viles admodum thecae, despicabilesque, circumferant. Haec ille elegantissime.

Ut igitur naturae autor Deus altissima Fidei mysteria vili verborum suppellectile complexus est; idem & ab Apostolis, & a concionatoribus praestari merito voluit. Habet & aliud incommodum affectate eloquentiae splendore, quod Christianae religionis dogmata magis se persuadere posse, & in aliorum animos transfundere virtute eloquentiae quam diuinis praesidijs existimat: quod quid aliud est, quam quod tenuissimo vitis folio grauissimum vulnus alteri inferre se posse confidunt? Et cum verbum Evangelicum grano sinapis sit comparatum: multa sermonis copia quasi magna aquae quantitate admista eius acrimoniam imminuit, ardoremque debilitant, gladiumque verbi Dei omni alio gladio ancepsit penetrantior, quo minus ferire valeat, & salutare plagas infligere, magna quaedam eloquentiae vagina circumuestiunt. Istos recenset Apostolos inter eos, qui cauponantur, siue adulterant verbum Dei, quia tales non purum vinum, sed aqua mistum vendunt: Evangeliumque purum tanquam semen Dei ad fecundandas animas satis esse non putant, nisi secularibus oratoriae artis lenocinijs condiatur. Sed stultus ego, qui haec longiori sermone persequor, quae per se sunt apertissima, & omnibus exposita. Non damno moderatum sermonis nitorem, & munditiam: sed in eos nostri styli acies stringitur, qui plus operae, & studij ponit, quam par sit in delectu verborum seruando; & in numerosis sententiarum periodis contextendis, & caeteris huiusmodi: quae ut in adolescentibus, qui prima eloquentiae studia aggrediuntur, commedamus, & magnificamus, quo virtus laudata crescat: ita in verbi Dei disseminatoribus, dum affectate, densaque, &

Affectate studium eloquentiae praeter cetera quid habeat incommodi.

Matth. 13. Heb. 4.

2. Cor. 2. Quoniam cauponari verbum Dei videntur.

Christianorū contra hominum vitia, corūq; Principem Satanam qualis pugna, deq; eiusdem incluta, & illustris victoria in Dauide Goliath Philisti gloriose peremptore quam apte depingitur. 1. Reg. 17.

Esa. 40. Hominis folio Dei verbo, & Christi fide munitivirtutes.

Spirituale verbi Dei docendi munus sanctum ac piū, ambitio qui, avaritiæ que subijciant.

ad ostentationem fiunt, ita ut illis aut solis, aut quā maxime niti videantur, vituperamus profus, & insectamur. Qua sit autem ratione in vitia hominum, & Satanam eorum impulsorem pugnandum, non obscure nobis indicavit Dauid, qui deposita graui Saulis Regis armatura, quæ potius oneri, & impedimento erat, quàm subsidio, nudus cum baculo pastorali, fundaq;, ac lapidibus quinq; de torréte acceptis, in singulare certamen cū Goliath gigante congressurus profilit. Neque fefellit eum expectata de fiducia sua in Domino collocata incluta atq; illustris victoria: nam primo istu lapidē in frontem eius, qui tam impudenter insultabat, infixit, illum prostravit ad terrā, proprio ense iugulavit, abscidit caput, & gloriosum de hoste reportavit triumphum. Expende in hoc conflictu, quid homo valeat externis armis eloquentiæ, & picturati sermonis destitutus, sed solo Dei verbo, ac fide Christi subnixus. Hic enim nō ad aures, sed ad cor Ierusalem loquitur, peccata in cordibus hominum delitescens, virtutes inserit, vitæ æternæ desiderium incendit, Iesu Christi cognitionē ingenerat, & amorem, charitatis officia erga proximum persuadet; deniq; ab omni vitio repellit, & ad omnē virtutem inflammat. Illud verò magnopere damnamus, & reprobamus, quod permulti prodeunt ad concionandi munus arripiendum, aut ad cōciones conscriptas edendas in lucem & euulgandas, eo tantum nomine, ut clari, illustresq; Verbi Dei ministri habeantur, & ut nomen sibi, & gloriam comparent. Vnde si apud te diligenter expendas, nō nisi rarissimè post aliquot mensium studium, & præparationem, & nō nisi inuitata tota ciuitate, & per vim quodammodo, & preces pellecta, & ne id quidem gratis, ad dicendum prodire solent oratione elaborata, artificiosa, & lucernam redolente, quod plausum, & sui admirationē excitent, & aucupium venandi maiora beneficia efficiat. Quod quàm sit vitiosum, & vanitatis plenum, atq; adeo reprehendendum, & abominandum, audi-

Hieronymū, qui in illa Apostoli verba: Non efficiamur inanis gloria cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidetes, sic habet: Quid tam Dei opus, quàm Scripturas legere, in Ecclesia predicare, Sacerdotium cupere, ante altare Domini ministrare? Sed & hac nisi aliquis omni diligentia custodierit cor suū, de cupiditate laudis oriuntur. Videas plerosque (quod etiam Tullius ait) libros suos de cōtēnēda gloria inscribere, & causa gloriæ proprii nominis titulos prenotare. Interpretamur Scripturas, sepe vertimus syllabas, que digna lectione sunt, scribimus, & nisi Christi causa fiant, sed memorie in posterum, & fame in populos, totus labor irritus fiet, & eritis quasi tympanum sonans, & cymbalum concrepans. Videas plerosq; de Scripturis inter se contendere, & athleticum scamma Dei facere sermonem inuicem prouocant: & si victi fuerint, inuidēt: Inanis quippe gloria cupidi sunt. Hactenus ille. Sed non est hic locus malè concionantium vitia persequi.

Ne verò quisquā existimare valeat me armis eloquentiæ munitum, contra eloquentiæ studiū dicere voluisse, hoc loco pedem referā, meq; in hac arte minimè exercitatū (sicut res ipsa satis indicat) ingenuè p̄fitebor. Nec tam in artem ipsam, in qua plerunq; magni viri magna cum laude versati sunt, quicquam dictum esse volo; sed in hominum abusus, & vitia, arte ipsa neq; apte, neq; prudenter vtentium. Cū enim eloquentia suapte natura ad ea, quæ à Philosophis media, & indifferentia bona vocantur, referenda sit, & prout quisq; bene, vel malè est affectus, possit ea vti, vel abuti ad diuina tradenda, vel persuadēda: nos in præsentia in eos tantum sumus inuēti, qui illa in Ecclesiasticis concionibus, vel ad quæstum faciendum, vel ad humanam gloriam aucupandam, vel ad amicitiam, & fauorem hominum conciliandum, vel, quod peius est, ad hereses gignendas, vel promouendas, vel ad Scripturas corrumpendas, & à vero sensu deflectendas, vel denique ad res sacrosanctas sublimesq;, quæ suā simplici narratione ad persuasionem valent, magno dictionis cultu, affectatq; ornatu ad fastidium vsque

Hieron. lib. 3. cominēt. in cap. 5. epistolæ ad Galatas in fitom. 7.

Opus Dei quod maxime, teste Hieronymo.

Prou. 4. Cic. pro Archia poeta.

1. Cor. 13.

...

...

...

...

...

audi-

Cic. lib. 1. de inuentio.

Et qui Euangelicū cōcionatoris munitū dignitate, & cū fructu præstare volent, primū cogitet, quā sint solida; sacrosancta, & omni acceptione digna Euangelica fidei dogmata, quæ docere cogitat. Deinde mentis oculos in eū, cuius munere conceditur rectè tractare, atque explicare quæ fidei, & morum sunt, attollat, & cuius donum est, ut auditores cum fructu quæ eiusmodi sunt, excipiant, atque illius dignitati, ac munificentia plurimū confidat: nam in eo magis situm est fructum facere in auditoribus, quàm in ipsis proponentibus. Postremo, si quæ habet dicendi facultatem ad melius tradendas Euangelicas veritates, illam minimè negligant, sed pro tempore, & pro loco illa adhibeant: ita tamen, ut immoderātè non affectent, & ipsi magis velint audiri, quā quæ tradunt: nam sepe eloquentia dicenti insidia-

...

...

...

...

...


Bucolica Virgili & Georgica cur cum Aeneidis libris coniunxit.

auditorum. incrustantes, abutuntur. Rectè propterea Cicero statuit, sapientiam sine eloquentia parum prodesse ciuitatibus; eloquentiam verò sine sapientia nimium quandoque obesse, prodesse nunquam. Quisquis ergo Euangelicū concionatoris munus pro dignitate, & cū fructu præstare volent, primū cogitet, quā sint solida; sacrosancta, & omni acceptione digna Euangelica fidei dogmata, quæ docere cogitat. Deinde mentis oculos in eū, cuius munere conceditur rectè tractare, atque explicare quæ fidei, & morum sunt, attollat, & cuius donum est, ut auditores cum fructu quæ eiusmodi sunt, excipiant, atque illius dignitati, ac munificentia plurimū confidat: nam in eo magis situm est fructum facere in auditoribus, quàm in ipsis proponentibus. Postremo, si quæ habet dicendi facultatem ad melius tradendas Euangelicas veritates, illam minimè negligant, sed pro tempore, & pro loco illa adhibeant: ita tamen, ut immoderātè non affectent, & ipsi magis velint audiri, quā quæ tradunt: nam sepe eloquentia dicenti insidia-

tur, & meritum boni operis ei eripit, dum Concionator magis ipse prædicari gestit, quā prædicare. Illis igitur dicendi ornamētis si minimè fiderit, & illa interdum occultare propter gloriam Christi illustrandam tentauerit, magnum profectò fructum in audientium animis consequetur. Ad quod adhortatur Hieronymus epist. ad Pammachiū pro libris contra Iovinianum, ubi ait: Ecclesiastica interpretatio etiam si habeat eloqui venustatē, dissimulare eam debet, & fugere, ut non in otiosis Philosophorum scholis paucis discipulis, sed vniuerso loquatur hominum generi. Hæc ille. Hæc est vnica, & singularis ratio non negligendæ facultatis dicendi, si quam quis sibi comparauerit, illamque prudenter, & moderatè ad Christianæ fidei, & bonorum morum dogmata tradenda, ad fructiferamque verbi Dei disseminatiōem adhibendi, quam Christus maximè à Concionatoribus quærit, ubi vnā cū Patre, & Spiritu sancto omnem honoris cultum à nobis impendi decet per infinita secula seculorum. Amen.

Hieron. t. 2

...



TRACTATUS VI.

In illa verba: Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cepit Iesus facere, & docere, usque in diem, quæ præcipiens Apostolis per Spiritū sanctū, quos elegit, assumptus est: quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens, & loquens de regno Dei. Act. 1.

Bucolica Virgili & Georgica cur cum Aeneidis libris coniunxit.



VE M A D M O D V M Poeta Latinus operis sui posterioris principium cū prioris postrema parte consulto coniunxit, ne quisquam impudenter illud sibi præriperet, & foetum alienū

partum suum faceret: vnde illos primos versus non sine causa cecinisse censetur: Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena Carmen, & egressus syluis vicina coegi,

Virgil. li. 1. Aeneid. ini.

vt quamuis auido parerent arua colono, Gratū opus agricolis. At nunc horrentia Martis  
 Arma, virumq; cano. & quæ sequuntur. Non enim vir prudēs ignorabat multos laborum alienorū fore fures atq; vfurpatores, qui corniculæ instar Aesopicae alienas plumas libenter adaptant sibi, & accommodant, de quibus ipse aliàs dixerat: (res. Hos ego versiculos feci, tulit alter honor. Ita sanè, si parua, & profana licet cum magnis, & sacris componere, Euangelistæ Lucæ in hoc operis exordio consilium fuit Euangelici voluminis meminisse prioris; ne de tanti operis partu alius gloriari posset. Deinde hoc fecit, vt huic operi, quod Acta Apostolorum inscribitur, fidem, & auctoritatem iam receptam eius Euangelium conciliaret: nam dum vnus, & idē autor Euangelij, atque huius libri dignoscitur, maiori cum veneratione & reuerentia historię huius enarratur suscipitur. Ob easdē prorsus rationes scriptor libri Apocalypsis in Proemio eius operis, maximè prodit se esse eūdem, qui Euangelium scripserat, dicens: Et significauit mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni, quū testimoniū perhibuit verbo Dei, & testimoniū Iesu Christi quacūque vidit: alludens ad ea, quæ cap. 19. sui Euangelij dixerat: Et qui vidit testimoniū perhibuit, & verum est testimoniū eius. Vnus ergo atque idē, nimirum Ioannes Apostolus, & Euangelista, & Theologi cognomentum sortitus, & autor, & scriptor fuit. vtriusq; libri, sicut & B. Lucas se testatur autorem Euangelij, & libri Actorū Apostolicorum. Simili prudētia vsus esse fertur Phydias preclarus sculptor, qui in opere Mineruæ, quod ex auro, & ebore formauerat, suā immiscuit figuram, vt inde auferri non posset, nisi euerfa tota machina, ne videlicet quisquā alius illud opus pro suo venditaret. Adde, quod ordo, & series quædam librorum, imitationisque nobis describitur. Primū enim addiscenda sunt dicta, & gesta Christi, deinde prædicationis, & Acta Apostolorum, atque eadem ordinis ratione ad vitæ actionem traducenda.

Quare quod dicitur: Primum quidē sermonem feci, more Hebræorum accipiendum est, qui Positiuum pro Comparatiuo sepe vsupare solēt, vt sensus sit: Priorem quidē sermonem, &c. Est enim Primum, non aduerbium, quale esset το μὲν πρῶτον, vel πρῶτον μόνον, sed nomē. Cicero etiam primum pro priori accipit; ait enim in libro de inuentione: In primo libello diximus, id est, priori. Expende etiam Græcè dictum esse cum articulo, τὸν μὲν πρῶτον λόγον: hoc est, Priorem illum sermonem; vt indicaret excellentiā, & præstantiā libri Euangelici; qui ita abditā, & recōdita Fidei mysteria complectitur. Præterea aduertit singularē Euangelistæ modestiam, qui sermonē vocat illud volumē, quod Paulus & Ecclesiæ Euangelium appellauit. Non enim suū ex fulgore, sed ex fumo dare lucē cogitat, vt acutè quidā Ethnicus dixit. Dum igitur Lucas quædā adiungere Euangelio à se conscripto pollicetur, planum facit multa esse in Euangelio omiſsa, quæ per traditionem à nobis accipienda sunt, siue libro Canonico contineantur, siue non Canonico, vt semper in Scripturis locum esse traditioni intelligat Catholicus, velit nōlit hæreticus. Et vt in Genesi, & Exodo enarratur semen populi Dei; nā Iacob ingressus est in septuaginta quinque animabus Ægyptum, ex quibus tanta hominū multitudo orta est: ita in hoc primo capite Lucæ præter continuationem ad Euangelium, describitur numerus fidelium primitiuorum, ad quorum primū duodenarium assumitur Matthias loco Iudæ, vt in die Pentecostes Spiritu regenerati, populum Dei in Iudæa, & Gentibus iuxta fidem propagent. Cæterum nouū esse videtur, quod ait, Sermonē feci: vnde hoc reprehendunt Erasmus, & Beza, quasi parum Latine dictum; eūm, Habere sermonē, non Facere, dici consueuerit. Tamen non bene aduertērant rectē dictū, Feci sermonem, pro, Scripsi librum, ita vt sermonem pro libro acceperit. Sic Cicero, Xenophontis λόγον ὀκονομικόν, librum œconomicum interpretatus est. Quod etiam Glossa notauit:

Qua ratione dicitur primum sermonem feci, more Hebræorum accipiendum est, qui Positiuum pro Comparatiuo sepe vsupare solēt, vt sensus sit: Priorem quidē sermonem, &c. Est enim Primum, non aduerbium, quale esset το μὲν πρῶτον, vel πρῶτον μόνον, sed nomē. Cicero etiam primum pro priori accipit; ait enim in libro de inuentione: In primo libello diximus, id est, priori. Expende etiam Græcè dictum esse cum articulo, τὸν μὲν πρῶτον λόγον: hoc est, Priorem illum sermonem; vt indicaret excellentiā, & præstantiā libri Euangelici; qui ita abditā, & recōdita Fidei mysteria complectitur. Præterea aduertit singularē Euangelistæ modestiam, qui sermonē vocat illud volumē, quod Paulus & Ecclesiæ Euangelium appellauit. Non enim suū ex fulgore, sed ex fumo dare lucē cogitat, vt acutè quidā Ethnicus dixit. Dum igitur Lucas quædā adiungere Euangelio à se conscripto pollicetur, planum facit multa esse in Euangelio omiſsa, quæ per traditionem à nobis accipienda sunt, siue libro Canonico contineantur, siue non Canonico, vt semper in Scripturis locum esse traditioni intelligat Catholicus, velit nōlit hæreticus. Et vt in Genesi, & Exodo enarratur semen populi Dei; nā Iacob ingressus est in septuaginta quinque animabus Ægyptum, ex quibus tanta hominū multitudo orta est: ita in hoc primo capite Lucæ præter continuationem ad Euangelium, describitur numerus fidelium primitiuorum, ad quorum primū duodenarium assumitur Matthias loco Iudæ, vt in die Pentecostes Spiritu regenerati, populum Dei in Iudæa, & Gentibus iuxta fidem propagent. Cæterum nouū esse videtur, quod ait, Sermonē feci: vnde hoc reprehendunt Erasmus, & Beza, quasi parum Latine dictum; eūm, Habere sermonē, non Facere, dici consueuerit. Tamen non bene aduertērant rectē dictū, Feci sermonem, pro, Scripsi librum, ita vt sermonem pro libro acceperit. Sic Cicero, Xenophontis λόγον ὀκονομικόν, librum œconomicum interpretatus est. Quod etiam Glossa notauit:

Prioris operis sui Euangelici cur hic Lucas meminit.

Secūda ratio

Apocalypsim esse Ioannis Euangelistæ, nō alterius, vnde nō obscuræ deprehendi possit.

Tertia ratio.

nam et si is qui loquitur, sermonem facere non rectē dicatur, bene tamē ille qui librum scripsit. Adiungit De omnibus. Nam vt Chrysoſtomus perpendit, non omnia complexus est Lucas, quia nemo omnia scripsit, & multa alij Euangelistæ conscripserunt, quæ Lucas prætermisit: sed de omnibus ingenere, quia aliqua de omnibus loquitur, vt Augustinus expendit: vel quia omnia sibi data ad scribendum dixit: non enim potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datū de cælo: vel, quoniam quæ ad salutem sufficiunt, dici possunt omnia, quia perducunt ad omnia; vnde dixit: Omnia quacūq; audiui à Patre meo, nota feci vobis. Quare non pugnat hoc verbum Lucæ cum verbo Ioannis Euangelistæ, qui dicit mundū capere non posse eos qui scribendi sunt libros, de gestis scilicet Christi: intelligendum enim est nihil Lucam prætermisisse eorum, per quæ vel dispensatio Verbi iuxta carnem creditur, & cognoscitur, vel magnitudo ipsius iuxta Diuinitatem relucet, & proditur: de quibus omnibus etiā Ioannes disseruit: ita enim Occumenius soluit hunc nodum. Vel denique quia omnia eorum captui necessaria illis explicuit, etiam si quædā suppresserit ad tempus. Vnde quodam loco dixit: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modō. Dicauit autē hunc librum Theophilo: cui & Euangelium nuncupauerat. In principio autem Euangelij Lucæ explicatū reddidimus, quis esset hic Theophilus: non enim est commune, ac generale nomen amatoris, aut amici Dei; licet omnis talis ex lectiōne huius libri proficere possit. Rursus non est aut Theophilus Antiochenus sextus illius Ecclesiæ Episcopus post Euodiū, Ignatium, Heronem, Cornelium, & secundum Heronem: quia ille floruit anno 171. à nato Domino, vt Euseb. docet in Chronico, quia non amplius in viuis erat Lucas, vt ad eum destinaret librum. Et multo minus fuit Theophilus Cæsariensis in Historijs Ecclesiasticis celebratus: qui 198. anno floruit. Adhuc multo minus est Theophilus Alexandrinus, qui tempore Chry-

soſtomi, & Hieronymi Ecclesiæ suæ præfuit: cuius nepos extitit Cyrillus Alexandrinus. Superest igitur, vt princeps aliquis celebris, & opulentus, qui inter primos Antiochiæ in Christū credidit, extiterit: qui multum autoritate, diuitijs, & opibus florebat, vt etiam titulus indicat in Euangelio illi attributus: dicitur enim κρᾶτισος, hoc est, strenuus, & primus. Hoc testatur præfenti loco Occumenius, & in Euangelio ex lib. 10. Recognitionum Clementis Romani testimonium produxit, quia ratione in domo eius constituta fuerit B. Petro Cathedra ad docendum. Vni autem homini fideli tot libri dicati sunt: & quia vni hominis salus magni ponderis est apud Deum, & quia Lucas multis placere, vt nostri faciunt, minimè ambiēbat. Adhuc profecerat fortasse in Euangelico sibi dicato; vt propterea dignum se reddiderit hoc secundo volumine: quia omni habenti dabitur, & abundabit. Ob quam fortassis causam eūm eum prius honorifico titulo optimū, siue strenuū vocasset, familiarius cum eo tanquam cum minus infirmo agit. Et quia connexę sunt vtriusque libri materiæ, id est, quæ cœpit per seipsum & facere, & docere, atque absoluit, vel quæ cœpit per seipsum, & per Apostolos, persecutus est; vel quæ cœpit per suos facere, & docere: quod imperfectum opus relictum est, & ad iudicij diem vsque continuandum, quo vniuersum salutis nostræ opus perficiet. Ita enim solent incipere Imperatores aut terrā fodere ad castra munienda, aut ligna in vallū cōportare, reliquis militibus opus ab eo cœptum persequentibus. Ita Dñs dixit: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Sequitur: Quæ cœpit Iesus facere, & docere. Materia igitur Euangelij Lucæ, Iesus est incipiēs facere, & docere ab incarnatione ad ascensionē. Iesus, nomen est propriū, & non aduentitium Filio Dei, ac Filio hominis: nā quatenus Deus est, salus ipsa existit: Merces, inquit, mea mecum est, & alio loco: Qui diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & mani-

Chryſ. hom. in Act. Apost. tom. 3. Cur Lucas de omnibus dicat se fecisse sermonem  
 Secūda ratio Ioan. 3. Tertia ratio.  
 Infra 15. Sicut de omnibus Christi factis & dictis Lucas fecit sermonē, quomodo mundus capere non potest eos qui scribendi sunt libros, vt dixit Ioannes.  
 Infra 21. Occumenius, hoc loco. Quarta ratio & postrema  
 Ioan. 16.  
 Luca 1.  
 Quisnam hic Theophilus, cui Lucas dicitur opera sua, multæ opiniones refelluntur.  
 Theophilus Antiochenus quando floruerit.  
 Euseb. to. 2.

Probabilior opinio proponitur.  
 Clemens Romanus.  
 Huic vni, nō autem pluribus, Euangelium iū cur Lucas destinauerit.  
 Matth. 25. Luca 8.  
 Expenditur id, quæ cœpit Iesus facere, & docere.  
 Ioan. 14. Huius argumentū libri quod.  
 Iesus quale nomen sit.  
 Apocal. 22. Ioan. 14.

*festabo* (seu infinuabo) *ei meipsum*, at in quantum homo passibilis fuit, salutis nostræ meritum sibi comparauit. Et ita ex se habet vnde in æternū saluet: & non est in aliquo alio salus. Nec enim aliud nomē est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Nā Iosue, & alij in Scripturis vocati Saluatores, ab incommodo aliquo temporali, & exitio tantum seruant. Est autem hoc gloriosum, ac dulcissimū Iesu nomen in nobis piscādis congruentissimū, vt & cognoscamus ægritudines, & morbos nostros, & ad illud, qđ est mel ori, melos auri, iubil<sup>o</sup> cordi, tanquam ad tutissimū per fugiū accurramus. Verum de hoc nomine alio loco multa à nobis dicta sunt.

Cœpit autem Dominus iuxta Humanitatem assumptam annis nostris mensurari, & initium operādi, docendique habere, vt tres priores docent Euangelistę: quanquam iuxta Diuinitatem, quam præcipue Ioannes enarrauit, absq; omni initio operatus est, sicut omni fine carebit. Vnde Ioannes dixit: *In principio erat Verbum, &: Quod fuit ab initio, &c.* Continet autem eius facere, mores in primis sanctissimos, id est, maximē à peccato alienos, & summē Deo placentes: Quia peccatū non fecit, nec dolus inuētus est in ore eius, & vt ipse dicebat: *Ego qua placita sunt ei, facio sepe.* Et inter bonos Christi mores, primarium locum tenet inuicta, & eminentissima patientia, qua summa charitate sustinuit tot opprobria, & supplicia tanta pro nobis: Secundō, includit magna, & stupendā signa, nō tantum ex substantia sua, & quantitate, sed etiam ex qualitate, & modo, & fine, ad quē assequendum sunt facta. Superabant enim facultatē naturā; nō erant curiosa, aut exitiosa, sed maximē vtilia, & propria virtute perfecta. Mores autem Iesu institutionem habent, & meritum, sicut docere præsertim à Bāptismo ad crucē: vtrūque beneficium præstat. Dominus, inquit, *dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustinere eum qui lassus est, verbo.* At doctrina à resurrectione ad ascensionem, habet quidem vitæ nostræ documentum, nō autem meritum, sed præ-

mium; per quod tamen adiuuamur, eiusque in nobis nomen redditur gloriosius. Est autem Iesus, summus nobis ad salutem adiutor, in quātum homo est, quia mereri potuit salutē in carne passibili: summē etiā gratiosus, quia habuit non solum dona, sed etiā diuinam Verbi hypostasim ex gratia. Hinc obedientia contempsit pœnas temporarias, & fluxa huius mundi bona: fugitque culpam, & æterna mala, proposito sibi æterno gaudio iratum Patris placuit animū contra Adā obedientiam, qui secus fecerat: omnes quippe in Iesum credere volentes, in eo eramus, vt illo obediente, obedire nos censiti sumus. Summū quoque extitit exemplar Iesus in quantum homo est, nobis attemperatū, & quatenus Deus erat, & homo iam beatus, pedemquē dextrum in termino habebat, errare nō valebat: vt securē dicere potuerit: *Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris:* Summē etiam doctus, atque eruditus fuit, nobis pro capacitate loquens ea, quæ summa sciētia possidebat. Summus denique signorum patror: nam vt Deus erat, propria illa efficiebat virtute, vt homo autem, tanquā proximum organum Diuinitati coniunctū, quod est etiam artifex. Hinc melius Verbum in Christo, quā in mundo cognoscitur, id est, in eius vita, & doctrina: quemadmodum in luce, & calore Solis natura magis exprimitur, quā in cæteris effectibus. Præponitur autem facere; nō solum quia posteriū tempore fuit docere, sed etiam, quia, teste August. omni grauitate sermonis maius pōdus habet vita dicentis: quæ etiam est oculus animi dexter, vt docere sinister. Estque vita ipsa bona, citharæ temperatio, prædicatio verō eius pulsatio, quō dulcius resonet. Et quia plus de agēdis optima vita rudes instruit, quam doctrina: hæc enim est vt minuta literarū elementa, illa verō tanquam grandiusculæ literæ. Plus etiam mouent, quia lingua facile voluitur, non autem tam promptē aliæ facultates ad suas functiones mouentur. Ideo parum proficere poterunt Pharisei, & Philosophi, & alij dicētes, & non facientes, quæ vix se persuasos

Iesus qualis nobis ad salutem adiutor, quamq; gratiosus.

Hebr. 12. Genes. 3.

Idem quale exemplar extiterit.

Ioan. 8.

Quæ doctus idem & eruditus: quatenus signorum patror.

Quare Iesus prius dicitur facere quam docere.

Phariseorū, & Philosophorū inefficax doctrina

ostendebant.

ostendebant. Solentque parum ad rē loqui, qui in praxim non deduxerunt ea quæ docent. Ita Dominus Apostolis dixit: *Vos estis sal terra*, per vitam condientem terrenorum hominū corda. Deinde de doctrina subiunxit: *Vos estis lux mundi, &: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* Debet igitur doctrinæ vitæ sancta coniungi: nam ita Dei verbum fructum faciet. Vnde rectē dicitur: *Dabit voci suæ vocē virtutis:* quia virtus mors quidā est, ex quo altē clamatur. Vitæ præterea Iesu actiones radij quidam sunt, qui fructum in nobis proferre debent, vt Annuntiatio, sit bona cogitatio; Incarnatio, bona voluntas; Natiuitas, bonū opus; Circumcisio, nostræ spiritualis significatio; Præsentatio, nostri oblatio, quō magis Deo presentati placeamus; Fuga Herodis, est declinare peccati occasiones; Proficere ætate, sapientia, & gratia, nostrum indicant incrementum in Christo; eius in tēplo disputatio est, priuatam vitam agentē alijs prodesse, donec benefaciendo, & docendo vt publica persona prodesse possit: denique patiēdo propter Christum id assequitur, vt gloriosius resurgat in anima, & tandē cælum corpore conscendat.

*Vsq; in diem, qua præcipiēs Apostolis per Spiritum sanctum quos elegit, assumptus est.* Hyperbaton est, nam dicendū erat, *Vsq; ad diē, qua assumptus est:* verum quæ adiacent, huiuscā, & minus concinnam reddunt orationē. Quem admodum illud: *Sagitta tuæ acutæ in corda inimicorum Regis:* quod suauitū pronuntiatū fuisset, & sine hyperbato: *Sagittæ tuæ acutæ in corda inimicorum Regis, & postea, Populi sub te cadent.* Diem autem ascensionis describit his verbis: in quo completum est Sabbatum eius etiam quātum ad locum corpori Iesu beato, & immortalī cōueniēs. Quod autem in cælo facit, & docet, non est Marthæ opus, sed Mariæ: id est, non est meriti, sed præmij. Quid autem præceperit illa die, non est obscurum: nam præcepit eis, vt expectarent ad-

Matth. 5.

Ibidem.

Doctrinæ vitæ cur. bona debet esse coniuncta. Psal. 67.

Christi actionum officia.

Luca 1.

Ioan. 1.

Luca 2.

Ibidem.

Matth. 2.

Luca 2.

Ibidem.

Qua figura dictum sit: Vsq; in diē, qua præcipiens Apostolis, &c.

Psal. 44.

Actio Christi in cælo quæ nam propria sit illa.

Luca vlt.

uetum Spiritus sancti, atq; illo induti prædicarent vniuersæ Euangelium creature, secundum illud: *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creature.*

Verbum autem quod adiungit, *Per Spiritum sanctum:* & præcepto adiūgi potest, & electioni Apostolorum, & assumptioni suæ, in hunc videlicet sensum. Præcepit per Spiritum sanctū: quia quod humano spiritu præcipitur, ferē nullum est: nec pro voluntate, & libidine est præcipiendū, sed tantum quod ædificat, ita vt vitetur per se malū, & illud quod eius præber occasionē, aut quod ad illud confert. Solius Dei est dicere: *Hoc volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas;* cum illa voluntas rectissima sit, & à iustitia declinare nullo modo queat. Deinde adiūgi potest ad electionem verbum illud, *Per Spiritum sanctum:* multum quippe refert quibus ouile Christi committatur, si quis diligenter perspicit, cui equi curam concedat sui. Hinc Dominus referente Luca, pernoctauit in oratione Dei in monte, quō ostenderet electionem Apostolorū sequenti die factam, non ab spiritu humano, sed à diuino profectam. Potest postremo illud, *Per Spiritum sanctū,* adiungi verbo Assumptus est: nam Dominus omnia sua opera & fecit, & facit per Spiritum sanctum, siquidē requieuit super eum Spiritus Domini, vt docet Esaias. Per hunc igitur Spiritū. Ecclesiam regit, iubet prædicare, Euangelicos ministros eligere, & ipsum caput eius gubernat. Assumptus est autem, quatenus homo est, à Deo, & ab anima sua communicante corpori dotē agilitatis, & nube externa, qua Apostolorum oculis subductus fuit. Per Spiritum etiā, id est, ex amore vires suas diffundente, præceptum dedit Apostolis docēdi: ex eodem amore elegit Apostolos; atque in cælū assumptus est, vt Spiritum impetrans mitteret. Præcepit etiam per Spiritum sanctū: quia Christi præcepta de re spirituali sunt, & adest Spiritus ipse seruātib; eum de antiquis præceptis tradat Prophetā: *Ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus non viuunt:* quia ad

Marci vlt.

Triples sensus horū verborum: Per Spiritū sanctum quos elegit, assumptus est.

Quo sit præcipiendum modo.

Dei propriū quid.

Secundus sensus.

Luca 6.

Cur Christus in oratione pernoctauerit.

Tertius sensus.

Esaias 61.

Luca 4.

Qua ratione Christus assumptus sit.

Qualia sint Christi præcepta.

Ezech. 20.

Quare dictū fit de populo Israel: De di eis præcæpra nō bona.

Electio per Spiritū quænam.

Quæ per Spiritū sanctum non fit electio, qualis.

Hæc verba: Quæ præbuit seipsum viuum post passionē suam, & nō esse principium huius libri præbatur dupliciter.

Alterum argumentum.

Beda in Actus, to. 5. Lyranus ibidem.

Vnde nam huius libri exordium sumendum sit.

Iesus quibus præbuit seipsum viuum, & quomodo.

Rom. 5. Genes. 2.

Vis animæ gloriose in corpore suo quantā.

temporalia emolumenta consequenda, & carnis iustitiam faciendam referebantur. Electio verò per Spiritum illa est, quæ eo suggerente ad Ecclesiæ fit ædificationem: quæ autem ad modum, & honorem proprium, inflectit potestatem, & gratiā, simoniā, & ambitionē redolet. Pretium siquidē corrupens animum, quem inclinat in hunc potius quàm in illum, nō est aliud quàm ipsum temporale emolumentum, vel honos, & mundi gloria.

Quibus & præbuit seipsum viuum post passionē suam, in multis argumentis per dies quadraginta, apparens eis, & loquens de regno Dei. Non sunt hæc verba initium huius libri Lucæ, etiamsi quædā dicantur, quæ in Evangelio non sunt enarrata. Nam cum dixisset: Priorem sermonem feci de actis, & dictis Iesu, non potest ibi suppleri: Ut ergo posteriori de actis & dictis Apostolorū incipiam (quod necessariō erat supplendum) non enim his verbis supplēdis quadraret, Quibus & præbuit seipsum viuum. Deinde hæc verba, Quibus & præbuit, &c. non ad Apostolorum, sed ad Christi acta pertinent, ac dicta, quemadmodum & illud: Et conuiescens præcepit eis. Quamobrem sicut non incipit liber in illis verbis: Quibus & præbuit seipsum viuum, &c. ut vult Beda; ita neque in illis exordium sumit, Et conuiescens præcepit eis, ut statuit Lyranus. Potius autem exordii libri sumitur ab illis verbis: Igitur, qui conuenerant, interrogabant eū, dicentes, &c. Cum igitur dixisset, Dominum elegisse Apostolos, de illis subdit; Quibus (scilicet Apostolis) præbuit seipsum viuum, id est, exhibuit, ac præsentauit se suscitatum, & immortalē, & gloriosā præditum vita, ut in vita ipsius salui essent: mortalis siquidem homo: quōdīe vel animo, vel corpore moritur. Ita enim interminat⁹ erat Dominus: In quacunque die comederis ex eo, morte morieris. Quemadmodum autem sine comparatione, vita, quasi anima confertur corpori suscitato, magis extenditur, diuturniorque existit: ita enim magis intenditur, adeo ut in nullo corpus animam grauet, præbēs eis suas conditiones, sed illud potius

ab animo suas mutuatur: & omnis vitalis actio in corpore mortali impleta est, quia dum vni vacat animus, in altero remittitur: secus euenit in corpore suscitato. Addit: Post passionē suam. In qua resurrectionem includit: Mors Christi passio dicitur, quia summē in ea passus est ob summam charitatem, & ob summam sentiendę passionis virtutem, & causam vniuersalem patiendi, hoc est, pro omnium hominum in Deum peccatis, & offensis, & ob id quod passionis eius ministri maximē fuerint vniti Satanæ dimisso agere quantum posset, secundum illud Domini verbum: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Subdit: In multis argumentis, siue in multis indiçijs, ut Graecum habet verbum, ac signis fidem facientibus, non autem demonstrationem, aut euidentiam. Cum enim in Christo diuinitas, animus, & corpus existerent; in primis Diuinitas, quæ olim erat, cōprobata est, affirmando se esse equalem Patri Nondum, inquit, ascendi ad Patrem meū, & rursus: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum; promittendo itidem Spiritū sanctum, vidēdo cogitationes illorum; corda illorum illuminando, & pacando; futura, tanquam visa prædicando; signū in piscatione edendo; oculos discipulorum tenēdo ne cum agnoscerēt, & rursus aperiendo; eorū item cor ardens penetrando, & aperiendo sensum ut intelligerent Scripturas: his enim omnibus indiçijs fidem fecit suæ Diuinitatis.

Rursus eandem se habere animam confirmauit ex eadem loquela, & doctrina. Nam ad vocem, Maria, cognitus fuit ab ea, & ipse dicebat: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: vnde, quod incognitus esset discipulis euntibus Emmauentem, mutatio erat non in ipso Iesu, vel in medio, verum in organo visus discipulorum: rursus Apostolos ut fratres agnosceudo: Itē, inquit, nuntiate fratribus meis: eodem modo mensē ministrando: dum recumberet cum eis, accepit panē, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et infra; Cum manducasset coram eis, sumens reli-

Mors Christi passio cur dicta.

Lucæ 22.

Christus præbuit seipsum viuum post passionē suā in quibus argumentis.

Diuinitatis Christi testimonia.

Ioan. 20. Ibidem. Supra 14. & 15. & 16. Lucæ 24. Ibidem. Ioan. 21. Ibidem. & sequent. Lucæ 24. Ibidem. Ibidem.

Resumptæ Christi animæ argumenta.

Ioan. 20. Lucæ vlt. Ibidem. Discipuli eūtes in Emmaus cur Iesum suscitatum non agnouerint. Matth. vlt. Lucæ vlt.

Supra 8.

Ioan. 12.

Lucæ vlt.

Resumpti quæ Christus corporis indiciā.

Matth. vlt.

Ioan. 20.

Lucæ vlt.

Ioan. 20.

Eiusdem & gloriofi symboli nō obscura.

Infra 21.

Lucæ 24.

Quare Christus post resurrectionē corporis sui claritatem ostendere voluerit.

Matth. 17.

Cur tot tantisque argumentis resurrectionis veritatem resurrexerit Christi veritas confirmari debuerit.

1. Cor. 15.

Quare per dies quadraginta Dñs discipulis apparuerit.

quias dedit eis. Vegetatiua declarata est in cibo, & potu, quem sumpsit ipse, & prius iussit dari puellæ suscitatae, & ipse Lazarū ob id ad mensam suā admisit. Sensitiua facultas ostensa videndo, audiendo, & loquēdo; sicut progressiua ambulādo, & Apostolos ad prædicandū destinando: & ratione prædita, ex eo quod discurreret, & interpretaretur Scripturas. Denique ex eiusdem corporis assumptione, quod nec spiritus, nec alia anima informare potest, eadem prædita fuit anima.

Rursus idem corpus ostensum, & confirmatū fuit, partim demonstrato sepulchri loco vacuo, partim illud eiusdem figurę representando, cumque eiusdem vulnerum cicatricibus, atque illud palpandū exhibendo, eius denique vocis sono præditū: alioquin enim mutato corpore, varia quoque extitisset vox eius. Quod autē corpus dotibus gloriæ ornatum fuerit; satis indicauit subtilitatem, penetrando saxum; agilitatem, citra mediū transitum apparendo, in cælumque ascendēdo; impassibilitatem, non pro necessitate vlla, sed in speciem tantū edendo; claritatem verò consultō abscondit; ne alium esse putarent, & ne fortē à tactu abstinerent præ timore, & reuerentia, & iam satis olim in monte Tabor conspecta fuerat à discipulis gloria corporis Domini.

Tot autem indiçijs & argumentis stabilire voluit resurrectionis veritatem: quoniam omnia Christi opera, eiusdemque, ac sanctorum passiones perijissent planē, nisi articulus ille resurrectionis fuisset confirmatus, & semen sine fructu in orto sepulchri nato fuisset. Omnia etiam quæ speramus tanquam fructum, sine eiusmodi semine non fuissent, inanisque esset fides nostra, & Apostolorum prædicatio. Hanc autem apparitionē fecit per dies quadraginta; ut signis dictis, & ipsa apud nos mansione firmaretur resurrectio, quia naturale corpus sine anima foeteret tanto tempore. Per dies etiam quadraginta, ut plus se humiliaret, & charitatē erga nos magis ostenderet, qua vix à nobis auelli poterat, & per quam nobiscum vsque ad

iudicium in hoc deserto tāquam per quadraginta dies manet: in quo debemus præcepta seruare post baptismū, vel pœnitentiā. Denique tāto tēpore mansit nobiscū, ut cōsolaretur passionē suā, & morte oppressos discipulos, & ut amplum tēpus ad docendū haberet: nā et si Christ⁹ posset paucis horis omnia docere, Apostoli tamē pro tarditate sua minimē fuissent capaces.

Apparuit autē per dies quadraginta non cōtinuē, sed quandoque; tum ut immortalē se declararet, tū ut excitaret desiderii sui, tum ut charitatem toties, & in omnibus apparentē exhiberet; cum tamen humilitatē suam in cruce omnibus spectandā pposuerit. Quadraginta annis peregrinati sunt filij Israel per desertū, & 40. diebus ieiunauit Dñs, quod Satanæ victor existeret; ut nos toto hoc vitæ tēpore peregrinātes, & ieiunio pugnātes intelligamus nos Satanę victores futuros, & in Terram viuentium ingressuros.

Tertio autem die surrexit, & quadagesimo ascendit: quia mors tribus diebus facile probari potuit, resurrectionis autem insolitum, & inauditū mysterium, difficiliter fuit ad credendum, & probandum. Adhæc vix quadraginta horis fuit mortuus, quadraginta autē diebus præsentia suā exhibendo cōsolatus est Apostolos; ne ignoremus quantū vincat animi magnitudo tribulationes, & dolores: nā consolatio se habet ad luctum, ut dies ad horam. Nota etiā, quod natus per 40. dies fuit, antequā in tēplo præsentaretur: renatus quoque in baptismo Ioānis, & similis renato factus, totidem dies in deserto fuit ut tentaretur, antequam ad prædicandum veniret: & nunc tertio natus, ac primogenitus mortuorum, per quadraginta dies apparet suis, & palpandum seipsum præbet, antequam ascendat ad Patrem. Primis quadraginta diebus fuit cum hominibus; alteris fuit cum feris: his vltimis fuit tantum cum dilectoribus suis. Et in fine primarum fuit in templo: & in fine secundorum Angeli ministrabant ei: in postremis propria virtute ascendit in templum cœlestē, vbi se spectandum Angelis præbuit.

Cū per hos 40. dies Dñs discipulis apparuerit non semper, sed quandoque, cur id fecerit

Exod. 16. Matth. 4.

Cur tertia die Dominus surrexit, quadragesimo autē in cælum ascendit.

Secunda ratio

Tertia ratio Lucæ 2.

Matth. 3. Infra 8.

Apocal. 1.

Marci 1.

Lucæ 2.

Matth. 4.

Arefurrectio  
ne cur Xps  
de regno Dei  
loquebatur.

Regnū Dei  
quod.

Huius regni  
qualitates.

Qua via ad  
hoc regnum  
perueniatur.

Qua Christ⁹  
post resurre-  
ctionē suā  
per dies 40.  
cū Apostolis  
differuit, que  
nam illa sint

Apparebat autem, loquebaturque de regno Dei. Olim enim dū viueret, de regno in genere, & plus de via, quā de termino verba fecerat: nunc fortassis ē contrario, multa de termino, & pauca de via; atque illa cum summo spiritu proferebat, quia videbat, & gustabat plenē quæ loquebatur. Cū autē sit tam copiosa lætitiæ sepes, & materia, mirum est quod de alijs vanissimis, & contemptis rebus colloquia seramus: præsertim verō Religiosi, qui ad illud peculiariter possidendum vocati sunt. Est autem regnū Dei, eius Ecclesia, cuius mēbra sunt fideles, cuius Rex est Christus, regnans per suos ministros, & per inferiora dona quæ infundit, vt per fidem, spem, & charitatem. Est autem regnum non tantū externum, sed magis internum, liberum, nō coactū, dominās non Regi ipsi, sed omnibus sibi inferioribus, & hostibus, habens summa præmia, & summa etiam supplicia; quæ hīc occultē incipiunt, sed in futuro se prodent. Via intrandi in hoc regnum, exterius quidem verbū est, & Sacramentum; interior verō, peculiare Dei auxilium præparans ad iustitiā, & infundens fidem, & reliqua dona, atque homo ipse cōsensum præstans diuinæ gratiæ.

Vides igitur Apostolos peculiariter institutos à Domino, non in mathematicis disciplinis, nō in linguarum peritiā, sed de summa rerum, hoc est, de regno Dei. Vnde probabilissimū est illos didicisse multa de hierarchia Ecclesiastica, & gradibus Ordinum Ecclesiasticorum, & de supremo hierarcha, hoc est, de summo Pontifice Romano, qui loco Christi Ecclesiæ vt caput, & Rex, ac pastor supremus præesse debebat: nam sine supremo magistratu, cui omnes parēre Christi lege tenentur, quomodo Christi regnū aut coalescere, aut stare posset? Præterea eruditi sunt de numero Sacramentorum, de formis, & materijs ne-

cessarijs, quibus erant administrāda; de ceremonijs, ac ritibus, quibus erāt ornāda, ad maiorem Ecclesiæ decorē; maximē verō de traditione, rituque sacrosanctum Missæ sacrificium peragendi, proque viuus, & mortuis in Christo illud offerēdi; de Sanctorum precibus, & patrocinijs nobis ambiēdis; de præceptis Ecclesiæ ad Diuina Præcepta cōmodiūs obseruanda indicēdis circa ieiunia, delectum ciborū, & dies festos celebrandos; de Dei, Angelorum, ac Sanctorum colendis, ac venerādis imaginibus, & reliquijs. Hæc enim omnia cū ab initio nascentis Ecclesiæ religiosē, & constāter in ea fuerint obseruata, ab alio fonte profecta fuisse, quā à Christo, qui per illos quadraginta dies erudiuit Apostolos, non est verisimile. Stultus ergo est, & impudens, qui curiosius vrget, vt harum rerum locos ex Canonicis scripturis proferamus: nā satis nobis esse debet, Scripturam ipsam traditiones nobis non scriptas commendare, & Christū tot diebus Apostolos suos instruxisse de regno Dei. Satis etiam superq; nobis esse debet, quod hæc Ecclesia constanter, & perpetuō retinuerit, nobisque in hunc vsque diem tanquam depositū custodiendum dederit.

Si nos igitur cum Christo surreximus, quæ sursum sunt, quæramus, & quæ sursum sunt sapiamus, deq; regno Dei, quod in præmium speramus, serio misceamus colloquia; vt tanti regni spe concepta, omnia aduersa equanimiter feramus; Legi Dei per omnia pareamus, charitatis, & pietatis opera, quæ ad proximū fouendū, & subleuandum fiunt, amplectamur, vt tandē regni illius amplissimi, atq; dulcissimi consortes, & participes reddi promereamur, præstāte hoc nobis summo ipsius Rege, ac Principe Dño nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit sempiternus honor, laus, & imperium in perpetuum. Amen.

In eos, qui  
Ecclesiæ tra-  
ditiones as-  
pernantur, so-  
lo nimirum  
scripto Dei  
verbo cōtēti

Vnde noscū  
Christo sur-  
rexisse agnos-  
cere poterim-  
us.  
2. Tim. 1.  
Colos. 3.



TRACTATUS VII.

In illa verba: *Et conuescens præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectaret promissionem Patris, Quam audistis (inquit) per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autē baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, &c.*

B. Luca sco-  
pus proposi-  
tis in verbis.

Lucæ vlt.  
Christus quā  
do præcepe-  
rit apostolis,  
ab Ierosoly-  
mis ne disce-  
derent.

Quid illud  
Erit conuescens  
in agnoscendo  
in agnoscendo

Marci vlt.  
Resoluitur  
hæc Erasmi  
Tiberi præta-  
tio: Et in eā-  
dem aulā ver-  
satis, pro cōn-  
uenerant  
H. rodot.  
Halicar.

**P**ERGIT Lucas explicare præceptū illud, quod Christus in die Ascensionis Apostolis tradiderat de expectādo Ierosolymis Spiritu sancto, quoniam in vniuersum orbem ad prædicandum Euangelium dispergendi erant: de quo præcepto dixerat Dominus apud Lucam: *Vos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto:* ad quæ verba hoc loco alludit Lucas. Quamquam illi præcepto nihil adiungat, nimirum, *Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.* Declarat etiam quid faceret Dominus, eū hoc mandatum daret; ait enim: *Et conuescens:* pro quo verbo Græcæ litera, habet *συναλιζόμενος*, hoc est, communi vtens sale, siue vt Oecumenius ponderat, consaliens, id est, comedens, & bibens, quod est dicere salis, & mensæ participi factus; alludens ad postremum illum diem ascensionis; quando Dominus recumbentibus vndecim discipulis apparuit. Quare vana prorsus est lectio Erasmi, quæ habet Græcē suo iudicio *συναλιζόμενος*, id est, in eādem aula versans, siue conuersans; alij verō, cōgregans, & in stabulum reducens; secundū illud: *Igitur qui conuenerant* Et quamquam probet hanc significationem ex Herodoto; qui in Euterpe Iosquens de Pherone Rege Egypti; ait,

Cū in vnam vrbe mulieres congregasset (Græcē *συναλιζαντα*) omnes cum vrbe ipsa subiecto igne cremasse. Sed hæc lectio non tam veritatem attingit, quā prior: nec enim Christus à morte excitatus ita cum Apostolis versabatur, vt cum eis quāsi in eadem aula conueneret, cū quandoque, & non semper, & ad breue tempus ad eos diuerteret: sed veritati proximum est, quod suscitatus non semel manducauerit, & biberit cum Apostolis; vt Petrus testatur. Nam & in Emmaunte cum discipulis mensæ accubuit, & eadem die sub vesperam manducauit de fauo mellis, & partem piscis asi corā Apostolis: iterum ad mare Tiberiadis edisse videtur cum Apostolis: & nouissimē recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus, & vt est verisimile, simul cū illis comedit, & bibit: atque in hac postrema apparitione præceptū tradidit de quo hic est sermo. Qui leguntur à Dño suscitati, vt puella filia Iairi, & Lazarus, quoniā ad vitam mortalem suscitati fuerunt, verē edebant, & bibebant, & non Raphaël Angelus, qui Tobię 12. dixit: *Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominibus videri non potest, vt or. vnde nec verē edebat, nec bibebat, cū careret ore, stomacho, ac relicto corpore, & nil posset in Angelicam naturam conuerti, sed quō se viuente*

Actor. 1.

Actor. 10.  
Lucæ vlt.

Ibidem.  
Ioan. vlt.

Marci vlt.

A Christo sus-  
citati cur de-  
ne edebant,  
ac bibebant.  
Matth. 9.  
Ioan. 1.  
Tobię 12.  
Christus iam  
resurgens ex  
mortuis, an  
verē mandu-  
caret, ac bi-  
beret.



Ioan. 1. Luca vlt. Act. 1. Infra 10. Augustinus tom. 5.

Si quid verè manducabat ac bibebat, in quam ille cibum, ac potus Christi substantiam conuertebatur. B. Thomas. Beda. 10. 5. Amb. in Luca cap. vlt. tom. 5. Secunda opitio. Durandus.

Aug. tom. 3 circa finem

Genes. 18.

Damaſcen.

ostenderet, illud faciebat. Christus vero suscitatus verè edebat, & bibebat, vt habet Ioannes capite vlt. & Lucas cap. 24. & Act. 1. Non tamen comedebat, aut bibebat ex indigentia, quia corpus ià immortale, & spiritale redditum non indiget cibo, vt docet Augustinus libr. 13. de ciuitate Dei, cap. 22. his verbis: *Cerè fides Christiana de ipso Saluatore non dubitat, quod etiã post resurrectionem iam quidem in spiritali carne, sed tamen vera, cibum ac potũ cum Discipulis sumpsit. Non enim potestas, sed egestas edendi, ac bibendi talibus corporibus aufertur.*

Non est autem curiosè scrutandũ, in quam rem conuerteretur ille cibum à Christo sumptus. Et B. quidem Thomas tenet non fuisse conuersum in substantiã Christi, quia non est corpus animale, vt nutriri valeat, aut indigeat. Beda etiam ait: *Non conuertit in corpus suum cibum, sicut terra absorbet aquam, sed consumpsit sicut ignis aquam, & sol vapores.* Ita etiam tradit Ambrosius in Lucam. Alij autem, vt Durandus in quarto dist. 24. quæst. 6. ad secundum docent veram, & perfectam fuisse comestionem, etiam quantum ad hoc. Et potest verbis Augustini allegatis confirmari: *Quia non, inquit, ex egestate edebat, sed ex potestate.* Et rursus libr. 3. de Mirabilibus sacræ Scripturæ cap. 14. aut quisquis autor eius libri fuit, vbi ait: *De cibo Domini post resurrectionem. Hunc autem carnalem cibum qualiter resurrectionis caro suscepit, docti requirant, dũ resurrectura corpora spiritalia esse cuncti fideles sciunt, vt dicitur: Resurget corpus spiritale. Quapropter resurgent corpora non gustatura, sano sensu creditur possibilitatem edendi cibos, si necesse foret, habitura. Hac Dei exempla minime denegat, vt Angeli iuxta illicem Mambre. Sed hoc non, vt nos ruminatos cibos stomacho, & intestinis conferunt, sed statim vt accepta velut videtur, degustent, in spiritali naturam non ex parte, sed tota transformant.* Damascenus quoque libro 4. de Fide Orthodoxa cap. 1. idem tradit, dicens: *Nam etsi gustauit cibum post resurrectionem, non tamen naturali lege, nõ enim esurit: sed dispensationis modo veritati suæ resur-*

*rectionis fidem inducens, & confirmans quod ipsa eadem caro qua passa est, resurrexit.* Hæc ille. Et confirmatur: non enim videtur comestio perfecta, vbi non est decoctio, mutatio, & generatio: sicut si aliquis euomat cibum, nõ perfecte dicitur edisse. Quare probabile est corpus gloriosum posse verè comedere, licet non egeat, quia nihil illi deest. Et sicut habet dotes in potestate sua, vt cum velit, vtatur, & alijs, cum voluerit.

Edebat etiam Dominus, vt se familiarè ostenderet. Nam ita ille ad maiestatem tuendam, & desiderium sui excitandum apparebat, vt tamen familiaris esset ad resurrectionis veritatẽ, & charitatẽ, humilitatemque suam declarandam. Erat autẽ hæc comestio, effectus nõ necessitatis, sed dilectionis mirificè eam concilians, & in Christo etiam humilitatis: qui cum gloriosus esset, & immortalis, nobis tamen infirmis, & ingratis sese attemperare minimè est dedignatus. Congregauit etiam timidus, & errantes ouiculas suas (si legendum esset, Congregans.) Et primò in monte Galilæe, vt habetur Matth. vlt. vt infirmiores securius spectarent eum, & adorarẽt, Iudæos nequaquam timentes. Congregauit & in montem Oliueti multos fratres, vt inde ascenderet. Nam si Christus gloriosus, & qui fecit vtraque vnum, non congregasset, dispersi corde periremus: & vbi non est congregatio ad Deum, non venit Iesus ad eos: vbi verò sunt duo, vel tres congregati in nomine eius, ibi est (inquit ille) in medio eorum. Vnde Thomæ segregato non apparuit. Ideo vè soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se.

Præcepit illis ab Ierosolymis ne discederent. Nimirum ipsa die ascensionis, in qua hoc præceptum datum est. Nã ante eum diem licuit discedere è Ierosolymis: quod ex eo constat, quod perrexerunt in Galilæam, in montem, quẽ constituerat illis Iesus, & venerunt ad mare Tiberiadis piscatum. Porro præceptum ne discederent ab Ierosolymis, admodum extitit, & salutare. Primum, vt Pater æternus, & Apostoli

Immortale corpus ac gloriosũ quatenus manducet, ac bibat.

Secunda ratio cur Christus ederet, ac biberet resuscitatus.

Iesus ille ac potus quallit Christi esset virtutum symbolũ.

Hæc lectio quorundam: Et congregans, pro, conuolvens, quã vera, atque probabilis. Matth. 28. Luca vlt. Ephes. 2. Matth. 18. Ioan. 20. Eccles. 4.

Quando præcepit Dominus discipulis ab Ierosolymis ne discederent. Matth. vlt. Supra 26. Ioan. vlt.

Quare illud traditum fuerit præceptũ

Secunda ratio

Tertia ratio

Iudæi a Dño cur electi

Marci vlt.

Esaiã 2.

Quarta ratio

Manens in Ecclesia quorum bonorũ particeps fiat

Christum verbis, signis, vita, & passionibus glorificarent in eo ipso loco, vbi ipse fuerat crucifixus. Deinde, vt Iudæi ad fidem colligerentur, & salui redderentur ob patres, ad quod apta erant Ierosolyma, quæ regni erat metropolis, & ad quam vniuersæ confluxerant omnes, iuxta quem confluxum maior, vel minor potestas data est ministris. Nam potestas spiritalis, vt aduata est, temporalis, vt corpus, vt pro eius magnitudine collata sit maior, vel minor potestas Ecclesiastica. Quapropter sicut pro Iudæis locus erat aptus Ierosolyma; ita pro Gentibus Roma: quia bona, vel mala ciuitatis latius patere solent. Tertio, vt primò prædicato Euangelio Ierosolymis, vbi fuit crucifixus, resurrectionis examinare fides magis probabilis redderetur. Nam si prius alijs prædicasset, videretur quid fabulosum, vel confictum, & ipsos Apostolos lucẽ fugisse, nec ausos fuisse suis scripturas callentibus hæc ingerere, sed Imperitijs Gentilibus, simulacrorumque cultoribus: sicut ex eo magis cogniti sunt, quod idiotæ, & timidi erant. Et vt olim electio populi Iudæorum ante Legem & terram datam ex Dei benignitate & amore ad patres, non ob merita eorum profecta fuit; ita ob eandem dilectionem, & merita patrum dedit illis Christum, & Spiritum sanctũ, etiam Apostolis immeritis. Vnde illo die exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiã cordis. Posita autem gratuita Dei dilectione ad hos, conuenientior locus erat Ierosolyma, vt salus spargeretur in omnes, & impleretur Prophetia: *De Sion exibit Lex, & verbum Domini de Ierosolyma.* Quarto, datum est hoc præceptum in typum, ne exeamus ab Ecclesia: in qua qui manet, per gratiam Dei habet remissionem originalis, & actualis peccati, fidem, & omnes virtutes, donumque vt possit in eis perseverare ppter diuinas inspirationes, Sanctorum intercessiones, Sacramenta, verbum Dei, atque bonorum exempla: habet etiam ius ad gloriam, & charismata, quæ gratis dantur quantum fatis est ad vtilitatem. Peccator etiam in Ecclesia opere Dei, & Angelorum, sanctorumque ad-

miniculo, præter extinctionẽ peccati originalis, & fidem, habet viam, quæ per contritionem, Sacramentum Pœnitentiæ, & correctionẽ, reduci valeat ad viam gloriæ tanquam incontinens: non ignorat etiam scopum, ad quẽ in operando spectare debeat, atque inde adiuuetur. At qui his auxilijs destitutus existit, tanquã intemperans, qualis est Gentilis, idololatra, aut obstinatus Iudæus miraculo habet opus, vt conuertitur valeat.

Causa autem exeundi ab Ecclesia, plures existit, sed in primis superbia, nesciens quicquam ignorare, & noua semper quærens, inanis gloria, volens fieri, affectus ad vitia peculiaria, quibus error fauet, zelus crudelis in abusus quosdam, conuersatio cum hæreticis, & incauta librorum hæreticorũ lectio; dormiens pastor, & hærens tantum Christo non per medullã, sed per corticem: hoc est, non nixus Christo per fidem, & amorẽ, quæ sunt medullã Euangelij, sed per emolumenta temporalia, & honor, quæ sunt veluti cortex vitis Christi. Nam pastores, qui talia præcipue spectant, veniente lupo alè dormiunt, stertuntque, aut eum mercenarijs fugiunt dimissis ouibus, ob id tantũ quod mercenarij sunt. Quinto, rectè præcipit à Ierosolyma non discedere, ne quis vocationem religiosam deserat. Nam in saeculo cœnobio, vt quidam ex Patribus tradit, purius quis viuit, rariùs cadit, velociùs surgit, incedit etiã cautiùs, quiescit securius, perfunditur frequentius cœlico rore, copiosius munditiã fortitur, confidentius moritur; abundantiorẽq; æternæ gloriæ portionem tandẽ obtinebit. His autem commoditatibus, ac fructibus merito ille, qui retrocedit, destituitur, vt Iudas deferens Apostolicum gradum, & vt Absalon propria voluntate suspensus affligitur. Et si nõ sit conscientie stimulus, sit tamen statua falis ad aliorũ exemplũ interiensi, ac veluti coruus; non reuertens ad arcem. Ideo etiam cum pœnã exuenda est voluntas propria tanquam pellis serpentis, & Bartholomæi; & eius loco agni, vel columbæ, id est, Christi; vel Spiritus sancti vestis induenda.

Causa discedendi ab Ecclesia quoniam illa.

Medulla Euangelij & cortex quoniam sint.

Ioan. 10.

Ratiocinatio

Bernard.

Quibus bonis in Religionẽ perseverantes perfruuntur, priuentur apostata.

2. Reg. 18. Psal. 108. Act. 1. Genes. 19. Supra 8.

Exuenda est nostra quomodo velut ras, qualisq; vestis induenda.

*Sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum.* Quia prohibitio suapte natura ligat, & coarctat voluntatem, maxime ubi difficilis est, & molesta carni; demulcet eam Deus spe spiritum nostrum vngente, & consolante: ita ut boni etiam arctam viam carni ambulent, latam tamen, & gratam spiritui ingrediuntur, contra vero mali. Et quia spiritus potior est pars hominis; suavius incedunt viam Domini; etiam si mundus videt externas cruces priorum, & non internas Spiritus sancti consolationes, secus iudicet. At in celo corpus & spiritus latissimam simul ingrediuntur viam; quemadmodum in gehenna damnati strictissima: Quia ergo durum erat manere Ierosolymis inermes, & omni favore destitutos; atque ubi tot habebant aduersarios, spe promissionis Spiritus sancti eos exhilarat, & alligat; quae viatoribus est peropportuna, qui instar iuuenum in spe viuere debent. Decebat etiam eos, qui ad indicendum mundo bellum rectoribus, & potestatibus tenebrarum harum, ut arma de manu Dei expectarent, & acciperent.

Vocat autem Spiritum sanctum cuius singularibus donis ac muneribus, promissionem Patris, non sine causa est enim triplex promissio; Hostis, Domini, & Patris. Hostis promissio, daemonis est, ac mundi huius: qui ut decipiant, non sua quasi sua promittunt, & exhibent, ut eis quasi esca deliniti seducantur. *Hec omnia*, inquit *daemon, tibi dabo, si cadens adoraueris me*: qui instar carnificis supplat eum, ac praedat, quem ad ascensum mouet. Est deinde Domini promissio: quia temporalia bona a Deo in veteri Testamento promittebantur, ut tanquam a Deo profecta illi tribuerentur: sed ne summa putaretur illa promissio, melioribus data non est, quia quasi pictura quaedam, & imago futurorum erant. Illis igitur parua data sunt, ut ad Euangelium disponderentur. Extrema est promissio Patris de Spiritu ad optante in filios, & certissimo caelestis regni pignore atque arrha con-

firmante: Quam audistis, inquit, per os meum. Pater in propria persona, & immediate per seipsum non loquitur; hinc Christus ipse dixit: *Neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis.* Sed olim locutus est per Angelos, & ut Apostolus ait, etiam in Prophetis, nouissime vero locutus est nobis in Filio sibi aequali, & consubstantiali, & qui multa vera quae iam venerant, praedixerat. Hinc promisserat: *Expedi vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.* Erat igitur Christus os Patris, & electum, atque immediatum instrumentum, per quod fundebat oracula: ideo verissima erant, & maxime sua quae promittebat.

*Quia Ioannes quidem baptizauit aqua*, declarat promissionem ab effectu, siue fructu collato, cum eo Ioannis, postquam insinuauit magnam esse pollicitationem ex promittente, & ore siue interprete Patris Moysen longe antecellente. Ioannes igitur, quo nullus maior inter natos mulierum surrexit, aqua pura absque spiritu baptizauit: nam illud Ioannis baptisma ab illo Christi in eo differebat, nec erat vnus & idem gratiam conferens, ut fingunt Lutherani, dicentes quod ex aqua nominatur, quatenus Ioannes illo utebatur; ex spiritu vero, quatenus Christus illum adhibebat: quod plane falsum est. Nam in primis non diceretur Ioannis, sicut nec noster dicitur Petri aut Pauli; sacra enim ceremonia Sacramenti, aut lex non dicitur nisi eius, qui potest effectum praestare. Hinc distinctam dicimus esse legem Moysis ab illa Christi, & baptismum Ioannis ab illo Christi: Ioannis enim propterea dicitur in aqua, quia ille corporis sordes abluere, quemadmodum ille Christi spirituales animi sordes purgare poterat. Deinde Paulus minime rebaptizasset etiam non credentes, quia Ecclesia non rebaptizat: quae sequenda est in usu Sacramentorum. Tertio, plures Iesus non rebaptizasset, quam Ioannes, si idem omnino erat baptismus. Quarto, cessasset praecipuum Circumcisionis. Quinto, frustra fieret

*Ioan. 5.*  
Pater ut oltm Deus lo quebatur.  
*Hebr. 1.*  
*Ioan. 16.*  
*Supra 14.*  
Pater per quos potissimum oracula fundebat.  
*Matth. 11.*  
Christi baptisma ab illo Ioannis in quo differret  
*Contra Lutheranos ostenditur Christi & Ioannis baptismum vnum & idem non esse, sed varium, ac diuersum.*  
*Secundum argumentum. Act. 19.*  
*Tertium argumentum. Ioan. 3. & 4.*  
*Quartum, ac quintum. Genes. 17.*

collatio

*Leuit. 12.*  
*& Luc. 2.*  
*Sexto.*  
*Ioan. 5.*  
*Ioannis a baptismo Christi primū discrimen.*  
*Secundum.*  
*Tertium.*  
*Quartum.*  
*Quintum.*  
*Quid sit: Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autē baptizabimini Spiritu sancto, secundum aliquos.*  
*Luc. vlt.*  
*Improbatur ille sensus.*

collatio Spiritus, & aquae. Sexto, baptismus Ioannis preparatorius erat ad illum Christi, qui finis erat, & perfectio prioris; finis autem differt a medio.

Differebant igitur illa baptismata, primo in instituyente: nam Ioannis baptismi institutor fuit homo ex Dei potestate, ille vero Christi ab eo, qui est Deus, & homo. Secundo differebant in ministris: quia prioris solus Ioannes erat minister, ille vero Domini per infinitos dispensari potest ministros. Tertio, differunt tempore: quia ille Ioannis vsque ad carceris coniectionem stetit, ille vero Christi stabilis est, & permanebit vsque ad iudicium. Quarto, discernuntur illa baptismata ex parte recipientium: nam illud Ioannis ad Iudaeos vsque rationis habetes, & forte ad masculos tantum spectabat, nihil quippe de foeminis legitur ab eo baptizatis; at Christi baptismata omnes, tam Iudaei, quam Gentes, viri ac foeminae, infantes, & adulti, suscipere legitur coguntur. Quinto, differunt effectu: nam baptismus Ioannis constabat lotione corporis, ut homo concurreret ad praedicationem veteri Messiae, & fieret baptismi Christi candidatus se puluerem esse agnoscens: hinc forma quoque diuersa erat, si quae tamen erat: at baptismi Christi effectus, ablutio sordium animi erat, siue remissio peccati, & adoptio.

His positis, sunt qui hunc locum ita exponant: Nolite putare vos non ege- re Spiritu consolatore, eo quod forte baptizati estis a Ioanne; cuius baptismus erat in aqua tantum, id est, poterat non quidem animi, sed corporis sordes expiare. Propter hoc plerumque baptismus ille in aqua dicitur, ad differentiam illius Christi, qui est in aqua, & Spiritu, vel in Spiritu. Et ideo oportet vos baptizari Spiritu sancto, & indui virtute ex alto. Atque hic sensus procedit, eo posito quod Apostoli fuerint baptizati tantum baptismum Ioannis, & non Christi. Sed profecto non videretur hoc loco probari necessitas alterius baptismi Spiritus, per hoc quod non sufficeret Ioannis baptismus: quia posset quis dicere quod sufficeret ba-

pismus Christi, cuius expertes dici non poterant Apostoli, si teneamus, eos etiam fuisse a Christo baptizatos, ut congrue alios possent baptizare, ut dicitur Ioan. 3. Cum prius Dominus coeperit facere, quam docere, & vel ipse prius baptizari propterea a Ioanne voluerit. Nam quod dicitur Ioan. 4. *Quoniam ipse non baptizaret, sed discipuli eius*, intellige ipsum non baptizare ut plurimum, ac publice. Licet sine hoc potuissent (quemadmodum Moyses non Sacerdos, vnxit Aarō in Sacerdotem) illos quoque fuisse a Christo baptizatos, indicat verbum Domini dicentis: *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus.* In quae verba Augustinus epistola ad Seleucianam recte scribit: *Neque enim ministerio baptizandi defuit, ut haberet baptizatos seruos, per quos ceteros baptizaret, qui non defuit memorabilis illius humilitatis ministerio, quando lauit pedes, & petenti Petro, ut non tantum pedes, verum etiam manus & caput ei laueret, respondit: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus: ubi intelligitur quod iam Petrus baptizatus fuerat.* Haec ille. Gregorius quoque ad Theotistam Patriciam haec verba edisserens, ait: *In Euangelio Dominus dicit: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Si igitur peccata in baptismate funditus minime dimittuntur; quomodo is qui lotus est, mundus est totus? Totus enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit.* Haec illi Patres. Et quia illis in cena dispensauit Eucharistiam, & promouit illos ad Sacerdotium, ut hostiam salutare Noui Testamenti possent offerre, & peccatores in foro poenitentiae absolvere: ad quae Sacramenta nemo admitti potest, nisi baptismum tinctus: nec par erat Apostolos pulchro characteris dono priuari, quod excellenter ad Christum pertinere designarentur. Ideo, hanc sententiam ut probabiliorē, & veriorē sequimur, & sic sensus verborum Christi alius erit: pro quo profundius erit de Dei prouidentia cogitandum. Nam Pater aeternus, misurus Filium suum pro mundi redemptione, praemisit praecursores Ioannes

*Matth. 3.*  
Illud Ioannis de Christo: Quoniam non ipse baptizaret, sed discipuli eius: quomodo verum sit.  
*Leuit. 8.*  
*Ioan. 13.*  
Quid Augustinus: Quilottus est, non indiget nisi ut pedes lauet.  
*August. epistol. 108. ad med. tom. 2.*  
*Gregor. lib. 9. regist. epistol. 31. prope fin. tom. 2.*  
*Luc. 22.*  
Ad quam Sacramenta nemo nisi baptizatus proficit admitti.  
*Alter sensus probabilior.*  
*Ioannes Baptista viam Domini uti preparare debebat.*

Tom. 12.

D qui

*Esai. 40.*  
*Matth. 3.*  
*Matth. 3.*  
*Luc. 12.*  
*Christi baptis-  
mi in igni  
preparator  
solus quis.*  
*Matth. 3.*  
*Baptismus  
Spiritus san-  
cti cur ignis  
voce declare-  
tur.*  
*Ioan. 19.*  
*Supra 14.*  
*Duplex Chri-  
sti baptis-  
mus*

qui vita, & gestis prepararet ei viam: cuius baptismus in aqua ad Christi baptismum, qui Spiritum continet, prepararet, per quem suus ille euacuatus erat. Sed præter illum primum, & omnibus communem Christi baptismum, quo fideles initiatur, & nouam vitam inchoant, prophetauerat Ioannes alium Christi baptismum, quem ignis uocauerat, de quo Matthæus: *ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni*, & de quo Dominus dixerat: *ignem ueni mittere in terram: & quid uolo nisi ut accedatur?* Cuius baptismi non fuit preparator, & præcursor Ioannes, sed Christus ipse, qui ad prædicta uerba subiunxit: *Baptisma habeo baptizari: & quomodo coarctor usque; dum perficiatur: ac si apertius dicat: antequam ueniat ille ignis baptismus, oportet me eodem baptismo baptizari: quod factum est in Cruce, ubi comparauit hunc baptismum Spiritus sancti, & ignis, id est, Spiritus sancti, qui non ulterius in columna, sed in igne apparebit. Quo significatur vis, ac uoluntatis Spiritus, quæ erit quasi ignis, ut iam non sit baptismus penitentiae, ut ille Ioannis in aqua, aut baptismus communis aquæ, & Spiritus, per quem inchoatur noua uita, ad quem preparauit Ioannes, sed sit baptismus perficiens, ac perfectorum, similis illi, quo Christus in Cruce baptizatus consummauit omnia. Decebat quippe ut tantus Imperator duces strenuos, & aliorum perfectores haberet; quod non poterat fieri nisi per hunc ignem consummatum. Hic ergo baptismus Spiritus, quem mundus non potest accipere, aliquam preparationem exigebat: Dominus ergo preparator eius fuit, cruce, & meritis obedientiæ, atque oratione sua obtinens ut ueniret. Sunt igitur duo Christi baptismi, unus in aqua, secundus in igne Spiritus sancti, præter illum Ioannis, cuius perfectior fuit Christus baptizatus in aqua, & baptismum in aqua, & Spiritu sancto instituens. Rursum Dominus in cruce plenus Spiritu, atque hoc igne ardens, preparauit nobis perfectum ignis baptismum. Meminit ergo baptismi Ioannis, qui tantum est in aqua, & illius ignis, qui solum est*

in Spiritu. Prætermitit illum Christi communem in aqua, & Spiritu, quod hic ad rem non faceret; mentionem fecit illius Ioannis, quod ille prædixisset Christum baptizaturum in Spiritu sancto, & igni. Est ergo sensus, Expectate aduentum noui Spiritus ad rerum perfectionem, quia superest ille baptismus, ad quem non Ioannes preparauit in aqua baptizatus: at uos hunc ignem, quo baptizandi estis, accipietis, quem ego preparauit, & perfecit solus. Ideo hic paucorum est baptismus, & excedit communem omnibus Christi baptismum, ut ignis aquæ quod uidetur in uictoria carnis, mundi, ac Satanae excellentiori consistere, & quia plus penetrat ad immunditias delitescens, sathanas & incendendas, quos effectus aqua non præstat. Est enim hic ignis baptismus, perfectio quædam baptismi Christi in aqua, & Spiritu.

Quod ergo dixit Matthæus, baptizabit in igni, alludens ad Spiritum sanctum in forma ignis lingue, dandum Dominus hoc loco explicat, dicendo, *Baptizabimini Spiritu sancto*. Et Prophetæ Ioel alludens dixerat: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*. Effundere enim, est metaphora aquæ spiritualis baptismi: dicendo autem, *De Spiritu meo, ignem Spiritus sancti, quo baptizati fuerunt in die Pentecostes* significat. Nec nouum est Spiritum sanctum aquæ simbolo designari: hinc Christus, Flumina de ventre credentis in ipsum aquæ uiuæ, prædicit oritura: quod dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Baptizabimini dixit, modestiæ gratia, non, Ego uos baptizabo. Reprehendit Augustinus epistola ad Seleucianam, legentes, baptizabitis, aut incipietis baptizari: & legendum esse iuxta Græcos codices, baptizabimini. Hic uidetur mihi germanus huius loci sensus. Quem confirmat quod adiecit: *Non post multos hos dies, & quod præmittitur, Ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, atque in hunc modum interpretatur Petrus hunc locum Acto. 11. dicens: Cum autem cepissem loqui, cecidit*

*Matth. 3.*  
*Ignis baptis-  
mus quis il-  
le.*  
*Quid sit il-  
lud Ioannis  
de Christo: I-  
pse uos bapti-  
zabit in Spi-  
ritu sancto,  
& igni.*  
*Act. 2.*  
*Ioel 2. &  
Act. 2.*  
*Ibidem.*  
*August. epi-  
sto. 103. sub  
init. tom. 2.*  
*Act. 11.*

*Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum autem uerbi Domini, sicut dicebat: Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini Spiritu sancto.* Hæc ille, indicans baptizari Spiritu sancto, nihil aliud esse quam recipere Spiritum sanctum.

Addit, *Non post multos hos dies*. Ab ascensione mea, & uidebitis efficaciam huius meæ orationis, qua rogabo Patrem, ut alium Paraclætum det uobis: qui nequaquam est omnium, nec notus omnibus, nisi his qui accipiunt. Certum autem diem non prædixit, quod illos redderet vigilantiores, ut solent facere qui auidè expectant quod amant. Nam si longum prædixisset tempus, nequaquam se tædio uicti preparassent: si autem breue, ac certum, non laborarent expectatione, uigiliæ, & patientiæ merito, quæ tamen interim profunt.

Post Christi autem discessum missus est Spiritus sanctus, ut à glorioso, & orante ueniret Domino, & magis purgatos, & capaces inueniret; & ne occuparetur Spiritus in præsentis carnis motibus extinguendis, uel ne contristaretur in discessu ab ea. Hoc autem uerbo, Non post multos hos dies, iugularetur hæresis Montani, & Priscæ, & Maximillæ eius prophetissarum, asserentis quod in eas Spiritus sanctus descenderet, non in Apostolos: ut Augustinus libro De hæresibus ad Quod uult deum docet. Idem quoque signum sectati sunt Manichæi, qui in se solis, non in Apostolis promissionem de Spiritu sancto impletam docebat: ut Augustinus eodem libro tradidit. Vanissimum porro est somnium Mahometi omnium hominum impurissimi, qui nomen suum expunctum de Euangelio à nobis querebatur, & pro nomine Mahometi positum nomen Paraclæti. An poterat esse magis aduersum quicquam Spiritum sancto, quam obscenus ille, & spurcus homo, in quo tantum caro, & carnis effrænes voluptates ita regnarunt, ut uix in illo spiritum fuisse humanum, nedum diuinum, credere possis? Etsi autem datus prius esset Spiritus, iuxta illud prima die resurrectionis dictum: *Ac-*

*Baptizari Spi-  
ritu sancto,  
quid Augu-  
stino.*  
*Ioan. 14.*  
*Quare Chri-  
stus certum  
diem non præ-  
dixit mis-  
sionis Spi-  
ritus sancti.*  
*Cur post  
Christi dis-  
cessum non  
ante, missus  
sit Spiritus  
sanctus.*  
*Montani hoc  
loco, & Mani-  
chæorum quæ  
dogmata cõ-  
futebantur.*  
*August. lib.  
De Hæres. c.  
26. tom. 6.*  
*August. ibi-  
dem. c. 46.*  
*Aduersus va-  
nissimum  
quoddam Ma-  
hometi signum.*  
*Aliter ante  
ascensionem  
Christi, aliter  
post illam, A-  
postoli acce-  
pere Spiritum  
sanctum.*

*capite Spiritum sanctum: nec enim interpretandum est, accipite, id est, accipietis; sed quia data fuit tunc potestas absoluedi à peccatis in foro penitentiae, & ad prædicandum: postea tamen datus est ad sublimem quædam sapientiam, & insignem charitatem cum plenitudine charismatum ad re ipsa præstandum munus suum Apostolicum cum dono linguarum, & signorum: quæ ratione non omnibus est communiter tributus. Nam etsi omnes baptismi Christi renati per Confirmationis Sacramentum, donorum Spiritus pro suo captu, ac modulo capaces reddantur; in illa tamen ingentium donorum effusione, qua collatus fuit Apostolis ad rectè defungendum Euangelico munere, paucis semper fuit communicatus; ne quisquam mirari ualeat, quod dixerimus hunc spiritum paucorum esse.*

*Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes, Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Hic est initium libri huius: & propterea supplendum est, ut de actis, & dictis discipulorum Christi dicamus. Qui autem conuenerant, aut quingenti fratres erant testes ascensionis, ex quibus centum & viginti ad electionem Matthiæ assumpti sunt: qui omnes spiritum accipere sanctum, quod tot simul petentibus nihil denegaret, & quia omnes, ut capaces æternitatis, præcognoscere quæ futura sunt, expetimus, uel paulatim mendicare, quæ uno momento in gloria plenè sciemus. Idcirco instabant interrogando. Et Dominum uocant. Ante passionem communiter Magistrum uocabant; post resurrectionem uero plus reuerentibus, & ut plurimum Dominum appellabant: nisi quod Maria perturbata dixit, Rabboni: unde & repulsa tulit, audiuitque; *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum*. Hi etiam spiritu seruitutis adhuc tenebantur: quem in Pentecoste exuerunt. *Si in tempore hoc restitues regnum Israel? Græcè Israel, est Dandi casus; habet enim rō Ispania: intelligebat enim regnum captiuitatis, quo seruebant Romanis, aliquando de ceruicibus suis depellendum, &**

*Ioan. 20.*  
*Act. 2.*  
*Spiritus san-  
ctus quare  
paucorum es-  
se dicitur.*  
*Qui sint isti  
qui conuene-  
rant.*  
*1. Cor. 15.*  
*Act. 1.*  
*Cur Apostoli  
Christum fe-  
rè ab ascen-  
sione Domi-  
ni uocabat,  
non Magistrum.*  
*Ioan. 20.*  
*Act. 2.*

Quid Apostoli Dominum interrogauerint dicentes: Et in tempore hoc restitues regnum Israel.

II. opinio. August. epistol. 73. prope init. romano 2. Matth. 24. III. opinio.

III. opinio que magis probatur. Chrysof. homil. 2. in Acta, tom. 3.

Judæi regnum Israel quale per Messiam restitutum expectabant rudes & ignari.

In quo Judæi miserabiles erant omnibus hominibus. 1. Cor. 15.

Duo Christi aduentus in Scripturis celebrantur.

Matth. 15.

Judæis regnum, & imperium super alios dandum. Quid his verbis interrogauerint Apostoli, satis exploratum non est. Quidam dicunt, nec illos quidem quid diceret, intellexisse. Quod non est verisimile: quia responsio Domini interrogationi minime conueniret. Alij vero senserunt, illos interrogasse de die iudicij, vt insinuat Augustinus ad Helychium. Quod vsquequaq; non placet, quoniam acceperant iam à Christo, quod illa dies non esset reuelanda. Item alij de regno spiritali illos existimant interrogasse. Quod etiam minime probabile videtur, quia nondum spiritum carnis exuerant, nec per Spiritum sanctum renouati erant, vt spirituale regnum Israel restitutum cogitare possent: nec responsio Christi reprimens eorum curiositatem esset ad rem, cum rem perutilem sciscitarent. Aliud ergo interrogauerunt, vt rectè docet Chrysofomus. Quod vt intelligas, accipe primum, à multis Scripturis casum, & ruinam domus, seu regni Israel, & cum hoc restitutionem, restitutionemve per Messiam futuram promissam esse. Deinde accipe, Judæos sectantes quæ carnis sunt, vocemque Spiritus non intelligentes, inuolui plerunque, atque implicari. Cogitabant enim domum Israel restituendam per Messiam in regnum suum temporale, & ad prosperitates, & felicitates terrenas reuocandam. Atq; hoc expectabant ipsi, si modo est expectare, nihil aliud quam commoda vitæ præsentis expetere: in quo sanè se miserrimos esse omnibus hominibus aperte prodebant. Quid enim prodest his qui mortui sunt, & assidue in seruitute moriuntur, eiusmodi felicitas, ac regnum? Secundo, errabant quoq; ex duobus Christi aduentibus vnum efficietes, quo restitutus sit Israel: ex quo Scripturæ ab eis redditæ sunt vix intelligibiles.

Quamobrem duo sunt Messia stabiliendi aduentus: Primus in infirmitate, qua venit ad lucrandum nos, & vniuersum mundum, potissimum vero populum Israel, si per ipsum non steterit. Nam Dominus dixerat: Non

sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Sed ex illo aduentu sunt consecuta duo: aliud quidem per accidens, aliud vero per se. Per accidens quidem fuit, vt reproberetur Israel, quia noluit Christum recipere volentem illos congregare, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas. Intellige autem reprobatum Israel, saluis reliquijs. Fuit autem per accidens, quia Christus per se venerat in eorum salutem: verum propter eorum duritiam, & impietatem factus est eis in ruinam, vt maneat tanto tempore excæcati. Per se vero consecuta est Gentium vocatio, & electio, inq; verum regnum Israelis iustitia.

Interrogatio ergo illorum fuit de restitutione Israelis carnalis in regnum suum temporale. Vnde euntes Emmaum, dicebant, quasi iam à spe cecidissent sua: Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. De hoc etiam regno secundum carnem concepto petebat mater filiorum Zebedæi, vt vnus federet ad dexteram suam, & vnus ad sinistram in regno suo. Hoc etiam comprobatur Lucas, qui cap. 19. de aduentu Domini in Ierusalem scribit: *Hæc illis audientibus adiiciens dixit parabolam (videlicet de decem minis) eo quod esset prope Ierusalem, & quia existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur.* Christus tamen pro sua sapientia noluit eorum tarditatem, & modicum fructum reprehendere, vt aliàs fecit, cum dixit: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me?* & alibi: *O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar?* Ne eos videlicet mœrore, & anxietate confectos relinqueret. Noluit etiam eis asserere se regnum temporale habere, quod verum non esset: nec rursus negare se tale regnum non habere, ne scandalizarentur, & vt interim ea spe alerentur, donec veniret Spiritus Domini, qui vniuersa referret: sed vanas, & curiosas eorum quæstiones in locum communem digrediens, salubri quodam dogmate elusit. Olim ad matrem filiorum Zebedæi regni dexteram, & sinistram postulantem dixit; *Nescitis quid petatis: & Cleopha-*

*dicenti,*

Prior Christi aduentus quid mali Iudæis, quid boni Gentibus pepererit.

Infra 23. & Luc. 13. Rom. 11.

Ibidem.

Luc. 24.

Matth. 20.

De quibus hoc loco Discipuli, vt olim à Christo non fuerint reprehensi. Ioan. 14. Marc. 9.

Qua de re hæc tantum fuerint reprehensi.

Matth. 20.

Luc. vlt.

Matth. 24.

Chrysof. homil. 1. in Acta, tom. 3. Doctores officium.

Matth. 9.

Ibidem.

Infra 24.

Ad Nouum Testamentum, (vt olim ad Vetus) rerum temporalium promissionem minime pertinere.

Temporalium rerum amor quam hæreat cordibus humanis, & quare.

dicenti, Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel, dixit: *O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Propheta, quos male intelligebant, tale quoddam imperium, & temporale Messia putantes.* Et rogantibus de die illa, & hora, dixit neminem scire, nec Filium hominis: vnde ad vigilantiam hortatus est, & sobrietatem. Ac hæc anxios de regno Israelis ad instructionem Spiritus sancti reijcit: longum enim esset & incommodum paranti discessum, stultam de restitutione carnali Israelis opinionem conuellere. Ergo Deo ait, hæc permittite, vos quæ vestra sunt, curate: non deerit illi promissis, restituet regnum Israeli, sed suo modo, loco, & tempore. Rectè proinde hæc dixit Chrysofomus: *Doctores, inquit, est, docere non quæ discipuli petunt, sed quæ expedit.* Quare Dominus initio parcebat discipulis suis imperfectis adhuc, nolebatq; vt Apostoli supra legis onera ieiunarent: Nemo, inquit, immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: & Cum auferetur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt. Atque ita ipsis ostendebat de alio regno loqui: quàm de temporali: quanquam compertum, & clarum erat Iudæos tunc in regnum temporale minime esse restituendos, sed potius desolandos, & vt prædixerat, templo, atque ciuitate destituendos. Ad hæc, etsi ab Apostolis omnes fuissent conuersi, vel quandoque conuertantur, regnum tamen temporale non est pars promissionum Noui Testamenti. Nam cum media dirigenda sint iuxta id, quod finis exigit, & in alijs Christianis, in quibus regnum spirituale Christi situm est, videamus pugnas, & bella contingere, & bonos plerunque vinci à malis & infidelibus, siue vt puniantur, siue vt exerceantur: nihil certi de regno temporali Iudæorum etiam iam Christo infortium, statuere volebat. Hæc autem propterea scripta sunt, vt intelligamus quàm sit difficile animos hominum exuere temporalium amorem. Quia enim ratio sensum habet vt præceptorem, temporeq; seniore, & viribus robustio-

rem, sine spiritu non ei contradicit in amore temporalium. Hinc quoque discimus orare, vt veniat ille igneus Spiritus, consumens omnes huiusmodi in nobis terrenas cogitationes. Scriptum est etiam propter eos, qui in eum gradum ascendunt, vt sit illis mundus crucifixus, vt & ipsi discant alios miserari, quibus nondum datum est hoc intelligere. Dominus enim miseratus est hoc loco Apostolorum, quorum aduersus petulantiam, curiositatemque placide respondens, dixit: *Nō est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Differunt inter se tempora, & momenta, etiam in Græca lingua, vt docet beatus Augustinus ad Helychium, dicens: *Nostri autem vtrumque hoc verbum tempora appellant, siue χρόνος, siue ναιψός, cū habeant hæc duo inter se non neglegendam differentiam. Ναιψός quippe, appellant Græci tempora quidem, non tamen quæ in spatiorum voluminibus transeunt, sed quæ in rebus an aliquid opportunis, vel importunis sentiuntur; sicut menses, vindemia, calor, frigus, bellum, & si quæ similia; χρόνος autem, ipsa spatia temporum vocant, & hoc certe ipsi Apostoli non ita quæsierunt, quasi vnum nouissimum diem, vel horam exiguam dici partem scire voluissent, sed vtrum iam esset opportunum tempus, quo regnum representaretur Israel.* Hæc ille. Tempora ergo, siue χρόνος vocauit spatia certa, vt secula, annos, menses, dies, & horas; momenta vero, siue ναιψός, articulos, opportunitates, siue occasiones intelligit aliquid faciendi: vt illud, *Nondum cōpleta sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus: & Nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.* Est igitur sensus: Non est vestrum, siue vestrae facultatis, & intelligentiæ, scire tempora, & momenta, quæ Deus occultauit; quia intellectus tantum potest prænosse futura quæ habent nobis necessarium, quia factis est nosse terminum quod tendendum est, & viam quæ eò ducit. Rursus non est vobis expediens, vt relictis necessarijs, in his, quæ cognita non reddunt felices, neque ignorata infelices, sitis

Quorum sit alios miserari. Gal. vlt.

Tempora, & momenta quæ inter se differant secundum Augustinum

August. epistol. 78. sub init. rom. 2.

Quæ tempora vel momenta discipuli nosse prohibentur.

Gen. 15.

Ioan. 7. Nostri cur non sit nosse tempora, vel momenta à Deo præstituta.

1. Cor. 2.

Error Philosophorum vnde.

Angeli primum à Deo conditi quid ignorauerunt.

Gen. 7. Intra 8. Intra 12. Exo. 16.

Quæ sibi soli Deus nota esse voluerit, at nobis incognita, & quare.

Quo consilio Deus terribilem mortem fecerit.

Gen. 41. 1. Reg. 21. vsq; ad 28. cap.

Luc. 22. Aduersus Astrologosque à libera Dei, hominisque voluntate pendent, à celo, & astris pendere somnia tes.

curiosi. Si enim cor hominis nemo nouit præter ipsum hominem; quæ pendent ex Dei voluntate, quis valebit assequi? Hinc Philosophi maxime hallucinati sunt ea definites, quæ minimè intellectu potuerunt assequi, vt de mundi creatione, & eius fine, ac prouidentia. Et penè omnia magna Deus, vt plurimum voluit esse occulta quantum ad horam, & occasionem. Quemadmodum Angeli primò creati cum materia prima, nesciebant quando, quaque occasione reliqua essent condenda, aut quòd Luciferò obstinatè peccante, dicturus erat Deus, *Fiat lux*: Et tunc non tantum circa corporea, sed etiam circa spiritualia lux à tenebris diuisa fuit. Idem dicendum de die diluuij, eiusdemque cessationis, de hora vocandi Abraham, & deducendi illum de Ægypto, dandi legem filijs Israel, aut illos in Terram Promissam introducendi; denique horam incarnationis, passionis, resurrectionis, ascensionis, missionis Spiritus sancti, excæcationis Iudæorum, vocationis Gentium, beneficiorum vniuersalium, aut flagellorum, iudicij particularis, aut vniuersalis sibi soli notam esse voluit; vt simus semper parati, & ne conuersionem metu extortam in fine edamus; ad hæc vt fides non habens experientiam reuelatæ mortis magis mereatur apud Deum. Quemadmodum etiam ex misericordia sua mortem voluit esse terribilem; ne homo facillè sibi vitam eriperet, & vt se ipsum ad Deum conuertendi, & in ea se purgandi ansam acciperet. Idem quoque dicendum de hora, & occasione actuum multorum particularium; vt liberationis Ioseph è carcere, ereptionis Dauid de manu Saulis, prodicionis Iudæ, & Iudæorum captiuitatis, vel crucifigentium, quibus dixit: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Hinc Astrologi merito damnantur, extendentes cælum, & astra ad opera, quæ ex sola Dei voluntate pendent: vt qui è cælo tradunt legem Moyse profectam, & illam Christi, illamque impurissimi Mahometi ab eo pendere dicunt.

Iure etiam reprehenduntur, quòd ad ea referant opera, quæ ab hominis voluntate, & libero arbitrio pendent: & in his, ad quæ se aliquo modo extenderet cælum, scientiam protendant, quam tamen exactam, ac certam habere non possunt. Quamobrem in naturalibus effectibus non raro decipiuntur, & in huiusmodi curiosis dæmones se solent immiscere. Cavendum quoque Domini exemplo, ne tempus iudicij præfigamus, aut determinemus: quia cum non succedat determinatio, timor amittitur, sub quo tamen salutariter, vt pueri continemur.

*Quæ Pater posuit in sua potestate.* Græcè *ἐν τῇ ἰσχύϊ ἰδία* in propria libertate: id est, quæ soli cognitioni suæ, ac scientiæ reseruat, & nequaquam alterius cognitioni naturali: qualia non sunt quæ reuelauit Noè de diluuiò, Ieremiæ de reductione populi è Babylone, & quæ Danieli de Christo. Quædam etiam posuit in hominum potestate, quorum tempus minime præfixit, vt de multis prædictis, quæ voluit ex humanis actibus pendere, vt illud; *Nisi breuiari fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro*: licet ipse præsciat quantum sit tempus illud. Non est igitur nostrum nosse siue scire quæ sunt eiusmodi; est tamen Christi etiam hominis scire, quanquã non ad reuelandum: hinc ait, Non est vestrum nosse, est tamen meum scire, quanquam non vt reuelem. Vt propter eam solùm causam dicatur Christus nescire, ea nimirum ratione qua Comicus dixit: *Tu pol si sapias, quod scis, nescis, neque de Eunuchò, neque de vitio virginis.* Hunc locum Ambrosius libro De Fide ita expediuit: *Vestrum dixit, non meum. Iam enim non secundum perfectionem, sed secundum profectum humani corporis, ac nostræ animæ loquebatur. Vestrum ergo dixit, non meum. Quod & Apostolus secutus: De temporibus autem, & momentis fratres non habetis, inquit, opus, vt vobis scribamus. Itaque ne Apostolus quidem ipse Christi seruus dixit se nescire momenta, sed non opus esse edoceri populum, qui semper spiritualibus munimentis esse debet armatus. Hæc*

Dies iudicij curiosa inquit sitio quid pariat.

Tempora, & momenta Deo Pater vt posuerit in sua potestate. Gen. 6. Ierem. 31. Dan. 2. & 7. & seq. & 9. & 12. Quænam Deo posuerit in hominum potestate.

Christus quantum tantum ratio ne tempora nesciat vel momenta, quæ sunt potestatis Dei potestate.

Terent. in Andria. B. Ambros. lib. 5. de Fide. c. 8. circa med. tomo 2.

1. Thess. 5.

Quæ nobis incognita Christus esse voluerit, & quam ob causam.

Propter quos potissimum Christus venerat.

Apostoli quæ tantum curare debebant.

Ecclesiastici 3.

Quas ad res Apostoli Spiritum sanctum accepturi erant.

Iidem quales futuri erant Christi testes, & præcones, vbiq; terrarum.

Virtus etiam Spiritus sancti quid. 1. Cor. 12. & seq.

ille satis eleganter. Sapienter autem Dominus, quæ sunt noxia, vel quæ cognita minus essent vtilia, nos celauit; vt etiam se Dominum in omnibus ostenderet, ac nostram reprimeret curiosam sciendi cupiditatem. Quod si Iudæi penitentiam egissent, & Christi fidem fuissent amplexi, nõ ita grauius puniti fuissent: nam Christiani admoniti ab Angelo flagellum excidij euasere. Finis ergo Christi aduentus eo per se spectauit, vt primùm Iudæos seruaret, deinde Gentes, ad quas dulcius conuersus est occasione peccati Iudæorum, & vnus ferè in toto orbe imperij: sicut dulcius homo factus est mortalis occasione peccati Adæ.

*Sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Dixerat non esse curiosè indaganda, quæ Deus in occulto posuit: iam hortatur, vt relicti curiosis salutaria amplectantur mandata, secundum illud, Altiora te ne quæseris, & fortiora te ne scrutatus fueris; sed quæ præcepit tibi Deo, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Accipietis, inquit, virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos. In quo aludit ad imbecillitatem illorum, & infirmitatem, quasi diceret; Hæc quæ sitio aliunde non proficiscitur, quam ex imbecillo animo, qui carnalibus imbutus opinionibus, profus laborat in negotijs diuinis: Dabo itaque Spiritum sanctum, qui vos fanet, instituat, absoluat, ac roborat: per quem eritis mihi testes, sentietisque quale nam futurum sit regnum Israël, spirituale videlicet, in quo vos non Reges eritis, sed testes per Crucem meam, quam non modo Iudæis, sed omnibus gentibus prædicabitis. Accipietis etiam virtutem, quòd munus vobis impositum rectè exequi, & perficere possitis, id est, prædicandi, conficiendi, & absoluendi: quæ munia charitatem in primis exigunt. Complectitur etiam illud verbum gratias gratis datas, vt, sapientiæ sermonem, linguarum donum, operationem virtutum, gra-

tiam sanitarum, & quæ sunt eiusmodi. Et vocat Spiritum sanctum superuenientem: quia prius in minoribus donis ad eos venerat. Et in vos, inquit, hoc est, intra vos, siue in Spiritus vestros: quia homines potissimùm sunt spiritus. *¶ Et eritis mihi testes.* Hoc est, ad meam, non ad vestram gloriam tali Spiritus dono ornati, certum de me testimonium perhibebitis, de mea singulari doctrina, integritate vitæ, si gniorum operatione, passione, resurrectione, atq; ascensione, ac de vtriusque naturæ vnione, & proprietatibus; vt me Deum, & hominem in vna Verbi hypostasi, vniuersi per vos agnoscat. Digni autem fide, & omni acceptione erant hi testes, vt docet Eusebius in libris De demonstratione Euangelica. Primò quia eorum numerus erat duodecim, deinde septuaginta, postea ceterum viginti, & quingenti fratres, ac per eos conuersi; cum tamen in omnibus negotijs, ad fidem faciendã, pauci testes sufficiant.

Deinde videtur veraces fuisse, quia simplices erant, & idiotæ, & quæ parum honorifica, imò secundum mundum probrosa erant, de Christo testati sunt, ac de se ipsis. Vnde Christi passionem, quæ Iudæis fuit scandalum, & Gentibus stultitia, ampliori oratione deseripserunt, suam verò ipsorum ineredulitatem, timorem, & fugam confiteri non erubescunt: & Marcus Petri discipulus negationem sui magistri, non autem confessionem commemorauit: Matthæus se publicanum apertè confessus est, seq; post Thomam Apostolum collocat, cum tamen Lucas eum nomine Leui designet, & Thomam ei postponat. Petrus quoque & Ioannes currentes ad sepulcrum, ingenua farentur resurrectionis mysterium nõdum se compertum habuisse. Quare qui talia de magistro suo, ac de se ipsis testati sunt, digni profectò sunt, quibus in alijs, quæ enarrant, credatur.

Tertiò, vitã sanctissimam debebãt, & vniuersa mundi auaritia vsque ad vitam ipsam, quæ charissima esse solet, contemnentem: quod nequaquam præstarent pro vilo commodo vitæ

Cur vocet Dominus su peruenientem Spiritum.

Apostolorum de Christo testimonium, quod erat.

Apostolici testes extiterint, secundum Eusebium.

Matth. 10. Luc. 10. Act. 1. 1. Cor. 15.

II. Apostolorum testimonij de Christo conditio. 1. Cor. 1.

Matth. 26. Eorundem de se ipsis obsecura aduersionum, & viliã testimonia.

Mar. 14. Matth. 9. Intra 10. Luc. 6. Ioan. 20.

III. conditio.

Iuliani Imperat. adhuc Ethnici, de sanctis Martyrib. testimonium. Impiorum mores. IIII. conditio. Act. 19.

V. atque postrema.

Scilicet Philosophorum.

Apostoli cur primum in Ierusalem de Christo testimonium ferre debebant.

Act. 13.

Gal. 3. Quinam ex Iudæis olim in Christum crediderint.

Rom. 11.

Act. 3.

Infra 4.

huius, quod illis vita functis non foret vitale, summeq; & hic, & ibi fuisset noxium. Quare Iulianus adhuc Gētilis, cum videret fortiter nostros pro Fide occumbere; agnouit animos illorum defæcatos, puros, atque Deo plenos. Impius enim, aut malus non nisi sensus voluptatem, aut honorem, aut vtilitatem confectatur.

Quarto, doctrina, quam prædicabant, legi Naturæ, atque Mosaicæ cōsona erat, omnēq; mendacium, ac superstitionem detestans, librosq; curiosa, ac magica continentes comburens; quadransq; testimonio Spiritus etiam virtutes perfectas complectebatur.

Postremo habuerunt signa solida, vera, vtilia, & multa in nomine Christi, & ad eius doctrinam, & gloriam illustrandam patrata, ad mundum pertrahendum, hoc est, sapientes, potentes, rudes, ac plebeios; solaq; via suasionis, & hortationis tam ardua, & recondita vti crederentur, atq; susciperentur, effecit: cum aliæ hominum sectæ aut delectatione, aut metu, aut successione minora suaserint. Et Philosophi, qui tantum in persuadendo valebant, vix vnum, aut alterum ad opinandum, suaq; dogmata tuendū, non autem ad parendum, & vitæ modum commutandum pertraxerint: nisi forte nescio quem Democritum, qui patriam asiliatam reliquit, & Thebanū Cratetem diuitias suas sine fructu in mare demergentem velint iactare.

Iam vide vbi sint testimonium reddituri. Primo in Ierusalem, deinde in Iudæa, tertio in Samaria, & deniq; vsque ad vltimum terræ. Primo quidem in Ierusalem, ob gratuitam electionē Patrum: & ea posita, ob Parum merita, & maxime Christi eorum ministri. Fuit ergo primo Iudæis prædicandum, vt Paulus inquit: Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei: atque hoc ob legem seruata, quæ pædagogus erat in Christo. Boni quoq; inter eos melius inserti sunt suæ oliuæ, quemadmodum alij peius obcæcati sunt. Vnde ex eis multi conuersi sūt, in primis tria millia, deinde quinque millia, & Iacobus dixit Paulo; Vt

des frater, quot millia sunt in Iudæis qui crediderunt. Dicitur etiam quod multa turba Sacerdotum obediebat fidei. Nominantur etiam Ecclesiæ Iudææ: licet tempore Augustini iā non essent amplius, quia seminati in Christo reliquerunt filios spiritus, nō carnis. Casti fuerunt, & pauperes, verbiq; Dei annuntiatores. Prius autem incipiendum erat à Ierolyma, vt, vbi crucifixus fuerat Dominus, ibi primum Christi bonitas appareret, & suauius inde in alios deriuaretur. Inter Gentiles autem, prius prædicatum est in Samaria: quia illi licet imperfecte legem habuerant pædagogum: iuuatq; ad Euangelium, non nihil luminis habuisse, ac Dei cultum ex parte obseruasse. Sunt autem conuersi ad Christum Samaritæ, si Christum per eos transeuntem, & prædicantem ita susceperunt: vnde ad eos amplius instituendos, & Spiritu sancto donandos, Petrus, & Ioannes Apostolorum Principes destinati sunt. Fuerunt autem Samaritæ sub lege ferè per 760. annos, sicut Iudæi 1545. à lege data: si verò ab Abraham supputes, ferè per duo annorum millia. Denique prædicatum est vsque ad vltimum terræ, id est, ad vicinas vsque Oceano partes, & per eos, vel per successores eorum impletum est hoc, vel aliquando erit implendum: ac tum venturum est regnum Christi ad iudicium: quod factum fuit Apostolus initiatos fuisse, licet eius tempora nesciuerint. Atque ita dictum est: *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ*, licet olim ab initio præcepisset: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: quia olim nondum acceperant virtutem Spiritus sancti ad pugnandum contra idololatrias, & gentes simulacrorum cultui vacantes. Propterea eos tantum accedebant, qui Deum noverant: postea verò ad omnes gentes destinati sunt, pro quibus Christus sanguinem fuderat, & tantum decrant ministri qui eos euocarent. Quia verò Marcus ait, eos prædicauisse vbiq; Domino cooperante; & Dominus apud Matthæum asseruerat:

Infra 21.

Supra 6.

Cur deinde in Samaria Apostoli prædicandum erat.

Ioan. 4.

Act. 8.

Samaritæ, atque Iudæi sub lege quā diu vixerint.

Vsque ad vltimum terræ quādo fuerit prædicatum, sitq; quādiu prædicadū.

Mar. vlt. Matth. 10.

Cur olim Apostoli præceptum fuerit: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.

Mar. vlt.

Matth. 24.

Et

Rom. 10. Psal. 18.

Coloss. 1. Quomodo vsque ad vltimum terræ Apostoli prædicauerunt: cū in plerisque adhuc iacūdis partibus non fuerit prædicatum? August. lib. De natu. & grat. contra Pelag. c. 2. tom. 7. circa med.

Argumentum horum verborum.

& prædicabitur Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio, scilicet Ierolymæ: & Paulus ad Roman. docet: *Sed dico; Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum; & in fines orbis terra verba eorum*: & ad Colossens. Euangelium ait esse prædicatum in vniuersa creatura, quæ sub sole est. Dicendum est Apostolos sua prædicatione vniuersum orbem collustrasse: quanquam aliquæ, licet paucissimæ fuerint nationes, vt testatur Augustinus libro De natura, & gratia contra Pelagianos, quibus nondum fuisset prædicatum. Sed tamen hoc maxima ex parte per eos impletum fuisset verisimile est, reliquis verò paucis, quæ supererant, per eorum successo-



TRACTATUS VIII.

IN illa verba: *Tunc reuersi sunt à monte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem, Sabbati habens iter. Et cum introissent, in cœnaculum ascenderunt, vbi manebat Petrus, & Ioannes, & Iacobus, & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Iacobus Alphaei, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione, cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius, &c. Act. 1.*

POST QUAM Dominus prædicatæ Apostolorum percontationi satisfacit, eosq; à curiosa similitudinē indagatōne reuocauit, confestim se in cœlum ipsis cernētibus recepit. Qua de re Lucas subiunxit: *Et videntibus illis eleuatus est; & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumq; intruerent in cœlum euntem illum, ecce duo viri asti-*

res prædicatum fuisse, vt tradit Augustinus lib. De vnitate Ecclesiæ, & in epistola ad Hefychium.

Regnum igitur Christi, extra quod nulli filius æternæ patere potest, libenter ingrediamur: atque illud ingressi, cauemus ne vitiosis moribus nostris ciues Babylonis efficiamur. Curemus etiam vt opera nostra, & industria regnum Dei in alios propagemus, nec tantum in eos qui vicini sunt, sed etiam in eos, qui longè, quemadmodum Apostoli non tantum in Iudæa, sed vsque ad vltimū terræ prædicauerunt, quod ita illustris, conspicua, atque gloriosa reddatur doctrina Iesu Christi Domini nostri, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit honor, laus, & imperium per infinita secula seculorum. Amen.

Idem lib. De vnit. Eccl. c. 1. à med. eod. tom. ante med. Idem epist. 78. sub fin. tom. 2. Christi regnum cur nobis ingrediendum: in eod. versu dū quomodo.

terunt iuxta illos in vestibus albis, Qui & dixerunt, Viri Galilæi, &c. Hanc autem Christi in cœlum assumptionem, & Angelorum descensum, & exhortationem, consulto hoc loco non interpretamur, quoniam in fine superioris libri, cum de hoc mysterio ageretur, amplè, ac luculèter à nobis fuerunt explicata. Ne igitur actum agamus, quæ iam exposita sunt, iterū exponendo,

Lib. 11.

ponendo,

ponendo, & quæ à loco dicto quisq; sibi poterit, si volet, desumere. præsen- ti loco initium dicendi sumimus ab eo quod Apostoli, & fideles omnes, qui mysterio Ascensionis interfuerunt ab Angelis admoniti præstiterunt. Nā omnes à monte Oliueti in ciuitatem Ierolosymam se receperunt. Ait ergo Lucas: Tunc reuersi sunt Ierolosymam à monte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem, Sabbati habens iter. Indicāt Apostoli, nobis parendum esse Ange- lis ducibus nostris ad salutem quam possident, de quibus Apostolus ait; Nonne omnes sunt administratorij spiri- tus; in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Venerunt igitur Ierolosymam, vt gratias de tan- to beneficio Deo agerent: vnde eos frequenter fuisse in templo, docet Lu- cas cap. vltimo sui Euangelij. Adhæc, vt expectarent promissionem Patris, quam complendam fore in ciuitate promiserat, vt Lucas ibidem testatur. Demum, vt de Sion exiret lex à Deo inspirata, & scripta in cordib⁹, & ver- bum Domini prædicatione traditum, egrederetur de Ierusalem. Et venerūt à monte Oliueti, id est, oliuis confis- tis pleno: quia ex misericordia nobis Christus ascendit, sicut ob eandem ad nos descendit. Per fidem autem ascen- sionis Christi, vt aliquid mysticum di- camus, itur nobis ad Ierolosymā cœ- lestem. Et hoc à monte Oliueti: quia vbi copia est misericordiæ, ibi pacifi- cum, & quietum est iter ad cœlum. Portæ etiam geminæ ex oliua confe- ctæ erant, quibus erat ingressus ad Sā- ctā Sanctorum: quia beati misericor- des; quoniam ipsi misericordiam con- sequentur. Duplex est autem miseri- cordia, altera spiritualis, altera corpo- rea: & vtraq; præmium suum habet in cœlo. Hinc Dominus eos ad pos- sidendum regnū à mūdi origine præ- paratum inuitat, quos comperit ope- ribus misericordiæ occupatos. Addit autem, Sabbati habens iter. Erat per Mosen à Deo præceptum, vt in die Sabbati quiescerent, & non e- grederentur de loco suo: & ne hoc ni- mis arctè, & iuxta rigorem acciperetur; per sapientes definitum fuit, lice-

re illo die ingredi duo millia passuū, eo quòd, cum populus Israël in deser- to esset, castra ponebantur per circui- tum tabernaculi Domini, & ab extre- mis castrorum ad illud tabernaculū, spatium intercedebat circiter duorū millium passuum, quod conficere li- cebat die Sabbati ad inuisendum ta- bernaculum. His subscribit Hiero- nymus, qui in epistola ad Algasiam ita scribit: Præterea, quia iussum est, vt die- bus Sabbatorum sedeat vnusquisq; in do- mo sua, & non egrediatur, neque ambulet de loco in quo habitat: si quando eos iux- ta literam cœperimus arctare, vt non ia- ceant, non ambulent, non stent, sed tan- tūm sedeant, si velint præcepta seruare: solent respondere, & dicere: Rab, AKiba, & Simeon, & Hille, magistri nostri tra- diderunt nobis, vt bis mille pedes ambulemus in Sabbato: & cetera istiusmodi, doctrinas hominum præferentes doctrina Dei. Hæc Hieronymus. Quod autem tantum spatij emetiri liceret, ex eo probatur, quòd Bethania distabat à Ierolosyma per stadia quindecim, vt docet Ioānes: quæ paullo min⁹ duo- bus milliariibus efficiunt, cū teste Pli- nio, oëto stadia conficerent milliari. At verò Luc. 19. dicitur Iesus appropinquare à Bethphage ad Bethaniam ad montem qui vocatur Oliueti: ex quo apparet, quòd tanta erat distantia à monte Oliueti ad Ierolosymam, at- que à Bethania. Sed quoniam illa duo milliaria plena non erant; Oecume- nius in hunc locum scribens: Sabbati, inquit, iter, milliari vnum est: nam Sab- bati iter, vt inquit Origenes in quinto Stromate, duorum millium cubitorū erat spatium, ac sanctum tabernaculum, atque arca tantum in tentoriorum metatione spatium occupabat: tantaq; loci distantia figere tabernacula consueuerāt: quòd sanè itineris spatium sanctū tabernaculū ad- orare volenti, Sabbati die obire vniciūque licebat. Hactenus Oecumenius, qui per vnū milliari fortassis intellexit Gal- licum, quod duo Italica continet. Non tamen die Sabbati contigit assumptio Domini, vt existimat Chry- sostomus: quia cum esset quadragesi- mus dies à Dominica resurrectionis, non potuit ascensio contingere die

Quatum die Sabbati Iu- dæis à Ierula- lem digredi licebat. Exo. 34.

Hierony. ad Algasi. q. 10 sub fin. tom. 3. circa me- di.

Vnde nam il- lud spatium colligi possit

Ioā. 11.

Plin. lib. 2. c. 32.

Oecumen. in Acta.

Orige.

Die Sabbati minime in cœlum (vt Chryostom⁹ tradit) Chri- stum ascen- disse.

Quo Aposto- lorum exem- plo nos An- gelis parere debeamus. Heb. 1.

Ab monte Oli- ueti, vbi Chri- stus cœlū cō- scēderat, cur Apostoli fue- rint reuersi Ierolosymam

Esa. 2.

Quid myste- rij contineat hic Apostolo- rum à monte Oliueti redi- tus in urbem Ierolosymam

Matth. 5.

Duplex miseri- cordia, quæ nam illa.

Matth. 25.

Quid sit il- lud: Sabbati habens iter. Exo. 16.

In quodam Apostoli cœ- naculum as- cenderant.

Festus Pom- peius.

Cœnaculum vnde sumple- rit nomen.

Apostoli in Nouo Testa- mento quid præstare de- bebant.

Exo. 12.

1. Reg. 14.

Act. 2. Cur Lucas hic Aposto- los nomina- tim enume- ret.

Matth. 10. Mar. 3. Luc. 6.

Apostoli Cri- sti compara- tione quales sint.

Gen. 35. Exod. 15.

Apocal. 22. Ioan. 11.

Sabbati, ad designandam breuitatem eius: dixerat enim montem Oliueti esse prope Ierusalem. **¶ Et cum introis- sent, in cœnaculum ascenderunt.** Id est, cum domum introissent (non enim aliorum ædes perreptabant) in altam eius-habitationem scalis ascenderunt: quæ cœnaculum dicitur, etsi in eis mi- nime cœnetur, vt testis est Festus Pō- peius: eratque pauperum, & tenuio- ris fortunæ hominum: nam vt ille di- xit: Rarus venit in cœnacula miles. Græcè dicitur *ἐπιπέδον*, à loci sublimi- tate: tenuissimoque ædificio, ac om- ni magnificentia carente contenta e- rat Apostolica simplicitas. Eratque ta- lis locus editus perfectioris, altioris- que vitæ typus: ad quam contenden- dum est illis, qui domum Ecclesiæ introeunt. **¶ Vbi manebat Petrus, & Ioannes.** Quandoquidem hic liber Ec- clesiæ infantiam contexit, quemad- modum historia Moysi eam Synago- gæ; ideo primos milites enumerat, quibus ad debellandum mundum v- sus est Dominus. Hi autem sunt vn- decim Apostoli cum Matthia adiun- cto. Quia enim bello externo terra Iudæorum capienda erat, & per car- nalem generationē populus Dei pro- pagandus; plures propterea de Ægy- pto egressi sunt, hoc est, supra sexcen- ta millia hominum bellatorum. Hic verò, quia pugnandum erat armis Spi- ritus sancti, cui non est difficile sal- uare vel in multis, vel in paucis; pauci primò electi sunt, hoc est illi, qui perseuerantes in oratione acce- perunt Spiritum sanctum in die Pēte- costes: & inter eos eminebant duode- cim Apostoli, quos diligenter hic de- scribit Lucas, sicut ex alijs duo prio- res Euangelistæ, & ipsemet in Euan- gelio fecerunt: nō solūm quòd eos dis- cernamus à pseudapostolis, sed etiā vt videamus eos post passionem ad cor rediisse. Qui conferri possunt, & ad Christum, & ad Ecclesiam. Si igitur cum Christo componantur, sunt vt duodecim filij Iacob, duodecim fō- tes in Helim, & duodecim fructus li- gni vitæ, & signa duodecim cœli in Zodiaco, & duodecim menses anni, & duodecim horæ diei à Sole iustitiæ

Christo confectæ, duodecim lapides in veste Sacerdotis. Nā à Christo Do- mino habent quod Patriarchæ sint; & mundi per fidei doctrinam, irrigato- res; suaves, ac pretiosi fructus Christi, qui lignum est vitæ, & influentes vt signa Zodiaci in inferiores.

At si ad Ecclesiam, vel ad nos con- ferantur; debemus Apostolis doctri- nam, quatenus fontes existunt: bap- tisimū, quatenus filij Iacob patriarchæ nostri: pœnitentiā, quatenus boues duodecim mare æneum sustinentes: communionem, in quatum per panes duodecim ppositionis signantur: exē- plum vitæ, eo quòd in signis Zodiaci representantur, & in mensibus anni, & in horis diei. Debemus quoque sig- na, & miracula illis, in quantum in duobus pretiosis lapidibus vestis Sa- cerdotalis significabantur. Debemus mortē, quam pro nobis sustinuerunt; vt in lapidibus Iordanis de aqua edu- ctis designantur: orationis subsidium, vt sunt stellæ duodecim: firmitatē do- norum Dei, quatenus sunt fundamen- ta Ecclesiæ, & cōfirmati in gratia: deni- q; accidentariam gloriam in eorum visione, in quantum sunt duodecim fru- ctus ligni vitæ.

In descriptione autem Apostolorū, & ordine, hoc tantum firmum est, qd Petrus primo loco ab omnibus poni- tur, & dicitur primus à Matthæo: in alijs autem variatur ordo, & nunc est tertius qui quartus, & quintus qui sex- tus apud diuersos Euāgelistas. Quod factum est, vel ob mysteria nobis in- cognita, quia fortè coram Deo in ali- quo quis excellebat aliū, & in aliquo ab altero excedebatur, vt Thomas Mat- thæum, & Matthæus Thomā; vel hoc factū est, vt seruato ordine superioris Petri, qui Christum, & communitatē representat, de aliorū loco non firmus anxij, cum res hic veluti in comœdia quadam agantur; sed illud contenda- mus, vt bene agamus personam quam sustinemus. Quanquā ordo minus in- uidiæ expositus, sit ille tēporis, siue an- tiquitatis, qui in cōcilijs seruari solet, vt is qui prius tēpore consecratus est, in sedēdo præcedat, & in religionib⁹ ap- pbatis ille, qui primus ad cas venit.

Exo. 39.

Iidem Apo- stoli respectu Ecclesiæ, & nostri quales item sint. 3. Reg. 7.

Leuit. 24.

Illiorū in nos beneficia. Exo. 28.

Iosu. 4. Apocal. 12.

Infra vlt.

Apostolorū inter se ordi- nem Euange- listæ cur ne- gligant. Mar. 3. Luc. 6. II. ratio.

III. ratio.

Ordo minus inuidiæ expo- situs quis il- le.

Quia

Quia si quis ratione doctrinae maioris, aut nobilitatis, aut diuitiarum, aut sanctitatis praecedere decideret, perpetuae essent lites, & controuersiae, quis uidelicet aut ditior, aut nobilior, aut doctior existeret, aut sanctior, & nullus vnquam cedere alteri uellet. Ordo etiam dignitatis sine inuidia esset, si modo esset exploratus atque cōpertus, ut praecat Archiepiscopus Episcopus.

Significat autē nobis hoc cœnaculum, alti cordis habitaculum, ad quod se iusti, & perfecti recipere debent; Apostoli uero, denotant gradus, quibus in illud ascendamus. Nam ut hoc loco testatur Oecumenius, Petrus interpretatur, soluens, seu agnoscēs (sive petra, hoc est, fides. Iacobus, supplantator laboris: (hæc est spes luctās pro æternis) Ioannes, gratia Dei (hæc est charitas.) Andreas, potentia speciosa, uel condemnatus (hoc est fortitudo, maximē Martyrum) Philippus, os uiduarum, uel os lapidis (uel Græcē amator equorum: hæc est animositas ad bellum spirituale.) Thomas, abyssus, seu geminus (hæc est humilitas.) Bartholomæus, filius suspendens aquas: (hæc est æquanimitas in tribulationibus) Matthæus, donatus (hæc est recognitio sibi non uidens, sed dono Dei: quare seipsum postponit, & publicanum uocat) Iacobus Alphæi, supplantatio: (hæc est perfectio sapientiae, quæ robur est fidei, & spei) Simō Zelotes, disciplina uitæ (hæc est obedientia zelo Dei gloria) Iudas Iacobibi, confessio: hic etiam Thaddæus appellabatur. Matthias, donum, siue lucrum: hic est Christus, quē habet perfectus. Sed iam de singulis aliquid dicamus ad litteram. Petrus, filius Ionæ frater Andreæ, è Galilææ uico siue ciuitate Beth-saidæ fuit; qui primus in Iudæa prædicauit, deinde septem annis Antiochenam rexit Ecclesiam, postea prædicauit Iudæis Pōti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, Bithyniæ, & Pamphiliæ, deniq; Romæ, ubi uiginti quinque annis præfuit; prædicauit quoque in Ægypto, Africa, Anglia, Hispania, si Martino credimus; Romæ uicō Simone Mago, & confuso, iuuenem su-

scitauit; demum à Nerone ad mortem damnatus, affixus est Cruci: cui proximam uitam, & sanam, & hostium uicioriam promittebat Simon Magus.

Secundo loco, iuxta editionem uulgatam, quam existimo puriorem, sequitur Ioannes, non Iacobus, ut Græca littera habet: hic cum fratre Iacobō filius est Zebedæi, Apostolus, Euangelista, Propheta, uirgoq; purissimus, qui frequenter in hoc libro cū Petro iungitur; ædificauit Ecclesiam Ephesii; insignia edidit miracula; Druſianā insignem fœminam suscitauit; iuuenem latronum Principem ad bonam frugem conuertit, haustum uenenum, propter signum Crucis illi non nocuit, sicut nec dolium olei seruētis, in quod ingressus est. Tertius est Iacobus frater Ioānis, vnus è Christi charioribus, primus inter Apostolos martyr ab Herode decollatus; gloriosum habens sepulcrum, ad quod inuisendum religioſe plurimi accurrebant, ubi metit quod seminauit in lacrymis; prædicauit, ut testis est Isidorus; tribus dispersis, & in Occidente, hoc est, in Hispania; & in Marmarica, cum duceretur ad supplicium, pacem dedit ducenti se, & simul sunt decollati. Quartus, est Andreas frater Petri, imō piscator eius: hic in Scythia, & Achaia prædicauit: singularis Crucis Christi amator, quam amplexatus est, atq; exosculatus. Philippus, quintus est, è Bethsaida, & amicus Andreæ, quia duxit Nathanaëlem ad Christū, prædicauit in Syria, & in Hierapoli Phrygiæ urbe, ubi & crucifixus, & lapidibus est obrutus; ut testatur Isidorus. Sextus, est Thomas, qui prædicauit Parthis, Medis, Persis, Hyrcanis, Baſtrianis, & Indis Orientalibus: & in Calaminia Indiæ urbe sepultus est, postquam lanceis fuerat transfixus. Septimus, Bartholomæus prædicauit in Lycaonia, & Indis, qui Felices appellantur, & in Albano urbe maioris Armeniæ: ubi & uicō pellis detracta est, ac postea tumulatus. Octauus, Matthæus de tribu Leui fuit, & ex telonio uocatus: prædicauit in Iudæa, & Macedonia, atq; Æthiopia; ubi propter Eugeniam uirginem Deo dicatā,

Ioānis acta, virtutes. Matth. 4.

Iacobus Zebedæi. Act. 12.

Isido. De obitu Apostolorum.

Andreas. Ioan. 1.

Philippus. Ibidem.

Isido. loco dicto. Thomas.

Bartholomæus.

Matthæus. Matth. 9.

Quid cœnaculum, in qd Apostoli ascendunt, quid uero ipsi Apostoli significant. Oecumen. in Actu. c. 1.

Matth. 16.

Supra 9.

De singulis Apostolis ad litteram non nihil attingitur. Petrus quid sonet: eius actus. Ioan. 1. Matth. 4.

Jesus

Iacobus Alphæi.

Act. 12. Beda in Actus

Iosephus. Simon, & Iudas.

Luc. 6. Simon Zelotes cur discip.

Matth. 10. Lebbæus quid. Thaddæus. Ibidem. Matthias.

Act. 1.

2. Reg. 18. Apostoli qui Romæ prædicauerunt.

2. Cor. 8. Apostolorum ples amplissima.

Jesus gladio occubuit. Nonus, Iacobus Alphæi, qui Marc. 15. dicitur minor, siue iuxta litteram Græcā paruus, ad differentiam maioris interfecti ab Herode: dicitur etiā frater Domini, & iustus: meritoq; hoc loco Beda eos reprehendit, qui alium putabant esse Iacobum Alphæi ab eo qui iustus, & frater Domini appellatur. Natus est ex Maria Cleophe sorore consobrina B. Virginis, & ab utero matris suæ miræ extitit sanctitatis: nam & à carnibus, & à uino abſtinebat: lanceis uentibus non utebatur: callosa genua ex frequentissima habebat oratione: præceptus datus est è templo, fusteque fulonis percussus, atque lapidatus, eod quod Iesum dixerat esse ostiū salutis, & dixerunt; O d, & iustus errauit: atq; hoc in die Paschæ coram Iudæis, & Gentibus confessus est sub Anania Pōtifice, Sadducæo, & in iudicijs crudeliori. Ob huius sancti uiri cædem testatur Iosephus excidiū urbi aduenisse. Decimus, & undecimus, Simon Cananæus, & Iudas frater Iacobi: prædicauerunt in Mesopotamia, Parthia, & Persia: ubi simul interfecti sunt. Simon, cognomento fuit Cananæus, qui & Zelotes, è Cana uico Galilææ, atque ob patriam, & feruentem zelum dicitur Zelotes. Iudas autem, Iacobi frater fuit, ut ipse de se testatur in epistola sua Catholica, ad differentiam Iudæ Iscariotis, non pater, aut filius, sed frater. Hic cognominatur etiam Lebbæus, hoc est, corculum, ob animi fortitudinē, & Thaddæus, hoc est, laudans, siue confitens Christi gloriam. Postremus, ac duodecimus, Matthias, vnus ex septuagintaduobus loco Iudæ Iscariotis cum undecim connumeratus est, postquā prædicauit in Iudæa, uenit in exteriorem Æthiopiā, ubi iuxta castrum Absalom mortuus est: licet alij dicant in Iudæa eum lapidatum, & securi percussum. Ex his omnibus, Romæ loco Christi prædicauerunt Petrus, Paulus, Ioannes, Barnabas, Lucas, atque Marcus: quorum postremorū prior comes fuit Pauli, alter uero Petri. Ex his paucis semini bus duodecim Apostolorum nata est fegetam ampla fidelium, quæ totum

mundum impleuit: atque ita consueuit Dominus Religionū principia ex paruis initijs in numerosam prolem producere. Nam ecce Carthulianorū Ordo à septē pijs uiris initiū sumpsit: cuius caput fuit B. Brunus. Illa B. Francis congregatio à tredecim fratribus ortum habuit, quemadmodū illa S. Dominici à sexdecim propagata est: nostra certè Iesu Societas cæteris posterior, à decem uiris principium accepit.

Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione, cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius. Rectè ait, Omnes: nemo enim excipitur, nemo uel est, uel esse debet singularis in essentialibus pietatis operibus, hoc est, in fide, spe, & charitate. Fides siquidem ostendit Deū omnia cernere, & omnibus nostris necessitatibus adesse, facitque nos cognoscere nostros defectus, & unde illi sint supplendi. Secus in accidentarijs, & externis pietatis instrumentis, quæ non æquè omnibus conducunt: ut, relinquere omnia bona, cœlibem uitam sectari. Oratio autem fide effusa, multa reddit possibilita, quæ prius haud fieri posse uidebantur: ut, iuueni castitatem seruare; Clerico, contentum esse beneficio; vxori, ferre maritū, ac filios dyscolos & immorigeros sustinere. Quare oportunum est remedium precatōnis studium cum fiducia coniunctum ad arcenda, aut saltem mitiganda omnia dura & aduersa. Unde de Apostolis ait quod erant perseverantes in oratione. In omni recto officio exigit à nobis perseverantiam Deus, quia ante finem res est imperfecta, Dei autē perfecta sunt opera: sed præsertim in oratione postulat, quia per eam exauditione digni reddimur, ut in parabola amici querentis tres panes, & altera uiduæ instantè petentis à iudice iniquo: vindica me de aduersario meo, uti Dominus declarauit. Bonum præterea nostrum est cum Deo frequenter uersari, atque illi per omnia subesse, ut ei assemilemur, imperfectaque nostra tollantur: quemadmodum auri bonum est in igne manere, quod purior reddatur,

In quibus licet ceat nemini esse singularē

Singularitas quæ commōdabilis.

Oratio quæ nā impetret a Deo hominibus impossibilia.

In omni recto officio cur exigit à nobis perseverantiam Deus.

Deut. 32. Luca 11. Ierem. 12.

Cum Deo frequenter uersari, quā bonum.



Perseuerantie in oratione utilitas.

& picturae commodum est in manu artificis permanere, quod magis poliat, ac perficiatur. Denique cuiusuis rei vtile est in suo loco naturali manere, & materiae sub forma consistere. Habebant igitur Apostoli donum, quo poterat perseuerare: & incipiendo, & progrediendo aperitur via perseuerandi. Res etiam longa oratione obtenta, magis diligitur, & custoditur, quam quae cito ad simplex verbum habetur: quemadmodum paterfamilias facultatem maiori labore comparatam, magis diligit ac seruat quam haeres, qui statim eam prodigit, ac dissipat. Magna ergo prouidentia Dei fit, vt nobis tardius petita concedantur.

Apostoli etiam cum reliquis fidelibus cur perseuerabant orantes.

Significatur etiam desiderium in perseuerantia: quia etiam Deus destinauerat Spiritum sanctum mittere in Apostolos, non tamen minimè petentibus, aut iacentibus, sed desiderantibus, & perseueranter precationi incubentibus. Et vt Chrysostr. expendit, non dixit, Accipietis virtutem Spiritus sancti statim, ne negligenter donum: nec dixit, Accipietis post multos dies, ne diu expectando defatigareretur, sed inquit, Non post multos hos dies, quod parati essent expectare semper, & ardentius expectaret ignorantes horam praestitutam.

Chrysostr. hom. 2. in Acta, tom. 3. Non post multos hos dies, infinitè videlicet, quare Christus missurum dixerit Spiritum sanctum.

Addit, illos perseuerantes fuisse in oratione vnanimitè. Quo verbo primo includit fidem, eumdemque religionis sensum; deinde concordiam charitatis, qua parue res incrementum sumere solent: vnde Dominus offerenti munus ad alitare, praecipit, vt prius sibi fratrem reconciliat offensum. Tertio debet esse vnanimitas in re petenda, nepe Spiritu sancto, qui est omnia dona, & omnium donorum fons. Hinc rectè Dominus dixit: Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in caelis est. Rursus dixit, Petite, (scilicet oratione) & accipietis: quare (operibus bonis) & inuenietis: pulsate, (vim vobis ipsis inferendo) & aperietur vobis. Quarto, eo verbo designatur virium interiorum collectio, vt maiorè vim oratio habeat apud Deum; nimirum intellectus, voluntatis, memoriae, &c. Subdit: In oratione. Graecè habetur Τῆ προσευχῆ, ἣ ἐστὶν ἡ δέησις, id est,

Precatio quatuor habere debet.

Matth. 5.

Infra 18.

Supra 7.

Oratio quid, & obsecratio

in oratione, & obsecratione. Oratio, est petitio nixa in fide prouidentiae Dei, & propriae egestatis. Obsecratio, est per sacra obsecratio, vt cum dicimus, Propter bonitatem tuam, & misericordiam, aut propter Filium tuum incarnatum & mortuum exaudi me: qua precandi ratione proprie nos ipsos mouemus, ac donorum quae postulamus, efficiamur capaces, ac certo modo Deum immutabilem ad preces nostras exaudiendas inflectimus. Nam etiam Deus beneficia sua promittat; vult tamen pro illis rogari, quia hoc est naturam perficere, & seruare, efficere, vt quisque perfectioni, & saluti cooperetur suae, ac si imago viua sponte se assimilaret prototypo exemplari. Subiungit: Cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius. Mulieres haec sanctae erant, quae sequebantur Dominum, ministrabantque ei de propriis facultatibus, id est, rebus bene partis, non autè iniquè acquisitis: eratque Iesu inter & illas pulchra quaedam mercaturae species. Dabant enim temporalia, & accipiebant spiritualia, hoc est, verbum Dei: & auditio verbi Dei, elemosyna, atque perseuerantia in orando ad accipiendum verbum Dei attinet ad publica munera, autoritatem non habeant, ac proinde non numerentur, nec sint doctores, Sacerdotes, aut pastores: tamen in his, quae ad Deum, & regnum eius spectant, à viris minimè discernuntur, quia in Spiritu non est differentia sexus. In Christo enim Iesu, vt ait Apostolus, non est masculus, vel foemina: hoc est, Regnum Dei non est in carne, sed in spiritu, qui non est vir vel foemina, senex, aut iuuenis, Iudeus, vel Graecus, liber, aut seruus: intellige de libertate civili. Et seorsum à viris describuntur mulieres: quia caueri debet scandalosa, aut suspecta, aut periculosa virorum cum foeminis conuersatio, etiam in templo, & oratione, & verbo Dei audiendo. Vnde Philo ille disertissimus ab Apostolis profectam traditionem prodit, qua in templo mulieres distincto loco à viris sacris precibus, & audiendo verbo Dei intererant: atque vti nunc hæc traditio nostro seculo in praesens ad-

Eius vis, & efficacia.

Pro donis suis Deus à nobis rogari cur velit.

Quoniam illae mulieres quibus cum Apostoli orabant in caenaculo Luca 8.

Sancta quae illarum mercatura.

Mulieres in quibus minime à viris distinguuntur in noua lege

Galat. 3.

Vitanda viris quoniam cum mulieribus colloquia.

Philo. Viri vt à mulieribus in templo separatim orant, vnde orta traditio teste Philone.

duceretur:

Mariae matris Iesu carnis meminit Lucas. Luca 14.

Quare Christus secum matrem vnam in caelum non duxerit.

Luca 2.

Quare cum de aliis multa, de sanctissima Dei genitrice Maria nil nobis scripturae tradiderint. Prima ratio.

De Ioanne praecursore, quoniam de Virgine Deipara plura cur scripturae Evangelistae

Secunda ratio.

duceretur: nam ubi foeminae viris sunt admixtae, multa indigna, & turpia admittuntur sacrilegia. Et Maria matre Iesu. Quam peculiariter nominare voluit, quoniam excipitur à mulieribus, omnesque humilitate, & gratia antecellit, ac veluti vltimum conuiuii locum occupare voluit ex humilitate. Et interfuit cum alijs, vt orationes Apostolorum imperfectas magnitudine, & excellentia fidei, & propriae submissionis perficeret. Quam profecto libenter secum in ascensione sua Dominus in caelum duxisset, neque verò illa reluctata fuisset; quin etiam magno animo, ardentique desiderio profecta fuisset, nisi eam apud nos reuoluerit charitas: vt quemadmodum olim sicut fuit mater Christi naturalis, atque eum dum tener erat infans, fouit, vestiuit, lactauit; ita nunc, dum corpus Christi mysticum infans erat, & Ecclesia tenera, opus habuisset eius opera ad docendum, consolandum, & confirmandum, ex quo Apostoli imperfecti, rudes ac desolati ob subtractam Domini praesentiam, de eius spirituali lactaret pectore. Nam pueris bene est sub verberibus matris, male autem illis destitutis.

Mirum quibusdam videtur Scripturam sacram nihil de tanta Virgine locutam, cum de alijs multa nobis tradiderit. Dicendum est tamen, causas huius silentij plures existere. Prima, quia vt vetus Testamentum de Deo est, nouum verò de Christo, de sanctissima Virgine Deipara non differit, nisi quatenus attinet ad Christum: ideo nec ante annuntiationem; nec post ascensionem Domini de ea tractat quicquam. Et quia Ioannes erat Christi futurus praecursor, & plura eius gesta ad Christum magis, quam Mariae pertinebant; plura propterea de illo loquitur Scriptura, quam de Virgine, quae praedicandi officium non habebat; & quia reclusa in templo vixit, sicut par erat tantam Virginem educari. Simili quoque ratione de Scribis, & Phariseis ob disputationes cum Christo habitas, & contradictiones verbo & signis factas, plura de illis commemorant Evangelistae: nec ob id tamen meliores Virgine fuere, aut sanctiores. Secunda ratio, quia satis

de Maria loquuntur Scripturae in eo, quod eam vocant matrem Iesu, plenam gratiam, & benedictam inter omnes mulieres: ex quibus satis luculenter magnitudo, & amplitudo tantae Virginis elucescit apud eos qui habent intellectum. Erat enim Dei mater ob vniouem hypostaticam Verbi, cum natura humana, non autem Deitatis: quemadmodum Elisabeth mater Ioannis dicitur, etiam si animum illi non praestiterit. Tertia ratio, quia illud itaquam certum constituendum est, in omnibus quibuscunque priuilegijs aut viris, aut foeminis concessis, semper illam omnes alios antecelluisse, modo sexui non repugnent foemineo, vt v. g. in sanctificatione excellentiore quam fuerit illa Ieremiae, aut Ioannis Baptistae: in actione, & contemplatione longe praecelluit Martham, & Mariam; cuius rei indicandae gratia, Ecclesia in die Assumptionis illud Euangelium de duabus sororibus legit. Facile esset in reliquis idem ostendere: nam caput magis communicat principaliori, ac viciniore membro, quam alijs quae magis distat. Adde quod omnia Christi priuilegia, quae cum sexu foemineo non pugnant, ipsi etiam Virgini communia sunt, cum capitis sit in reliqua membra pro eorum ratione influere. Quarto, Christi fideles, qui primitiuis fuerunt coequi, ob persecutiones quas patiebatur, ad plantandum Christum, & eius doctrinam, magis vacabant, quam ad describendas authenticas de Virgine historias. Et vt officij vasculum angustioris impleri vno momento non potest ob eius angustiam, ne liquor effundatur, sed paulatim, & sensim est infundendum: ita homo non potest omnia simul discere, sed paulatim est imbuendus. Ita prope modum Christus primo fuit addiscendus; deinde sanctissimae eius Matris mysteria, & charismata fuerunt agnoscenda: quemadmodum primo formatus est Adà ex terra aspera, deinde Eva in paradiso terrestri. Nam Christi virtus & magnitudo sub persecutionibus, & martyrijs agnita est; Matris verò priuilegia, & praerogatiua, postquam in pace itaquam in paradiso agere cepit Ecclesia. Quod verò interdum in Scripturis

Luca 1. Ibidem.

Ibidem.

Tertia ratio à praerogatiuis Virginis Matris.

Ierem. 1.

Luca 10.

Christi priuilegia quae Virgini matris communia sunt

Quarta ratio

Quomodo vtiliter discendum

Genes. 2. Ibidem.

Quare Christus matrem interdum obiurgauerit reprehenditve.

Maria virgo quam patres ac mitis.

Quo illa honore hic dignetur Evangelista.

Marci ult.

Virgil. lib. 2. Aeneid.

B. Virginis in caelo quae sint partes.

Maria quid sonet.

Hae mundi domina, ac mundi Regina cur effecta.

Matth. vi.

Qua ratione quis carnis, daemone, ac mundi victoriam assequi possit.

Fratres Christi quin illi

reprehendatur, vt Luc. 2. Ioan. 2. Luc. 12. Matth. 12. id sine causa factum non est. Erat enim Christo inferior, & vt in ea Christus reprehenderet affectus nostros carnales. Vnde B. Virgo, quae se propterea non minus exaudiri intelligebat, ac diligi; nunquam legitur vitiose metu perturbationis fuisse affectam. Imo Ioan. 2. a superiori verbo accepto, dixit ad ministros; *Quodcumque dixerit vobis, facite*; vt ita nobis patientiae, ac mansuetudinis exemplum tribueret. Licet alioqui matris esset obseruantissimus suae, ac amantissimus.

Nominatim autem voluit mentionem matri suae fieri hoc loco; honorificentiae gratia, sicut apud Marcum Angelus nomen Petri expressit, cum dixit; *Ite, dicite discipulis eius, & Petro*, iuxta quem modum videtur dixisse Poeta: (*Achilli. Troas, reliquias Danaum, atque immitis*) Adhaec vt mulieres aliae a Galilea, erant matres Apostolorum; ita Maria, Christi mater. Denique refert Lucas Mariam in oratione praefuisse; vt donet Spiritum Ecclesiae. Nec post aliud de ea refert; vt intelligamus eius partes in caelo non esse alias, quam pro nobis precari, vt impleamur Spiritu, quo caro omnis mali fomentum maceretur. Interpretatur autem Maria aut Illuminata, aut amaritudo, aut domina. Quia primo quidem plena fide, donis, atque cognitione fuit; deinde addita scientia additus est & dolor, qua mundus cognitus est aliae vitae ratione incedere quam par esset: vnde luctus & amaritudo: inde quoque facta est vniuersi Domina, ac mundi Regina merito euasit: ita Christus homo donis Dei insigniter illuminatus cognouit mundi caecitatem, & ruinam; ac proinde doluit in passione, & Dominus effectus est in resurrectione data ei potestate super caelum, & terram. Nec dubium est, quin, si tu diuino illustreris lumine, & peccata agnoscas tua, luctus, amarique doloris materiam habeas; vt ita carnis, daemone, ac mundi domini obtineas. Subiungit: *Et cum fratribus eius*. Id est, consanguineis Iesu olim non creditibus, vt habes Ioan. 7. Qui propterea ad Apostolatum, id est, ad laborem, & crucem, non sunt vocati, vt alij quatuor consanguinei credentes in

Iesu, & eius sectantes, nimirum Iacobus & Ioanes filij Zebedaei, & Iacobus, & Iudas, filij Alphaei, & Mariae Cleophae: Christus enim non est personarum acceptor. Reducti tamen ad fidem sunt, & seruati. Et forte sunt illi de Dauidis progenie descendentes, qui coram Domitiano timentes eripiendum sibi Iudae regnum comparuerunt: postea vero cognita veritate quod nihil temporale Christus affectaret, dimisit eos: praesertim quod manus eorum callosas conspexisset, vt testatur Eusebius. Non ponitur etiam omnino vltima B. Virgo: quia etiam in vltimi loci, & sordium affectatione potest contingere vanitas, inanisque gloria. Sunt etiam fratres Domini omnibus postpositi, quia forte affectu carnis plus quam spiritus coniuncti erant; vt propterea illi merito infimi sint positi.

Annotauit hoc loco Oecumenius; Ioseph Virginis sponsi vitam functum fuisse, atque ob eam causam non fuisse nominatum: praesertim cum nunquam sicut alij ipsius cognati, de Christi dispensatione disputarit. Sed iam diu proculdubio mortuus fuerat. Nam neque tunc aderat, quam do Iesu docentem inspicere atque alloqui cognati volebant: quid enim inquit? Mater tua, & fratres tui foris quaerunt te, non autem, pater. Haec ex illius sententia produximus: quae a veritate aliena minime videtur. Postquam igitur tantum in B. Virginis precibus habemus praesidium, ac per eam in nos vniuersa Dei dona descendunt; stultitiae plenum erit, atque oscitantiae, per eius patrocinium non confingere ad Deum: quod qui contemnunt, postremum sibi iudicium accersere videntur, vt nostri seculi haeretici fecerunt: quos verisimile est in tantum errorum barathrum, ac vitiorum incidisse, eo quod superbia elati sua, se ipsos omni exauditione dignos apud Deum existimarunt, omni humilitate, & modestia, quae maxime exaudiri meretur, abiecta, atque perfligata. Sit igitur nostrum, cum Ecclesia Catholica per Deiparam Virginem ad Deum accurrere, vt & ipsa in eis, quas pro nobis fundit precibus exaudiatur, & Iesus Christus filius eius glori ficetur, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur sempiterna laus, honor, & gratiarum actio in perpetuum. Amen.

Matth. 4.

Euseb. libr. 3. cap. 20.

Cur eos infimo loco connumeret B. Lucas.

Oecumen. in Acta.

Cur Ioseph Virginis sponsum hic Lucas non meminerit.

Matth. 12.

Quantopere nobis Virginis Deiparae patrocinium apud Deum ambiendum sit.

Vnde haeretici nostri seculi a fide tam grauius aberrauerint.



TRACTATUS IX.

In illa verba: *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominum simul fere centum viginti) Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam praedixit Spiritus sanctus per os David de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius; & diffusa sunt omnia viscera eius, & reliqua. Actor. 1.*

Scopus B. Lucae.

In quibus diebus exurgens Petrus in medio fratrum, de Matthia eligendo sermonem habuit.

Cur Petrus potius quam alius electionem Matthiae proposuerit.

Actor. 15.

Postquam B. Lucas ascensionem Domini, & reditum Apostolorum in urbem Ierosolymam descripsit, pergunt enarrare quid a discessu Domini ante aduentum Spiritus sancti ab Apostolis gestum sit, & qua ratione in locum Iudae Apostoli oportuerit alterum subrogari, ac tale substitutum fuisse Matthiam; ne vnus videlicet hominis perfidia, abruptum fuisse Dei consilium videretur de duodecim Apostolis, & testibus in orbem terrarum destinatis ad praedicandum Euangelium. In diebus ergo illis. Scilicet inter ascensionem, & Pentecosten, quibus diebus manebant coniuncti in caenaculo, & quibus in vniuersa oratione perseuerabant ad Spiritum sanctum obtinendum, & ad electionem Apostoli secundum cor Dei imperandam. Exurgens Petrus. Qui ceterorum erat caput, & coryphaeus: & quia summus erat pastor, curauit electionem Matthiae, quia est de maioribus causis, quae semper spectant ad sedem Apostolicam. Papae enim est curare, ne qua Ecclesia longo tempore vidua maneat sine sponso suo. Nec haec causa quouis modo pertinebat ad diocesim Iacobi, sicut quaestio de Legalibus,

in qua non nihil fuit concessum Iacobo, tanquam magis instructo. Nec est etiam boni, & summi pastoris alijs inuidere, aut eorum potestate tollere, aut impedire, aut restringere, nisi excessus Episcoporum, & abusus cogant ad impediendum, vel restringendum: quae potestas nisi esset in Episcopo Romano, non satis esset Ecclesiae ipsi prospicere: quin potius eius est omnes inferiores Episcopos ad bonum Ecclesiae inuare: *Quis tribuit, inquit Moses, vt omnis populus propheteret, & det eis Spiritum suum?* Et minor Apostolorum principe, Christi, Vicario, de creando Apostolo minime laborasset: Quod vero Petrus surrexerit; propterea factum est, vt melius audiretur, & efficacius proponeretur: non quasi Petrus illis esset inferior, quod esset pastorem omnibus obesse. Nam & Agamemnon supremus Graecorum princeps, cum ab Homero describitur verba facere, vt plurimum praecedit *avvasas*, hoc est, cum surrexisset, siue se erexisset ad dicendum. Et quanquam ex eo actu assurgens honorem exhiberet Petrus, & ita humilitatem maiorem proderet suam, atque modestiam; non propterea minoris erat potestatis.

Boni pastoris quae sint partes.

Numer. 11.

Cur stas. hic Petrus locutus sit.

Idem cur in medio fratrum stare describitur.

Lucæ 24. Ioan. 20. Lucæ 22.

Apostoli omnes qua ratione erant fratres inter sese.

Matth. vlt.

Quale hinc Ecclesiæ pastoribus Petrus exemplum præbeat.

Summus Pontifex in medio fratrum exemplo Petri, sedeat quando.

Exod. 28.

Quod olim summus Sacerdos sanctuarium ingressurus in rationali veste, & superhumerali nomina duodecim tribus Israel gestare debebat, quid mysticè.

quia maiorū est alijs assurgere, & honorificè eos excipere. Quod dicitur, In medio fratrum, siue vt Græcè habetur, in medio discipulorum: indicat, Petrum Iesu personam sustinere, vt qui consueuerat in medio discipulorum stare, vt habes apud Lucam, & Ioannem. Ipse quoq; dicebat: Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat. In medio discipulorum, scilicet Christi, & Petri, quatenus eius erat Vicarius; et si quatenus Apostoli, omnes essent fratres, omnes pares, & orbis doctores. Nā vt Christus vocans discipulos suos fratres, principatum sibi super hos non adimebat; ita et si Apostoli dicerentur fratres Petri, non illi eripiunt pastorum; siue summam potestatem, quā super eos habebat. Stetit ergo Petrus in medio discipulorum, vt ab omnibus melius audiretur, & vt exemplū præbeat omnibus Ecclesiæ pastoribus ne vitiosa extrema sectentur, sed in medio virtutis maneant, vnde ab omnibus spectari queat, & eos in exemplo sanctæ vitæ imitari. In medio quoque sit oportet summus Pontifex, ne partes foueat, aut tanquam acceptor personarum vni magis Prouintia, quam alteri, aut vni potius quam alteri homini sine causa manifesta inflectatur, etiam si conterraneus, aut consanguineus, aut amicus existat. Et cum hoc fit, debet aperta ratio suffragari, quæ admodum filio infirmo plus esse indulgendum, aut membro læso plus quam sanis, & valentibus, non est obscurū, aut ambiguum. Summus olim Sacerdos Veteris Legis in rationali veste quæ pectus tegebat, & in superhumerali nomina duodecim tribuū Israël inscripta gestabat, quoties erat illi in Sancta sanctorum ingrediendum; vt intelligat summus Pontifex tāquam bonus pastor se omnes Christianos in corde & humeris portare debere, & quod ad se attinet, in Sancta sanctorum cœlestia introducere. Quā rationem Cardinales, qui sunt de corpore, & gremio Pontificis, obseruare deberent, vt omnem prorsus foudarum partium rationē exuerent, ne monstrosa sint membra, quæ disidēt à capite, & ne ob vilem quæstū Prin-

cipibus terrenis militare videantur, nequaquā autē Christo, eiusq; Vicario Dixit (erat autem turba hominum simul, fere centumviginti. Cœpit Petrus dicere, ac summum piscem piscari, & ouem in pastore promouendam querere. Et si autem minimè habeat quis magnum prædicandi talentū, vt ante aduentum Spiritus sancti Petrus non habebat; vt tamen debet profectō qualicunque munere sibi concessō, exigente id officio: quia scriptum est, *Omni habenti* (hoc est, bene dono habito vtētī) *dabitur*. Reliqua verō: *Erat autem turba hominum, &c.* Parenthesis est, id est, interposita ratiocinatio explicans illorum numerum, ad quos Petrus loquebatur. Et turbam vocat, eō quod infimæ conditionis homines essent Galilæi: & quia Lege Evangelica, & vicissitudine passionis, atque resurrectionis perturbati erant, quō sic magis essent ad Spiritū accipiendum parati. Et Ecclesia ex paruis initijs cœpit, vt ita magis inclarescat Dei gloria. Nec enim magnum est, si magnis ad fidem conuersis minores conuertantur: sed contrarium si fiat, miraculum est neque obscurum, neq; vulgare. Adhæc eo consilio id est factum, ne primō conuersi sibi ipsis adscribant aut suam, aut aliorum cōuersionem. Præterea, quemadmodum facilius est ignem stupā, quam viride lignum incēdere; ita promptius fuit pauperes, & tenuis fortunæ homines quam diuites, & opulētos, & qui multis abundant honoribus, Euangelicā amplecti fidem. Et quod dicitur, turba hominum, Græcè habetur *ὄχλος ὀνομαζτων*. Nouum dicēdi genus, vbi turba vsurpatur pro numero, & nōminum pro nominatorum. Et quamquam vtraq; lectio turba hominum, vel turba nominum in sensu ipso conueniant, cum nomē pro re nominata vsurpari soleat, & Petrus non ad nomina, sed ad homines nominibus repræsentatos locutus sit: lectio tamen illa, quæ ex Græco fonte deducitur, purior videtur ac prægnantior. Sed cum nonnulli prima facie non satis intelligerent quid esset nominū turba; in faciliorem illam, & apertio-

Quo contentus esse debeat munere docendi præpositus.

Matth. 25. Luca 8.

Turbam hominum Petrum audientiam cur vocet Lucas.

Quo sit factus Dei cōsilio, Ecclesia vt e Galilæis, infimis scilicet hominibus, & contēptis primō constaret.

Vtra lectio præstantior sit, turba hominum, an turba nominum, Græca vt veritas habet.

Posterior lectio quam firmis rationibus innitatur.

Secunda ratio.

Psal. 41.

Tertia ratio.

Mos cōciliorum in suffragijs ferendis quisnam.

Quarta ratio

1. Cor. 14.

Oecume. in Actu. 6. 1.

lectionem, hominum turba, commutarunt, quam & vsu ipso communem fecerunt vulgatam. Illam tamen quæ ad Græcum fontem propius accedit, non esse facile negligendam, his videtur rationibus euinci. Primū, quia *ὄχλος ὀνομαζτων* longè est ab *ὄχλος ἀνθρώπων*; ne quis existimet, ob vocum affinitatem Græcarum positum esse vnum pro altero. Deinde, cum interpres fortassè vertisset Turba nōminum, nec eius verbi intelligentia facile caperetur; pœliue fuit (si quid dandum est coniecturis) virgula tantū addita sinistræ parti elementi, n, ex voce nominum, efficere hominū. Nam simili ratione locum illum Prophetæ: Sitiuit anima mea ad Deū fontem viuum, vt Hebræa, & Græca habet litera, inuerterunt quidam, & habentes rationem sitis, de qua ibi est sermo, dixerunt, ad Deum fontem viuum. Adhæc, Græca illa dictio videtur prægnantior, & fœcundior: nam tum illud continet, quod significatur per turbam hominum, & addit præterea, illos ad cōciliū euocatos, haud vulgares fuisse, mediaque de plebe desumptos, sed insignes & excellētes viros. Estque allusio ad consuetudinē conciliorum, quæ consueuerunt per nomina vocare, quorum interest dare suffragiū; & quia nominatim ad Synagogas vocabantur. Vnde Num. 16. Core, Dathā, & Abyron, & Hon, & alij. 250. viri proceres Synagogæ, qui tempore consilij per nomina vocabantur, id est, per capita. Vnde etiam quidam hoc loco vertunt, Turba capitū. Nec enim probabile est in hac prima congregatione, qua electus est Matthias in Apostolum, adfuisse mulieres, & pueros, & puellas, quæ in similibus nunquā ferendi suffragij ius habuerunt. Accedit, istos centum viginti viros ex plusquam quingentis fratribus, qui Dominum suscitatum à mortuis viderant, in illum crediderunt, tanquā excellentiores, & ad liberius loquendum, constantiores fuisse selectos, vt affirmat hoc loco Oecumenius, ponderās, vt existimo, verbum Græcum, Nominum: quod non ita locū haberet, si dixisset, Tur-

ba hominum. Nam nescio quid contemptum, & plebium sonat, quia homo in Scripturis in malam partem, sicut etiam turba, vt cōsuevit: & Angelus fideles, vt Alc. ensionis mysterio adfuerant, vos, & non homines Galilæos vocat. Verō si legas, Turba nōminum, sublimè quid, & magnificū designatur. Ad le, quod hæc phrasis ab Hebræorum idiotismo nō abhorret, apud quos insigniores ac maiores in hoc seculo homines, viri nominis appellantur: sicut Gen. 6. gigantes dicuntur viri famosi, siue iuxta Hebræā literam, viri nominis. Et in eadem significatione videtur Dominus apud Ioannem vsurpasse, cum ait: Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua; & ambulabant mecum in albis, quia digni sunt. Vbi et si Andreas Aretas Græcus interpres per pauca nomina exponat paucos homines; ego tamē adderem; paucos homines, sed illustres, & magnos, & per nomen vocari solitos, quod explicat Ioannes dicendo, quod nō inquinauerunt vestimenta sua, & quod ambulabant mecum in albis, quia digni sunt. Atque ad hanc loquendi rationem spectans Iesus filius Sirach, dixit: Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis, vel prophetijs (vt aliqui codices habent) vocabit. Narrationem virorum nominatorū cōseruabit. Quibus verbis post cohortationem ad lectionem sacrarum, & Prophetiarum Scripturarum, insinuat, sapientiæ studioso requirendos, & consulendos celebrium virorum commentarios, & expositiones, ne suæ fidat intelligentiæ. Vocat autem viros nominatos, id est, magni nominis Doctores, qui vel viua voce docentes, vel editis libris in Ecclesia Dei claruerunt. Græcè autē ait *δυναμους ἀνδρῶν ὀνομαζτων*. Et Ouidius respiciens ad hunc sensum, dixit: *Vsibus edocto si quicquam credis amico, Crede mihi, & longè nomina magna fuge.* Et Poëta lib. 7. *Tibi nomina mille,*

Homo in Scripturis vt sonet.

Act. 1.

Quinta ratio

Quos homines Scriptura viros nominis cōsuevit appellare.

Apo. 3.

Andr. Aretas.

Illud: Sed habes pauca nomina in Sardis, quid significet.

Eccli. 39.

Qui sint viri nominati apud Sapientes.

Ouid. lib. 3. De Tristib. li. 4. initio.

Virgil.

Mille nocendi artes.

Lib. 3. Geor-  
gii.

Auson. Gal.  
epigra. 35.  
Plin.

In Apostolis  
& Euangeli-  
stis quid ab-  
seruandum.

Sexta ratio.

Quorū in e-  
lectionib⁹ fa-  
ciendis Roma-  
nus Pontifex  
consilio, atq;  
opera vtatur.

Ioan. Gagn.  
in contrariū  
ratio diluitur.

Et irsus:  
Asarici proles, densaque ab Ioue gēris  
Nomina: Trosque prens, & Troia Cyn-  
thius auctor,  
& Ausons cecinit:  
Miramur prorsus Inines: monumenta  
fatiscunt.  
Mors etiam saxis, nominibusque venit.  
Et neputes hoc Prētis esse concess-  
sum, & non oratoribus, audi quid di-  
cat Plinius in Panegrico: Sunt in ho-  
nore hominū, deinde in honore famē ma-  
gnā nomina ex tenebris obliuionis indul-  
gentis Casaris. Hæc ille. Latini quoq;  
dicere solent: Vir sit alicuius nomi-  
nis, & magni nominis.

Porro Apostoli & Euāgelistæ etſi  
Græca scripserint lingua, Hebræas ta-  
men phrasas, & idiotissimos vernacu-  
læ linguæ serper ratiuent, & redo-  
lent. Adhæc cum hæc electio Matthiæ  
in Apostolum, in exemplum propo-  
sita sit nobis ab Spiritu sancto omni-  
bus futuris Ecclesiæ pastoribus, &  
Christi vicarijs, ad quos potissimum  
iure diuino præpositos, & Episcopos  
Ecclesiarum spectat designare, Petrus  
Apostolorum princeps non quosuis  
indiscriminatim ad hanc congrega-  
tionem vocauit, sed centum tantum  
viginti viros nominatos, qui nume-  
rus ex Apostolis, & ex quibusdam è  
septuaginta duobus discipulis, &  
quibusdam alijs eminentioribus fide-  
libus constatus esse videtur. Quæ ra-  
tionem secutus Pontifex, ad eiusmodi  
electiones, & promotiones nõ nisi  
lectissimos, atque prudētissimos vi-  
ros solet adhibere: quales sunt illu-  
strissimi Cardinales, quos penes se ha-  
bet, & in concilium vocat, & quorū  
de more solet rogare sententias. Hūc  
autem eligendi pastores morem, quē  
etiam num Romani Pontifices pru-  
dentissimè obseruāt, ab hac Matthiæ  
electione originem traxisse, lōgè est  
probabilissimum, atq; illi magis fa-  
sere videtur turba nominum, quàm  
turba hominum. Quod verò Ioannes  
Gagneus dixit, cum nomina in plura-  
li poni soleant, non nisi pro debitoribus  
vsurpari: quem sensum vt cui-  
taret interpret, conuertit studiosè,  
Turba hominum: verum esse non vi-

detur, cum instantijs perimatur mul-  
tis, vbi plurale illud, Nomina, id mi-  
nimè significet, vt illud: Nec memor e-  
ro nominum eorum per labia mea, & ite-  
rum; vocauerunt nomina sua in terris  
suis, & Dominus, Gaudete, & exultate;  
quia nomina vestra scripta sunt in cælis:  
& Ioānes in dicto loco Apocalypsis:  
Sed habes pauca nomina in Sardis: quis  
autem, nisi desipiat, asserat in illis lo-  
cis nomina pro debitoribus esse ac-  
cipienda? Nec satis etiam cōstare vi-  
detur quod quædam Glossa pondet  
rauerit, dictam esse turbam hominū,  
quod eo tempore puri essent homi-  
nes, necdum dii effecti, quod per ad-  
uentū Spiritus sancti consecuti sunt.  
Nā Apostoli fide resurrectionis Chri-  
sti iā confirmati erant, & si quod pec-  
catum in abiurato Christo, aut fuga  
tempore passionis admiserant, illud  
iam expurgatum, atq; expiatum erat:  
nec ad remissionem peccatorum ac-  
ceperunt Spiritum sanctum in Pente-  
coste, sed ad corroborationem, & ad  
Christi fidē liberè, & intrepidè præ-  
dicandam. Ordo præterea in electione  
Matthiæ seruatus, & preces ad Deum  
effusæ, vt indicaret quem vellet ex  
duobus eligi, & Matthias, & Ioseph  
tanto testimonio Scripturæ eommē-  
dati satis indicant, quanta vitæ san-  
ctitate, ac prudentia tota illa quæ cō-  
uenerat ad electionem turba esset, or-  
nata. Hæc diximus in confirmatio-  
nem illius lectionis Græcæ, quàm  
Oecumenius, Chrysoſtomusque se-  
stantur: quanquàm etiam libenter le-  
ctionem Latinam, & quam amplecti-  
tur Codex Syriacus, suscipio, cū idē  
prorsus possit elici sensus.

Docet Chrysoſtomus in Acta A-  
postolorum, potuisse Petrum per se  
solum Matthiam in Apostolum eli-  
gere, sed humilitatis gratia voluisse  
vt fieret cum primorum Ecclesiæ cō-  
sensu: quemadmodum hodie Roma-  
nus Pontifex prudentiās, ac tutiūs a-  
lios ad Episcopatum vocat adhibito  
Cardinalium consilio. Rectè proin-  
de Nicolaus ad Carolum Regem Gal-  
liarum respondens scripsit, de pote-  
state Pontificis loquens: Et quod sua  
autoritate perficere valet, multorum Sa-

Pſalm. 15.

Pſalm. 48.  
Luc. 10.

Apoc. 3

Alia quorum-  
dam interpre-  
tati huius lo-  
ci minus ido-  
nea reijci-  
tur.

Act. 2.

Matth. 26.

Quam ad rē  
Apostoli ac-  
ceperint Spi-  
ritum sanctū  
in die Pente-  
costes.

Sexta ratio.

Oecume. vbi  
sup.

Chryſto.  
ho. 3. in Acta  
tom. 3.

Idem ibidē.

Cur Petrus so-  
lus per se ip-  
sum, cū pos-  
set, Matthiā  
non elegerit.

Apostolorū  
tēpore præ-  
fectura nõ ho-  
nos erat, sed  
cura subdito-  
rum, inquit  
Chryſost.

Luc. 22.

Ioan. 22.

Iacobi, & a-  
liorum Apo-  
stolorum in-  
signe mode-  
stie documē-  
tum.

Certum om-  
nino nume-  
rū fidelium e-  
lectionis Mat-  
thiæ assisten-  
tium, cur Lu-  
cas minimè  
posuerit.

Quod erat  
turba homi-  
num ferè ce-  
ntum viginti,  
quid mysticè  
Beda to. 7.

cerdotum decernit definire consensu. Sic  
ille, & merito, quidem: nam plus vi-  
dere creduntur oculi, quàm oculus.  
Atque ita mulieres non fuere hu-  
ius concilij pars, nec omnes laici fi-  
deles, sed quidam tantum prudentio-  
res nominati, & vocati, cum nondum  
tunc essent Ecclesiarum pastores de-  
signati. Verba Chrysoſtomi hæc sunt:  
Quamquam autem habebat constituendi  
ius par omnibus, tamen hac congruenter  
siebant ob virtutem viri, ob hoc quod tū  
temporis, prefectura non honos erat, sed  
cura subditorum. Ea res nec patiebatur,  
eos qui eligebantur efferi, quod ad peri-  
cula vocabantur, nec eos, qui non fuissent  
electi, veluti contemptos affici maiore.  
Et infra: Merito primus omnium auto-  
ritatem vsurpat in negotio, vt qui omnes  
habeat in manu. Ad huc enim dixit Chri-  
stus: Et tu aliquando conuersus confirma  
fratres tuos. Ecce ex Chrysoſtomo,  
Princeps in choro Apostolorum in-  
uentus est Petrus, ei grex à Christo  
creditur, is omnes habet in manu, &  
fratrum est confirmator. Et ante hæc  
omnia dixerat: Vide verò Iacobi mode-  
stiam. Is acceperat Ierosolymis Episcopi  
munus, & tamen hic nihil loquitur. Con-  
sidera autem & aliorum discipulorū sin-  
gularem modestiam, quo pacto concedunt  
ei solium, nec amplius ambigunt disce-  
ptantes inter se se. Hactenus ille. Addi-  
tur: Ferè centum viginti. Quia etſi Spi-  
ritus sanctus præcillum numerū non  
ignoraret, illū tamen Lucas non reue-  
lauit, nec ipse supputauerat eos. Quæ  
enim negotio scribēdi necessaria nõ  
sunt, Spiritus non solet detegere, vt  
sunt quæ ad numeros attinent. Et li-  
cèt paulò plures, vel pauciores esēt,  
competit tamen verbum ferè. Ita di-  
citur Ioan. 6. Cū remigassent quasi  
stadia viginti quinque, aut triginta. Et  
rursus Ioan. 19. Hora erat quasi sexta:  
Satis enim est vt Spiritus dirigat ad  
vera scribenda, atque ad illis autori-  
tatis pondus tribuēdum, etſi nõ om-  
nia reuelet.

Numerus autem viginti ad centū,  
Apostolorum duodenarius est decies  
ductus, testeque Beda ex numeris con-  
tentis in quindecim resultat: quin-  
decim autem ob octauam gratiæ, &

septimam legis, perfectionē vtriuf-  
que Testamenti esse in Ecclesia Dei,  
significat. Vides etiam, quàm par-  
uo numero tūc existeret Ecclesia, quæ  
tamen mox in omnes mundi partes  
& gentes propaganda erat. Veritas e-  
nim Ecclesiæ Dei in multitudine non  
consistit, vt primitiua docet: nec rur-  
sus in paucitate, in qua Donatistæ glo-  
riabantur contra eam, quæ Augustini  
tempore totum mundum implebat:  
ne c in opibus, aut pompa, & poten-  
tia mundi, sed in verbo Dei, & veri-  
tate doctrinæ à Christo acceptæ, &  
legitimis eius sibi inuicem succeden-  
tibus ministris, siue tales multi sint,  
siue pauci, siue opulenti, siue paupe-  
res. Viri fratres, oportet impleri Scri-  
pturam, quam prædixit Spiritus sanctus  
per os David de Iuda, &c. Hæc est Rhe-  
torica Spiritus sancti, nec minus gra-  
tus titulus, Viri fratres, quàm Græcis  
ἄνδρες ἀδελφοί, vel Romanis Quiri-  
tes, aut Patres cōscripti. Et esse Chri-  
stianum, aliud nõ est, quàm esse alio-  
rum fratrem. Et viri à virtute dicun-  
tur, & fratres à germana charitate. Et  
vocare alios fratres, non tollit Petri  
principatum, vt putat hæretici, quia  
etiam Christus, cū esset Dominus,  
& Magister, Apostolos fratres voca-  
bat: sed docemur, superiorē non de-  
bere cum austeritate, & potentia im-  
perare. Fieri enim solet, vt quò quis  
moribus est efferatior, eò sit ad impe-  
randū procliuior. Audiant tales præ-  
ceptum Sapientis: Rectorem te posue-  
runt? noli extolli: esto in illis quasi vnus  
ex ipsis. Et quanquàm quis sit magi-  
ster, & dominus, debet tamen humi-  
liari, & Domini exemplo aliorū pe-  
des lauare. Chrysoſtomus hoc loco  
ait de Petro: Quam est feruidus? Quam  
agnoscit creditum à Christo gregem? Quā  
in hoc choro princeps est? & vbiq; pri-  
mus omnium incipit loqui? Hæc ille. No-  
uerat etiam Petrus, quos fratrum no-  
mine, & quos filiorum vocaturus es-  
set: quod etiam Christus interdū ob-  
seruabat. Oportet, inquit, impleri Scri-  
pturam, quam prædixit Spiritus sanctus.  
Quemadmodum Christus, ne Apo-  
stolos conturbaret terribilis Iudæ ca-  
sus, affirmavit illum à Propheta præ-

In qua olim  
Ecclesia Do-  
natistæ glo-  
riabatur, sed  
inaniter.

Ecclesia Dei  
verè & pro-  
priè vbi sita  
sit.

Esse Christia-  
num quid.

Viri vnde  
nomē habeāt

Ioan. 13.  
Nullo sui pri-  
matus præiu-  
dicio Petrum  
alios Aposto-  
los fratres, cō-  
pellisse.  
Eccli. 32.

Ioan. 13.

Chryſost. lo-  
co supradic-  
to, initio.

Petri præro-  
gatiua, ex  
Chrysoſtom

ibidem.

Psal. 40.

Cur Petrus sermonis initio Scripturam produxerit. Psal. 108.

Luc. 24. Quid Scriptura hoc loco, quam impleri necesse erat.

Quomodo fuerit necesse Scripturam impleri.

Iudam proditorem liberè peccasse, & non ex prædicatione Scripturæ.

Secunda ratio, ac tert. a. Iacob. 1.

Psal. 5.

Matth. 10. Quarta ratio.

Quinta ratio.

Ioan. 12. & 13.

Stimile.

dictum fuisse: ita enim apud Ioannē legitur: Nō de omnibus dico: ego scio quos elegerim, sed ut impleatur Scriptura: Qui manducauit mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Ita etiam B. Petrus, ne quē offenderet horrēdū Iudæ flagitium, & atrox de eo supplicium sumptum, initio sui sermonis allegat Scripturā: quam Petrus etiā ante aduentum Spiritus sancti nō ignorabat, quia iā Christ⁹ aperuerat illis sensum, ut intelligerēt Scripturas. Vocat autē hoc loco Scripturā, id est, rē scripto sacro proditā: hæc enim, & nō Scriptura producit per os Dauid. Impletur autē omnino quātū ad acceptiōnē, & translationē Episcopatus Iudæ in alterū: nam quod attinet ad necem eius, iā erat impleta. Quod autē ait, Oportet, iuxta naturā intellige implēdorū. Si enim talia necessarias & absolute habēt causas, oportet absolute, & necessariō euenire quæ eueniunt: si verō cōtingentes, & liberæ, oportet ex suppositione, ut aiunt, causas ipsas se cōtingenter determinare, quarum effectū Deus videat, & prædicat pro illo, vel illo tēpore euenturū. Instrumēta autem implēde mortis Iudæ, Iudas sibi parauit ipse, eligendi verō, & subrogandi Matthiam in locum eius, Deus per se, & per Petrum, atque alios præparauit. Nec tamē, quia prædixit Deus, & prædicauit Iudæ peccatum, & supplicium, aut peccauit ipse, aut peccati autor extitit: tum, quia cū Deus omnia præcognoscat, omnia peccata efficeret, & existeret omnium causa peccatorum. Deinde quia Deus intentator malorū est, ac Deus non volens iniquitatem ipse est. Ad hæc quia Iudam ab initio bonum elegit, etsi nosset ipsum à iustitia suo vitio excisurū; cognouerat tamen quātum bonum ex malo ipsius esset educiturus ad suam gloriam. Præterea, ut doceret non esse verum bonum diuitias & pecunias, quarum loculos regebat Iudas, nec dignitatē secularē, aut Ecclesiasticam, ut Episcopatū, & Apostolatū, sed esse cōmunia perinde bonis atque malis, ne quisquā ardentius illa expetatur, quibus adeptis perire potest. Nā ut dominus prudēs,

ut periculū faciat fidelitatis suorum seruorum, studiose sibi sinit excidere monetā argenteā, aut aureā, quod exploret eorū animos an integrē restituāt: ita Dñs dispensatores multos ad sua admittit munera, sed ut Paulus ait, Hic iā queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur: & , Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. Demū quod addiscamus honorē, reuerētiāq; exhibere etiam dyscolis, & malis ministris, neq; eorū malos mores, si volumus, posse nobis nocere quicquā. Nō igitur excusandus venit Iudas, eoquod illi acciderat quod prædictū erat, sicut nec Pilatus, nec Herodes excusandi, quia fecerūt quod manus, & consiliū Dei decreuerūt fieri. Positanāque peccati illorum præsciētia, ac Dei præordinatione, quia nō prophetiæ Dei implendæ impulsu, sed malitia sua à iustitiæ semita deflexerunt, grauissimē peccarunt. Porro Dominus ab initio voluit esse duodecim Apostolos, ac numerū interruptū per casum Iudæ redintegrari decreuit, in primis, ob prædicationē idoneē faciendā. Orbis enim vniuersus Dei semine ferendus, cōmodē in duodecim partes diuiditur, ut cœlū in duodecim signa Zodiaci, nō autem in duodecim partes. Deinde, quia lex gratiæ prædicanda erat, cui, ut Aug. docet in Psal. qui incipit: Fundamenta eius in montibus sanctis, cōuenit numerus duodenarius: quia ex tribus per quatuor ductis, vel ex quatuor per tres resultat: ita fides Trinitatis quatuor Euāgelistis cōtēta, quatuor mundi partibus prædicanda erat. Et singulæ mūdi quartæ testes deputari debuerūt, ut quæadmodum sunt duodecim v̄ti mūdi principales, ita totidē essent spirituales Apostolorū v̄ti missi ab Spiritu sancto ad expurgandū, ac seruandū ab errorū caligine mundum, ad refrigerandum malo ignem concupiscentiæ, ad frigidos, ac tepidos calefaciendum, deniq; fecundanda terrena hominū corda. At verō numerus vndecim non ita quadrabat diuisioni prædicatorū: & trāsgessionem Decalogi, peccatorumque significat eiusmodi numerus: vnde

1. Cor. 4.

Sexta, ac postrema ratio.

Act. 4.

Cur Domin⁹ duodecim elegerit, ac eum numerū per Iudam interruptū restitui curauerit.

Secunda ratio.

Aug. in Psal. 86. circa med. 10. 8.

Apostoli duodecim ap̄t̄ v̄tis comparantur.

Vndecim numer⁹ quid denotet.

Ioan. 20.

Tertia ratio, & vltima.

Act. 13.

Dauidis, ac Prophetarum proprium.

Psal. 44.

Quid quod Spiritus sanctus prædixit se dicitur per os Dauid.

Cur tam grauius peccauerit Iudas.

1. Cor. 10.

Matth. 26.

Malorum auctores quāgrauibus digni supplicijs. Supra. 10.

Iudas quomodo erat Apostolus.

Dominus nequaquā in vndecim insufflauit Spiritum sanctum, sed cū abesset Thomas, in decem tantū. Tertiō, cōueniebat ille numerus ob duodecim tribus Israël per orbem dispersas, & ad fidem Mesiæ euocandas: quibus verbum salutis repudiātibus, conuerterentur ad Gentes, hoc est, ad Israëlē Dei spiritualē. His ergo de causis numerum duodecim scelere Iudæ interruptū, restaurari per alterum in eius locū subrogatū decreuit Dñs. Et subdit: Quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid. Prius Dauid ore canebat, quā scriberet, & dicitur Scripturam: & dicere etiam, vocatur ipsum scribere extenso baculo, sicut manus in muto seruit pro lingua, de quo: Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. In eoquod Spiritus sanctus locutus dicitur per os Dauid, auctoritas Scripturæ, reuerentiāq; conciliatur: quia est opus Spiritus sancti, & Prophetæ fuerunt eius amanuenses. Meminit Dauidis, quia ad fidē instrumenti facit notarium electum esse, & fidelem amicū. De Iuda, inquit, videlicet Simonis Iscariotæ filio, è vico Iscariot: bono inuento ab initio, aut bono facto in electione, permisso autem peccare, quia ita ipse voluit, & hoc posito addidiceremus potestatem esse posse cum peccato, & ne fidamus naturæ, aut fortunæ, vel gratuitis charismatibus, & ne de collegijs sanctorum commoueamur, si quis non rectē incedat, & ut qui existimat se stare, videat ne cadat, & perseverantiā intelligamus donum Dei esse. Subdit: Qui fuit dux eorum qui comprehenderūt Iesum. Aliqui claritatis gratia, vertūt, Qui fuit dux viæ illorum, id est, docens commodam viā Iesum sine turbis capiendi, ut docet Matth. Et vā omnibus malorum inuētoribus, quia partem habent in omnibus peccatis aliorum, quæ suo exēplo admiserunt, cadentque simul cum alijs, quos præcipitant in foueam. Cōprehenderunt autem Iesum cohors, & ministri Iudæorū: in quo sequēs passio, & violēta, atque ignominiosa mors includitur. Qui connumeratus erat in nobis. Id est, factus erat ex numero tā selecto;

eratque numero Apostolus, nō merito, & beneficia sunt flagella abutēti. Et sortitus est sortē ministerij huius, siue ut Græcè dicitur, partē ministerij huius, hoc est, Christi electione, siue meritis obtinuerat sortē, id est, partē, quæ sorte obtingere solebat, ut vitaretur cōtentio. Rectē autē Apostolatū, ministeriū vocauit: quia ministeriū est Dei in salutē animarū, non dominiū. Hinc stipēdia etiā Regib⁹ qui seruiunt, ac serui dicuntur honorati, merito exhibentur: quare reditus, & prouentus Episcopatum, siue aliorū Ecclesiasticorum magistratum, satis indicant, Episcopos, Cardinales, & Pontifices in promouenda aliorū salute æterna seruos verbo, exemplo, oratione, & merito esse debere. Subdit: Et hic quidem possedit agrū de mercede iniquitatis. Quidā hoc volunt esse parenthesin à Luca inter verba Petri interpositam: quod absurdū esset ita loqui apud eos, qui nouerant omnia illa, id est, agrū emptū de mercede iniquitatis, & dictū sua lingua Acceldema: nec opus erat verba illa interpretari, quia sciebant illorū intellectū, etiā si Lucas, ne lectoribus esset obscura propter ignorantiam historiarum, sententiā de morte Iudæ in suam transtulit personā. Quāquā sustineri posset, illa à Petro esse dicta, præter illud (Hoc est, ager sanguinis) quod explicandi gratia Lucas de suo addidit. Et sanē huc cū parēthesi, siue extra illam legatur, difficilis est sensus: quomodo scilicet Iudas emerit agrū, vel, ut alij vertunt, acquiserit, parauerit e; cū cōtēter, summos Sacerdotes cum Scribis & Phariseis inito consilio emisse agrū figuli ex pecunia à Iuda proiecta in tēplo. Sanē Beda exponit, possedit, hoc est possidere fecit: ut de Spiritu sancto, qui dicitur postulare pro nobis, & clamare, eoquod postulantes faciat, & clamātes, more Hebræorū. Vel etiam simpliciū dici potest, possedisse nō animi proposito, sed euetu ipso subsecuto: sicut aliquis dicitur sibi malū, vel periculum, vel mortē accersere, habita non consilij proprii, aut voluntatis, sed euetu subsecuentis ratione. Quemadmodū

Apostolatus, ministeriū à Petro cur dicitur.

Explicatur hæc lectio: Et hic quidem possedit agrū de mercede iniquitatis.

Matth. 27.

Ibidem.

Acceldema quid.

Quomodo Iudas possederit agrum de mercede iniquitatis.

Ibidem.

Bed. in Act. tom. 5. Rom. 8.

Alter sensus.

Quam vocet Petrus mercedē iniquitatis.

Iudam proditorem qui videtur imitari.

Aristot.

Quæ duæ res homini inferendæ sibi necis occasio esse solcant.

Bernard. ser. De conuers. ad clericos, cap. 6. per totum, Esai vlt. & Marc. 9.

Cur animus hinc stimulu conscientie minus sentiat.

Idem ibid. Qua ratione quis conscientie mordetis aculeam sibi possit eximere.

Arist. ibid. Aug. libr. 1. De ciuitate Dei, ca. 19. tom. 5. Romana Lucretia sibi mortē quare conscuerit, teste August.

de fure dicere soliti sumus, Hic tendit ad suspendium, non volutate, sed facto ipso illud exigete. Vocat mercedem iniquitatis, crimē proditiōis horrēdū, & simoniæ, vt fuit illud Balaā. Perpēde, Iudā amisso cælo, agrū redemisse in sepulturā peregrinorū: quia multa ab hypocritis in specie honesta & præclara sūt, quæ tamē Deus nō acceptat. Nā in hoc quidam Iudā imitantur, vt ex furtis & rapinis constituant templa, aut hospitales domos erigāt, aut puellas pauperes dotent: quæ tamē Deo grata minimē existūt.

Sequitur: Et suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Teste Aristotele, propter duas potissimum causas homines sibi ipsis manus iniicere solent. Prima est, ob conscientie stimulum, qui maximē cruciat, atque vexat, & quia homo quocūq; pergat, habet illū apud se: quare vt eū fugiat, mortē sibi cōsciscit. Verū vt rectē docet Bernard. nō sic fugitur stimulus, aut imminuitur, sed augetur potius, & immortalis efficitur, secūdū illud: Vermis eorū nō morietur, & ignis eorum non extinguetur. Nam vel hic animus potest extra se ipsum per ostia sensus egredi, & in voluptatibus gulæ, & luxurię vagari, ita vt ad tēpus stimulum conscientie vrgentē non sentiat, sed postea acrior reddit: secūs in gehenna, vbi sensus omnes erunt clausi, & animus coegerit perpetuū vermīs dentē persentescere. Remediū autē opportunum esset, materiam stimuli, hoc est, peccatū extinguerē, vt testatur Bernard. & ita aculeus conscientie cruciās, per cōtritionē, cōfessionē, & recursum ad Deū moreretur. Deinde docet Aristotel. molles, & effeminatos sibi ipsis manus inferre aduersam fortunā, aut paupertatē, aut exiliū, aut dedecus ferre non volentes, qui olim in bonis, ac prosperis delectabatur. Hinc Augustinus Romanā reprehendit Lucretiā, quæ se ob pudicitie vim illatā interemit: nā illud re vera nō ob virtutē, sed ob opinionē amissi honoris perpetravit. Quia virtus nisi vitio nō tollitur: vitium autē nō est, vbi volūtas abest. Sed multo prudētius cōminatib⁹ virgini-

tatis ereptionē, respondit D. Lucia Christi virgo: Castitas mihi duplicabitur ad coronam; eoquod nō posset castitatē perdere, quæ solo animo amittitur. Hinc Iudas ob conscientie carnificinam animū eius excruciatē, & quia videbat quantam Apostolatus dignitatem amiserat, se ipsum damnauit ad suspendium.

Est autē ex magna Dei clementia, quod hominē peccatorem morte punierit, & quod redierit mortē nō dulcem, & facilē, vt facere poterat, sed asperam, amarā, & omniū terribilium extremum. Sicine, inquit ad Samuel Rex Agag, separat amara mors? Nam primū voluit mortē ad peccati vindictā, ne homo instar dæmonis in eo perpetuō permaneret, & ne etiā esset illi⁹ perpetua malitia. Iuuat quoque, vt pœniteat nos peccati, & ad reddendā iudici rationē sim⁹ parati. Reddidit præterea horribilē mortē, tum vt quædā peccata per illius dolores, & terrores expurgētur; tum ne, si esset facilis, & tolerabilis, homo sibi facilitē vitā abruperet. Illud quoq; circa mortē Iudæ meditādū, Deū in hoc seculo neq; iustis supplicij vlcisci peccata, neq; bona op̄a cōdignis remunerare præmijs, vt liquidū redditur in multis reprobis, & in multis pijs viris, & Martyrib⁹. Quādoque tamē quædam peccata, quæ directē in Deū militant, etiā hic ponit in arrhā æterni gehēne supplicij: nō tamē vt plurimū, sed hæc rarō facit, quia nō esēt signa & miracula, nec tātus locus fidei, nec tēporis mēsurā nostri æternū premiū, vel suppliciu capere potest. Quare cum quis præter cōmunē ordinem graues luit pœnas, aut ad cōuersionē p̄ficit, aut in arrhā cōuertitur inferni. Cum verō quis ob graua flagitia non dat pœnas, perinde est, ac si quis sine carcere raperetur ad suspēdiū: nā in gehenna acerbissimas sustinet suorū flagitiorū pœnas, etiā si ab hac vita cum quiete, & pacē discesserit; quō ita locus fiat fidei, & amoris, & nō tātū timori. In pacē & quiete moritur quādoq; hæreticus: sed satis malē moritur, qui extra Ecclesiā diē claudit extremū. Bonō autē, ac pio nihil obstat

Virtus solo vitio amitti potest.

Quæ res Iudam ad suspēdiū adegerit. Quibus de causis Deus hominē peccatōrē morte punierit.

1. Reg. 15.

Cur tam horribilis mors reddita sit, atque terribilis.

Quo consilio nunc Deus nec præmio digno iustos, nec iniustos debito supplicio afficiat.

Quæmodū cum eo agatur, qui impunis peccat.

quæcunque

Quam felix iusti obitus.

Sap. 4.

A quo suspensus Iudas. 2. Reg. 17.

Ioan. 13:

Iudas quare suspensus.

Idem quare crepuit medius, & diffusa omnia viscera eius. Oecum. in Acta.

Proditoris Iudæ interitus describitur.

Quāto Deus sanctos suos honore dignetur.

Auson. Gal. epigrā. 34.

quæcūq; mors, quemadmodum pulchrē indicauit Sanctus ille, qui mortuus est inuentus, ac digito amicis scaldalozatis ostendens locum Scripturæ dicētis: Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit anima eius. Iudas igitur, vt ad eum nostra reuertatur oratio, suspensus est à se ipso, quemadmodū Achitophel: & vt guttur proditiōnem verbo tractatam lueret: non autem quia communicauit, indignē, vt quidam opinantur, cū id dubiū esse pbauerimus. Ad hæc, quia anima non metitur spatium eundo de loco ad locum per medium, ita vt opus sit per mediam gulam animam à corpore exire. Nec etiam opus habet, quemadmodum nec nos omnia puncta itineris consideramus, cum terminum cogitamus. Suspensus autem est, vt cælo indignus, & terra, vt Iudæus & socius dæmonis mortem suadentis. ¶ Crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Vt viscera luērent quæ malum conceperant. Et ita dispersi sunt Iudæi: malusq; vt seipsum fugiat, se interimit, tantoq; se inuenit magis, & apud se esse cogitur. Et Iudas quidem, vt ex Papiæ refert Oecumenius, cecidit, & crepuit in suspēdio, vel superuixit ad aliquot dies; egiq; in agello quodam cum tanto, ac fetore, vt nemo iuxta eum habitare posset: inflatusq; vultu, atque alijs membris, plenusq; vermibus atque compressus à currū obiit. Sed de hac morte lib. 10. latius disputauimus. ¶ Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem. Verba sunt Lucæ tamē de agro, quā de nece Iudæ: quia nouit Dominus suos honorificare, & impios confundere longē aliter quā homines. Ecce olīm heroicis, & illustribus vitis dabatur nescio quæ memoria in saxis & columnis marmoreis, aut in arcubus triūphalibus, aut in æreis, & immortalibus equis. Sed breui illa omnia conciderunt: nam vt ille dixit: Mors etiam saxi, nominibusq; venit: Et tantū superest memoria iniquitatis eorum. At (bone Deus) quanto honore Deus fideles suos, ac sanctos prosequi voluit, tot illis templa ere-

xit, tot statuas atque monumenta constituit per vniuersum orbem? voluit quotannis statim esse diem ad memoriam eorum recolendam: voluit quoque campanarum, & similibus aliorū instrumentorum sonitu, cantu, sacrificio, atque prædicatione verbi Dei eorum commemorari virtutes, & in exemplum fidelibus spectandas, & imitandas proponi. Hoc verō factum Iudæ consulto detexit, etiam si dæmō curauerit occultari: quemadmodum Arrius quoque crepuit medius, & mali non respuerint, sed vnus locum emerit; quō negotium esset occultum. Sed & hoc quoque notum factum est: quia non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Hinc Ambrosius libro De Fide: Crepuit, inquit, Arrius, sicut de Iudæ Petrus Apostolus dixit, quia possedit agrū de mercede iniustitiæ, & in faciem prostratus crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius. Non est fortuita mors vbi in sacrilegio pari pœna parile processit exemplum, vt idem subirent suppliciu, qui eundem Dominum negarunt; & qui eundem Dominum prodiderunt. Hæc ille de Iudæ, & Arrio. Ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum, Hæc Iudæ, hoc est, ager sanguinis. Linguam eorum vocat Syram, quæ Hebræa est, sed non illa literalis, & antiqua, sed corrupta ex Chaldæo, & Chananæo, atque hac locutus est Christus, Maria, & Apostoli: à qua lingua Galilæi peculiarem, & natium habebant sonum, & distinctum ab illo Iudæorum. ¶ Scripū est enim in libro Psalmorum, Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & Episcopatum eius accipiat alter. Hoc testimonium, vt moris est Apostolorū scripturas citare, ex duobus Psalmis conflatum est: ex psalmo 68. accipitur primus versus, vbi, quod de Iudæis malis prædicitur à Propheta, Iudæ Iudæo insigniter malo à Petro applicatur: Est enim ibi David de suis hostibus loqueretur, vt quidā dicunt: David tamen in persona sua Christum considerauit, & in persecutoribus suis Christi persecutores, & inter eos præcipuum hostem, & antagonistam Iudam. Et tunc commora-

Mors Iudæ proditoris tam infelix cur innotuerit omnibus habitantibus Ierusalem.

Prou. 21.

Ambros. lib. 1. De fid. c. 9. sub init. tom. 2.

Iudas proditor, & Arrius perditus ille, cur pari mortis supplicio affecti fuerint.

Matth. 27. Hebræorum linguā, quā Lucas appellat.

Apostoli, & Euangelistæ plur. Scripturæ testimonia in vnum de more cogunt.

Iudæ proditoris commoratio iuxta Prophetam, quando facta sit deserta.

tio eius facta est deserta, quando vacavit eius apostolat<sup>9</sup>: nec habitavit quis in eo, quando etiam non habuit aliquos a se conuersos: quia incumbens lucro temporalis, animas sibi minime conuertit: etsi per accidens eas ad Deū conuertat quæres pecuniæ emolumentū. Vel cōmoratio deserta potest dici ager, in quo Iudas ad tēpus superuixit: qui ob fetorē habitari nō potuit, in signū Diuinæ iustitiæ: quæadmodū fructus cinerei Sodomæ ob memoriā Diuinæ remansere vindictæ. Potest quoq; dici, quod tunc Iudas ibi verē habitauerit, vel possederit agrum de mercede iniquitatis.

Alterum testimonium: *Et Episcopatū eius accipiat alter*, acceptū est ex Psal. 108. in quo triginta maledictiones in Iudā infliguntur teste Ruperto Tuitiensi, quia totidē argenteos p̄ pretio Chri proditi acceperat. Prima est: *Et diabolus fiet a dextris meis*. Secunda: *Oratio eius fiat in peccatū*: quia retulit triginta argenteos, & proiecit in templū. Tertia: *Fiat dies eius pauci*: quod abiēs laqueo se suspenderit. Quarta: *Et Episcopatum eius accipiat alter*: quod in eius locū subrogatus fuerit Matthias. Et ne cæteris percensendis prolixior fiat oratio: ultima est: *Induantur, qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur sicut diploide cōfusione sua*.

Accipe etiam ex Beda, licere vnire simul diuersa testimonia: quia veritas est respicienda, & edificatio. Psalmus etiā de singulari ad plurale transit, & rursus de plurali ad singulare: nam ita incipit: *Deus laudē meam ne tacueris: Quia os peccatoris, & os dolosi super me apertū est*: & rursus transit ad plurale: *Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circūdederunt me, & expugnauerunt me gratis*. Rursus trāsit ad singulare: *Cōstitues super eū peccatōrē, &c.* vt liceat & de Iuda, & de Iudæis hæc ad literam intelligere. Hinc Iudas ex inferno videns electionem Matthiæ, summē cruciatus est.

Quod si obijcias in illo psalmo recitari imprecationis maledicta, non prophetias, vel vaticinia, ac proinde Petrū improprie colligere hoc oportuisse fieri. Dicendū est, quod vt Christus

simul prædicebat futura imprecādo, vt, *Va homini illi, per quē Filius hominis tradetur*: ita Dauid non affectu carnis ad vindictam expetendam fuit impulsus, sed Spiritum sanctū directorē habuit: ita vt imprecationes vim habent prædictionum: quia non alia Spiritus imprecatur quā ea supplicia, quæ Deus impijs præstare decreuit.

Nec pugnat successio, & substitutio Matthiæ in locū Iudæ, cū habitatione deserta prædicta à Propheta: quia successio alterius hominis ex alio genere in maius supplicium, & pœnam eieci cedit. Quemadmodum domui Heli Dñs comminatur, dicens: *Ecce dies veniunt: & præcidam brachium tuū, & brachium domus patris tui, vt nō sit senex in domo tua. Et videbis emulum tuū in templo, in vniuersis prosperis Israel: & nō erit senex in domo tua omnibus diebus. Verūtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo; sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua, &c.*

Nota etiam Episcopatū accipi pro apostolatu, qui Hebraicē dicitur *Pecuda*: quia est præfectura quædā vniuersalis, & sollicitudo omnium Ecclesiarum, vt ait Paulus: nunc autē inspectio est & præfectura particularis gre-gis. Episcopatus enim nomen tam de profano magistratu, quā de Ecclesiastico intelligitur. Hinc illud Esaiæ: *Deus in iustitia dat Episcopos*, iuxta Septuaginta; id est, Principes, & Satrapas: & apud Esdrā: *Episcopus Leuitarū*, id est, Princeps: in lib. itē Machabæorum Episcopus ponitur pro Principe: Cicero ad Atticū se vocat Episcopum Capaniæ à Pōpeio creatum. Et Arcadius Imperator Episcopos p̄prie esse tradit eos, qui pani, & reliquis venalibus præsumt. L. vlt. ff. De muner. & hono. Porro Athenis *Επισκοπος* Prætor erat, qui mittebatur ad ius dicendū in oppida, quæ erant sub ditione Atheniensi. At lib. 8. Arrianus docet, Episcoporum apud Indos munus fuisse, quid in quaq; regione fieret, noisse; & cognita ad Reges vel magistratus referre. Et verbū *Επισκοπος* translātū est ab exercitu iter faciente, cui aliquis delegari solet qui prospiciat diligēter ne desit cōmeatus: *Veedor o p̄ueedor*

simul prædicebat futura imprecādo, vt, *Va homini illi, per quē Filius hominis tradetur*: ita Dauid non affectu carnis ad vindictam expetendam fuit impulsus, sed Spiritum sanctū directorē habuit: ita vt imprecationes vim habent prædictionum: quia non alia Spiritus imprecatur quā ea supplicia, quæ Deus impijs præstare decreuit.

Matth. 26.

Quomodo Iudæ cōmoratio est deserta, cum eius locum occupauerit Apostolus Matthias.

Pecuda Hebræis quid.

2. Cor. 11. Nomen Episcopi vnde cōstet magistratus tui tā sacro, quam profano esse commune.

Episcopi proprie qui sine *Επισκοπος* Athenis quid nam.

Episcoporum apud Indos munus quod.

Episcopatū Iudæ proditoris pro vxore, eius accipi non potest.

Esa. 22. Quorum Iudas typū gerit: scilicet ex eius infortunia.

Matth. 26.

Supra 10.

Ierosolyma quo tempore erat ager peregrinorum.

2. Reg. 18.

Supra 17.

Peccator in Iudæ quā apte repræsentetur.

Hispanicē. Nec capitur Episcopatus p̄ vxore Iudæ: quia subditur tāquā de re distincta ab Episcopatu: *Fiat filij eius orphanus, & vxor eius vidua*. Ex eplū ambitiosi, & p̄fidi Episcopi Sobnas fuit, cui successit Eliacim: ita Iudas mali rectoris, cui successit bonus Matthias.

Ad mores verō, perpende, Iudā esse typū cuiuslibet Iudæi, imō etiā cuiusuis peccatoris. Iudæ ergo primō fuit dux Gentiliū, qui cōprehenderūt per cohortem Iesum; cū tamen commune ratus esset cū Apostolis, id est, vocatis ad salutē. Deinde possedit agrū corde, & Romanos possidere fecit: quia Ierosolyma, ager est peregrinorū tēpore Titi; nam Iudæi sepultura ei ante indigni. Tertio suspendit se inter cœlū & terrā, vt Absalō vsurpans regnū, & Achitophel cōsulēs cōtra Dauidē, id est, Christū. Quarto crepuit medi<sup>9</sup>, & effusa sunt omnia viscera eius, ob dispersos Iudæos per totū orbē. Quinto, secuta est infamia illius populi, & notū factū Iudæorū cōsiliū. Deniq; Episcopatū Iudæorū acceperūt Gētilēs.

Peccator quoq; dux est peccantium qui Iesum ligarunt, cū tamē cōnume-ratus esset cū Apostolis ad salutē. De-

inde possidet agrū: quia lucro, & emolumento cōparādo incumbit, vt mali artifices, auariq; mercatores. Tertio se suspēdit fragili nitens arundini creaturarū. Quarto crepat atq; effū lit viscera sua instar aranæ, quæ ex visceribus suis educit telā: nec sensum habet, quia in regionē abiit lōginquam. Quinto, fit notū omnib<sup>9</sup>: quia vel hoc seculo, vel futuro sequitur infamia. Postremo Episcopatū eius accipit alter: quia iustus locū peccatoris accipit: & vt scriptū est apud Iob, cōueret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Nec Ecclesia propterea quicquā amittit: solus ipse peccator perit, haud secus atq; ramus ab arbore præcisus, qui vim suā ac vitā omnino amittit, nō autē arbor ipsa, quæ statim aliū germinare ramum potest, vt abscisso Iuda productus est Matthias: Ita Ecclesia pereuntibus peccatoribus salua, & integra permanet: quæ omnes suas opes siue sapiētie, siue potestatis, siue gratiæ, siue æternæ vitæ, in vno collectas possidet Christo Iesu, cui cū Patre, & Spiritu sancto æterna laus sit, honor, & gratiarum actio perpetuis seculis. Amen.

Aranæ ingenium.

Luc. 15.

Iob 34.

Peccator cui tantum nocet.



TRACTATUS X.

In illa verba: *Oportet ergo ex his viris, qui nobiscū sunt cōgregati in omni tēpore quo intrauit & exiuit inter nos Dñs Iesus, Incipies à baptis-mate Ioānis, vsq; in diē qua assumptus est à nobis, testē resurrectionis eius nobiscū fieri unū ex istis. Et statuerūt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiā. Et orātes dixerunt, Tu Dñe, qui corda nosti omnium, ostēde quē elegeris ex his duobus unū, &c.* Act. 1.



Xcluso Iuda ab Apostolatu, proponitur à B. Petro alter in eius locū sufficiendus. Apostoli autē hoc loco, & Act. 6. & Patres olim frequēter plebi

electionē ministrorum mittebant, tres potissimū ob causas. Prima, vt superior hoc plebi proponens, atq; concedēs, nullā sibi apud populū cōflaret inuidiā. Secūda, vt alij nequaquā va-

Eligendi sus populo olim concessū tres potissimū ob causas, & quæ nam illa.





Apostolorū prerogatiua.

Ad testādum de Christo tria sunt necessaria.

Act. 1. Item. 15. Nomen hūc resurrectio nis Christi cui Matthias attestari debebat, quam late pateat.

Summum Christi signū quod.

1. Cor. 15.

Equibus eligendus erat Matthias in Apostolum.

Exo. 18.

Act. 6.

Apostoli cur statuerint tantū duos.

Chrysof. in Acta, hom. 3. 19m. 3.

omne genu flectatur, cœlestium, terre strium, & infernō. Assumptum ait à nobis, qui cognoscebamus tantū thesaurum. *Testem resurrectionis nobiscū fieri unū ex istis.* Ad testādum, opus est scientia, & bonitate, ac præfectura Apostolica, quæ ab opere testificādi nomen suū, accepit: sicut Episcopatus ab opere inspiciendi, siue superintēdēdi. Hinc Apostolis dictū est: *Eritis mihi testes in Ierusalē, &, Vos testimoniū perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Et testē vocat resurrectionis; quæ necessariō cōtinet alia publica Chri munerā, vt prædicationis, passionis, mortis, & vitæ mysteria, imō etiā incarnationis nō visæ. Nā quæ ante baptismū, priuatus egit, credēda erant, quia cōfirmata signis resurrectionis, quæ post visa ac detecta est. Resurrectio etenim sūmū fuit signū, & post eā prædicauit Apostolis per dies quadraginta de regno Dei: quare omnia cōtinet, & ex ea tāquā firmo argumēto colligebat Paulus: *Si Christus nō resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. Inuenimur autē & falsi testes Dei, & c.* Oportet ergo testē resurrectionis eligi à Deo interueniente electione humana, vel sorte, vel Dei nutu, ne esset cōtētio, vel æmulatio. *Unū.* Quia duodenarius numerus tantum erat imple dus. *Ex istis,* Quia illi erāt meliores: quanquā Græcē dicatur, vnum quempiam, vel vnum aliquem. Et tempus respici solet in electione; propterea dixit, in omni tēpore; & quia hi omnes, boni, & pij erant, & per aduentū Spiritus sancti meliores futuri. Non posuit autem expresse vitia, quibus carere debeāt promouendi siue eligendi, vt fecit Iethro, cum iudices creare Moyfi suggessit: quia nondum plenē instructi erant, vt fuerūt in electione diaconorum.

Et statuerunt duos, Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus; & Matthiam. Cōmuni iudicio visi sūt illi duo meliores, licet quis præstaret inter eos, nesciretur: vel alteri medietati videbatur hic, alteri verō alter. Et duos tantum proposuerunt, vt acurē expendit Chrysofostomus; ne maior fieret, inquit, animorū perturbatio, ne res in multos distraheretur.

Et pondera verbū, *Statuerunt*: non ipsi seipfos ingesserunt aut obtruserunt, sed ab alijs constituti sunt. Quare intolerabilis est abusus in Ecclesia Dei, vt plerunq; soli digni habeantur, qui aut petunt, aut ambiunt, aut litigant, dū pingues Abbatis, & Episcopatus vacare cōtingit: cū illorū quodlibet illos reddat indignos, & ineptos ad ministeriū Ecclesiasticū, si oculis spiritus, & non carnis res ageretur, vt agi oporteret. Illud quoq; indignum, & amarum lacrymis prosequendū, qd qui priores per equos dispositos ad Urbē accurrerint, aut qui per eos de sede vacanti primū admonentur, illos ferē pferri in Ecclesiasticæ dignitatis collatione. Sed quid si ille, qui cæteris antecurrit, omnib⁹ vitæ, & doctrinæ merit⁹ destituatur? Cerrē corā Deo ille plus currit, qui maiori vitæ sanctimonia, vel peritia Scripturarū, vel prudentia rerū gerendarū pollet: atq; hic corā Christi Vicario cæteris esset antefendus, etiā si nec ipse petat, nec alius pro eo interpellat, etiā si in angulo aliquo delitescat. Quāta verō, & quā perniciofa scādala in Ecclesia Dei oriuntur in electionibus eiusmodi, illis relinquo cogitandū, qui Spiritu Dei præditi sunt: ac Dominū deprecetur pro tanti abusus extirpatione.

Cū igitur tāta esset inter Ioseph & Matthiā paritas, vt vter præstaret, nescirent discernere: et si vnus tantū proponeretur, videretur Ioseph pluris habitus fuisse, de quo tot addita sunt encomia, vel ex eo qd in diuersa traherentur studia: decretū est, vt potius forte interposita cognosceretur nō tam electus hominū suffragijs, quā diuino iudicio creatus: quia ratione Paulus nō ab hominibus, neq; per hominem sed per Iesum Christū factū se Apostolū prædicat. Reliquerūt ergo Deo iudiciū, qui sciret meliorē, vt eligeret quē vellet: atq; ea ratione Matthias sortis euentu gratū, & ratū Deo suum fuisse Apostolatū cognosceret. Primus ergo nominatus fuit Ioseph, siue Iose, nam variāt in hac parte textus Græci. Alij em̄ habēt Ιωσήφ, alij Ιωσθ: de quo apud Matthæū & Marcum dicitur: *Nōne hic*

Ecclesiæ abusus notatur in electione præpositorū.

Abusus alter in electionibus ministrorum.

Ad munera Ecclesiæ obcunda verē idonei qui.

Cor Apostoli Matthiam Apostolū per fortes elegerint.

Gal. 1.

Matth. 13. & Marc. 6.

Chrysof. lo co supra citato ante me di.

Matth. 10. Ibidem.

Luc. 10.

Barnabas & Barsabas qd non vnus & idem ille fuerit, ostenditur.

Act. 13. Isido. De obitu Apostolorum.

Barnabas & Barsabas non idem sonāt. Clem. Rom. 1. recognit. longē à me dio.

Quo I Barnabas nō idem ille fuerit qui & Matthias.

Iustus, quæ vox sit, Latina, à Hebræa. Glossa ordi.

Quæ voces Latine ab Euangelistis tanquā Græcæ sint vsurpatæ.

est fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas?

Additur, *Qui vocabatur Barsabas.* Quia teste Chrysof. plures erant Iosephi: quæadmodū plures Iacobi inter Apostolos, alter Alphæi, alter Zebedæi: plures etiā Simones, alter Petrus, alter frater istius Ioseph: plures quoq; Iude, alter Iscariot, & alter Cananæus. Erant igitur hi duo, Ioseph, & Matthias è Septuaginta discipulis, quia erāt ex his qui omni tēpore versati cū Chro fuerūt à baptismo Ioānis vsq; ad ascensionē: in cuius rei signū, legitur Euāgelium de 70. discipulis redeuntibus à prædicatione ad Christū, in die solenni B. Matthiæ: & forsitan hi duo fuerāt ex discipulis Ioānis Baptiste. Præterea statuendū, aliud esse Barsabam, & aliud Barnabā, qui fuit Cyprius, & ascitus ad Apostolatū cū Paulo: licet Isidorus affinitate vocis cōfundat vtrūq;. Diferunt etiā in significatione: nam Barnabas, interpretatur filius cōsolationis; Barsabas verō, filius cōuersionis: nā qui benè conuertitur, tandē habetur iustus. Observa, Clementē Romanum lib. Recognitionum dicentem; *Barnabas qui est Matthias, qui in locum Iudæ subrogatus est Apostolus.* Hæc ille, Barnabam, & Matthiā vnū & eūdem esse volēs. Quod Scripturæ repugnare videtur: nā Matthias assumptus est in Apostolum, Act. 1. Barnabas verō Cyprius erat, & vedito agro, & eius pretio posito ad pedes Apostolorum, cōuertitur, Act. 4. quasi omninō diuersus à Matthiā. Nisi quis probet binominē fuisse, Matthiā scilicet & Barnabā: sed nullus dixit, quod sciā, ex Patribus: hic tamē in Apostolum nō fuit promotus nisi simul cū Paulo Act. 13. Subdit: *Qui cognominatus est Iustus.* Iustus, Latina vox est, nō Hebræa, vt putat Glossa ordin. eā interpretans quasi Hebræam, cū reuera sit Latina: nam Imperio Romano in Hebræis domināte, Iudæi à Romanis vocabula mutuabantur. Hinc illæ voces, custodia, titulus, flagellū, denarius, cæsus, sicarius, sudaria, semicinctia, quæ Latine sunt, & ab Euāgelistis sūt lingua Græca scribentibus vsurpatæ. Et fortassis à

Iudæis quidē dictus fuit Barsabas, id est, filius iuramenti, vel quietis, vel cōuersionis: quia fideliserat, placidus, & ad Deū maximē cōuersus; à Romanis verō eius insignē iustitiam agnoscentibus, cognominatus est Iustus, per excellentiam: sicut frater eius Iacobus etiam Iustus est cognominatus. Ita vt Ioseph in promotione ad Apostolatū, haberet testimonium ab his qui intus sunt, & ab his qui foris.

Illud quoq; aduertēdū, hūc Ioseph Iustū, qui dicitur Barsabas, p̄daci ab Dionys. Areopag. lib. De diu. nom. c. 11. init. vbi insinuat illū librū edidisse de pace diuina quiete & silentio; vt intelligas quāta sanctitate, ac doctrina ille eminere. Nota quoq; prudentiā Spiritus sancti: Ioseph Barsabā & Iustum cōmēdat, Matthiā sine vilo encomio nominat, ne exclusus credatur Ioseph tāquā malus, aut indignus; alter verō euentu sortis satis cōmēdatus fuit, alijs laudibus vt minimē indiguerit. Adde illud, qd in electione non simpliciter queritur sanctior, aut charitate feruētior, sed aptior, ac melior ad munus illud, ad quod assumitur. *Et orātes dixerūt (siue vt Græcē habetur) Et postquā orasset, dixerūt.* Quia præmissa oratione hæc verba locuti sunt. Nā quia vntione interna cognoscitur voluntas Dei, cū nemo nouerit quæ sunt Dei nisi Spiritus Dei: inspiratio autem Dei, vel vntio cōmodo orationis præsidio impetratur: vnde Dñs electurus Apostolos, p̄ostauit in oratione Dei: Saulus quoq; & Barnabas Apostoli creati sunt nō nisi præmissis ieiunijs, & orationib⁹: & nuper in Cōcil. in Trid. de precibus, & orationibus in sede Episcopatus vacanti, ad obtinendum bonum Prælatum definitum sit: cum inquam aliquātulum orassent Apostoli, ac circumstantes, dixerunt protestantes fidē suam in oratione conceptam; vt Helias pro igne sacrificij orauit, & exauditus est. Nam in his quæ sunt eiusmodi, nō deest Ecclesiæ suæ Deus: *Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius, & Apostolatus de quo præuaticatus est Iudas, vt abiret in locum suum.* Pulchra, breuis,

Barsabas etiā quid sonet.

Mira huius viri sanctitas Dionys. Areopag.

Quid est qd Barsabæ tam multa, Matthiæ autē Apostoli nulla encomia celebrantur.

In electione quid spectandum.

Vnde voluntas Dei cognoscitur à nobis.

1. Cor. 2. Luc. 6. Act. 13.

Concil. Trident. sess. 24 c. 1. De reform. propè initium. In quibus assistat Ecclesiæ suæ Deus. 3. Reg. 18.

Dei prop: iū folius quid.

ac Dei Spiritu plena oratio. Solius Dei est non tantum corda omnium, sed vel vnus cor perfectè cognoscere vt iudex, quantum scilicet Deo gratum existat. At licet homo possit ex fructibus in genere cognoscere cor insigniter malum, atq; impium, vt hæ resarchæ, vel cor excellenter bonum ac pium, vt sancti alicuius in virtute eminentis. Gradus autem inter eos, & quis ad ministeriū sit aptior, Dei est; homo autem videt ea quæ patent: & cor est præcipuum, quod requiritur ad ministerium. Hinc Paulus: Quorundam, inquit, hominum peccata manifesta sunt, præcedētia ad iudicium; quorundam autem sequuntur. Similiter & facta bona, manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi nō possunt. Verum hi dixerunt, *Qui nostri corda omnium.* Etiam subditorum, iuxta quorum merita dantur à Deo superiores boni, vel mali, meliores vel deteriores: quemadmodum iuxta quantitatem corporis caput commensuratum adhibet pictor, & iuxta rationem stomachi tribuitur cibus digerendus. Nam si maius caput fortiretur, esset opus monstruosum: si plus cibi quam posset digerere, noceret stomacho: vt eleganter docet Gregorius Nazianzenus oratione De pace siue reconciliatione monachorum. Ita maior potestas viribus illam assumentis nocet, & iuxta subditorum merita datur rector accommodatus. Ostende, inquit, per effectum externum ac sensibilem vel fortis, vel lucis, siue fulgoris, vel electionis à te inspiratæ. *Quem elegeris ex his duobus.* Iam electis ab Ecclesia. Quibus verbis libertatem Dei minime restringunt, cum non humano spiritu, sed diuino illos duos communi hominum sapientia, & suffragio reliquis prætulissent omnibus: in quibus inquirendis cum officio suo satisfecissent, vterius non progrediuntur, sed Deo iudicium permittunt. *Ostende, inquit, quem elegeris ab eterno iuxta tuum beneplacitum, & non tantum eligi permiseris per hominum suffragia, dando potestatem propterea etiā malo electo. Vel ostende quem velles à nobis eligi: quia ex nobis nō est nisi*

mala electio. *Accipere locum, siue vt Græcè dicitur, sortem, hoc est, hæreditatem Dei iudicio, & gratia obtinendam, siue illam sorte, siue signo aliquo, siue electione declaraueris. Addit, Ministerij, & Apostolatus. Id est, ministerij qui est in Apostolatu, siue missione ad Euangelium per totum orbem annuntiandum. Et electus ministrare debet, non sedere, vel otiosi. De quo præuaricatus est Iudas. Græcè dicitur, excidit: quia præuaricatus est leges Apostoli, tum in pecuniæ cupiditate, siue auaritia, quæ impulsit eum, vt propriū possideret: vsurpabat nāq; quasi proprium quod cōmune erat. Deinde ex auaritia progressus est ad furtum: quia fur erat, vt ait Euangelium, & loculos habens. Tertio, profecit in peius: ex furto enim designauit proditionem. Quarto, deliquit aperto plagiatus crimine. Quinto peccauit in simonia, venditō omnium gratiarū fonte. Sexto de Diuinæ misericordiæ venia desperauit. Postremo, vt dignum esset patella operculū, in seipsum manus violentas iniicit. Ecce quomodo quisq; in gradu suo præuaricatur leges suas. Est autē præuaricari, ex malitia in legem ire: nam vbi nō est lex, nec præuaricatio: sicut peccare, est ex infirmitate, vel ignorantia delinquere. *Vt abiret in locum suum.* Hæc referri possunt & ad Matthiam, & ad Iudam, vt Occumenius, & Beda interpretantur. Et si referantur ad Matthiam, sensus esset, Iudam præuaricatum leges Apostolicas: ex quo factum est, vt Matthias subrogaretur in locum eius. Deinde possunt & de Iuda fortasse commodius intelligi: non tamē intelligas illum peccasse, vt abiret in locū suū, particulam Vt, accipiendo vt finem: quia nemo intendens ad malum operatur, sed consequitur, licet ipse Iudas hoc minime intenderet. Sic soliti sumus dicere de fure: Furatus est, vt iret ad suspendium: non est autem sensus quod furatus est eo animo, vt ad suspendium veniret, sed quod in bona consequentia ad furtū sequitur suspendium. Nec Deus etiā id cogitabat, quæ admodum nec iudex suspendiū designat alicuius, nisi præuiso eius peccato.*

Locus pro forte.

Ministerium Apostolatus quid.

Quot modis de Apostolatu præuaricatus sit Iudas.

Ioann. 12. Infra 13.

Matth. 27.

Præuaricari quid sit, & peccare.

Illud: Vt abiret in locum suum, ad Matthiam, an ad Iudam referendum sit, an etiam ad vtrumque.

Occume. in Acta.

Beda ibid. rom. 5.

Quomodo verum sit, præuaricatum fuisse Iudam, vt abiret in locum suum.

Rom. 9.

Vocat

Purgatæ animæ loc⁹ qui nam.

Ioan. 3.

Anima nondum purgatæ quæ quantio sit.

1. Tim. 6.

Quæ verò animæ damnata.

Rom. 9.

Matth. 25.

Psal. 90.

Bernar. sermo. 8. in ps. 90. circa finem.

Psal. 73.

Quid est: Et dederunt sortes eis, &c.

Quale nam genus sortitū hoc fuerit.

1. sensus.

B. Chrysof. homil. 3. in Acta.

Ioan. 1.

Vocat autem locum suum, quia seipsum sponte aptauit ad interitum. Anima enim purgatæ, atq; sanctæ locus est cœlum, ad quod tendit, vt lapis ad cœtrum: vnde illud, *Qui facit veritatē, renit ad lucē,* intelligi posset, id est, ad Deū, quæ benefactis est promeritus. Animæ verò nōdū purgatæ locus, est Purgatoriū, quia scdum & intolerabile, cū macula aliqua cōparere corā Deo, qui lucē habitat inaccessā: sicut turpe esset Cardinali apparere coram Pōtifice in cōsistorio cū veste vehemeter sordida, aut cōcisa. At animæ damnatæ locus infernus est, in quæ se aptauit ipsa, nō Deus, qui in multa patientia ea sustinuit tāquā vas iræ aptatū in interitū. Malis autem vitæ suæ meritis debetur ille locus tenebrosus, & flāmigerus cū hypocritis, siue cū diabolo, & angelis eius. Bernar. explicās hæc verba serm. in Psalmum: *Qui habitat in adiutorio Altissimi, sic habet: Palchro omnino Petrus Apostolus filiū perditionis in locū suum abiisse testatus est, & in aere crepuerit medius aeriarum collega potestati: vt pote quæ veri Dei, & veri patris hominis, qui de cœlo venisset operaturus salutē in medio terra; huius inquam proditorem, nec calū reciperet, nec terra sustineret. Sic ille. Et dederunt sortes eis: & cecidit fors super Matthiā, & annumeratus est cū vndecim Apostolis. Græcè legitur: Εδωκεν κληρὸν αὐτῶν: qđ quidā vertunt, iecerunt sortes; alij verò, posuerunt; Latinus verò interpretes ad Græcū fontem magis accedēs, vertit, dederunt. Nō satis est inter Doctores expeditū, quod genus sortitū hoc fuerit: nā quidam sortes propriè ad literā fuisse existimāt, alij verò metaphoricè: atq; hi non vno tantum modo: vn de triplex sensus de intelligentia harū sortium occurrit. B. igitur Chrysof. ad literam sortes intelligit, in hæc verba scribens: *Nondum iudicauerūt, inquit, sese esse idoneos, vt ipsi ex sese facerent electionem; eoq; cupiunt aliquo signo edoceri. Alioqui si illic, vbi nec erat deprecatio, neq; viri probi, tantum valuit fors, cō quod recto animo fieret super Iona: multo magis hic expleuit chorum, ac perfecit ordinem, nec alter præteritus doluit. Non ce larunt Apostoli, si quid habuerunt minus**

perfectum, qui quidem de ipsis primoribus non veriti sunt dicere, quod alicubi commoti fuerunt, idq; non semel, sed semel atq; iterū ac sepius. Hos igitur & nos imitemur. Hæc ille, cuius sensum sequitur Beda, atq; B. Thomas, & pleriq; alij. Quod cōfirmari videtur ex eo quod dicitur, *Dederūt sortes,* nimirū in vasculum aliquod, & quod dicitur cecidisse fors super Matthiam. Pro cuius intelligentia statuendum est, sortem dici, quod ad nomen atinet, à serie causarum, vnde fors pender, quātum ad re verò, fors, est sensibile quid factū, vt cōsiderato eius euetū, aliquid sciatur cuius sit, vt in sorte diuiforia; vel quid sit faciendum, vt in sorte cōsulcoria; vel quid sit eueturum, in diuinatoria. Quod si euentus à cœlo, vt cōpellerēt actiones humanas, expectetur, prorsus falsa res est, & inanis, atq; superstitiosa. Si verò à dæmone, non tantum superstitiosa, sed & impia: quod si à fortuna; errorē quoq; continet, & superstitionem, si ex hoc velimus diuinare ac scire quæ agenda sunt. Si autem est questio de diuisione, vbi aliter res nō potest melius cōponi, nec exponit se quis fortunæ cū damno notabili, licita est: vt meritō dictum sit à Salomone: *Contradictiones comprimunt fors, & inter potentes quoq; diiudicat.* Quemadmodum cū dubium est quis è Sacerdotibus tempore pestis, vel persecutionis debeat manere in Ecclesia: nā tunc rectè sorte res terminatur, vt docet Augustinus ad Honoratum, dicens: *Si inter Dei ministros sit disceptatio, qui eorum tempore persecutionis maneat, ne fiat fuga omnium, & qui eorum fugiat, ne morte eorum deserat, & Ecclesia; hæc disceptatio aliter nō poterit terminari, quātum mihi videtur, qui maneat, & qui fugiant, sorte legendi sunt.* Hæc ille ferè. Præterea, si ambiguum sit, cui ex pluribus æqualiter egentibus danda esset vna elemosyna, quæ nō posset in plures distribui, posset illud dubium sorte dissolui: quemadmodum docet idem August. lib. De doctrina Christi. *Si tibi abundaret aliqua, quod dari oporteret ei qui non haberet, nec duobus dari posset; si tibi occurrerēt duo, quorū neuter el indigētia, vel erga te aliqua necessitas*

Beda ibid. B. Thom.

Sors vnde dicitur, quid, & quotuplex sit.

Sortes quæ illicitæ, atque damnabiles.

Sors quæ licita.

Prou. 18.

August. epist. 180. circa fin. tom. 2.

Exemplū Augustini de sortibus licitis, & honestis.

Alterum exemplum eiusdem.

Idem lib. 1. De doctrina Christi. c. 28 tom. 3. initio.

3. sent. dist. 29. c. vnde etiam.

ding

Vnde fortes ortu habeant

Gen. 13. & seq.

In seculari electione magistratu fortes quæ licite, quæve illicitæ.

Honorij III. De usu sortium in electione Decretum.

Pro. 16.

Terra promissionis quomodo Iudæis obuenerit.

Num. 33.

Iosu. 14. & seq.

Eleit qui per fortes in lege Veteri.

1. Reg. 14. Ione 1.

1. Reg. 14. Eiusmodi fortes vnde con-

stet veras & proprias fuil-

se.

Goral Hebrais quid,

Clericorum nomē vnde.

dine superaret; nihil iustus faceres, quam vt forte eligeres, cui dandū esset quod dari vtriq; nō posset. Hæc ille. Vnde licet fortes malæ nō sint, à malo tamē discordiæ oriuntur. Quæadmodum de iuramento afferimus illud quidē per se malū nō esse, à malo tamen infidelitatis humanæ proficisci: præstaret enim ratione ipsa cōuenire, & omnē altercādi rationē amputare, & maiorem diuide re, minori verò optionem dare eligēdi, vt fecit Abraham: cum Lot.

In electione autē seculariū magistratū nō licent fortes, si fortunæ committatur vt aliquis assumatur indignus: arvero si qui habentur digni, inter se fortiatur, vt Florentiæ, & Genuæ fit, nō sūt illicitæ fortes. Secus in electione spiritualis magistratus, ob legē positiuā id prohibētē. Vnde tit. De sort. c. vlt. Honorij III. ad Capit. Lucense scribens, omnē sortium vsum in electione ministrorū spiritualiū perpetuā damnat prohibitionē. Licuit tamē, vbi nulla legē positiua prohibētē fortes, præmissa oratione, fiunt, cū occulto, vel expresso pacto Dei assistētis, & fortes tēperantis, iuxta illud Salomonis: Sortes mittuntur in sinum, sed à Dño tēperantur; vel vt Hebraicē legitur, Exit illarū iudiciū. Hac enim ratione fortis, Terra pmissionis prius ratione diuisa, sed forte confirmante diuisione, facta est, vnde dicitur: Ego dedi vobis Terrā in possessionem: Quā diuidetis vobis forte: pluribus dabitur latiorē, & paucioribus angustiorē, singulis vt fors ceciderit, ita tribuetur hereditas. Atq; hac ratione Iosue & Eleazarus diuiserunt per sortē eis Terrā, vt habes apud Iosue. Sorte etiā constitutæ sunt vices ministrandi Sacerdotibus, & ianitoribus 1. Paral. 24. & duobus capit. seqq. Sorte quoq; assumptus est Saul ad regnū: Achā verò, & Ionathas deprehēsi, ad mortē: & Ionas in mari à nauis, quia dicitur: Et cecidit fors sup Ionā.

Quod autē hæ ppxiæ essent fortes, testatur ipsa vox Hebræa Goral, quæ in sacra Bibliorū historia in ea vsurpatur significatione: sicut Græcē κληρος, vnde nomē clericorū, q̄ sint de sorte Dñi, & forte, id est, gratia Dei, sint per Deum, aut eius vicarios ad ministeria

Ecclesiastica vocādi, ipseq; Deus fors est illorū. Seruit etiam & illud, q̄ dicuntur mitti in sinum, siue in vnam Esther 3. & apud Poëtam:

Stat ductis sortibus vna; Siue in galeā apud Homerū in Iliade; aut in Situlā apud Plautū in Casina; aut in hydriā, vt Cicero in Verrē act. 4. Tertio seruit huic sensui, q̄ vt de Iona dicitur: Cecidit fors super Ionā; ita hic cecidit fors super Matthiā. Et vt olim Dñm cōsulebāt per Sacerdotē in Ephod, & oracula per Prophetas, & infomnia; ita per fortes à Dño tēperatas. Nec ob id se fortunæ committēbāt, quia à Deo acti, & illo assistente, & præmissa oratione fors dabatur: ideo vt assistit Deus cōsultationi, & bonæ electioni, ita olim assistebat in fortibus. Quare Apostoli cū in initio rudes essēt, & pars eius populi, qui fortibus vti cōsueuerat, Deus se ad illorū sensum attēperauit: imò cū duo æquē digni haberētur, & nesciretur quis esset præferendus, licerēt etiā hodie secluso iure positiuo vti fortibus, etiā sine speciali pacto assistentiæ Dei. Hic est primus sensus de fortibus ppxiē acceptus.

In quo reprehēdendæ sunt mulierculæ accurrētes ad Iudæos, vt per fortes quærant latronē, qui illorum bonā diripuit: rursus maleficæ, quæ confugiunt contra Deū ad Magos, vt soluāt maleficia: & Romani cōsulentes exta animalium, aut pullos, an biberent: rursus Turcæ aleas projicientes, vt forte explorēt an sit illis cū nostris triremibus pugnandū: quia cū sint alij modi rationi, & naturæ cōsoni, quibus qd volumus, assequamur; malū est p̄inde alia via inquirere. Quia si Deus non præstat sanitatē per medicos, nō vult q̄ illā quæras à magis, aut incantatoribus: perinde enim est nolle rationē licitam sanitatis adipiscendę aperire, atq; nolle dare sanitatem: & velle aliter per illicitas vias habere, nihil aliud est quàm velle habere contra Dei voluntatē sanitatem.

Sequitur vt secundo loco de metaphoricis fortibus habeamus sermonē. Sunt igitur in duplici ista differentia: nā quidam per dare fortes metaphoricē intelligunt, declarare secūdū Deū

Vbi mittentur fortes. Virgil. Aeneid. 6. prope imit. Homer. Iliad. 9. Plaut. Cicero. Iona 1. Hebræi tripliciter Deū cōsulebant.

Apostoli cur sorte Matthiā elegerint.

Aduersus fortilegos quosdam.

Altēr sensus, in quo de fortibus metaphoricis dicitur.

I. opinio de eo quod dicitur: Et dederunt fortes eis, & rel.

Sors è cœlo cur venisse dicitur in electione Matthiæ. Matth. 13.

Sortes dare quid.

1. Reg. 14. Luc. 1.

Esa. 34.

II. ratio pro posteriori sensu.

III. ratio, & ἵψος Græcè quid.

Ephes. 1.

Sap. 8. Sortiri animam bonam, apud Salomonem quid. III. ratio.

vter deberet in Apostolatu præferri. Etsi enim ob eminentiā sanctitatis vterq; primò facillè occurreret dignus; præmissa tamen postea oratione, Deo occultè inspirante, & illorum animos excitante, Matthias dignior, & aptior diiudicatus est. Quia tamen in ea sententiā non sunt secuti carnis affectū: quia sic præferendus esset Ioseph, q̄ esset Christi cōsanguineus, & Apostolorū frater, id est, Iacobi, & Iudæ, & filiorū Zebedæi frater consobrinus: sed secuti sunt impulsus Spiritus sancti, fors è cœlo venisse dicitur: sicut Papa ex alto venire dicitur, licet per electionē fiat promotio. Sortes verò dare, id est, discernere quis debeat honore illo potiri, dicuntur: quia hoc olim sortibus fiebat in Regibus creādis, vt de Saul, & in Sacerdotibus. 1. Paralip. 24. Daud diuisit familias fortibus, & Zacharias teste Luca, sorte exijt vt incensum poneret. Hinc quoq; ab Esaiā dicitur Idumæa sorte data brutis animantibus post vastationē. Ait em: Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram. Deinde cōprobatur hic sensus: quia quod dicitur, annumeratus est cum vndecim Apostolis, Græcè legitur ὀνκάρι + ἵψος, id est, suffragijs additus est, siue cōptatus ad numerū Apostolorum: vbi aperte per suffragia, quæ sortes dicuntur, electū docet: nam Græcè calculus siue suffragiū ἵψος dicitur. Tertio fauet huic sensui, quod Iudæ apostolatus in hoc eodem Petri sermone fors dicitur: Qui sortitus, inquit, erat sorte ministerij huius, & apostolatus; cū tamē sine fortibus à Domino ex mero beneplacito fuerit electus. Paul⁹ quoq; ad Ephesios Diuinā electionē sortē vocat: In quo etiam nos, inquit, sorte vocati sumus, id est, gratia pro Dei voluntate. Et Salomon ait; Sortitus sum animam bonam: id est, Dei adeptus sum dona. Quarto, ille modus per fortes diuisorias eligendi non videtur probabilis, nec ita erat in vsu: & cū essent nobis in exemplū propositi Apostoli, non debebant accurrere ad modum extraordinarium relicto ordinario: & quid opus erat suffragijs Matthiæ, si forte est deprehensus.

Ex hoc igitur sensu elicimus primū, cauendam esse acceptionem personarū, si prælatus est Matthias cōsanguineo Christi, & Apostolorū. Quia etsi cōsanguineo (si dignus sit) cōferri possit dignitas Ecclesiastica (non enim propter cōsanguinitatē perdere illud debet quo dignus est) tamen ob scādalū, vt recte docet B. Thomas, caudū est dare cōsanguineo æquē digno. Secundo, ex hoc loco accipimus, peccatū esse in electione, digniorē sciētē præmittere. Si enim sufficeret dignus, cū vterq; omnium cōsensu dignus existeret, nō opus est aut præmittere orationem, aut vti fortibus.

Secundus sensus metaphoricus est, quo per dare fortes intelligimus, petere signū aliquod sensibile, quo Deus fecerneret quē vellet eligi ex duobus: quemadmodū Num. 17. signo florētis virgæ Aaron factus est summus Sacerdos: & Ioseph in Nouo Testamento, per similem virgam assumptus est in Spōsum Virginis: & Fabianus ingressus, vt videret electionem Pontificis Romani, per colūbam capiti eius insidentem assumptus est ad Papatū: quæadmodum Mediolani Ambrosius, vbi acclamatum est pro eo: Vox populi, vox Dei. Simili signo deprehensus est Nicolaus: nā constitutum erat, vt primo ingresso Ecclesiam nomine Nicolai prædico, Episcopatus conferretur. Ita igne de cœlo emisso ostēssum, quod sacrificium Abel placuisset Deo, sicut illud Manue patris Sāsonis, & boues Helix igni deuorati. Hunc sensum agnouit Dionysius Areopagita, qui in lib. De Eccl. hier. Videtur mihi, inquit, scriptura sortē appellasse diuinū quiddā, & præcipui muneris, per quā illi choro sacratissimo insinuaretur, qui esset Diuina electione declaratus. Hæc ille. Atq; ita fulgore quodā diuino exponit quiddā designatū fuisse à Deo Matthiam, vt Aaron per virgā florētem. Dicta autē signa propterea fortes dicebātur, quia diuinitus declarabant illud, quod ambigū erat de magistratu illo alterutro dando, qd est effectus fortis cōsultorix, vel diuisorix. Ideo apud Gentiles fortes dicuntur diuina responsa: hinc Poëta de oraculo Apollinis dixit:

I. vitium in electione cauendū quod.

B. Thom. 2. 2. q. 63. artic. 2. ad primū tom. 13. Alterum vitium electionis, vitandū.

II. opinio circa illud: Et dederunt fortes eis.

Quorundam electiones factę diuinitus

Gen 4. Iudic. 13. 3. Reg. 18.

Dionys. De Ecclesi. hierarc. c. 5. p. 3. circa medi.

Num. 17. & Heb. 5.

Omnes fortes, quid Gentēs appellabant.

Italiam Lycia iussere capeſſere ſortes,  
Et Lyricus vates:

Horat.

Dicta per carmina ſortes:

Sil. Italicus

Et Silius Italicus:  
Heu fruſtra reditum ſortes tibi ſepè lo-  
cutas.

Predſti tres ſenſus de ſor-  
tibus datis in  
electioe Mar-  
thie in quo  
conueniant.

Atque hi tres ſenſus in hoc coueniunt,  
quod quibus ponit peculiarem Dei af-  
ſiſtentiam, cui innitatur. Sed primus,  
in ſortibus temperatis à Deo: ſecun-  
dus, in oſtendenda cordi electioe:  
tertius, in demonſtranda etiam ad o-  
culum, etſi forte propria, vel ſigno ſen-  
ſibili oſtenſus eſt Matthias. Et ubi de  
Deo eſt fermo, ſortium, vt plurimum,  
metaphorica eſt locutio: ſecus eſt ſi de  
homine contexatur hiſtoria, quia prò-  
priè videtur accipienda. Et vt ſors be-  
nè expectetur à Deo, opus eſt neceſſi-  
tate, reuerentia orationis: nec appli-  
canda ſunt Sacramèta ad temporaria,  
nec vſus ſortium ad ſacras electioes.  
Et quamquam vltimus ſenſus magno  
auctori nitatur Dionyſio, & exempla  
Scripturæ illi non deſint ( etſi mirum  
ſit id ſuppreſſiſſe Lucam: & ſi fulgo-  
re illo cognouerunt Apoſtoli quis eſ-  
ſet eligendus, quid opus fuit vti ſuf-  
fragijs?) priori verò Chryſoſtomus fa-  
ueat & Scripturæ conſuetudo: ſecun-  
dus tamen ſenſus meo iudicio elegas  
eſt, neque testimonijs Scripturæ deſti-  
tutus, aut rationibus, & rem totam e-  
lectione peractam tradit, quæ magis  
nobis imitabilis eſt, quàm quæ duo-  
bus reliquis ſenſibus proditur. Ceci-  
dit ergo ſors ſuper Matthiam, qui vt  
non ambiuit eam dignitatem, ita co-  
gnita Dei voluntate non repugnauit:  
vt Eufebius nolens eſſe Episcopus An-  
tiochia: qui ob id reſte Constantino  
Imperatore, orbis Episcopus eſſe p-  
merebatur. Ioseph quoque iſte dictus  
Barſabas, ob reſuſam indignatus nõ  
eſt, vt olim Cain, quodd ad eius mune-  
ra Deus non reſpexiſſet. Tempore Si-  
meonis Episcopi Ieroſolymæ Theo-  
butus quidam cum reſuſam eſſet paſ-  
ſus ab Episcopatu, ſectam quandam  
conflauit, quemadmodum Valètinus,  
vt refert Irenæus. Et Lutherus noſtro  
ſeculo hæreſim excogitauit, quodd pri-  
uatus eſſet indulgentiarum prædica-  
tione, & prædicationis lucro.

Sors vt bene  
ſuccedat, duo  
requirantur.

Vter ſenſus  
reliquis præ-  
ferendus vi-  
deatur.

Magni Con-  
ſtatini de Eu-  
ſebio Cæſa-  
rieniſi Antio-  
chia Episcopi  
patum recu-  
ſant, honori-  
fica vox.

Gen. 4.  
Theobutt cu-  
iuldam, & Va-  
lentinii hære-  
ſis vnde.  
Iren. lib. 1.  
cont. hæreſ.  
Lutherani  
quoque do-  
gmatis occa-  
ſio.

Dicitur etiam cecidiſſe ſors ſuper  
Matthiam, quaſi acciderit quod mini-  
mè ſperabatur, cū Ioseph, cui tribue-  
rat duo cognomina, quibus inſignis,  
& rarè exiſtimationis fuiſſe indica-  
tur, & conſanguineus eſſet Chriſti, ac  
nonnullorum Apoſtolorum: & tamè  
poſthabitus eſt à Deo, & præpoſitus  
illi Matthias. Vnde admonemur non  
eſſe gloriandum in ſanguinis coniun-  
ctione, neque fidendum, etiam ſi ad  
cælum vſque efferamur hominum o-  
pinione, & eorum iudicio, & ſuffra-  
gijs præſtatiffimi habeamur: ſed hoc  
potius curandum, vt nos Deo probe-  
mus, qui vnicus eſt & legitimus iudex:  
cuius ſententiæ, aut ſtamus, aut cadi-  
mus. Interpretatur autem Matthias,  
donum Dei: quia ſingulare Dei bene-  
ficium eſt Eccleſiæ collatum, bonus  
paſtor: quemadmodum malus, ira Dei  
eſt, & vindicta illius populi, cui in ca-  
put, & Principè tribuitur. Vnde Pro-  
pheta dixit: *Dabo tibi Regem* ( ſcilicet  
malum ) *in furore meo, & auferam in in-  
dignatione mea.* Quia vt per malū de-  
creuit populum flagellare, ita per bo-  
num decreuit populo benefacere, dā-  
do illi tanquam corpori bonum o-  
culum.

Admiremur igitur Dei iudicia: re-  
uerenter colamus Matthiam in Apo-  
ſtolorum numerum coopratum: ele-  
ctionem Episcopi Eccleſiæ vacantis  
Deo precibus commendemus; quam-  
primum, ac nonniſi Dei volūate fieri  
poſtulemus: nemo ſe ingerat, aut ob-  
trudat, ſed expectet Deum, qui nouit  
corda omnium. Nemo doleat quod quaſi  
reſuſam ſit paſſus: quia magno peri-  
culo & labore reddendæ rationis libe-  
ratur. Nemo aſſumptus à Deo, aut in  
ſeipſo quicquā gloriatur, aut ſuæ bo-  
nitati, & ſapientiæ tribuat: quia non  
ſatis eſt vocari Episcopum, aut Car-  
dinalem, aut Papam, niſi opera, & mi-  
nisteria tanto gradu digna perficere  
contendat; præſtante id ipſum Dño  
noſtro Ieſu Chriſto, cui cum Patre, &  
Spiritu ſancto perpetuas laudes, en-  
comia, & gratiarum actiones decan-  
tent vniuerſæ creaturæ in  
ſeculis ſeculorum.  
Amen.

De ſanguinis  
coniunctione  
minime eſſe  
gloriandum,  
quid doceat  
nos.

Quid curan-  
dū nobis ſit.

Rom. 14.  
Matthias  
quid interpre-  
tetur.

Oſe. 13.

Vtilia docu-  
menta qua-  
dam ouibus  
Chriſti, & pa-  
ſtoribus ob-  
ſeruanda.



TRACTATUS XI.

In illa verba: *Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de caelo sonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & impleuit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitæ lingua tanquam ignis. seditque supra singulos eorum: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & ceperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, & cetera, Actor. 2.*

Quò tendat  
B. Lucass.

**B**EATVS Lucas postquã  
numerum militū, & mil-  
ſorum, id eſt, duodecim mi-  
litiæ Chriſtianiæ ducum eū  
alijs ad centū vſque viginti viros no-  
minatos expreſſit: nunc arma, quibus  
fuerunt inſtructi, vt munus tantū ſibi  
conceſſum pro dignitate præſtarent,  
hoc eſt euangelizandi, ſacrificandi,  
remittendi peccata, Eccleſiamq; plā-  
tandi, atque gubernandi deſcribere  
aggreditur. Et hoc quidem initio hu-  
ius capituli, in quo deinde primā Pe-  
tri ad populum habitam cōcionem,  
atque eius ſingularem fruſtam enar-  
rat. Ait igitur: *Cum complerentur dies  
Pentecostes.* Vbi primū aduertendū,  
quoniam homines nonniſi in medijs  
internis ſenſibus, & dona Dei acci-  
piunt, & eorum habent exercitium,  
tempore egent, tum vt mature ea ac-  
cipiant, tum vt eis recte vtantur: quē-  
admodum Angelus indiget æuo, vel  
alia duratione: Deus ſolus æternus  
eſt, & ſemper diues, ideo nullam tē-  
poris, aut æui durationem expectat.  
Apoſtoli autem ad hoc tantum donū  
cum fruſtu percipiendum nonnullis  
diebus vſque ad Pentecoſtē indiguerunt:  
quo tempore acceptis muneribus  
benè vſi ſunt, quod plura mereren-  
tur accipere. Græca autem lectio ha-

Cur niſi poſt  
impletos dies  
Pentecostes  
venerit Spi-  
ritus ſanctus  
in Apoſtolos

bet: *Kai in τῷ συμπληροῦ θει τὴν ἡμέραν τῆς  
Πεντηκοστῆς:* hoc eſt, Cū impleteretur  
dies Pentecoſtes: ita vt dies, ſit nomi-  
nandi caſus ſingularis numeri, & Pe-  
tecoſtes genitiui caſus. Vnde Pentecoſte  
non accipitur pro quinquageſi-  
mo die ſine reſpectu ad feſtum, quia  
explicuiſſet terminum, à quo incho-  
da eſſet illius diei ſupputatio: quem-  
admodum quando dixit, *Per dies qua-  
draginta apparetis eis,* ubi expreſſe po-  
ſuit terminum à quo incipiendum,  
nempe à die, quo præbuit ſe ipſum  
vium, hoc eſt, à die reſurrectionis.  
Prætereà non reliquiſſet interpres vo-  
cem illam Græcam Pentecoſtes mi-  
nimè interpretatam, ſi non reſpice-  
ret ad feſtum, vel hoc loco, vel Act. 20.  
vel. 1. Cor. 16. Deinde non videtur Lu-  
cas de Chriſtiana Pentecoſte loqui,  
id eſt, de quinquageſimo die à Chriſti  
reſurrectione vtròque die extremo  
ſupputato, vt exiſtimat Caiet. tū quia  
forte quādo Luc. ſcripſit hæc, nondū  
erat tale feſtū in Eccleſia inſtitutū; tū  
etiā quia ſaltem in primo die nõ erat  
feſtū Paſche Chriſtiani; tū deniq; quia  
nequaquā intelligeretur, cū res illa in  
vſu non eſſet. Quāobrem neceſſariò  
accipitur p Pentecoſte Iudæorum, ſeu  
feſto hebdomadarū ad beneficiū legis  
acceptæ, & nouarum frugum inſtitu-

De qua Pen-  
tecoſte hic  
ſermo ſit.

Primus ſen-  
ſus, improba-  
bilis ſed ille.

Act. 2.

Secūduſ ſen-  
ſus, qui etſi  
nõ recipitur.

Caietan.

Qua die Apostoli acceperunt Spiritum sanctum.

Christus quo die mortuus sit, quoque resurrexerit.

Iosephi.

Qua hora su peruenit Apostolus Spiritus sanctus Act. 2.

to: de quo Exod. 24. Leuit. 23. Num. 28. ac Deuter. 16. quoniam Spiritus sanctus infusus est Apostolis die Dominica. Ita enim Ecclesia celebrat suam Pentecosten, id est, quinquagesimam a resurrectione Christi, quae accidit in Dominica die: tot enim sunt dies a 27. Martij, in qua Christus resurrexit (nam in. 25. eiusdem mensis mors Christi incidit) ad. 15. Maij, cuius. 5. fuit Ascensio die Iouis. Ergo quinquaginta dies praedicti excurrunt: quinquagesimus autem dies eadem die recurrit semper, a qua coepit. Si primus enim, v. g. incipiat a die Lunae, quinquagesimus recurrens erit dies Lunae: si die Mercurij, quinquagesimus erit dies Mercurij. Ideo, quia in die Dominica, qua Christus surrexit, computandi sunt quinquaginta dies, in eadem die incidet Pentecoste Christiana. At vero dies Pentecostes Iudaeorum, quia supputandus erat a secunda die Azymorum, ut indicat caput 23. Leuitici, cum dicit, Altero die Sabbati, & caetera, prout docet Iosephus libro. 3. Antiquitat. cap. 13. & quia in prima non poterant metere manipulum offerendum ob solennitatem primae diei Azymorum, quae erat magna reuerentia venerabilis: sequitur, quod si eo anno dies agni, siue Paschae fuit vespere, siue nocte Iouis per totum diem Veneris sequentem, ad inueniendam Pentecostem Iudaeorum supputatio debuit fieri a vespere Veneris, quae incipiebat secunda die azymorum: atque ita in vespere Sabbati impleta esset secunda dies Azymorum, & solennitas Pentecostes Iudaeorum; & ita venisset ventus nocte, & mane ignis. Verum quia simul narratur venisse cum igne ventus, quod Dominica circa horam tertiam accidit, fit ut videatur verosimilius dicere, Pascha ob traditionem anno illo accidisse circa vespere Veneris, & a vespere Sabbati usque ad vespere Dominicae supputandum esse primum diem ad Pentecosten usque, qui finem habuit in vespere Dominicae diei. Et ita complebatur mane, cum venit Spiritus sanctus, Pentecoste Iudaeorum, de qua praeterierat tota nox, & tres

horae lucis subsequentes: quia Spiritus venit circa horam diei tertiam, & ob solennitatem potuit adesse populus tanto spectaculo. Si autem fuisset festum agni, siue Paschae vespere die Iouis, proculdubio vespere die Sabbati completus esset dies Pentecostes, & non diceret Euangelista, Dum compleretur, sed, Dum completus esset.

Quare ut solennitas Pentecostes Iudaeorum a nostra Pentecoste expellatur, sicut a Pascha nostro exclusum est Pascha vetus, & Sabbatum a nostra die Dominica, vel exponendum est illud, Cum impleveretur dies Pentecostes, id est, die immediatè sequenti a completionem, quia etiam a vespere Sabbati usque ad Dominicam Sabbati sub vespere intrabat Pentecoste Christiana. Vel fortasse magis pressè, & luculentius rem examinando, dicendum est, non simpliciter septem hebdomadas dierum computandas a vespere immolati agni, sed a mane diei sequentis, id est, primi diei Azymorum: quia ubi nos habemus bis Leuit. 23. Altero die Sabbati, Hebraea habent Mimacharat asabath, id est, in crastinum Sabbati, aut die sequenti festum Paschae nocte praecedenti celebrati. Et pro eo habent Septuaginta, non discedentes ab Hebraeis: *Τῆν ἑνάυτην τῆς πρώτης τῶν σαββάτων*: hoc est, in crastinum primae Sabbatorum: quod rectè expressit interpres, dicens: Altero die Sabbati, id est, illucescente die, quae Sabbatum sequitur. Ita etiam Hebraea, & Graeca habent Iosue. 5. ubi dicitur quod fecerunt Phaspe. 14. die mensis ad vespere in caepstribus Iericho, & comederunt de frugibus terrae die altero, id est, crastino sequenti; & Vatablus vertit: Postridie Paschatis, hoc est, 15. die mensis primi.

Et confirmatur hic intellectus ex illo Num. 33. initio. Profecti igitur de Ramesse mense primo. 15. die mensis primi fecerunt altera die Phaspe, ubi Vatablus habet: *Postridie Phaspe, seu postero die quam immolatus esset agnus Paschalis*: ubi eadem in Hebraeo, & Septuaginta interpretum Graeca lectione habentur quae superius. Nec erat

Quid est: Dū compleretur dies Pentecostes.

Alter sensus pressior, ac luculentior.

Franc. Vatablus.

Quid iunct posteriorem huc sensum.

Idem.

Que opera seruata olim licebant in Sabbato.

Quo sensu Iosephus, dies Pentecostes alleat a secunda die Azymorum incipientes computari. Ioseph. lib. 3. Antiquit. cap. 13.

Die a resurrectione Domini quinquagesimo cur missus Spiritus sanctus Prima ratio. Quadragenarij Sacramentum numeri, ac duodenarij. Exod. 19.

illicitum illo metere segetem, & ferre manipulum spicarum primitias messis ad Sacerdotem: quia erat res sacra, & a Deo praecipua: si licebat eodem die praeparare necessaria ad edendum, ut dicitur Exod. 12. Si ergo enumeranda sunt septem dierum hebdomadae non a nocte Paschae, nec ab altera die, vel secunda Azymorum, sed ab ipsa prima die post oblatum manipulum, hoc est, a meridie eius, Pentecoste Iudaeorum incidat a meridie Sabbati usque ad meridiem Dominicam diei sequentis, ante cuius completionem hora tertia diei venit Spiritus sanctus, cum tres tantum alterae horae superessent Pentecostes Iudaeorum. Et haec suppositio videtur perfectissima, & Textus Leuitici verbis, ac Lucae conuenire, ac proinde praeter ceteris amplectenda. Et in hunc sensum interpretandum est quod Iosephus ait, dies Pentecostes incipientes computari a secunda die Azymorum: quoniam re vera de prima die Azymorum, computando a vespere agni immolati, iam ferè praeterierant. 18. hora, & sex tantum illius deerant complenda. Prior tamen sensus videtur precellere. In quo non debet quis mirari, quod quinquagesimus a resurrectione dies concurrat cum quinquagesimo Iudaeorum: quia fuit noster quinquagesimus a resurrectione Christi, computatis extremis; ille autem Iudaeorum fuit quinquagesimus non a die ipsius agni, sed a sequenti die, videlicet secunda incipiendo a vespere ad vespere, in qua diem propter traditionem dies Paschae fuit commutatus. Fuit autem hic dies aduentus Spiritus sancti congruus maxime. Primo, quia post quadraginta dies praesentiae suscitati Christi, & decem absentiae orantis in caelo per verbum internum, & externum, in oratione erant dispositi ad Spiritus susceptionem; & per consilia Evangelica significata in quadraginta, & decem praecipua in numerum denarium. Deinde congruebat, ut responderet figurae legis res ipsa figurata: ut enim illa post quinquaginta dies ab egressu de Aegypto scripta fuit in tabulis lapideis, ac du-

ris, ita post quinquaginta dies a Christi resurrectione haec scripta fuit in tabulis cordis carnalibus, quae olim tamen fuerant lapideae: sed exprobrauit Dominus incredulitatem illorum, & duritiam cordis, ut fierent carnae, secundum illud Propheticum: *Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Et Spiritum meum ponam in medio vestri.* Tertio, quoniam Apostoli apti erant per ea quae diximus, ad plenam remissionem peccatorum, atque omnis etiam poenae temporalis expiationem combusti per ignem Spiritus sancti: quinquagesimus autem, ob septem hebdomadas dierum praecedentes, Spiritus plenam significat remissionem delictorum. Quarto, quia tunc in Iudaea erat tempus primitiarum messis, ut dicitur in Leuitico. 23. & ita licebat nouis frugibus edere. Et Apostoli prima messis Christi sunt, sicut qui tunc in Ecclesia baptizabantur, & primam albam messis messores, primique bellatores, ac duces: ac proinde tempore quo solent Reges ad bella procedere, armis muniti sunt Spiritus. Et ita tam Deus, quam ipsi Apostoli vesperebantur nouis frugibus. Quinto, ut congrue per. 50. dies caelestis gloriae designentur habere plenitudinem Spiritus sancti: quemadmodum via ad illam, commodè per quadragenarium numerum representata, in quinquagesimo vero, siue vno die illo postremo, qui ad octauam spectat, non inepte quies, & resurrectio corporum denotatur.

Porro partes quadraginta, quae aliquoties sumptae ipsum numerum integrum reddunt, efficiunt quinquaginta; istae vero sunt. 20. 10. 8. 5. 4. 2. 1. Quia ut egregie docet Beda, via coparatur nobis terminum gloriae. Sequitur in Textu: *Erant omnes pariter in eodem loco.* Omnes, vocat ceterum & viginti dictos: & omnes erant, ut totus Spiritus sanctus venit, id est, eximia, atque perfecta eius communicata sunt dona. Secus cum datus est decem Apostolis deficiente Thoma. Et erant pariter, vna mente, & vno animo orantes. Nam factus est in pace locus eius. Erant etiam in eodem loco coenaculi, in

Infra. 31. & 24. 2. Cor. 3. Marc. vlt. Ezech. 36.

Tertia ratio.

Dies quinquagesimus quid denotet.

Quarta ratio

Prima messis Christi quae. Ioan. 4.

2. Reg. 11.

Quinta ratio.

Numerus quadragenarius quotis partibus consistit. Bed. in Act. tom. 5. Act. 1.

Quid est: Et erant pariter omnes in eodem loco. Ioan. 20. Psalm. 75.

eâdem domo. Vnde stabilitas, & vis impetrandi Spiritum sanctum. Et in loco alto, id est, excelsa, & creata mente fundebant preces ad Patrem pro Spiritu bono.

Vnde probari videatur, non tantum Apostolos, sed etiam Virginem Deiparam cum alijs pijs foemina sancto Penre costes adstitisse mysterio. Act. 1. Luc. 11.

Quae sacrae imagines Domini matrem Apostolorum in medio pro Spiritu sancti aduentu deprecantem, quam illae pie sint, & tantae Virginis honorificentia dignae.

Ioan. 19.

Act. 2. Ioel. 2.

Cum superuenerit olim Spiritus sanctus in Virginem, quid eo nunc rursus indigebat.

Ioan. 20.

Dubium est, an Mater Domini interfuert huic mysterio cum alijs mulieribus? Et proculdubio sentiendum est adfuisse. Primo, quia capite primo dictum est, omnes Apostolos simul perseverasse in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Iesu, & fratribus eius: modo autem orabant pro aduentu Spiritus sancti: debuit ergo adesse, ut perficeret eorum preces. Deinde dicitur: *Erant omnes pariter in eodem loco*, siue vnanimes, ut Graecus codex habet (plurimum enim concors petitio efficacius impetrat quod volunt a Domino) non ait, omnes Apostoli, sed simpliciter, omnes, scilicet centum viginti cum mulieribus. Tercio id probant Ecclesiae picturae, quae matrem Domini in medio Apostolorum orantium depingunt, etiam si quidam ex haereticis de hac pictura doleant, quod illi meliorem locum quasi Collegij Apostolici principi tribuat. Quasi vero illa non esset omni honore dignissima, & Apostoli illam non omni cultu venerarentur, tanquam matrem Domini, & suam, cum vni dixerit illorum, Ecce mater tua. Quod confirmatur: quia Petrus in concione reddens rationem huius mysterij, ostendit per Prophetam, Spiritum sanctum non tantum pro viris, sed & foeminis communicandum: *Et erit, inquit, in nouissimis diebus; effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Et explicando quid sit omnis caro, subiungit: *Et prophetabunt filij vestri, & filiae vestrae; & iuuenes vestri visionem videbunt, & seniores vestri somnia somnabunt. Et quidem super seruos meos, & ancillas meas effundam de Spiritu meo.* Nec obstat, quod in illam olim superuenerit Spiritus sanctus in Verbi Dei incarnatione: quia ut in Apostolos datus est Spiritus sanctus in flatu: *Accipite, inquit, Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, & caetera:* & postea receperunt in forma linguae igneae, augendo in illis dona

inchoata: ita & Mariae accidit, quae meritis nouis semper augeri, & locupletari poterat, ut ea in nos postea effunderet. Quod si vrgeas, cur non sit expressum ibi tunc adfuisse; respondebo, illud satis fuisse superius expressum, vel ob id factum, quia Spiritus sanctus venit sub igneae linguae specie, ut efficeret Apostolos feruentis praedicatores Euangelij: foeminae autem, & ipsa Christi mater, non erant instar Apostolorum praedicaturae Euangelium. Sicut et si interfuert cœnae Dominicae, quando lauit pedes discipulorum, non tamen exprimitur, ut conuiuiae fuerint, sed ut spectatrices diuinorum mysteriorum, ut est pietati consonum credere: & in eas non erat potestas illa magna consecrandi communicanda, quae solis Sacerdotibus competit. Adde, quod et si mulieres non essent euangelizaturae, debebant tamen non minus quam viri Christi Fidem coram hostibus confiteri, & usque ad mortem tueri, ut multae martyrio praeclearae foeminae fecerunt: & ad hoc opus non fuit Spiritu sancto. *Et factus est repente de caelo sonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis.* Sonus hic vel suavis extitit, ab Angelis in aere effectus: quemadmodum Ioannes Euangelista audiuit sonum citharæ citharizantium in citharis suis: quod arguit, quod sedebant, nec territi sunt; vel insuauis, quasi tonitruum, ut timor aliquis inde genitus ad amorem introduceret. Verbo autem sedendi, habitationem intellige. Dicitur autem repente venisse: quia nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia, & opus Dei momento perficitur; & eo quod non esset naturalis, ipsisque pro eo tempore minimè cogitantibus, nec actu orantibus, etiam si paulò ante orassent, ne sibi Apostoli tribueret, quod merita, & vota omnium excedebat. Et sic solet plerumque deuotionis Spiritus ad nos venire, licet ad praecedentem orationem. Quia ergo naturalis non fuit, ideo a Deo per Angelos genitus est hic sonus de caelo aereo, a quo sonitus per loca superna domus, ut caminos, ac fenestras, ingressus est:

Id quare subticuerit sanctus Lucas.

Ioan. 13.

Secunda ratio.

Sonus de caelo factus in die Pentecostes qualis fuerit.

Apo. 14.

Quid quod erant sedentes.

Cur dicitur repetè factus de caelo sonus.

Act. 1.

Quid Apostolis contulerit in die Resurrectionis, quid modo caelitus datus Spiritus sanctus.

Ioan. 20.

Hic Spiritus vehementis qualis extitit.

Idè quid significauerit.

Matth. 17.

Act. 9.

Per flatum, siue ventum Apostolorum domum intrantem Spiritus sanctus cur delineatus.

Simile.

1. Cor. 15.

Gal. 5.

Rom. 8.

Magnes quis

Cur repleuerit totam domum aduenientis Spiritus.

quemadmodum a Deo veniebat Spiritus ad Dei dilectionem: sicut in terra positus insufflauit in Apostolos Spiritum ad dilectionem proximi. Addit: *Tanquam aduenientis Spiritus vehementis.* Graecè est *ὡς πνεῦμα ἐπιρριπνὸν ὡς ὄχλος βιάων*, id est, tanquam adueniente vento, flatuue violento. Non enim meminit *πνεῦμα ἄγιον*, sed *πνεῦμα*. Non ergo productus est hic sonitus de foris, sed ibidem, sed quasi de foris, & de superius veniret. Spiritus porro vehemens, siue ventus, est similis illi, qui clausus est in nube, vnde prodeunt tonitrua, vel qui inclusus est in bombardis; nam hic magnum fragorem, atque stuporem efficit. *Et repleuit totam domum, ubi erant sedentes.* Sonitus ille simul cum Spiritu, & claritate totam domum repleuit: fuitque victoriae, & laetitiae symbolum, ob quae exonerari solent tormenta bellica; vel quasi initium belli spiritualis fuit, quo solent hostes mutuo se bombardis salutare: ita hoc mundani, & daemones perterriti facti sunt. Quanquam etiam non verat dicere, Apostolos non nihil terrosos fuisse, quemadmodum olim in Trásfigurationis voce, & Paulus in conuersione sua. Fieri quoque potest, ut Deus reddiderit eis sonum suauem eos intus serenantem, & ad reuerentiam Spiritu aduenienti exhibendam mouentem. Et in hoc flatu, siue vento in Apostolorum domum irruente significatus est Spiritus sanctus, quatenus donat initia vitae spiritualis. Nam ut animalia sanguine praedita ob calorem non viuunt sine flatu, & respiratione: ita homines post amissum spiritum Adae primo collatum non viuunt, nisi a secundo accipiant Spiritum viuificantem, sine quo animus noster, atque eius actiones mortuae habentur. Hinc Paulus: *Si viuimus Spiritu, & Spiritu ambulemus; & Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt.* Vt enim ferrum spiritu magnetis quasi viuens, attrahit ut magnes aliud ferrum: ita etiam qui Spiritum Christi habet, & viuunt ipse, & alios ad Iesum attrahit.

Repleuit autem totam domum, ut etiam vicini audirent, & in typum

quod replet Ecclesiam, atque etiam animum cuiusque. Hic ergo Spiritus desiccatur aquas maris Rubri peccatorum, & aquas diluuii poenarum, educitque aquas gratiarum Aegyptios submergentium, & coturnices consolantes Israël: nam illa omnia vento perfecta fuisse, commemorat Scriptura. *Et apparuerunt illis dispersa lingua tanquam ignis, seditque supra singulos eorum.* Praeter symbolum flatus, siue venti, adhibuit & alterum ignearum linguarum, quod magis tot signis diuini Spiritus maiestas, beneficentiaque nobis patefceret.

Dicuntur igitur apparuisse, forte exeuntes e loco tonitruum, ut fulmen e loco nubis descendit. Dicuntur apparuisse eis: nam etsi alieni forsitan adfuisent, non eas viderunt tamen, sicut comites Pauli, qui vocem loquentis cum eo audierunt, at Christum non viderunt: & vox ad Christum facta: *Et clarificauit, & iterum clarificabo*, quibusdam visa est tonitruum. Linguae porro visae sunt dispersae, siue diuisae, licet forte haberent eandem basim, ut plura folia eundem ramum, ut significaretur ab vno spiritu prodire varia dona, variosque donorum vsus. Et hoc, *Tanquam ignis*, Ignis est gignendi casus, perindeque est, ac si dixisset, igneae. Erat autem aer imitans ignis lucem & calorem, quemadmodum pyropus flammam imitatur: sicut etiam ignis rubi a Moysse conspectus ignis apparebat, sed non comburebant. Sunt etiam tanquam vermes, qui noctilucae dicuntur: trunci quoque quidam putres, qui noctu ad ignis lucem accedunt. Rursus addidit sedisse supra singulos eorum. Spiritus in acervo linguarum apparebat: eiusque sessio denotabat stabilia esse dona quae dabat, nisi nostro vitio ea respuamus: maiestatem quoque eius, qui a nobis non est iudicandus, si spiritualis omnia diiudicat. *Seditque supra singulos eorum.* Id est, totus in quouis: quia totus Christus, & omnia eius mortis merita, ac proinde totus Spiritus, cuius applicantur. Eratque supra singulos eorum, quia ad literam capita singulorum subinde

Exod. 14. Num. 11.

Quomodo apparuerint dispersae linguae tanquam ignis.

Quibus apparuerint dispersae linguae.

Act. 9. Ioan. 12. Cur visae fuerint dispersae linguae.

Quomodo rã quam ignis.

Exod. 3.

Quod sederit supra singulos eorum Spiritus sanctus quid denotet.

1. Cor. 2.

Quomodo sederit supra singulos eorum.

illuminabat: vel erant potius multi linguarū acerui, quibus domus quasi incensa videbatur: & ita quisque suū aceruum habebat. De hac Spiritus in linguis igneis & dispersitis apparitione ita philosophatur Gregor. Nazianzenus oratione in sanctam Pentecostē: *In linguis, ait, Spiritus datus est, propter communionem quā cum verbo habet. Ignis autem, quero vtrum per purificationem. Sciebat enim verbum, & ignem nobis, purgatiuum, quemadmodum si quis voluerit, multipliciter dicere potest. Aut propter essentiam: nam ignis est Deus noster, & ignis consumens malitiam, licet iterum suspirans, consubstantiali, indigneris. Diuisis autem linguis propter gratiarum diuersitates. Sedentes autem, quia id regium, & propter requiem in sanctis: quoniam & Dei thronus Cherubim. In loco autem superiori (ne curiosior quam oportet esse videar) propter ascensum illorum qui eum suscipiunt, & a terra elevationem. Haec tenet ille. Quod verò ignea linguae infederint super capita illorum, ita pōderat Ammonius Alexandrinus in Commentarijs suis super Acta Apostolorum: quia Apostoli ordinabatur orbis magistri, huiusmodi verò ordinatio non fit nisi in capite; idcirco merito super caput linguas susceperunt. Et hac etiā de causa charisma linguarum ante alia charismata eis donatum est. Haec ille, alludens ad ritum antiquissimum Ecclesiae, qui in Episcoporum ordinatione obseruatur. Nam moris est, & erat in ordinatione Episcopi Euangelia aperta super caput eius imponere: vt tradit B. Anacletus, & Clemens lib. Cōstitut. Apostolicarū, & Dionysius Areopagita lib. de Ecclesiastica Hierarchia: quae ceremonia cum per traditionem ad nos peruenerit, non nisi impudenter, & calumniosē reijcitur ab haereticis. Pulchrē autē ignis Euangelij est symbolum, de quo Dominus dixit: *Ignis veni mittere in terram: & quid volo nisi vt accendantur?* Vt autē Spiritus sanctus in signo venti, flatusve apparuit, quatenus principium vitae spiritualis nobis praestat: ita in linguis igneis, in quantum largitur eius vitae robur, atque profectum. Nam*

Gregor. Nazianzen. Ignis linguis Spiritus sanctus cur dat. test. Nazianzeno.

Deuter. 4.

Haec linguae cur infederint capiti singulorum, Ammonio teste. Ammon Alexand.

Rit. olim, ac modo sacrandi Episcopi qualis erat.

Anaclet. epist. 1. Clem. Rom. lib. 8. Constitut. Apostol. cap. 2. Dionys. Areopag. De Eccles. Hierarch. c. 5. Ignis quid mysticē. Luc. 12. Spiritus sanctus in lingua quā pulchrē delineatus.

quemadmodum lingua nervo paruo per eam, & palati anteriorem partem sparso, omnes saporos discernit, vt malum & noxium proijciat, bonum & dulcem amplectatur: eadem ratione habens Spiritum sanctum, quae Dei sunt, gustat, & animi stomachum traiecit, quae verò carnis sunt, ac sensus, respuit, & declinat. Vnde Paulus ait: *Animalis homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spiritualiter enim iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur.* Et Dilectus in Catholica Epistola: *Ipsi de mundo sunt, idcirco de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos.* Deinde vt lingua iuuat ad mandendum cibum, & ad primam quam vocant digestionem, & tanquā quaedam manus exponit dēribus molenda, contritaque deglutit: ad eum modum Spiritus in nobis deglutit diuina dona, ignea, lucida, alta, fortia, à corruptione remota, atque spiritualia. Et quia ignea est haec lingua, digerit Dei charismata, atque ita paruulos per Baptismum hac lingua nutrit, & corroborat: ita vt qui olim metuebat mori, pro Christo etiam vitam exponere non formident. Adhuc lingua haec erudit, & in doctis Spiritus sancti verbis eloquentes reddit: ad quod nec alligata est à parte inferiori, id est, à carne, ne sit laesa, literam S, hoc est, sanctitatem nesciēs proferre, nec ad pronuntiandam R elementum, id est, rectum, apud homines reddatur inhabilis. Est mobilis lingua, ita Spiritus collustrat omnia. Est longa, quia Spiritus attingit vsque ad finem fortiter. Alba, quod attinet ad carnem, sed rubet venis: quia sanctus, & castus praestat amare. Habet orificia duo, vnde progreditur salua, id est, Patre, ac Filium, à quibus oritur Spiritus sanctus. Latrat, & latrare facit in fures haec lingua, id est, in hereticos, & mundi amatores. Lambit plagas Lazari, id est, peccatorum in his, qui misericordiam fratribus praestant: vnctio eius saluae docet de omnibus. Est flexibilis, quia se omnibus accommo-

Hebraeus Spiritus sancti qualis ille.

1. Cor. 2.

1. Ioan. 4.

Secunda ratio eius similitudinis, sancti scilicet Spiritus in lingua.

Tertia ratio

Linguae proprietates mysterio seruientes explantur plurimae.

Sap. 8.

Luca 16.

1. Ioan. 2.

dar.

dat: huius linguae pars subtilis, gratia est, quae hominem iustum apud Deum facit, sicut pars crassior est munus gratiae datum, quod accipientem reddit commēdabilem apud homines: licet sit veluti aes sonans, aut cymbalum tinniens. Denique vt Salomon ait, *Mors, & vita in manibus linguae:* quod et si de sensibili lingua intellectu sui commodum habeat, quia videlicet lingua bona placabilis, aut Eucharis, vt vocatur ab eodem Sapiente, lignum est vitae, ita lingua maledica mortem efficit: tamen de hac lingua spirituali acceptus ille locus illustrē habet sensum. Nā qui hac lingua praeditus est, viuunt Deo; qui verò illa destitutus est, Deo non viuunt: quia qui Spiritum Christi non habet, hic non est eius, & hic in iudicio reposecete rationem ab eo, obmutescet, quemadmodum dicitur in Euangelio de eo, qui in conuiuio non habuit vestem nuptialem: at ille obmutuit. Quicumque etiam hac lingua caruerit, māducabit linguam suā praefame, ac rabie. Hac lingua loquitur Deus ad nos: quia per Prophetas, & Apostolos locutus est Spiritus sanctus, & hac illam alloqui debemus: nam cum oramus, quid sit petendum, nescimus, nisi Spiritus adiuuet infirmitatem nostram. Nullum in homine membrum erat, quod Spiritus sancti gubernaculis magis indigeret, quam lingua: linguam enim nullus hominū domare potest, inquietū malum, siue, vt Graecē dicitur, incoercibile, plena veneno mortifero. Praeterea quia lingua haec erat ignea; deteguntur in ea virtutes Spiritus sancti, qui vt ignis illuminat mentes, eleuat in caelum, diuino amore incendit; coniungit malē diuisos; diuidit malē cōiunctos; purgat à scoria peccatorum, vt in Apostolis liquidū est. Et respectu doni Spiritus collati in Baptismo, est tanquam ignis ad aquam; licet excellat in integra columba, id est, Spiritu pleno gloriae, quod Dominus solus habere potuit. Est enim columba sine bello, & felle peccati, & amaritudinis, atque cum gustu optimorum granorum quibus vescitur; quem Spiritum vt suscipere pmereamur, dicere po-

1. Cor. 13. Prover. 18.

Supra 18.

Eius dicit: Mors & vita in manibus linguae, Spiritus illi intelligenti apto nitur.

Rom. 8.

Matt. 22.

Apocal. 16. Quae lingua nos Deus alloquitur.

Rom. 8.

Linguae malum Iacobo teste quantum Iacobi 3.

Tertia ratio cur Spiritus sanctus ignea apparuerit in lingua.

Idē Spiritus cur in specie columbae capiti Christi infederit. Matth. 3.

terius: Quis dabit mihi penas sicut columbae: & volabo, & requiescam? Et cum ramo oliuae, id est, pace renuntiabit diluuium mortalitatis cessasse. *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto.* Omnes ministri intellectu, affectu, atque sensu dilatatis, quantum capaces erant, acceperunt dona Spiritus sancti significata per flatum, & linguam ignea: imò ita alia dona aliās accepta in baptismo, & quae in illos insufflās dixerat: Accipite Spiritum sanctum, excedentia, quantum ignis aquae, & aëri praecellit. Beatissima Deiparam antea Spiritu plena erat, vt siquid de integro acceperit, illud vt in nos tantū effunderet, hauserit: quemadmodum Christus à momento conceptionis plenus gloriae, & gratiae, & veritate, in circumcisione, vel in baptismo licet magnum nobis meritum compauerit, & se in exemplum imitandum proposuerit, nullum tamen gradum aut gratiae, aut gloriae est consecutus. Exauditus est autem Dominus Iesus ascendens in caelum, inde mittens ad nos pignus corporis, quod à nobis accepit, hoc est, Spiritum suum, qui linguas peccatorum incenderet, & mutatio linguae illam cordis secuta esse proderetur. *Et ceperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui eis.* Signa adhibuit Dominus magna ratione in initijs Legis Veteris, ac Nouae; quia persuadent fidem suscipere incredulis, credulis verò docent, atque confirmant. Postea verò remansit substantia religionis illis sublatis: nam cessarūt signa Sacramentorum, mansereque ipsa Sacramenta: mali verò ceremonias sine Spiritu retinere nituntur. Et vt tempore Heliae non in Spiritu, vel in igne, vel in commotione, hoc est, in externis, sed in sibilo aurae tenuis, hoc est, in internis fuit Dominus: ita etiam Spiritus non fuit in externis ceremonijs Legis, sed in interna dispositione noui Testamenti. Ceperunt igitur Apostoli rudes varijs linguis loqui, quia postea longo tempore in plantando, & scriptis consignando Euangelio illo linguarum dono sunt vsi. Linguae autem tot fuere fortasse,

Psal. 54. Genes. 8.

Quomodo sint omnes repleti Spiritu sancto in die Pentecostes.

Ioan. 20.

Quomodo plena erat Christi mater, Spiritum sanctum quare tunc accepit. Supra 1. Luca 2.

Exod. 19. Cur in initijs veteris legis, ac nouae signa adhibuerit Deus?

3. Reg. 19. Spiritus aure tenuis, quem sensit Hellas, quid mysticē

ac tam

Quot appa-  
uerint Apo-  
stolis disper-  
tae linguae

Quare dicitur  
fit: Prout Spi-  
ritus sanctus  
dabat eloqui  
illis.

1. Cor. 1.

Gen. 11.

Quomodo  
fuerit spiri-  
tuale Hiero-  
solymae aedi-  
cium expedi-  
tum.

Esai. 50.  
Supra. 49.  
Ephes. vlt.

Quemadmo-  
dum Spiritus  
sanctus dabat  
eloqui Apo-  
stolis.

Psal. 103.  
& Hebr. 1.

Hodie qui a-  
butantur do-  
no linguarum.

Trium lingua-  
rum dono ad  
Ecclesiae aedi-  
ficationem v-  
tatur qui be-  
ne & salubri-  
ter.

ac tam varia, quot erant illa eorum, quibus erat: verbum Dei Evangelizatum. Quoniam vero stulta cogitari poterat, ac vanitatis plena illa praedicationis, propterea subiunxit, *Prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis*: nam ille & materiam porrigebat, & modum, rationemque loquendi. Quare Apostoli iudicandi a quoquam non erant tanquam musto pleni, & quia scopus erat per stultitiam praedicationis, saluos facere credentes, melius etiam nativa lingua utebantur quam peregrina. Et vel vnus acruus linguarum, quot eo tempore erant, satis fuisset illuminare. Et vt confusione, & ignorantia linguarum impeditum est edificium Babylonis, nam miraculo obliuioni tradita propria, nouam discere linguam cogebantur; ita aedificium Ierosolymae cognitione, & coniunctione linguarum expeditum est, quia arma regni Christi verbo Dei continentur: *Domini*, inquit, *dedit mihi linguam eruditam*; & alio loco; *Posuit os meum quasi gladium acutum*: & Apostolus vocat gladium Spiritus, verbum Dei. Ceperunt igitur loqui, propalantes ignitum suum finem, id est, cor. Dabat autem Spiritus eloqui illis facile, & ex tempore, & ad rem, & ad corda auditorum commouenda: quia Deus ipsa natura nobis magis est naturalis, quemadmodum pellis vncta naturalius flectitur, ita ministri vnctione Spiritus sancti, flecti se sinebant ad id quod volebat Spiritus. Vnde dicitur: *Qui facit Angelos suos, spiritus: & ministros suos, ignem vrentem*. Multi hodie habent donum trium linguarum, sed non eo vtuntur, prout Spiritus sanctus vult illis praeditos loqui. Na quidam abutuntur ad superbiam, & inanem gloriam, dum docti volunt haberi. Multi quoque ad subuersionem veritatis, quemadmodum nostri seculi haeretici, qui ad inuertendam doctrinam Euangelicam, passim in ore habent: Aliter habetur in Graeco, aliter in Hebraeo, & in his penè tot sunt interpretes, quot viri docti. Pauci vero vtuntur hoc dono ad aedificationem Ecclesiae: qui videlicet Scripturam germanam lectionem aut ab haereticis,

aut librariorum negligentia corrumpam, aut alio quouis casu inuerram, aut ex Hebraeo, aut ex Graeco fonte synceram restituant, aut iam receptam a Patribus, & Ecclesia lectionem, acutè linguarum tuentur praesidio: inter quos maxime excelluit Hieronymus, atque alij ex Patribus Latinis.

Ex his accipere possumus nouae legis ad antiquam compositae differentiam: nam noua domi data est, quia Deus nobis domesticus; illa vero in monte intractabili: haec in sono, & igne suaui neminem laedente, qui referebat zelum, & amorè: illa in terribili fonitu, & fumo, & igne, & fulgure. Haec omnibus appropinquantibus communicata est, illa soli Moyse ascendenti data. Haec in cordibus infusa cum sapientia, & linguis, & modo eam in alios transfundendi, illa accepta est in tabulis lapideis, corde in ignorantia, & infirmitate manente: *Quis det, inquit, talem eos habere mentem vt timeant me*, &c. Et lingua cognitionem habet cum verbo, quemadmodum Spiritus cum Christo. Ac mirè fuit cita, ac praepropera Spiritus operatio praeter ea Christi hominis: quia illa Spiritus in momento contulit omnia, illa vero Christi paulatim, & per temporis intervalla: vnde dicebat: *Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo*. Circa veterem legem multa externa acciderunt, pauca interna: contra vero hic multa interna, pauca externa extiterunt. Nec tantum solis linguae datae sunt Apostolis, sed etiam alijs praeter illos, qui etiam praedicaturi erant, vt Act. 8. 10. & 19. habetur. Et quia cuius data est lex Christi, ideo non opus fuit vt multi eius legislationi adfuerint. Secus illi Moysi. Denique Christi lex ab illa Moyse distinguitur in minori externo apparatu, ac pompa: in maiori fructu, & familiaritate Dei.

Quod autem modo non communetur donum linguarum a Deo ministris praedicantibus apud Indos Occidentales, id ad diuinam prouidentiam est referendum. Quia non minus Dei beneficium, & gratia est propter Deum in lingua addiscenda laborare,

Nouae legis, & antiquae a signatur multiplex discrimen.

Exod. 19. Ibidem.

Ibidem.

Infra. 31. & 34. Deut. 5.

Quantò aliter Spiritus sanctus Apostolos, quam docuerit Christus homo.

Ioan. 16.

Alios etiam discipulos praeter Apostolos, vnde constat habuisse donum linguarum.

Cur modo Occidentales apud Indos praedicantibus donum linguarum non communetur.

quam

Iudaei olim quare dispersi fuerint.

Grego. Nazian. 10. 1.

Quos hic Lucas appellat, qui sunt iusti religiosi.

Ioan. 3.

Cyrl. Ierosolym. cathe. 16. Quid illud; Facta autem hac voce.

quasi si sibi coelitus infunderetur. Certè in illa addiscenda plus meriti positum est: quemadmodum gloriosius est facultates sua industria, atque opera comparasse, quam haereditario iure possidere. *Erant autem in Ierusalem habitantes Iudaei, viri religiosi ex omninatione qua sub caelo est*. Saepè contigerat Iudaeos inuarias prouintias ob sua flagitia fuisse dispersos, & a terra promissionis vertere solum coactos, vt ea etiam ratione maior Dei, & Messiae apud Gentes cognitio haberetur. Nam captiuitatem decem tribuum in Assyriam translatarum, & Nabuchodonosor in Babyloniam, & Antiochi Regis multae tales factae erant dispersiones: vt notat Gregorius Nazianzenus in oratione in sanctam Pentecostem. Ex his prouintijs multi religionis amore Ierosolymam reuersi, non solum ad horam manebant, sed etiam perpetuo habitabant, Deo illos occulte trahente, vt spectatores essent non solum operum Christi, sed etiam actionum Spiritus sancti in Apostolis. Hos vocat viros religiosos, quia religionis a virtute facit: religiosos vero, quod cultui vnus Dei, qui sufficit his, quibus plus non est praedicatum, vacabant. Alioquin superstitio esset, si cultus, quem ipse Deus statuit, respiceretur, & altero ab hominibus excogitato coleretur: quia nisi eo tantum docete, quid ei gratum sit, ignoramus: & relegendo diuinum cultum a Deo institutum, tales in Deo religantur. Inquit, *Ex omni natione*. Nota videlicet illo seculo, vel ex multis: & ita esset per hyperbolem dictum. *Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confusa est*. Ecce quod dixit Dominus in Evangelio: *Spiritus vbi vult, spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat*: vt egregie interpretatur Cyrillus Ierosolymitanus: nam audiebant vocem Spiritus, ignorabantque cuius esset. Quod autem dicitur, *Facta hac voce*: intelligi potest de tronitruo, qui est vox Dei, vel de Apostolorum voce altè linguis loquentium & rumore huius facti vndiq; sparso: vnde conuenit multitudo quasi piscium tracta intus a Deo,

& foris ab hac voce, vt in rete praedicationis Euangelicae intrarent. Vfus est autem his sensibilibus, quoniam propter externa, quae plus agnoscerimus magis, quam ob spiritualia solitum confluere. Illa igitur multitudo mente confusa est, quia videns nouum effectum, eius causam ignorabat: vnde praedicatione, & causae inuestigatione, quam non inueniebat confusa est. Et subdit: *Quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes*. Apostoli cum praedicabant, varijs linguis non utebantur: quia si omnia quae dicebant, in varias linguas conuerterent, conciones prolixiores, confusas, atque ridiculas efficerent: sed idiomate eius terrae, in qua versabantur, utebantur. Et tunc forte ita vox scindebatur teste Cardinali Nicolao Cusano, vt in cuiusque audientis auribus sua sibi voce, ac lingua resonare videretur: quemadmodum quidam tradunt B. Vincentium Dominicanae familiae alumnum, propria sua lingua concionantem, ab omnibus nationibus intellectum fuisse. Cum quouis autem singulari sua lingua loquebantur. Fortassis etiam illa die cuius Apostolorum hymnos in varijs linguis decantandos suggerebat Spiritus sanctus, vel vnus vna, alius altera, vel vnus & idem modo hac, modo illa loquebatur. Vt verum sit: *Loquebantur varijs linguis magna Dei*: & quod quisque sua lingua audiebat eos: quod non esset, si materna tantum loqueretur lingua. Paulus etiam dicit: *Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor*. Verum Gregorius Nazianzenus oratione in sanctam Pentecostem sub finem, nodum hunc a vna lingua, quae intelligeretur ab omnibus, an diuersis vterentur, in hunc modum explicat, tractans haec verba: *Audiebat sua quisque lingua eos loquentes: verum hic paulum consistit, atque ad dubita quo modo distinguenda sit oratio. Textus enim nonnullam ambiguitatem habet, puncto dirimendam. Vtrum enim audiebant sua quisque dialecto, ita vt, verbi gratia, vox quidem vna resonaret, caterum multa audirentur, sic videlicet pulsato ac perstreperente aere: pluribusque, vocibus, vt*

In signis sensibilibus & externis Spiritus sanctus cur datus.

Multitudo illa ad vocem illam cur mente confusa sit.

Apostoli cum praedicarent, vna, an pluribus linguis vti fuerint, necne.

Nicolaus Cusanus.

Varijs vt linguis Apostoli magna Dei loquebantur.

1. Cor. 14.

Grego. Nazian.

magis



Gregorij solutio dicte questionis acceptione dignissima.

Quibus hæc sententia rationibus idoneis comprobetur.

Esai. 28. & 1. Cor. 14.

Apostoli præter donum linguarum, quod etiam donum interpretationis habuerint.

Ibidem.

magis perspicue dicam, ex vna voce effectis: an potius in hoc verbo, Audiebant, pñtum statuendum est, atque hæc verba. Loquentes suis linguis, cum his que sequuntur, iungenda sunt: vt sic legatur, Loquentes linguis, proprijs scilicet audientium, hoc est, externis: qui sensus mihi magis placet. Nam si priorem modum sequamur, eorum potius qui audiebant, quam qui verba faciebant, hoc miraculum fuerit: at iuxta posteriorem sensum, eorum qui loquebantur: qui etiam temulentia insimulantur: haud dubie, quia ipsi Spiritus afflatu noui miraculi aliquid circa voces designabant. Hæc ille sapientissimus Pater, cuius sententia mihi magis videtur amplectenda, quia verbis textus magis est consona, vbi dicitur: Ceperunt loqui varijs linguis, siue vt Græcè dicitur significatiuis, alijs siue alienis linguis, sicut per Esaiam prophetatum erat: In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum: quæ verba Apostolus interpretatur de dono linguarum. Deinde quia dicitur, quod audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes, siue vt Græcè dicitur, ἑκάστη δὲ αὐτῶν ἐλάλει. Tertio, quia debebant per totum mundum ad prædicandum destinari: quod sine linguæ propriæ cognitione fieri nõ poterat. Postremo, quoniam alia ratione non in ipsos Apostolos; sed in eorum auditores illapsus diceretur. Et si verò qui linguis loquebatur, intelligerent quidem quid voces signarent, quæ admodum illi, qui iuxta Grammaticam intelligunt Scripturam, mysteria tamẽ nõ penetrabatur sine altero dono, quod dicitur interpretationis. Hinc Apostolus ad prophetiæ donum habendum hortabatur Corinthios, vbi iubet duos aut tres, vicissim loqui linguis, & aliquem interpretari. Qui, inquit, loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit (id est, intelligit) Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat. Volo autem omnes vos vti linguis, magis autem prophettare. Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis, nisi forte

interpretatur vt Ecclesia ædificationem accipiat. Et infra: Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Et rursus: Siue lingua quis loquitur, secundum duos, aut vt multum tres, & per partes, & vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpretes, taceat in Ecclesia; sibi autem loquatur & Deo. Ex quibus dicimus, quod habens solum donum linguæ, ipsam linguam intelligeret: aliàs nec se ædificaret, nec alium loquentem perciperet: mysteria tamẽ in illis quæ loquebatur, delitescere non capiebat.

Quare nemo in solo trium linguarum dono gloriari hodie iure potest, ita vt illo solo munitus præsidio putet se Scripturarum sensus assequi posse. Deinde accipe, quod loquenti linguis, donabat Deus gaudium, & gustum spiritualem: adeo, vt quidam eo pueriliter abutentes interpretationis dono, siue prophetiæ, linguarum munus præferrent. Si quis verò quærat, cur hodie extinctum sit hoc donum linguarum: respondemus, iam Ecclesiam illo dono non indigere, quandoquidem omnium ferè nationum linguis loquitur. Nam cum Synagoga vna tantum lingua Hebræa loqueretur; Ecclesia Christiana loquitur Latina lingua, Græca, Italica, Gallica, Hispanica, Germanica, Hungarica, Polonica, Indica, atque alijs innumeris linguis. Nec ita brachium Domini abbreviatum est, vt, cum expediat ad Christi gloriam, & Ecclesiæ ædificationem, non possit in quemcunque velit, donum linguarum conferre, aut saltem peculiarem illius linguæ notitiam, cum ipsa res postulauerit, id est, cum illi sit euangelizandum, aut disputandum de fide. Et si verò peritiam linguarum Apostolis tribuerit: non tamen vsq; adeo perfectam, limatam, ac perpolitam, ne vis trahendi homines ad Christum, linguæ politæ tribueretur. Vnde & Paulus se imperitum sermone vocat, sed non scientia: ac de se testatur: sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humane sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus, & virtutis. Ex eo etiã constat, quod Paulus ornatus lingua Hebræa, quæ peregrina loquebatur; nam in Græca lingua, etiã

Donum linguarum non sufficit ad intelligentiam Scripturarum.

Loquens linguis quid diuinitus assequatur.

Cur modò in Ecclesia munus linguarum penè defuerit, interit.

Apostolis donum linguarum quatenus datum sit.

2. Cor. 11.

1. Cor. 21.

Quo Paulus idiomate magis valeret.

dum

B. Hiero. in com. episto. ad Ephes. to. mo. 10.

Qua ratione nobis Spiritum sanctum promereri debeamus.

dum scribit, vbi plus operæ ac studij solet adhiberi, plerosq; admittit solacismos, vt Hieronymus annotauit. In ea siquidẽ mensura impertitur nobis munera sua Deus Opt. Maxim. quare nus Christus illustrandus sit, nõ autẽ vt nos per ea gloriam aucupemur.

Curemus igitur sanctum Spiritum, qui lumen est scientiæ, & robur viæ, & pignus salutis, & vnica Dei ac vera cõsolatio; sanctis actionibus pro-

mereri, vt vitam spiritualem agentes, non nisi quæ recta sunt, doctrinæque Catholicæ consona, atque ad ædificationem, ac consolationem aliorum spectantia, & sentiamus, & in aliorum mentes, & sensus transfundamus, ad gloriam ipsius Christi mittentis, & eius qui missus est, Spiritus sancti, quibus simul cum Patre perpetuè debentur laudes, & gratiarum actiones in sempiternis seculis. Amen.



TRACTATUS XII.

In illa verba: Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes, Nonne, ecce, omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audiimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medii, & Ælamitæ; & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Egyptum, & partes Libyæ quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoque, & Proselyti, Cretes & Arabes, audiimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei, &c. Act. 2.

Ierosolymam conuenisse ex omni natione quæ sub cælo est, quomodo verò.

DESCRIBIT Lucas ad mirationem conceptam à Iudæis habitantibus Ierosolymæ: quos iure dixit esse ex omni natione quæ sub cælo est, quoniam etiã pauca enumeret prouintias, illi tamen ex tribus præcipuis mundi partibus, hoc est, Asia, Africa, & Europa collecti erant. Stupebant ergo omnes, & mirabantur. Intus quidem stupebant, & de spectaculo illo attoniti, & stupidi reddebantur, foris verò admirationis edebant signa inter se conferentes, atq; colloquentes, vt infinuatur litera Græca. Nam nulla certior regula quæ ignota sunt assequendi est, quam mutua inuicem collatio, & disputatio. Et genio quidẽ indulgens ac voluptati, quiescit in his, quæ

fuit, nec aliquid inquirat: vanus verò, & curiosus, modum, quo res facta sit, inuestigat: prudens verò, quod tendit quæ fieri cernit, & scopum quem colunt, diligenter interrogat. Dicentes, Nonne, ecce, omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Apostoli Galilæi erant, ac proinde peculiari gentis illius modo pronuntiabant, vt tradit de Petro Euangelium. Erantq; vt plurimum pauperes, rudes, atq; contempti, vt merito ab illis tantam proficisci sapientiam, & dicendi facultatem mirarentur. Sed ignorabant, Dei gloriam solita illustrari in eo, quod linguas mutatorum aperire consueuerat; & linguas infantiũ disertas faceret: & per Moysen balbum, & impeditioris, & tardioris lingue eduxerat filios Israël de

Vani & curiosi à prudenti homine discrimen.

Matth. 26.

Galilæi homines quales illi.

Matth. 7. Sap. 10.

Exod. 4. Infra 14.

Egypto.

Orientaliū, & Occidentaliū, & Asiaticorum pronuntiationes propriæ.

Christum Iudæi cur vocarent Samaritanum. Ioan. 4. Infra 8.

Spiritus vti scientiam vocis habeat, iuxta Salomonem. Sap. 1. Ibidem.

Pōti Rex Mitridates quot linguis subditorum populorum publice per seipsum ius reddere consueuerat.

Quanto mirabilius id Apostoli præstiterint.

Parthiæ terræ descriptio Cosmographica.

Ægypto. Orientales vt plurimum alidunt verba ad guttur, vt ex eo loqui videantur: Occidentales, ad dentes: medij verò, vt Græci, & Asiatici, ad palatum. Omnes igitur Galilæi erāt; ne quis existimet Bartholæum Regis alicuius Gentilis filium. Nam si Christus cum Gentibus versatus esset, offendisset Iudæos, atq; illud ei obiecit sent: si propterea quod semel transiēs per Samariam, vbi mulierculam, & nonnullos conuertit, vocabant Samaritanum. ¶ Et quomodo, inquit, nos audiuimus vnusquisque linguā nostrā in qua nati sumus? Quia videlicet descendit in eos ille Spiritus, qui replet orbē terrarū, & qui continens omnia scientiā habet vocis; id est, peritiā apte, & cōmode dicēdi cōmunicat. Admirata est Gētilitas Mitridatē Pōti Regē viginti tribus linguis, quas populi illi subiecti habebāt, ius publicē sine vllō interprete dixisse. Verū illū magno ingenio, ac memoria præditū, ac literis institutū id potuisse præstare, mirādum non est: at rudes & ignaros piscatores, literarūq; omniū expertes, vno momento non viginti tribus, sed vniuersis linguis totius orbis, qui bus erat communicandum Euāgeliū, præditos exitisse, id profecto magni ac singularis miraculi loco habendum est. ¶ Partii, & Medi, & Aelamita, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, &c. Describit diuersitatem Prouintiarum, ex quib⁹ Iudæi profecti venerant vt habitaret Ierosolymam. Facile autē est, si esset operæ pretium, has Prouintias iuxta rationem, quam obseruat Cosmographi, siue Geographi, describere. Nam illi in rectē tradenda, v. g. Parthiæ descriptio, rationem habent & terrę, & cœli. Terrę quidem, describētes quatuor terminos, qui eam circūscribunt: vt quod ab Oriente Parthia habet regionem dictā Ariam: ab Occidente Mediam: à Septentrione Hyrcaniam: à Meridie Carmaniam. Ad dunt deinde longitudinem, & latitudinem respectu cœli: longitudo autē terrę, vel ciuitatis, est pars Equatoris Meridiano eiusdem loci circulo, & altero Meridiano Fortunatarū in-

fularum comprehēso. Latitudo verò, est arcus Meridiani inter Equatorē, & partē cœli, quæ capitis nostri vertici respondet, interceptus: quæ quidē latitudo semper est æqualis altitudini, siue eleuationi poli supra Horizontem. Atq; ita Parthia habet longitudinem septem graduum à nonagesimo quinto ad cœlesimum primum, & quinq; latitudinis gradus à vigesimo nono ad trigésimum quartum. Floruit autem Parthicum imperiū artibus militiæ, & vix Romani ad eos subigendos peruenire potuerunt, & non sine magnis cladibus acceptis. Valebātq; maximē equitatu, atq; scientia pugnandi: nam fugam simulātes, sagittas ac tela in hostes iactabant. Facile itē esset de Media, Persia, Mesopotamia, ac de cæteris prouintijs eadem tradere: sed ea quisq; ex Ptolemæi tabulis, si velit, sibi potest desumere. Media dicta est à Mado seu Madai filio Iaphet secundū Iosephū. Aelamitæ, Persę sunt dicti ab Aelam filio Sem, & ita frequēter Scriptura Persas vocat Aelamitas: cuius prouintiæ Rex primus fuit Cyrus, qui obtinuit Regnum Babyloniorū. Mesopotamia siue Interamnia, regio est Asiæ maioris, posita inter duos clarissimos amnes Tigrim & Euphratē: qui maximē eam suā inūdatione impingunt, nō secus atq; Nilus Ægyptū. Iudæa, dicta à Iuda, pro Palæstina hīc accipitur: quæ à Septentrione clauditur Syria supra Libanū: ab Occidente, mari Mediterraneo, & Ægypto: à Meridie, & Oriēte, Arabia Petræa. Hīc tamen videtur accipi p Iudæę partē, in qua est Ierosolyma: nā dicitur Ierosolyma in Iudæa posita, quæ est ppe Ægyptū, & Arabiā, & Galilæā, quæ est ad Septentrionē, ac Oriētē, & candidos reddit homines, & in Samariā, quæ in medio vtriusq; sita est, & alio nomine dicitur Sebaste. Cappadocia, à Cappadoce flumine dicta est, quæ alio nomine vocatur Leucosyria. Clauditur ab Occidēte per Galatiā, & Paphiliā: à Meridie, per Ciliciam, & partē Syriæ Septentrionalē: ab Oriēte vtramq; habet Armeniam, & à Septentrione Pontū Euxinū. Adiungit Pontū, vel de Pōto Cappadocię

Parthorū virtus, & ingenium.

Media vnde sic dicta. Ioseph. li. 1. antiq. c. 11. initio. Genes. 10. Aelamitæ quid. Mesopotamia siue Interamnia, regio quæ nā.

Iudæa vnde dicitur.

Cappadocia cur sic dicta.

Pontus duplex.

loquens,

Marcion hæreticus, & Aquila interpretēs vnde.

Asia triplex, & quanam.

De qua Asia hic sermo sit. Ptolem. lib. 5. geogr. tabul. 1. Asia, c. 1. initio. 1. Pet. 1.

Phrygia duplex, maior, & minor.

Pamphylia vbi sita.

Ægyptus quæ regio.

loquens, quod habet ab Occidente Cappadociam, à Meridie minorē Armeniam, à Septentrione mare Euxinum, ab Oriente Cholchidem; vel sermo est de Ponto & Bithynia in Asia minori habente ab Occidente Hellepontum, Bosphorum Thracium, Propontidem, à Septentrione Pontū Euxinum, à Meridie Asiam minorem, ab Oriente Galatiam; cuius Ponti Imperator fuit Mitridates. In ea fuit Chalcido, Nicomedia, & Nicea, vbi celebratum Nicenum Concilium. Ex Pōto Marcio hæreticus, & Aquila interpretēs Scripturæ prodierūt. Sunt à Cappadocia Basilius, Nazianzenus, & Cyrillus. Asia triplex est, nimirum maior, quæ latissimē patet, & minor, quæ dicitur Natholia: quæ habet à Septentrione Bithyniā, à Meridie mare Rhodiense & Lyciam, ab Oriente Galatiam, & Pamphyliam, ab Occidente Hellepontum, Ægæū, Carium, Myrthoum; mare. Hoc tamen loco pro neutra Asia videtur accipi, sed pro Asia Propontica distincta à maiori, & minori, vt tradit Ptolemæus: quæ à quibusdam dicitur Asia Propontica, à situ, in quo est. Cuius videtur facere mentionem B. Petrus in principio Catholicae suæ epistolæ, cum ait: Petrus Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadocia, Asia, & Bithynia, &c. Nam cum illæ omnes Prouintiæ sint in Asia minori, illam Asiam cuius meminit, non posuisset in Asia minori, nisi esset distincta, aut aliqua eius portio: quemadmodum etiam in Africa tertia orbis parte sita est ciuitas nostro seculo dicta Africa. Phrygia, duplex est, altera maior, quæ & Bithynia dicitur, altera verò minor, & dicta est à Phryge amne, vel à Phryge filia Cecropis, vt Dardania à Dardano, Troia à Troë patre Ganymedis, dicitur & Ilium ab arce. Pamphylia sita est inter Galatiā & Ciliciam, estq; pars Cappadociæ. Ægyptus habet ab Occasu Cyrenen, à Septentrione mare Mediterraneum, ab Oriente partem Iudææ, & Arabiæ Petrææ, & sinum Arabicum, à Meridie Æthiopiā. Singulare est Ægypto, saltem interiorib⁹ eius partibus,

& à Mediterraneo mari distantibus, quod nunquam pluit: estq; triquetre delce, hoc est, Δ. habens figuram, quā Nilus efficit. Cyrene, regio est Africa, habens ab Oriente Marmaricam, vel Ægyptum, à Septentrione mare Mediterraneum seu Libycum, à Meridie Lydiæ interioris deserta, ab Occidente sirtē magnam, & Afros, & Africam minorem. Fuit autem ex ciuitate Cyrene Simon Cyrenensis, pater Alexandri, & Rufi. Dicitur Cyrene ciuitas in Libya Cyrenaica. Libya autem iuxta Cyrenen vrben, tota regio est Cyrenaica, ad differentiam interioris Libyæ, quæ vergit magis ad Occidentem. Aduenæ Romani, sunt aut Iudæi ex Romanis, vel Iudæi morantes Romæ, aduenæ tamen in Ierusalē, Græcè dicitur, ἱεροσολιμῶν Ἰουδαίων, hoc est, peregrinantes Romani: siue quia Iudæi erant Romæ ad modū peregrinorum; siue quia Romani venerant Ierosolymam inuisendi templi gratia. Annotat Beda, post Iudæam quinq; extare prouintias, quæ Græca lingua, etsi illa quidem varia vterentur. Iudæi quoq; & Profelyti, Cretes, & Arabes. Profelyti, sunt aduenæ ex Gentibus. Cretes à Creta insula, quæ à Crete Iouis filio Curetum Rege nominata est. Est autem in mari Mediterraneo inter Peloponessum & Asiam minorem sita: præstantissimi vini ferax, & nullum animal venenatum procreas; dicta est Hecatompolis siue Centopolis, ob centum quibus prædita erat ciuitates. Prima claruit remis, & sagittis, & iure scripto, & equestri exercitu. Arabia est triplex, altera Petræa, habens ab Occasu Syriam, à Septentrione Iudæam, & Syriam, à Meridie sinum Arabicum, ab Oriente Arabiā Felicem, & Desertam: vbi eremus vasta Arabiæ. Deserta verò Arabia terminatur à Septentrione Mesopotamia; ab Oriēte Babylonia, & sinu Persico; à Meridie Arabia Felici; ab Occasu Syria & Arabia Petræa. Arabia Felix habet à Septentrione Petræam, & Desertam, ac sinum Persicum: ab Occidēte habet sinum Arabicum; à Meridie Rubrū mare: ab Oriente sinum Persicum. Interpretaturq; Arabia, id est,

Cyrene.

Simon Cyrenensis vnde. Mar. 15.

Libya quæ est circa Cyrenen, quæ nā illa.

Aduenæ Romani qui erant.

Beda in Actuum. c. 2.

Profelyti & Cretes qui.

Creta, insule descriptio.

Arabia triplex.

Arabia cur interpretatur Sacra.

Sacra, ob thus, myrrham, cinnamomum, aloë, Phœnicem anem, quæ ibi fertur agere: habet lapidem Sardonicum: dicitur alio nomine Sabea à Saba filio Cus: estq; sexta tabula Asiæ apud Ptolemaum.

*Ptolem. lib. 6. Geogr. c. 7. Quo Dei fit factum consilio, in die vt Pétecostes in Ierusalem tot conuenerint nationes. Act. 2.*

Voluit autem Dominus tot adesse nationes huic aduentui Spiritus sancti: tùm vt possent ferre testimoniũ, quòd loquebantur verè, ac distinctè varijs linguis: nam si illi non adfuisent, qui idioma intelligerent, non aliquid, sed omnes dixissent, Musto ple ni sunt. Tùm vt Apostoli confirmarentur ad peragrãdum vniuersum orbem, persuasi quòd ab omnibus facillè intelligerentur. Tùm denique, vt cum adessent ex tribus præcipuis mundi partibus: nam in Asia sita erat Mesopotamia, Parthia, Media, Persia, ac Syria: in Africa Ægyptus, Cyrene: in Europa verò Roma mundi caput; facillè intelligeretur quòd hæc lex vniuersum orbem obligabat. Testari igitur de hoc mysterio Spiritus sancti possunt non solum naturales Iudæi, sed etiam exteri, & illi qui erant ex patria Abraham, cui primum dictæ sunt promissiones: inimici quoque, vt Ægyptij, & Persæ, & Iudæi, qui similitudines gerebant cum Galilæis: & denique illi qui natura propensi erant ad mendacium, vt Cretes, de quibus Apostolus: *Cretenses semper mendaces, mala bestia, ventres pigri.* Aderant etiã Profelyti, tantopere à Pharisæis desiderati, & quæsi, vt propter eos circuirent mare, & aridam. Gentiles autem non decebat huic spectaculo testimonium dare, quoniam ab his qui Ierosolymæ viuiebant, acceptatũ non esset: quanquam & nonnullos ex illis adfuisse, quemadmodũ & Cruci Christi Centurionem cum Romanis militibus, non est impossibile. Vides igitur, sapientiam Dei ex malo nostro, hoc est, ex captiuitate bonum elicentis, id est, testimonium de aduẽtu Spiritus sancti.

*Gal. 3. Gen. 12. & alibi passim Cretes, teste Apostolo quales. Tit. 1.*

*Matth. 23. An etiam Gentes adfuerit huic spectaculo, necne.*

*Infra 27.*

*Proprium sapientia Dei quid.*

*Matth. 21.*

Perpende etiam, magnam harum nationum partem, aut à Fide omnino defecisse, aut sub immanissimo Turcarum Rege hodie degere: vt nobis quoque timendum sit ne auferatur à

nobis regnum Dei, & detur genti facienti fructus eius. Atque ex numero Apostolorum Thomas prædicauit Parthis, Medis, & Ælamyris: Iudas in Mesopotamia: Petrus dispersioni Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ & Bithyniæ: Andreas Scythis, & Achaia: Philippus in Phrygia: Simon & Marcus in Ægypto: Matthæus in Æthiopia & Libyã: Paulus in Europa, & præsertim Romæ: Marcus in Arabia: Matthæus sepultus fuit in montibus Parthorum. Ex omnibus istis prouintijs variè interpretatis, oportet Spiritu exire, vt audiatur lingua Spiritus. ¶ *Audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.* Magnalia, vocat occulta, & secreta Dei, quæ articulis Fidei continentur: quibus detectis, magnifica Dei potentia, bonitas, & sapientia illustratur. ¶ *Stupebant autem omnes & mirabantur ad inuicem dicentes, Quid nã vult hoc esse?* Prælagiebat animus illorum hoc aliquid magnum portendere, sicut reuera significabat prædicationẽ Apostolorum in vniuersum Orbẽ cũ magna admiratione mundi diffundendam. Et admiratio ex signis cõcepta, in bonis tandem persuasionem parit; in malis verò contemptum, si capiunt quæ dicuntur, & renuunt illa, diligentes tenebras; aut si minimè capiunt, risum: irident enim tanquam stulta, & quæ Dei sunt, dæmoni, aut melancholiæ solent tribuere. De quibus subiungit: *Alij autem iridentes dicebant, Quia musto pleni sunt isti.* Hoc dici poterat de his, qui loquebantur linguis ipsis audientibus ignotis, etiamsi dies illa Pentecostes, quæ incidit in 15. Maij, longè esset à musti tempore, sicut etiam longè ab hora crapulæ, vt Petrus tuetur. Mustum, Græcè dicitur propriè γάρβος: hinc tamè pro dulci vino accipitur ob assignatam rationẽ: etsi musti magis quàm vini meminit, quòd illud ebullire preferuore solet, cum vinum purum, & defæcatũ non ita exiliat, vel bulliat. Ecce obtractatores, qui Spiritum sanctum mustum appellant. Et sanè sic Iesus suam doctrinam alibi significauit, cum musto rumpi veteres vtres dicebat, hoc est, corda, quæ per peccatum inueterauerunt,

*Quomodo Apostoli inter se prouintias Euageltij gratia partiti fuerint. 1. Pet. 1.*

*Ex his prouintijs excedum quomodo, vt Spiritus sancti vocem audiamus. Magnalia Dei quoniam sint.*

*Quid tot nationum de Apostolis earũ linguis admiratio portendebat. Quæ admiratio in bonis persuasionẽ, in malis verò pariat contemptum.*

*Quibus illud conueniebat magis: Quia musto pleni sunt isti.*

*Mustum hoc loco quid significet. & quid mystice.*

*Musto veteres vtres rumpi Christus cum inquit, quò tenderet*

runt, non facillè suscipiunt vinum novum Spiritus, Apostoli autem cũ corda haberent renouata, mustum hoc continere poterant, & cum Propheta dicere Regio: Calix meus inebrians quàm præclarus est? Verè enim temulentia erãt Apostoli, sed Spiritu: Nam temulentia in apertum producit quæ latebant in corde, & obliuionẽ præteritorum inducit malorum, addit robur vsque ad vitæ ipsius cõtemptum, deniq; elingues facit disertos, vt rectè quidam Poëta Latinus tradidit: *Quid non ebrietas designat? opera recludit, Spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem: Fœcundi calices, quem non fecere disertũ?* Nam videmus Apostolos; quod metu celauerant, quòdque in occulto didicerant, nunc in vulgus effundere, & prædicare super tecta: veteris Iudaismi obliuiscuntur, nec afflictionum priorum recordantur, quibus terribili Dominum negauerant. Insuper qui prius tanquam piscatores, & elingues agebant, nunc cœlesti eloquentia imbuti arguere supercilium Phariseorum cœperunt, & loqui de testimonijs Christi in conspectu Regum, & non confundi.

*Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est eis.* Post præparatũ ab adueniente Spiritu sancto auditorium, describitur prima Petri concio post haustum cœlitus Spiritum sanctum, id est, eius summa: nec enim omnia verba, aut rationes ad confirmandum allatæ, in concione eius ponuntur. Vnde Lucas hoc eodẽ capite inferius ait: Alijs etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicēs, &c. Porro in hac prima concione explicat affectus apparentes in Apostolis ab Spiritu sancti aduentu profectos, rem nouam non esse, sed olim à propheta Ioèle prædictam. Deinde cum concionatur, cuius merito venit Spiritus in Apostolos, id est, Christum mortuum, & ad vitam immortalem suscitatum. Mirũ est autem, quanta cum autoritate, ac intrepida dicendi libertate Petrus hæc concionem exordiat. Cũ enim nil

*Psal. 22.*

*Temulentia & ebrietatis vitia.*

*Horat. lib. 1. episto. 5. ad Torquatũ.*

*Quo musto fuerint pleni Apostoli. Matth. 10. Infra 26.*

*Psal. 118.*

*De concionibus Petri ad Iudæos habitis, quid tantũ retulerit Lucas.*

*Primæ Petri concionis scopus.*

*Ioel 2.*

fit difficilior quàm ad multitudinem verba facere, cũ semper bellua sit ex varijs linguis, ac nationibus collecta est. Quare plerunq; clarissimis oratoribus elaboratam aliquã, ac multa diligentia elucubratam orationem habituris apud frequẽtem populum, solet aut mens obtupescere, aut corpus contremiscere, aut vox faucibus coherere. Nihil tale videas contigisse Petro piscatori, cui tanta adfuit fiducia, & Scripturarum scientia, vt omnes in sui admirationem rapuerit. Quid hoc igitur aliud esse dicamus, quàm Dei opus, qui infirma mundi eligit, vt fortia quæque confundat? Quare rectè dicitur Petrus iam confirmatus à Spiritu in vicarium Petræ stare, quòd esset mēte forti, & erecta: & ad actionem, & exhortationem aptius est in cõcione stare, sicuti sedere, magis competit doctrinæ, iudicio, & legislationi: quemadmodũ Christus in sermone in Monte habito fecit. Stetit autem cum vndecim, quem admodũ Princeps cum ducibus, cõtēstibus, atque cõmembris per os Petri loquentibus. Hinc Dominus Iudam, ducem vocabat, cùm ait: *Tu verò homo vnanimis, dux meus,* id est, à me dux creatus, vt præfess militiæ spirituali. ¶ *Leuauit vocem suam.* Nimirum ob fiduciam spiritus, qui loquentem inflammabat, atque feruentem faciebat, & aduersarios stipulam, quã subinde suo igni incenderet, ac deuoreret: secus illi accidit, cũ ad vocem mulierculæ negauit Christum. Pulchrè autem extra domum, atque templum perspicua facta est hæc legislatio: non solum quia communis erat omnibus nationibus, sed etiam vt cõmodius à multitudine perciperetur. Et quia peccatores, ad quos loquitur, furdi sunt, ac longè ab Spiritu disiti, & inter ipsos barbarum tumultus ac strepitus: ideo coactus fuit vocem eleuare. Et vocem vocat suam: quia Petrus quæ dicebat, possidebat; nec in alienis verbis tanquam cornicula in alienis plumis gloriabatur, sed ea depromebat quæ Spiritus suggererat.

*Apud populum verba facere, cur tam arduum atque difficile. Lege Cicer. lib. 1. De orato. sub initio. Petri magnanimitas, & constantia.*

*1. Cor. 1.*

*Petrus verba faciens ad populum, cur staret potius, quàm sederet. Matth. 16.*

*Matth. 5. Petrus vt steterit cum vndecim.*

*Psal. 54. Iudas proditor qualis dux erat.*

*Petrus cur leuauit vocem suam.*

*Matth. 26. A Petro extra domũ, ac templum cur termo hic habitus.*

*Quare leualse dicitur Petrus vocem suam.*

*Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem*

Idem ob quā  
causam viros  
nominaet Iu-  
dæos.

Ierofolymite  
quales illi.

Deo anima  
hominis quā  
cara.

Petri pruden-  
tia, ac mode-  
stia singula-  
ris.

Cōcionatori  
quid cauēn-  
dum.

Concionato-  
res Petro qui  
dissimiles.

Vinum mo-  
dice sumptū  
quas præter  
commodita-  
tes.

uniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Vide quā aptè benevolentiam sibi conciliet. Vocat eos viros à virtute, quā nihil est formosius, præstantius, aut amabilius. Vocat Iudæos, à tribu Iuda, quæ principatū inter cæteras tenebat propter rei bellicæ peritiam, & Reges ex ea ortos ad regimen illius populi; & propter Christum, & nonnullos Apostolos, qui ex illa tribu clariori fuerunt. Adiungit: *Et qui habitatis Ierusalē uniuersi.* Quia illi nobiliores erant, & ad veritatem capessendam aptiores propter templum, Sacerdotes, & Prophetas, qui Ierofolymam magis frequēbant. Et uniuersi, inquit, non tantū Iudæi, sed etiam profelyti: quia cuiusuis anima pretiosa est apud Deum. Et subdit, *Hoc (scilicet quod dicam) vobis notum sit.* Quia verum est: nam quod verum nō est, nosci non potest. ¶ *Et auribus (cordis scilicet) percipite verba mea.* Quæ in lucem venire, & ab omnibus percipi minimè pertimescunt: fecus falsa, vel vana, vel turpia, quæ lucem horrent, & tenebras quærunt. ¶ *Non enim, sicut vos estimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia.* Vide quā blandè Apostolos Petrus rueatur: non ait, sicut vos irridetis, aut sicut vos prædicatis, ne eorum animos exacerbaret; sed quod minus est, estimatis, inquit, vel suspicamini. Sicut vos, inquit, id est, quidam ex vobis in genere: quia concionatoris non est, signatum aliquem aut particularē iudicare. Paucis ergo calumniam depellit, nec conuitia regerit: & exemplum dedit prædicantibus ne nimium anxie se tueantur ac defendant: videas enim quosdam vel minimo verbo commotos longas contexere apologias: quibus potius auditorum animos offendunt, quā sanent, aut ædificent: & plerūq; conuitium aliquod ignotum toti reddunt populo non sine scandalo manifestum: tale est hodie vulgus prædicatorum.

Subdit: *Non enim hi ebrii sunt.* Vinum moderatè potatum multas commoditates secum adfert: quia calorem stomachi corroborat, spiritus animales multiplicat, & cordi subtilem sanguinem applicat; & corpus, & animā

iuuat. Hinc Sapiens dixit: *Exultatio animæ & corporis vinum moderatè potatum. Sanitas est animæ & corpori sobrius potus.* Corpori confert etiam ad valetudinem bonam tuendam, robur firmandum pulchritudinem dandam, & generatione impertiendam: animæ vero cōducit maximè ad lætitiā, acuit ingenium, eloquentem reddit, & ad virtutem dilatatione cordis adiutam disponit, vt ad fortitudinem, ad liberalitatem, magnanimitatē, ac magnificentiam: tollit verò iudicia temeraria, ac mœrorem, & similia virtutum impedimenta. At verò vinum immoderate sumptum, iactura est manifesta, non tantū diuitiarum, & boni nominis, atque salutis corporis, quoniam calorem naturalem suffocet nō fecus atque nimium oleum lucernam extinguit: vnde malo colore præditus est ebrius, & immodicus vini amator, atque generationis vim amittit: sicquē; habet corpus, quia vrit iecur: perdit etiam legitimum vsum sensuū: nam domus illis in gyrum incedere videtur, & vmbra, ac res geminatæ videntur. Denique amittit vsum rationis, non eo modo, quo natura facit sine peccato, vt in somno: nec arte Medica, vt cum pro ægritudine subleuanda edimus oppium, & ea quæ stuporem efficiunt: sed ex vitiosa voluntate exercitium rationis præstantissimū à se profligat, ac proinde Dei gratiā, atque gloriam perdit: quia ebriosis regnum Dei non possidebunt. Incurrit stultitiam, iniurias, rixas ac mortem ipsam, atque æterna adipiscitur gehēnæ supplicia. Huius olim peccati poena in clerico, depositio: in laico, erat excommunicatio, vel verberatio. Vt interim illa communia omittā, quod vinum largè epotum laxat stomachū, & instar vasis accidi vini foetidū reddit: consequitur tremor corporis, dolor capitis, vomitus stomachi tāquam voluntaria tempestas: adest in auribus perpetuus strepitus; debilitatur gustus à nimio sensibili: pedes titubant, caput deprimitur: denique spōte sua efficitur bellua. Quare rectè dictum est: Vinum & mulieres apostatare faciūt sapiētes, vt Noë, Lot, Holofernē

Ecclesiastici  
ci 31.

Vini Immo-  
dici quot in-  
commoda.

Quantis ma-  
lis subiaceat  
ebriosis.

Gal. 5.

Qua poena  
clericū, qua  
laicum ebri-  
os olim Apo-  
stoli plecte-  
bant.

Alta ebrieta-  
tis incommo-  
da.

Ecclesiastici  
ci 19.  
Gen. 9.

ducem

Judith 12.  
Dan. 5.  
Immodicum  
vinum quan-  
do sumitur.

Ebrius pro-  
prè quis.  
Gen. 9.

Ebrietas quæ  
venialis, quæ  
verò grauis,  
& mortifera.

Esa. 5.

Contra ebrie-  
tatem, Salo-  
mons inue-  
ctiua.  
Prou. 23.

De vini vfu,  
sapiētis con-  
siliū.  
Ecclesiasti-  
ci 31.

ducem Regis Assyriorum, & Baltasarem Imperatorem Babylonæ. Tunc autem est immoderatum, cum scienter, ac voluntariè ob voluptatem sumitur in ea quantitate, quæ actiones corporis, & animi insigniter lædat. In ebrio autem non cessat ratio omnino sponte, vt in otioso, nec omnino naturali necessitate, vt in dormiente, sed quodammodo voluntaria, vel ignorata, vt fuit illa Noë: vel sumpta ex arte & consilio Medici ad sanitatem tuendam, quæ nō est propriè ebrietas. Atque ita præter voluntatem ebrius nō peccat: fecus qui ex animo ebrietatē affectauit. Ebrietas verò semiplena, qualis est illa hilaris, cui domus gyrare videtur, cū vsu tamen rationis, grauis quidem est culpa, sed non mortifera: quæ tantū est, cum iactura fit vsus rationis, de qua Esaias inquit: *Va qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & pot. adum vsque ad vesperam, vt vino estuetis.* Et lib. 3. Esdræ cap. 3. quidam ita loquitur: *Omnem mentem conuertit in securitatem, & iocunditatem, & non meminit omnem tristitiam, & debitum: & omnia præcordia facit honesta (quia videlicet omnia aperiunt secreta cordium suorum, ac corporum) & non meminit Regem, nec magistratum (quia se Regem putat) & omnia per ta lenta loqui facit. Et non meminerunt, cū biberunt, amicitiam, nec fraternitatem: sed non multò post sumunt gladios, &c.* Et in Prouerbijs Salomō: *Cui, inquit, va? Cuius patri va? cui rixæ? cui fouea? cui sine causa vulnera? cui suffosio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Ne intuearis vinum, quando flauescit, cū splenderit in vitro color eius: ingreditur blande, & in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas (scilicet visiones) & cor tuum loquetur perversa. Et eris sicut dormiens in medio mari (ob fluctus imaginum, & specierum occurrētū) & sicut sopitus gubernator amisso clauo (scilicet rationis) & dices, Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. Quando euigilabo; & rursus vina reperiam? Audi rursus quā rectè cōsulat Spiritus sanctus alio lo-*

co: *Si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior postas bibere. Quā sufficiens est homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem. Vigilia, & cholera, & tortura viro infrunito, hoc est, insatiabili.* Non igitur ebrii erant hoc modo Apostoli, erant tamen amoris vino ebrii, qui instar vini aufert cor, id est, memoriā Principis, vel magistratus, quare aiebant; *Obedire oportet Deo magis, quā hominibus:* nec proprii rationem habet honoris, quia facit ire gaudentes Apostolos à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliam pati: nec corpus curat, quādoquidem dicebant: *Propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oves occisionis.* Loqui facit per talenta: quia eiusmodi Spiritus vinū magnanimos reddit, qui nec meminere prioris amicitia, vel fraternitatis mundi, vt dicebat Dominus: *Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem, & quæ sequuntur.* Et Apostolus postquam reuelationem accepit prædicandi Christum in Gētibus, continuo non acquieuit carni, & sanguini. Suntq; hæc omnia cum ratione coniuncta: quia pro vita æterna, & pro eo cui vitā debemus, hoc est, Deo immortali.

Et subiungit rationem: *Cum sit hora diei tertia.* Probabile producit argumentum à communi more sumptū, quod solidum esse solet, nisi accusator aliud probet. Non est tamen argumentum efficax, ac solidum, quia in quibusdam regionibus, vt Septentrionalibus, tempestiuus bibitur. Et Martialis ludens in Acerram, dixit: *Hesternò fœtere mero qui credit Acerrā, Fallitur, in lacū semper Acerram bibit.* Et nimia defensio suspecta esse solet: & bonam obtinens causam, non est anxius in probando, siquidem verba sobria, & magnalium Dei fermocinatio, oppositum ostendebant. Vnde cū Paulo à Festo fuisset obiectum: *Insanis Paule; multa te litera ad insaniam conuertunt.* Respondit: *Non insano optime Feste, sed veritatis, & sobrietatis verba loquor.* Anna quoq; mater Samuelis orās

Infrunitus  
quid.  
Vinum Spiritus  
sancti quid  
efficiat.  
3. Esd. 3.  
Act. 5.  
Ibidem.

Psal. 43. &  
Rom. 8.  
Vinum Spiritus  
sancti, vt  
loqui faciat  
per talenta.

Matth. 10.

Gal. 1.

Quale sit hoc  
argumentum  
Apostoli: Nō  
enim sicut  
vos æstinatis  
hi ebrii  
sunt, cum sit  
hora diei ter-  
tia.

Martial.

Quæ defen-  
sio ferè suspe-  
cta.

Act. 26.



I. sensus. Hierony. in Ioe. c. 11. rom. 6. Beda in Actus, tom. 5. Matth. 2. Infra 27. Ibidem. Ioan. 19. Deus ite sanguinem, & ignem dedit quauis, & vaporem fumi. Luc. 23. Sol etia qua do conuersus in tenebras, & luna in sanguinem.

Matth. 27. Alter sensus. Chrysof. homil. 5. in Acta. Oecumen. ibid.

III. sensus. Luc. 21.

duobus mixtim. Hieronymus in Ioelem, & hoc loco Beda, primu sensum amplexi, sentiunt hac esse de die magno resurrectionis intelligenda, quem praecesserunt prodigia in caelo, vt Magorum stella, & eclipsis in passione: signa quoque in terra, vt terrae motus in passione, petrarum scissio, & apertio monumentorum: fluxit quoq; sanguis e latere Christi, ignis quoque, in quo Spiritus sanctus descendit: vapor etiam compunctionis eorum, qui reuertebantur percutientes pectora sua: Sol, & Luna in passione perturbati, ita vt Sol offunderet tenebras mudo, & Luna versa sit in sanguinem. Quod tradit Hieronymus vel ab Euangelistis silentio praetermissum, qui non omnia quae fecit Iesus, referunt; aut quod Iudaei negationis in Christum horrore cooperiti, aeterno testimonij sui sanguine condemnati, dixerint: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Chrysofomus, & Oecumenius tradunt hac intelligenda de die, qua puniti sunt Iudaei, & euersa Ierusalē per Romanos: quem ante fuere prodigia in caelo, nam in aere visi homines armati, & voces Angelorum audita. Fuerunt & signa in terra, vt de vacca pariente monstrum, & vepro clamante: fuit etiam visus cometes conflagrationem vrbis instantem denutiās, & ignis testans sanguinis effusionem, quae futura erat: visusq; est illis tribulatis Sol conuersus in tenebras, & Luna in sanguinem. Tertio, alij hac omnia referunt ad postremum diem iudicij, quem, teste Euangelica historia, praecedent signa in Sole, Luna, & stellis, & in terris pressura gentium. Eritque dies magnus, & manifestus, siue horribilis, pra quo dies resurrectionis non est ita manifestus, nec horrore plenus, & pra magnitudine sua aliorum dierum facta includit, omniaque hac praedicta ad literam contingent.

Quaquam nihil referat ad sanam intelligentiam adiungere, quod vt moris erat Prophetarum promissionibus temporalibus, siue cominationibus, tanquam paleis quibusda addere grana perfecta de Christo, ita etiam praedictioni aduentus Spiritus annectant modo aduentum ad iudicandū, vsum, vel abusum Spiritus, pro quo aut aeternum praemium, aut supplicium accipiemus. Ita Angelus praedicauit: Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Ideo ante datum Spiritum Moysis Septuaginta senioribus non sunt Iudaei puniti, nec primitiui nisi post susceptum Spiritum sanctū, cui Ananias, & Sapphira metiti sunt. Et ita Petrus, ne quis contemnat donum Spiritus sancti tam largiter effusum, producit diuinum postremi diei iudicium, quo illi, qui restiterunt lumini Spiritus sancti, pœnas dabunt suo peccato condignas. Et subiungit: Et omnis quicumq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Intellige quod erit an tequam veniat dies: vel si in ea quis deprehensus fuerit tantum in gratia mortuus, inuocabit fide, & operibus, & cum perseuerantia, nomen Domini, hoc est, Iesum Christum: & ita saluus fit per gloriam, quia iam saluus erat per gratiam. Erit igitur dies manifestus, in qua ipse magnus videbitur, & omnia sua magna apparebunt. Docetq; Petrus suo exemplo, qua ratione praedicator merum futuri iudicij iniicere debeat auditoribus, eosq; reprehendere, molestiamque praebere non secus atq; paedagogus pueris, aut Medicus aegrotis, aut iudex reis, vt tandem peccata, & quae puerilia sunt, relinquentes, vni Deo placere contedamus, & Iesu Christo filio eius, quibus cum Spiritu sancto immortales decantentur laudes, & iuges gratiarum actiones reddantur in seculis sempiternis. Amen.

Mos Prophetarum.


Act. 1.

Num. 11.

Act. 5.

Quo tempore omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit: & quomodo, & quodnam sit illud nomen Domini.

Documentum praedicatori dat Petrus.



TRACTATUS XIII.

IN illa verba: Viri Israelitae, audite verba haec, Iesum Nazaranum virum approbatum a Deo in vobis, virtutibus & prodigijs, & signis quae fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis: hunc definito consilio, & praesentia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes, interemistis. Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. David enim dicit in eum: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, &c. Actorum 1.

Cum fiducia loquatur: qui verbum Dei. Didym. lib. 1. De Spiritu sancto paulo ante med. tom. 9. operum D. Hieron. circa finem.

Iudaeos Israelitas cur vocet Petrus. Gen. 32.



VLCHRE Profecto magnus Didymus lib. De Spiritu sancto dixit: Quomodo qui aliqua disciplina plenus est, quia perfecte eam habet, erudit, & subtiliter potest de ea proferre sermonem: sic qui Spiritum sanctum consummate acceperint, ita vt impleantur eo, cum fiducia verbum Dei loquuntur, quia praesens Spiritus sanctus dignam Deo vocem ministrat. Sic ille inquit. Verba igitur facturus Petrus de Domino Iesu parum grato Iudaeis, imo etiam odio ab eis habito, a quo tamen vult ostendere missum in Apostolos Spiritum sanctum, id est, eius merito, & precatione, mirifice captat benevolentiam, blandiens quidem illis, at asensans nequaquam. Quare superius vocauit eos, viros Iudaeos, quo titulo illi gloriabantur: ita nunc eos appellat viros Israelitas, ita enim dicti sunt ab Israēl, qui fortis cum Deo, vel eum videns interpretatur: atque adeo illis promissum Spiritu tradit, vt possint esse Israēl Dei, id est, fortes cum Deo per Spiritum sanctum, & ita fortes, vt possint ad eius visionem accedere: atque hac via ad compunctionem eos perducat, ad hoc, vt blandu per Christi-

stum remedium accipiant. Audite, inquit, credendo, quod tacet, vt blandius cum eis agat. Verba haec. Quae non sunt irrisorum, sed seria, & verba, ac proinde omni acceptione digna. Iesum Nazaranum virum approbatum a Deo in vobis. Verba, quae vult audiri, sunt haec: Interemistis Iesum virum sanctum, quem Deus suscitauit a mortuis: ideo compunctione, & dolore prosequi debetis: peccatum vestrum. Vel verba sunt: Iesum, quem vos crucifixi affixistis, vir fuit approbatus a Deo signis, & virtutibus: quapropter poenitentiam agere debetis, dareq; operam vt saluemini. Scopus enim est, inducere ad amplectendam compunctionem, & per eam ad salutem perducere. Iesu nome continet vtramq; Christinaturam: nam Dei hominis est salutem praestare: explicat etiam fructu vnionis magis nobis amabilem, salutaremq; sibiq; magis gloriosum. Nazaranus vocatur a vili patria, in qua conceptus est, & educatus: nam ita a populo vocabatur. Hic est, Iesus Propheta a Nazareth Galilaeae, florida, & sanctificata per eum, licet per ipsam steterit quo minus floruerit, & sanctificata fuerit. Nominatur etiam vir, id-

Quae verba Iudaeos Petrus audire volebat sua.

Alter sensus.

Iesu nomen duo comprehendit. Iesus cur dicitur Nazaranus. Luc. 1.

Infra 4. Matth. 21.

Nazareth quid.







Ioan. 11. Philip. 2.

Idem.

Qua ratione Christus soluerit dolores inferni.

Hebr. 10.

Luca 23.

Cum de proprijs intelligi nequeat, an aliorum dolores soluerit Christus.

Primus sensus, sed inepetus, & falsus. Luca 16.

Aug. supra dicto loco. Alter sensus.

Tertius.

Quartus.

Christi charitas quanta.

Ast. 9.

ait animam eius ab inferno teneri, qui alienam, hoc est, Lazari, potestatiue extraxerat: nec se necessitate, sed obedientia vrgeri ad mortem, & vitam, quam alijs reddebat, ad se quoque reditutam. Idem eandem lectionem sequitur ferm. de Passione Domini.

Hac igitur lectione stabilita, explicandum est, qua ratione soluerit dolores inferni: nam hic locus de doloribus futuri seculi, seu inferni proprie dicitur intelligi nequit, quia illi nec laxati sunt, nec vnquam relaxandi: nec anima Christi, quae in cruce vna oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos, dicenda est inferni poenas sustinuisse, vt quidam dicere ausi sunt: & horrendum est dicere, quod solus Christus inter patres omnis doloris expertes in Limbo existentes doleret: & quod latro, & caeteri fideles ante plenam exhibitam per Christum satisfactionem beati videro Deum extiterint, si tunc etiam dolebat, & satisfaciebat.

Postquam ergo de doloribus proprijs exponi non valet, dicendum an aliorum soluerit dolores. Et in primis nequit intelligi hic locus de dolore sanctorum Patrum, qui in sinu Abrahamae positi erant, quia illi exortes erant doloris, imo in consolatione versabantur, vt de Lazaro dicitur apud Lucam. Adhuc mora in eo loco, aut gloriae spes dilatae improprie dicitur dolor inferni: quia teste Augustino in epistola praedicta, infernus semper in malam partem accipitur. Superest igitur vt intelligatur de doloribus acerbissimis passionis, quos ob id metaphoricè inferni vocat, qui tamen finiti sunt in morte. Vel etiam inferni dolores actu in se soluit, quia eos non habuit. Aut si hoc etiam non satisfacit, intelligendum est de doloribus Christi in inferno, hoc est, quos membra sua, siue fideles in inferno patiebantur: nam in Scripturis infrequens non est, vt Christus pro suis laboribus computet, quos sua membra patiuntur. Hinc illud: Saule, Saule, qui me persequeris? Sed quoniam illi, qui in inferno doloribus afflictabantur, aut erant electi, & ad tempus carcere purgatorio detenti expiabantur, aut erant ad perpetuos

gehennae cruciati deputati, perfectio de his postremis, qui Christi membra non erant, & quoniam in inferno nulla solet esse redemptio, non videtur posse intelligi. Quamquam non desint, qui producant Damascenum in sermone de ijs, qui in fide hinc migrarunt, tradentes Falconillam cultui simulachrorum deditam, atque Trajanum ope Gregorij adiutum, ab inferno liberatos fuisse. Potest etiam produci Epiphanius, qui in Taccianam haeresim scribens, ait: Christus venit, vt his quidem, qui olim ipsum cognouerunt, & ab ipsius deitate non aberrauerunt, verum propter errores in inferno detenti sunt, indulgentiam largiretur: his quidem, qui adhuc in mundo sunt per penitentiam, qui vero in inferno, per misericordiam, & salutem. Sed vel haec tanquam priuilegia, non sunt in consequentiam trahenda, vel illi dicuntur fuisse in inferno, quia in Purgatorio cruciabantur, & expiabantur, de quibus hunc locum esse intelligendum, docet Augustinus lib. de Genesi ad literam, his verbis: Quomodo enim aliter accipiendum sit quod dictum est: Quem Deus suscitauit ex mortuis, solutis doloribus inferorum, quia non poterat teneri ab eis; non video, nisi vt quorundam dolores apud inferos esse soluisse accipiamus, ea potestate qua Dominus est, cui omne genua flectitur, caelestium, terrestrium, & infernorum, per quam potestatem etiam illis doloribus, quos soluit, non potuit teneri. Idem confirmat epistola ad Euodiu, vbi in expositione huius loci diligenter laborat, dicens: Facile est intelligere sic eos (scilicet inferni dolores) solutos, quemadmodum solui possunt laquei venantium, ne teneant, non quia teneuerunt. (In qua expositione non quiescens subdit:) Potest & sic (scilicet intelligi) vt eos dolores esse soluisse credamus, quibus teneri ipse non poterat, sed quibus alij tenebantur, quos ille nouerat liberandos. Et infra: Sed quia euidentia testimonia, & infernum commemorant, & dolores, nulla causa occurrit, cur illud credatur venisse Saluatoris, nisi vt ab eius doloribus saluos faceret. Sed vtrum omnes quos in eis inuenit, an quosdam, quos illo beneficio dignos iudicauit, adhuc requiro. Fuisse tamen eum apud inferos, & in eorum doloribus constitutis hoc beneficium praestitisse non dubito. Sic

B. Damasc.

Qui nam ab infernis ignibus, sanctorum precibus, fuerint liberati. Epiphanius in haeresi. 46. sub in. li. 1. to. 3. in fin.

Quo modo accipienda sit eiusmodi liberatio a poenis inferni.

Aug. de Genesi ad literam. lib. 12. c. 33 circa medium. tom. 3. a medio.

Philip. 2.

Idem epistola 99. sub initium.

ille,

De doloribus inferni solutis a Domino, simpliciter, ac planior intelligenti.

Chryso. OEcum.

Quare Christus teneri ab inferno non potuerit.

ille, qui subnequit: Vnde illis iustis, qui in sinu Abrahamae erant, cum ille in inferna descenderet, nodum quid contulisset, inuenit, a quibus eum secundum beatificam praesentiam suae diuinitatis nunquam video recessisse. Haec tenus Augustinus. Sed simplicius & planius fortassis dici posset, dolores istos inferni quos soluit Dominus, metaphoricè esse accipiendos: nimirum pro ipso descensu, & missione per triduum in inferno, quae omnibus peccatoribus & iustis communis erat propter peccatum originale, quemadmodum & corporis sepultura, poena quaedam, & dolor à B. Chryso. & OEcumenio vocatur. Voluit enim Dominus, pro sua bonitate accipiendo mala nostra, nos ab illis liberare: ita mortuus est, vt à morte eriperet: sepultus est, vt à corruptione, & incineratione nos seruaret. Anima item eius in infernum descendit, vt ab illa communi mansione, & mora in inferno, quae poena est in se, liberaret. Erat enim adhuc Christus viator, donec resurrexit, etsi agnosceret vtramque & sepulturae, & morae in inferno, indignam esse suae personae poenam. Vnde subiungit Apostolus: Iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo: indicans sermonem si bi esse de Christi persona, & non de alijs sanctis, & membris eius, vt aliae expositiones dictae ad Christum mysticum applicant: etiam si asseramus Christum nihil doloris sensisse, sed apprehendisse, vt poenam infamiae, quae nondum per resurrectionem extinta erat: & ita doluit metaphoricè. Et hic mihi probabilior videtur huius loci intellectus. Iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Iuxta Dei prouidentiam, atque aequitatem: quia infernus locus est inimicorum Dei: at Christus Dei amicissimus etiam vt homo est, & iam ei abunde satisfecerat. Hinc propter humilitatem descensus eius ad inferos, iuste ei redditur gloria in se, & in nobis propter eum, licet simpliciter si nos ipsos respiciamus, pura fuit misericordia & gratia. At vero quantum ad mortem attinet, non poterat aequitati Dei esse consonum, animam Christi à corpore in perpetuum separari: quia sine causa summum Dei opus im-

perfectum mansisset. Minime etiam decuit, vt ad iudicium usque expectaret resurrectionem, vt nos expectamus: quia in eo nullum erat impedimentum expectandae vitae immortalis. Conueniebat etiam Christum caput in donis singulari esse, neque congruebat tam diuturna expectatio in resurrectione, ne, vt Augustinus ait, spes nostra languesceret. Et rectè ait: Impossibile erat teneri: quia patitur, non agit qui dolet.

Dauid enim dicit in eum, Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Quod admodum aduentum Spiritus sancti, testimonio Ioëlis Prophetae confirmatur: ita nunc resurrectionis articulum, qui arduus est, & difficilis, vaticinio Regij Prophetae fulcit. Quoniam dixerat Deum Christum suscipisse, ab eo loco exorditur Psalmum, id est, à radice resurrectionis, quae est peculiaris Dei prouidentia, quam qui amplectitur, & hic peccato non commouetur, & gaudet intus, & foris tanta fide, & postea beatus existit. Facit etiam hoc ad probandum quod dixerat, definito consilio, & praescientia Dei traditum, & illud: Iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Quod ergo in ipsum dicit. Ita habet Graeca lectio *ὁ ἀνὴρ*, hoc est, in eius persona: vel in eum amore transformatus loquitur quasi alter ipse. Et si quidam interpretantur, in eum, id est, de eo: Syriacus codex super eo, vel de eo, vt saepe alibi. Et si verò haec verba aliquo modo Dauidi conuenire possint: illa tamen: Non dereliques, &c. nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, illi accommodari nequeunt, qui mortuus est, & in sepulchro conditus. Vnde & reliqua quae antecedunt, siue sequuntur, non Dauid, sed Messiae secundum carnem filio eius conueniunt. Nam ille Spiritu sancto repletus, & praeuidens futura, Christi quoque regnum fore perpetuum vaticinatus est: nec mors illud potuit impedire, quam Messias sua resurrectione absorbit. Loquitur ergo Dauid in persona Christi: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Verè enim Iesus prouidebat Dominum nunquam non ipsius voluntate adimplens: & hoc semper, hoc est, à momento conceptionis, ex

Cur minime conueniens fuerit Christi resurrectio in diem iudicij usque differri. Prima ratio. August. ibidem.

Psal. 15.

Christi resurrectionis veritate Petrus testimonio cur confirmet. Ioel. 2.

Secunda ratio.

Quid est ad literam, Dauid in eum dicit.

Id: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, &c. quae ratione Dauidi non possit conuenire. 3. Reg. 2.

Quo modo Christus prouideret Dominum in conspectu suo usque per.

Dominus vt steterit à dextris Christi.

Zach. 3.

Tertul. li. 3 aduer. Marcio. subinitium, & lib. aduer. Iud. c. De secundo Christi aduentu, prope fin.

Psal. 16. Psal. 120. Sinistra locus quã dextera honorabilior olim habebatur.

Quo modo Christus sedet ad dexteram Patris, si ei Pater est ad dexteram ne comoueatur? Matth. 22.

Christum esse à dextris Dei, quid.

1. Cor. 1.

Caro Christi qua requiesceret in spe.

quo ei Deum videre datum est, & eius promeruit assistentiam, nec est ab eo vnquam derelictus. Et subdit: Quoniã à dextris est mihi. Custodiens videlicet: ne quicquam detrimeti patiar in bonis animæ, aut in externis malis ab improbis illatis. Erat autem Domino ad dexteram: quoniam dæmon ei à dextris insidiabatur, atq; aduersa batur. Ita enim legimus apud Zachariam: Et ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini: & Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei, hoc est, Iesu Pontifici indutoveftibus sordidis: sed increparus à custodiende dexteram, qui induit eum mutatorijs: quod Tertulianus de Christo interpretatur. Aliubi ait: A resistibus dextera tua custodi me vt pupillam oculi, & alio loco: Dominus custodiat te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam. Est ergo hoc loco custodis metaphora iuxta morem antiquum, in quo sinister honorabilem locum possidebat.

Mirabitur fortasse quispiam, quo modo Iesus sedet ad dexteram Patris, si ei Pater est ad dexteram ne comoueatur? Respondeo hoc idem in ipso Psal. 109. inueniri: nam cum dixisset: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis; postea tamen subdit: Dominus à dextris tuis. Dauid, vt hic Petrus declarat de carne sua loquitur, quam gestat Iesus, cui à dextris est Deus, id est, fauet. Hoc enim in vsu habemus, vt cū dicimus: Deus mihi dexter est, vel à dextris est, tunc fauere eum dicimus. Cur autē Filium à dextris Dei esse dicamus, tunc potiora Dei bona tenere filium adumbramus; vel cū Iesus Dei virtus ac dextera Dei vocatur. Ac subdit: Ne comouear, id est, ne oneri calamitatum succubam, vel ab spe resurrectionis cadã, ad qđ opus erat Dei peculiari assistentia. Propter hoc latatum est cor meũ, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Exprimit Christi affectum, & spẽ resurgendi conceptam. Propter hoc, inquit, id est, fauorabilem Dei assistentiam. Cor, intus. Et lingua, extrã. Exultauit. In Spiritu sancto, vel in lingua animæ etiã in separatione ip-

sa à corpore beatę: nã Christus vel in ipsa morte meminit resurrectionis: Postquam resurrexero, inquit, præcedã vos in Galilæam. Caro quoq; Christi requieuit in spe resurrectionis, quam Christus de gloria corporis habebat extrinseca, & accidētaria: secus de gloria essentiali, quã iã prius possidebat. Adiungit: Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Ergo illuc descendit anima Christi: sed nõ diu derelicta est, vt aliæ Patrum, vel damnatorum animæ. Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Sanctũ vocat, vel corpus Christi diuinitati vnitum, quod non permisit videre corruptionẽ, id est, illam experiri, quia opus erat vt Christus Deus mōstraretur, & supra homines resurgens: nam Diuinitas vt corda vtriq; parti cōfracti arcus, id est, corpori, & animę vnita fuit. Vel sanctum, vocat Mæsiã, quia Græcè substãtiũ dicitur, & sōiũ: quem non permisit videre in corpore corruptionẽ, id est, cinerem, aut fœto rem, aut vermẽ, quia illud vnctũ erat oleo diuinitatis; & paruo tẽpore: mã fit in sepulchro: figuratamq; in arca fœderis ex materia ferim imputribili. Hinc Hippolytus ait: Arca ex lignis, qua putrescere non poterãt, erat ipse Saluator, eius enim tabernaculum nulli putredini obnoxium, & ab interitu alienũ. Cyrillus de Verbi incarnatione: Imputribile lignum in arca, figura corporis ipsius incorrupti fuit: aurũ verò, materies alijs pretiosior existens diuina nobis indicat substãtia maiestatem: arca tota puro auro intus, & extra incrustata fuit. Adunatum quippe sancta carni Verbum, quod est foris esse inauratam, & intus, quod est animã sibi propriã fecisse. Erat in arca manna diuina misericordia, virga potētia, & tabula, id est, lex Spiritus in dilectione Dei, & proximi. Ita ille ferẽ. Notas mihi fecisti vias vitæ: & replebis me iucunditate, &c. More prophetico præteritũ pro futuro vsurpat, id est: Scio me resurrecturũ nõ secus ac si iam surrexissẽ. Vel verbo sũt Christi iã suscitari à mortuis: & ideò ppriẽ sumēda sũt præterita. Estq; allusio ad viã ligni vitæ per Christũ apertã: nã vt via mortis erat resurgere ad corpus mortale,

Matth. 26. Infra 18.

In eos qui Christi animam negant ad inferos descendisse.

Quid illud? Nõ dabis sanctũ tuum videre corruptionem.

Alter sensus.

Corpus Christi vbi figuratum. Exod. 25.

Hipol. mar.

Mag. Cyril. de incar. Vnigeniti. c. 10. to. vlt. sub finẽ. & li. 4. in 10a. c. 28. circa med. to. 1. sub initiũ. Exod. 25. Quid manna, virga, & tabula legis in arca fœderis præfigurabant.

Deus quomodo Christo notas fecerit vias vitæ.

Qua replet iocunditate Christus fuerit.

Beatitudo vnde sit.

Illud, Delectationis in dextera tua vsq; in finẽ, cur Petrus o-miserit.

Delectationes in dextera Dei esse qđ dicatur.

Prou. 3.

ira resurrectio ad corpus immortale, via est vitæ. Ego igitur primus ex pertus resurrectionem ad vitam gloriosam, & in me vt in semine illã alij sperabũt, qui erunt primitiæ dormietium. Replebis me iucunditate cum facie tua. Replebis me, inquit, etiã corpore ex animæ gloria, quatenus anima vnitur corpori quantum ad eĩentiam, & non tantũ quantum ad intellectum, & voluntatem in corpus redundare solet. Cum facie, siue cum vultu tuo. Quia ex illo cõspecto per lumen gloriæ anima redditur beata, & ex redundantia corpus animæ cõiũctum. Dimisit illa verba Propheta: Delectationes in dextera tua vsque in finem: quia satis per superiora probãrat resurrectionem. Et perfectæ sunt delectationes ex animi facultate insatiabili, & ex obiecto infinito, quod est Deus visus, & possessus: & ex vnione perfectissima nulla vi creata dissolubili. Et has delectationes dicit esse in dextera sua: quia sicut per sinistrã intelliguntur hæc bona fluxa, & momentanea, quæ tempore consumuntur, ita per dexterã intelliguntur æterna, & incorrupta gloriæ cœlestis bona. Ideo Salomon ait: Longitudo dierũ

in dextera eius, & in sinistra illius diuitia, & gloria. Discamus igitur ea, quæ in dextera Dei posita sunt, quærere, & sapere: Quæ sursum, inquit, sunt, quærere, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt, sapere, non quæ super terram. Nemo est qui te præter Deum replere possit, iuxta illud: Qui replet in bonis desiderium tuum. Prouide eum in conspectu tuo semper, & non tantũ tempore prosperitatis, sed etiam aduersitatis, vt possis laqueos dæmonis euadere. Nam qui Deũ non habet in conspectu suo, vt propter eũ vitia quæcunq; declinet, & virtutem omnem amplectatur, in multa illum flagitia incidere necesse fit. Ita enim Propheta ait: Non est Deus in conspectu eius: inquinata sunt via illius in anni tempore. Si verò Deus erit tibi præ oculis, erit tibi à dextris ne comouearis: propter quod lætaberis corde, & lingua exultabis, certissima spe concepta de futura resurrectione, & lingua immortalis, quã fidem in se habentibus, atque cultoribus præstat Iesus Christus Dominus noster, qui cum Patre, & Spiritu sancto laudatur, & glorificatur ab vnũuersa creatura per infinita secula seculorum. Amen.

Quærere quæ tantũ debeamus. Coloss. 3.

Psal. 102.

Domnũ prouidens in cõspectu suo se per, quid assequatur.

Psal. 9.



TRACTATUS XIII.

In illa verba: Viri fratres, liceat audẽter dicere ad vos de Patriarcha Dauid: quoniam defunctus est, & sepultus est: & sepulchrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius, sedere super sedẽ eius: prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia neq; derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem, &c. Act. 2.

Quæ ab Apostolis inter cõcionãdũ Scripturæ testimonia proferruntur, quam vim habeant.

IN Primis obseruandum, autoritates, quæ ab Apostolis in concionibus ad populum habitis producentur, aliqua

subtili inductionis, aut argumentationis arte nõ concludere, sed simpliciter prolatas vim magnam in cordibus audientium habere, eorũ scilicet, qui

simili inspiratione tangebatur, & qui persuasi erant propheticas Scripturas de futuris Messiae actionibus, & euentibus differere: alij vero nihil, aut parum tum proderant; verum postea cum in memoriam redirent eiusmodi Prophetarum oracula, & Spiritu quoque ipsi tangerentur, vim adferebant magna ad permouenda eorum corda. Cum his igitur qui tunc nondum inspirabatur, non magnum tunc negotium Apostolis erat; eos vero urgebant, quos Spiritu iam affici putabant, ne repugnarent, sed faciles se ipsos Deo allicienti, & trahenti preberent, in quo facile erat si non trahere, saltem confundere, repugnantes. Nam quem conscientia reprehendit, non facile contra veritatem argutias inuenit. Confusi sunt tamen, qui recedere a peccato, aut manus dare Deo non volebant, quare ad conuicia, & maledicta, & vim faciendam tebantur. Aduersus quos Iesus non eis de vitijs pugnari voluit, ne eos, quos accusamus, imitari videremur, verum patientia, beneuolentia, benedictia, ac beneficentia certari iussit: quoniam Christus non inuitos, aut renitentes, sed promptos, hilares, atque spontaneos vult esse suos sectatores.

Vt igitur ad Textum accedamus, vult probare Petrus quod proposuerat: *Dauid enim dicit in eu, id est, loquitur in Christi persona, non in propria.* Ostendit igitur, testimonium prolatum non Dauidi, sed Messiae competere, dicens: *Viri fratres, liceat audere dicere ad vos de Patriarcha Dauid.* Solitam captat beneuolentiam, vocando eos viros a virtute scilicet: & nobiliorem masculinum alloquitur sexum, qui forte vel solus aderat, vel maior erat numero. Vocat fratres carne, & antiqua Moyse religione: & tacite inuitat, vt fiant spirituales fratres adoptione. Carnalis enim cognatio in id maxime inferuire debet, vt liberius, & familiarius nostris quae diuina sunt, loquamur, ac tradamus. *Liceat, inquit. Modeste loquitur, etiam si Graece dicatur, Licet: tantum tamen valet ac dicere, Liceat. Quod dixit, ne confundatur, si non tribuat Dauidi, quem Messiae sicut ocludit oculos veritati, qui iu-*

Minus argutus contra veritatem quis.

Aduersus Christi hostes armis quibus sit decertandum.

Quales Christus esse vult sectatores suos.

Iudaeos Petrus cur vocet fratres.

Cognatio secundum carnem ad quid inferuire debet. Petri modestia, & prudentia.

rauerunt in verba magistri. Sunt etiam peculiare quorundam ad sanctos affectiones, quas difficile est carnales exuere. *Audenter, inquit, siue cum fiducia: quia res est nota, & aperta.* Graece dicitur, *μὴ ἀποφθαίης*, hoc est, cum libertate, & fiducia: & ita tacite allicit eos ad audiendum, dum eos comedat quasi audios veritatis audienda. *De Patriarcha, inquit, Dauid.* Quia timebat eos offendere, si non tribuebat ei resurrectionem; propterea nominat eum Patriarcham, quia ei promissio seminis facta fuerat benedicti. Ob eandem causam paullo post vocat eum Prophetam: nec enim qui de aliquo magis negat quod non habet, aut ei tollit quod habet, haud illi est iniurius. Ait autem de Dauid quod defunctus est, vt habes in 3. Reg. c. 2. Proinde id licet dicere, quia Scripturis est conforme. *Et sepultus est, & sepulchrum eius est apud nos usque in hodiernum diem.* Sepultus fuit in ciuitate Dauid, hoc est, in Sion, vt ibidem dicitur. Vnde videtur vel Dauidem non fuisse de ijs sanctis, quorum corpora surrexerunt, & venerunt in ciuitate sanctam Ierusalem, & apparuerunt multis, vel eiusmodi corpora iterum redire ad sepulchrum, & ad cinerem suum; vel erat sepulchrum sine corpore. Et quia ita nihil probasset, dicendum est sepulchrum eius extitisse cum corpore usque ad Christi resurrectionem, & ita iam corpus eius viderat corruptionem. Tacite autem negat resurrectionem eius, affirmando sepulchrum eius adhuc extare: & non meminit corporis, vt minus offenderet. Quod vero Dauidis corpus non surrexit inter illa corpora sanctorum, de quibus Euangelista Matthaeus, multis alibi ostendi. Hic tantum illud vt firmum, ac solidum producam, quod, vt tradit Epiphanius, ad faciendam fidem de resurrectione, illi tantum sunt suscitati, qui paullo ante defuncti erant, & qui adhuc agnosci a propinquis suis poterant, vel ab amicis: at Dauid per tot secula ante defunctus, a nullo prorsus potuisset agnosci, ac proinde non satis firmum testimonium resurrectioni Christi prebuisset. *Propheta igitur cum esset, & sciret quia iureiurando, &c. Hoc*

Qui iurat in verba magistri, quid faciant infelices.

Dauid, Patriarcha cur vocet Petrus. 2. Reg. 3. & alibi passim Cur Prophetam nominet.

Ciuitas Dauid quae.

Matth. 27.

Sepulchrum Dauid, non autem corporis eius cur meminerit idem Petrus.

Lib. 10. Matth. 27. Quos conueniens fuerit cum Domino suscitari teste Epiphano. Epiphanius in Auctoritate loquitur a medio.

est, Dauid, qui non egit historiographum in illo loco de se loquens, nec Prophetam de se ipso praedictentem, quia falsa omnino prophetasset, restat, vt, cum fuerit verus Propheta, cui constitutum est de Christo Deo Iacob, de Messia, quem omnes vates respiciunt, prophetauerit. Addidit, iureiurando iurasse illi Dominum daturum de fructu lumbi eius, &c. Fortissimam innuit promissionem propter iusiurandum: quia enim res erat creditu difficilis, summumque utilis ac necessaria, promissioni adiunxit iuramentum; vt per duas res immobiles (scilicet promissionis, & iuramenti) quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus; & ne putaretur res, quae impediri posset, quemadmodum promissiones legis, quae ex conditione pendebant. Iuramentum ergo significat, quod eius rei, quam promissit, Deum non poenitebit, iuxta illud: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum.* Ideo, quod iurauit in ira sua, quod non introibit in requiem suam, ad obsecratos dictum est, siue obduratos. *De fructu lumbi eius sedere super sedem eius.* Fructum lumbi, aut vocat semen ex lumbis profectum usque ad Mariam Deiparam, nisi Christus non fuerit immediate ex lumbis eius, sed ex carne Mariae: quae per se quidem ex lumbis Dauidis profecta est, sed Christum non peperit nisi opera Spiritus sancti. Graeca lectio habet: De fructu ventris tui, quam lectionem sequitur Beda, & magis est ipsi Scripturae, quam citat, conformis, vbi dicitur: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Vbi castissimum Mariae ventrem, eo quod ex Dauid descendit, vel femur, & alia generationis organa, a parte vicina, ob honestatem, ventrem vocant. Alij vero vertunt, futurum de fructu lumbi eius quantum ad carnem, vt Christus exoriretur, ac sederet super sedem eius. Abraham quidem Spiritus indicauit Messiam hominem futurum: Dauidi, Regem; Iosepho vero Deiparae sponso, Deum: at ipsi Virgini haec tria, simul per Angelum re-

Promissio Messiae a Deo Dauidi cur facta cum iuramento Psal. 131.

Hebr. 6.

Psal. 131.

Psal. 94.

Fructus lumbi quid.

Matth. 1.

Bed. in Act. tom. 5.

Psal. 131.

Quid, De fructu lumbi eius sedere super sedem eius, secundum aliquos Matth. 1. Quae tria vni simul Virgini Deiparae de Christo reuelata.

uelata sunt, quia dixit illi: *Ecce concipies in utero, & paries filium; deinde, Et regnabit in domo Iacob in aeternum; postremo, Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Vocat autem sedem Dauid, non temporalem, quam Christus non habuit: nec spiritualem, quam Dauid non habuit, sed spiritualem significatam, & representatam in illa temporali Dauidis, cuius spiritualis illa Dauidis temporalis erat typus, & vocabulum: de qua sede praedixerat Esaias: *Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia a modo, & usque in sempiternum: vbi sedes haec Dauidis spiritualis indicatur.* Sicut petra, Christi figura dicitur ab Apostolo, Christus, & imago Caesaris Caesar: ita sedes Dauidis, ea Christi, cuius regnum coepit a resurrectione. *Prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem.* Prouidens, id est, procul videns, siue praesciens intellexit resurrectionem Christi, quem vt filium, & aliquid sui, quod de lumbis eius esset egressus, quasi alterum se, tractat in persona eius loquens, quasi Dauid in ipso esset suscitandus. Nec ergo anima derelicta est in inferno, nec corpus vidit corruptionem. Vnde habes certam Prophetas exponendi regulam, hanc a Petro Apostolo traditam; ea videlicet omnia quae loquuntur vates, & quae sibi ipsis competere non possunt, ad Messiam vnicum Prophetarum scopum referenda esse, atque de eo, siue eius corpore, quod est Ecclesia, interpretanda. Si quae vero sint, quae Prophetis aequae atque Messiae possunt congruere, non propterea quod vatribus competunt, negandum est posse ea in sensu pleniori & illustriori de Messia ipso, cuius illi typum & figuram gerebant, intelligi, vt illud: *Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium; vel saltem in sensu mystico, & spirituali, quem Spiritus sanctus voluit a nobis obseruari. Quamquam oppositum huius regulae tradiderit Caiet. in Psalterium, sed non est audiendus.*

*Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius*

Luc. 1.

Sedes Dauid quanam.

Esai. 9.

1. Cor. 10. Exod. 17.

Regni Christi exordium vnde.

Prouidere quid.

Aurea Prophetas interpretandi regula a Petro tradita.

Colof. 1.

2. Reg. 7. & 6.

Paral. 22. & Hebr. 1.

Caietan.

Iesum a Deo resuscitatu, cur Petrus iterum inculcer: suu quoque de hie re, & Apostoloru testimonium producar.

*Act. 1.*  
*Ibidem.*  
Qualis Petri constantia.  
*Ioan. 9.*

*Matth. 26.*  
Dextera Dei exaltat<sup>9</sup> quia Iesus fuerit, ut ait Petrus.  
Alter sensus Chrysof. homilia. 6. in *Act. tom. 5.* Petri prudentia & doctrina.

Promissione sancti Spiritus a Patre ubi accepit Christus.

Alter sensus. *Act. 1.*  
*Ioel. 2.*  
Petrus cur Christum effudisse dicat donum Spiritus sancti.  
*Aug. li. 15. De Trinit. cap. 26. sub initium, tomo. 3. circa med.*

omnes nos testes sumus. Rursus Deum autorem facit resurrectionis Christi; ne quisquam causari valeat humanitatis imbecillitatem: & post testimonium Scripturarum de resurrectione, producit oculos suos, atque omnium Apostolorum in testimonium: na ita ipse dixit, *Eritis mihi testes in Ierusalē, &c.* & Matthiam voluit testem resurrectionis fieri. Observa etiam constantiam Petri parum curantis de resurrectione fieri. Observa etiam decretum Iudaeorum, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret. Prompte etiam retractat sententiam, quam interrogatus, & metu oppressus dixerat: Non novi hominem.

*Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta a Patre, effudit hoc donum, quod vos videtis, & auditis.* Dextera Dei vocat potentiam, qua ut dextera liberè Pater tutatus est Filium: & omnia tribuit Deo Abraham, ne Iudaei offendantur. Vel per hanc dexteræ exaltationem, ut Chrysofomus exposuit, assumptionem insinuavit, volens eam proprio nomine vocare, quo minus eos perturbet. Et artificio quodam primò passionem enarravit, deinde resurrectionem, nunc iam ad Ascensionem pervenit, qua exaltatus est supra omnes caelos, ut sedeat ad Dei dexteram, ut statim ex Scripturis probat. Et cum quis alterum iacentem erigit, dextera sua illum ad dexteram suam collocat.

*Et promissione Spiritus sancti accepta a Patre.* Id est, Christus ut homo dum sedet ad Dei dexteram, accepit promissionem Patris per Spiritum sanctum sibi factam in Scripturis, & corde, quod sibi sedenti daret Spiritum, quem distribueret fidelibus e caelo Ecclesiam gubernans usque ad iudicium. Vel sensus est, accepta facultate dandi Spiritum sanctum, ut Christus promiserat. *Effudit hoc donum, quod vos videtis, & auditis.* Prius per Ioëlem dicebat Pater: Effundam Spiritum meum: iam ne minor ostendatur Filij sui potestas quatenus Deus est, illi ipsi tribuit effusionem, ut vna & eadem Filij potestas, & natura indicetur. Vnde Augustin. lib. De Trinitate: *Quomodo ergo Deus non est, qui*

*Spiritum sanctum dat? Imò quātus Deus est, qui dat illum.* Sic ille. Et subiungit: *Hoc donum.* Quod summum est, ac donorum omnium maximum: nam hoc donum Pater & Filius sibi inuicē donant, & hoc tanto dono voluit nos cohonestare. *Quod, inquit, videtis.* In linguis igneis, & vultu Apostoloru: auditis etiam in munere linguarum, & in tanta gratia, & sapientia per rudes, & imperitos piscatores ostensa. Dicitur autem hoc donum a Christo effusum venisse: quia eius merito, dū pateretur, atque eius in caelo precib<sup>9</sup> impetratum est. *Non enim David ascendit in caelum.* Post resurrectionem factam, quod ab initio non audebat dicere, negat de Dauide aperte posse intelligi: quare nō de sua, sed de Christi Ascensione locutus est. Hinc Patres ad caelum non ascendebant, quia clausum erat ad Christum usque regnum caeleste: longè plus quam paradysus terrestris: hinc in sinu Abrahæ versabantur Patres, & in inferis, vnde captiuam duxit captiuitatem, & emisit vincos de lacu, in quo non est aqua. Sicut ergo hoc non de se, sed de Christo praedixit David, ita illa de resurrectione. Non enim David ascenderat in caelum, ut inde mitteret Spiritum: at Christus ascendit, accepit, & dedit dona hominibus. *Dicit autem ipse, Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Tertium produxit ex Scripturis testimonium ex Dauide, quod maiestatem, & diuinitatem Messiae indicet, & ut simul ostendat, quod ut prius nequibat Dauidi conuenire, ita neq; istud. Atque hoc Dominus aperte iam in Euangelio ostenderat, ubi cum interrogasset Phariseos cuius filius esset Messias: illi responderunt, Dauidis. Quos statim Dominus repressit, dicens: *Quomodo ergo David in Spiritu vocat eum Dominum, dicens, Dixit Dñs Domino meo, &c.* ubi Christum indicauit duplici constare natura, non tantum humana, sed etiam diuina, propter quod Dominum vocat.

Quod si quis objiceret, illum Psalmum conditum ab aliquo Propheta,

Donu Spiritu sancti quorum donum sit.

Hoc donum Iudaei quomodo videbant.

Donum Spiritus sancti quare ratione a Christo dicitur effusum in Apostolos venisse.

Ante Christu nemo Patru cur ascendit in caelum.

*Gen. 3.*  
*Psalm. 67.*

*Ephes. 4.*  
*Zachar. 9.*

*Ephes. 4.*  
*Psalm. 109.*

Hoc etiā testimoniu ex Dauide: *Dixit Dñs Dño meo, &c.* cur Petrus produxerit.

*Matth. 22.*

*Psal. 109.*

Duplex Christi natura. Dauidi Psalmum. 109. haud posse conuenire ostenditur.

seruo tamen Regiæ personæ Dauidis, ita ut ea ratione possit illum Dominum vocare: ex multis alijs euincitur Dauidi Psalmum conuenire non posse: nam quomodo ei conueniret: *Ex vtero ante Luciferum genui te? & illud: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, & rursus illud: Sede a dextris meis?* Adhæc Iudaei tempore Christi producentis verba huius Psalmi ut a Dauide pronuntiata, nihil ausi sunt replicare, suo silentio assentientes Christi sententiæ.

Iam verba exponamus. *Dixit Dominus Domino meo,* siue, *Dixit Dominus Iehouah Domino Eloim.* Id est, Pater Christo Deo, & homini: adeo ut Messias etiam ut homo est, longè antecellat, & eorū radix existat. Ideo Pater & Rex dicitur a Prophetis. Minus autem corpore ascendit David, quam anima, quare hoc ei quadrat minime. *Sede a dextris meis.* Mecū regnādo, & quiescendo, & potestatem iudicandi accipiendo post crucis ignominiam, & labores, & postquam omni cum impietate iudicatus es ad mortem. Et ait, *A dextris,* id est, secundus post me, ut homo es, & in caelo, ubi dicitur esse Deus: vel in potissimis, & celsissimis gloriæ bonis in quantum homo, & in æqualitate maiestatis per omnia in quantum Deus.

*Donec ponā inimicos tuos.* Id est, semper, cum semper dæmones, & pessimi homines Christo aduersentur: ideo sub pedibus eius semper ponentur. Vel commodè exponi potest, Donec ponam, id est, usque ad iudicium; post quod cum omnia immobilem locum fortiantur, Christi opus regimine super militantem amplius non erit, sed regnum Patri æterno tradet, ut docet Paulus, cum quo ut Deus conregnabit. Christus ergo ad iudiciū usque, ut David regnum turbulentum, & bellis agitarum habet, postea verò cum Patre regnum pacificum, atque tranquillum, ut Salomon, sortietur. Et scabellum vocat, quod pedibus conculcatur: & qui se amore Christo non subiicient, cogentur vel vi illi subesse. Pedes Christi, aut humanitas eius est sanctissima, sicut caput est diuini-

Quid est: Dixit Dominus Dño meo.

Sedere a dextris Dei, quid

Quid illud: Donec ponā inimicos tuos.

Alter sensus.

*1. Cor. 15.*

Quale Christi regnum nūc sit, quale verò futurum sit.

Pedes Christi qui.

tas, vel Apostoli, & minima quæque eius membra, quæ Christum in se habitantem gestant, iuxta illud: *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro: sub quorum pedibus Deus pacis sæpè conterit Satanam, & interdum homines agrestes etiam, & ferores, quales sunt infideles, vel fideles omni scelere contaminati.*

*Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis.* Colligit ex testimonijs quæ praedixit, & alijs quæ dispurauit, Iesum ab eis crucifixum verum fuisse Messiam ac Dominū in quo, etsi non aperte, occultè tamen eum Deum insinuauit, ut videre liceat Petrum praclarum extitisse oratorem, qui fusiori sermone tractata in breuem cōtrahit epilogum. Vocat domum Israel, siue eam, quæ ex Israel secundum carnem descendit, siue eam, quæ iam spiritu & fide in Christum, qua fortis erat cū Deo, & Deum quodammodo videbat, esse incipiebat: & de hoc ait: *Certissime sciat: quia fides certissimos reddit eos qui credunt.* Vnde & scientia dicitur, de qua, *In scientia sua iustificabit ipse seruus meus multos: & Zachar. Ad dandam scientiam salutis plebi eius: & de Abraham testatur Paulus. In promissione etiam Dei non haesitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: plenissime sciens quia quæcumque promisit Deus, potens est & facere.* Nullus verò conturbetur ex eo quod ait Deum fecisse Iesum Christum, & Dominum. Nam etsi Verbum factum non sit, cum fides testetur genitū, nō factum, consubstantialem Patri: fecit tamen eum secundum carnem non tantū in natiuitate, sed & in resurrectione: vnde sine scrupulo vllō testatur Dilectus: *Verbum caro factum est, & Apostolus; Qui factus est ex semine Dauide secundum carnem.* Vnde simpliciter non dicit fecisse Christum; sed Christum hunc, inquit, quem crucifixistis: ut magnus ponderauit Basilus contra Arrianos, qui hunc locum detorquebant ad probandum, Christum esse creaturam, ob id quod Deus ipsum fecisse asserat. Sed non considerant

*1. Cor. 6.*  
*Rom. vlt.*

Petrus Apostolus insignis orator.

Domus Israel quæ.

*Gen. 32.*  
*Esai. 53.*  
Proprium fidei quid, & cur scientiā vocent.  
*Luc. 1.*

*Rom. 4.*  
*Gen. 15.*  
Deum fecisse Iesum Christum, & Dominum, quomodo sit verū modo.

*Ioan. 1.*  
*Rom. 1.*  
*Basil. Mag. lib. 4. aduersus Eunom. sub finē, in id, Dominus creauit me, tom. 1.*  
Aduersus Arrianos mirorrem Patre Filium creaturam esse dogmatizantem.

illi, in Christo esse humanam naturam, atque dignitates illi naturae communicatas non minus a Verbo, atque Spiritu sancto, quam ab ipso Patre: qui tres unus Deus sunt, propter quae merito a Deo dicitur factus. Fecit ergo Dominum non solum Davidis, sed etiam omnium a resurrectione: unde dicitur: *Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.* Fecit & Christum, hoc est, Regem, cum dixit: *Sede a dextris meis;* vel potius a resurrectione, de qua: *Vixit te Deus, Deus tuus oleo latitiae,* & rursus: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion monte sanctum eius;* nam a resurrectione regnum eius est agnatum, & verus in lege promissus Messias, ut proinde frustra expectetur alius. Et subdit: *Quae vos crucifixi sunt.* Quam ad carnem, siue ex ignorantia, siue ex malitia. Meminit autem crucis, ut per eam abducatur illos ad compunctionem, & per compunctionem digni reddantur, qui Spiritum accipiant.

*His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos, Quid faciemus, viri fratres?* Ecce fructum simplicis orationis Petri, qua circiter tria millia animarum paucissimis verbis ad Christi fidem traduxit. Repente proinde ait, His autem, quod videlicet causa linguarum esset donum Spiritus sancti in eos effusum a Christo exaltato a Deo, & ab eis inique per summam iniustitiam crucifixo. *Compuncti sunt corde.* Id est, Perceperunt ictum quandam in corde per doloris sensum peccatorum, & praesertim crucifixionis conceptum: per gladium quoque verbi Dei factum, quo ictu aperitur plaga cordis, ut effundatur virus peccati. Et talis cordis nostri compunctione vulneratur cor diaboli ut crucietur, & pereat: & cor Dei amore percutitur, ut effundatur unguentum misericordiae, & dicat: *Vulnerasti cor meum, soror mea.* Non tantum ergo ore, vel exterius dolorem sed ex profundo corde significarunt. Nam verba sapientium sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi. *Dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos.* Cum os cordis sit nuntius, ad Petrum, ut summum medicum, ac ducem, ac reliquos Apostolos tanquam coministros, quos Pe-

eris minimè obscurabat, sed eos prodebat coram, eum diceret, Cuius omnes nos testes sumus, ne Ecclesiam operariis priuaret, locuti sunt, declarantes. *Quid faciemus, viri fratres?* Fructus compuncti, & resipiscens est, parare cor suum ad obedientiam Deo, & ministris eius praestandam: quam obrem, qui nullam suam commoditatem volunt relinquere, aut ullam opinionem exuere, non sunt inter compunctos corde censendi. Et dicunt Apostolis, Viri fratres, quia sic ipsi appellati erant a Petro, & quia erant eiusdem gentis cum illis, id est, populus Dei. Observa quomodo humanos fecerit compunctio, etiam irrisores: nam fratres facit ex hostibus, verbaque Apostolorum miram simplicitatem, & amorem conciliabant.

*Petrus autem ad illos, Penitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti.* Petrus aliorum os, ac dux, prior praesertim prodebat ad respondendum: quo loquente alij tacet, ne sit confusio. *Penitentiam, inquit, agite.* Dolendo de peccatis, & mutando vitam, quae ante Baptismum sufficit: post Baptismum vero non satis est penitentia, nisi ad sit & satisfactio: unde dictum est: *Facite fructum dignum penitentiae,* quae significavit illo verbo, *Agite:* non ait, cogitate, aut dicite, aut scribite, aut credite. Falso ergo sibi blanditur de fide, qui penitentiam negligit: post innocentiam enim amisit unicum vitae ianua est penitentia, de qua in lib. Sapient. dicitur: *Disimulans (scilicet Deus) peccata hominum propter penitentiam.* Quod si Christus, qui caput est, & agnus innocentissimus, ut Deo pro nostris peccatis satisfaceret, per id ostium introiit, atque omnes sancti ingressi sunt, atque eo magis, quod plus fidebant Dei misericordia: absurdum profecto esset, si membra per aliam portam, quam caput intrare coterent. Nam tales sua insolentia tumidi potius in gehennam inferni intrare dignoscuntur, qui tot portas patentes ad ingressum habent, quot vitia, siue peccata existunt. Nam Lucifer per portam superbiae est ingressus, per odium fraternum Esau, per diffidentiam Dei

Petri modesta.  
Verè penitentis & compuncti corde signum quod.  
Apostoli viri fratres a Iudaeis cur dicitur.  
Petrus Apostolorum os, ac dux.  
Penitentiam absque satisfactione non sufficere baptizato.  
Matth. 3.  
Unica vitae ianua quae sit  
Quot portae inferni sint.  
Esai. 14.  
Gen. 27.

Christum Deum qualem Dominum fecerit: quomodo & eundem Christum cur constituerit.  
Matth. ult.  
Psalm. 109.  
Psalm. 44.  
Psalm. 2.  
Deut. 18.  
Querit id Iudaeis Petrus dixerit: Quae vos (scilicet Iesum) crucifixi sunt.  
Primae concionis Petri fructus.  
Compuncti corde quid.  
Fructus compunctionis.  
Cant. 4.  
Eccii. 12.  
Os cordis nuntius.

Supra. 4.  
1. Reg. 15.  
Matth. 27.  
Ibidem.  
Luc. 16.  
Penitentiae varia impedi-  
menta.  
Gen. 26.  
Supra. 4.  
Cain, & Abel  
quid significat.  
Luc. 19.  
Quales qui peccata non agnoscunt sua  
Penitentia omnibus Sacramentis quid conferat  
Baptismus ianua Sacramentorum.  
Gal. 3.  
Qua ratione quisque Christum debeat Redemptorem agnoscere.  
Passionis Dominicae virtus quanta.  
Marc. 1.

Cain, per inobedientiam Saul, per invidiam Iudaei, per avaritiam Iudas, per gulam diues Epulo, per luxuriam Nicolaus Antiochenus. Solent autem multa obstacula penitentiam prohibere. Nam in primis superbia, quae nihil sibi deesse putat, illam impedit: unde fons est in valle, in montem vero non nisi vi flagelli ascendit aqua. Secundo, amor terrenorum, unde putei Isaac terra caecati sunt, & a Cain, id est, possessione temporalium bonorum, occisus est Abel, id est, luctus penitentiae. Tertio, cordis duritia, ex quo, ut de petra, nisi signo aqua lacrymarum non exit. Quarto, ignorantia earum rerum, quae fletum excitant, unde dictum est Ierosolymae: *Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi, scilicet feres.* Nam ubi phreneticus nesciens se amisit sanitatem, aut cerebrum, in lacrymas nequaquam prorumpit: tales sunt qui peccata sua non agnoscunt. Demum impediunt multa peccata ob carentiam charitatis, quae cor ipsum veluti congelant, & fletum impediunt. *Et baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* Post penitentiam quae ad omnia sacramenta cum fructu suscipienda viam munit, hortatur ad Baptismum, qui ianua est Sacramentorum, ac per quem primum in Christum ingredimur, atque adeo ipsum induimus. Et hortatur unumquemque, ut, sicut pro unoquoque Christus passionem sustinuit, ita quisque cognoscat Redemptorem, ipsa ceremonia submergendi, & emergendi, protestando veterem hominem vi passionis emori, & novum exurgere. Et ait, unusquisque vestrum, videlicet, qui ex fide compuncti estis, quam fidem ab infidelibus Apostoli exigebant. Hi autem fideles in Deum erant, licet a principio fidem in Christum non ostenderent: sed audita Petri concione fidem conceperunt, & compunctionem, quae ad Sacramentum dignè suscipiendum praeparabant. Unde dicitur: *Penitemini, & credite Evangelio.* Nemo ergo peregrina doctrina imbutus, existimet ad salutem satis esse fidem, atque penitentiam absque Sacramento: nisi forte cum

necessitas Sacramenti suscipiendi commoditatem excludat. Vult enim Deus pro sua sapientia, qui nos animo, & corpore constituit, ut ad salutem consequendam non tantum adferamus fidem, & cordis compunctionem, sed etiam nos externis subiiciamus Sacramentis, de manu eorum, qui reconciliationis sunt ministri, suscipiendis. Peccant igitur impietatis vitio, qui Sacramenta tanquam res externas, & ob id saluti minimè necessarias spernunt: cum maxime vel ob id sint reverenter suscipienda, quia a Deo sunt instituta, & praecipua, etiam si aliud qui nihil utilitatis continerent: quanto magis si sciamus ea esse nobis quammaximè salutaria? Baptismus nos in novam vitam regenerat: unde laucrum regenerationis ab Apostolo vocatur: peccata delet, ut Ananias ad Saulum dixerit: *Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua:* coetui fidelium coniungit, & incorporat: omnes enim in unum corpus baptizati sumus: Christum facit induere: *Quicumque enim in Christo induistis:* salutem sempiternam conciliat, hinc illud: *Salvos nos fecit per laucrum regenerationis:* & denique Spiritum sanctum impertitur, de quo addit Apostolus: *Et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum.* Subdit: *In nomine Iesu Christi.* Ex quo loco quidam arguunt, necessarium non esse baptizari in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, sed satis esse in nomine Iesu Christi. Quod admittit Magister sentent. lib. 4. cap. 3. Et non hoc solum, sed etiam in nomine Spiritus sancti dicit verum dari Baptismum: quod ferè nullus dixit ante eum. Ambros. lib. 1. de Spiritu sancto ait, plenum esse Baptisma in nomine Iesu Christi, cuius haec sunt verba: *Nunc consideremus, utrum, quemadmodum in Christi nomine plenum esse legimus Baptismatis Sacramentum, ita etiam sancto tantum Spiritu nuncupato nihil desit ad mysterij plenitudinem. Et rationem sequamur, quia qui unum dixerit, Trinitatem significavit. Si Christum dicas, & Deum Patrem, a quo unctus est Filius, & ipsum qui unctus est, Filium,*

Dominicae ordo providentiae.  
2. Cor. 5.  
In eos qui Sacramenta tanquam ad salutem minimè necessaria adferantur.  
Baptismi virtutes.  
Tit. 3.  
Act. 22.  
1. Cor. 12.  
Gal. 3.  
Tit. 3.  
Ibidem.  
An in nomine Iesu Christi baptizari, vera sit forma Baptismi. Prima opinio.  
Caietan. in Acta.  
Mag. sentent. B. Ambros. ca. 3. paulè ante med.  
to. 11. a medio.  
An in Spiritu sancti nomine baptizari, sit integrum Baptisma, secundum Ambrosium.



Christus qua ratione erat Iudaeorum Deus. Psal. 75. Eja. 9.

Petrus qua testificatus sit ad Iudaeos pro cōfessione.

Cur praua dicta sit generatio Iudaeorum.

Psal. 77.

Matth. 12. & inf. 16. Iudaei se saluare a generatione praua, quomodo debebant.

cet Dominus ex gratia sua aduocauit, spectat hoc tantum beneficium, Et dicitur Christus Dominus Deus noster, id est, qui olim peculiariter erat Deus Iudaeorum, & nunc datus est, & natus est nobis.

Alijs etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens, Saluamini a generatione ista praua. Ostendit his verbis non esse integrum Petri sermonem collectum, sed summam tantum eius, & compendium. Testificatus est ergo illa quae Fidei sunt, & quae praecedere debent: & hortatus est ad ea, quae bonorum morum sunt, atq; ad alia Sacramenta spectant: vt acutè ponderuit Augustinus lib. de Fide & operib. c. 8. ¶ Saluamini, inquit, a generatione ista praua. Id est, O aegroti, quorū ego medicum, & nauclerum ago, salutem curate vestram fugiendo a generatione ista praua, id est, Iudaica, quae vt plurimum rebellis exitit, & incredula, de qua Propheta: Generatio praua, & exasperans: Generatio qua nō direxit cor suū, & non est creditus cū Deo spiritus eius: de qua etiā Dominus: Generatio mala, & adultera signū querit. Ac rectè ait, Saluamini: ne quis enim existimet salutē nostram totam à Christo pendere, & nihil ex nobis, aut cōtra arbitretur salutē omnem à nobis proficisci, aut saltem potiorē salutis partē, aptè dixit, Saluamini: hoc est, salutē à Deo vobis

missa per Christū, & per eius ministros proposita nolite resistere, sed & vos ipsam amplectimini fide, pœnitentia, & Sacramento obuiam illi cundo, illamq; vobis incorporado: & à generatione praua vos ipsos separando, ne contingat vos illius societate contaminari: vt & qui fide, & religione diuersi estis, & corpore quoq; atq; conuersatione distincti sitis. Saluamini igitur a generatione ista praua, perinde est, ac dicere; Exiite veterē hominem, siue fermentū vetus malitiæ, & nequitiae, vt sitis noua cōspersio. Sed o ter nos beatos, si hoc præceptū Apostoli audiremus: bona enim pars fidelium si à cōsuetudine, & commercio filiorum huius seculi abstineret, salutē suam operaretur. Nunc autē dū spōtè commiscemur Hæreticis, qui fidē deprauāt, aut lenonibus, & aleatoribus, & huiusmodi hominibus, qui aut in voluptate, aut in opibus felicitatē sitā esse arbitrantur, adiungimur, exitium nobis præsentaneū, & interitum cōparamus. Quoniā igitur Christus summus iudex separaturus est bonos à malis, tanquam oves ab hœdis, demus & ipsi operam vt à corruptis hominibus seiuāti, non nisi cum bonis, & spiritualibus cōiūcti in Christo viamus, qui cū Patre, & Spiritu sancto par est diuinitas, idē honor, æqualis potestas in secula seculorum, Amen.

1. Cor. 6. Ephe. 4. Saluari a generatione praua, mysticè quid.

Causa nostræ exitij vnde sit.

Matth. 25.



TRACTATUS XV.

IN illa verba: Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt: & apposita sunt in die illa anima circiter tria millia. Erāt autē perseuerātes in doctrina Apostolorū, & cōmunicatione fractionis panis, & orationibus.



Vemadmodum seminator ille Euangelicus in vnā tārūm ex illis quatuor terræ partibus, in quas semen iaciebat, fructum laboris sui habuit: ita Petrus Apostolorū Princeps extēdit

quidē in omnes qui aderant, rete Euangelicū, quod ad se attinet, verum non omnes assensu sunt, sed nonnulli, quos enumerat in præsentia Lucas: qd profecto seminis defectui non est tribuendū, sed vitio auditorū. Nō enī satis est,

Act. 2.

Pergenti ad beatā patriā qui sit incedendum via.

Expenditur quod Iudæi conuersi verbum Petri libenter receperunt. Chrysof. homil. 7. in Actus, tom. 3.

Exo. 16. Luc. 15.

Qui a peccato recedit quam duplicem tristitiā debet euincere.

Num. 11.

Qui de peccato mœror concipitur, quam habeat vtilitatem.

prædicantes verbum Dei proponere, nisi nos dictis illorum assentiamur, & Fidei obediamus: nec rursus satis est opera nostra, & industria, nisi adsit gratia. Vtrumq; ergo extremum declinandum est, & media incedendū via: quia nec nos sine gratia quicquam possumus, neq; gratia sine nobis nos saluat; vt ita vitemus Scyllam, & Charybdim Lutheri, Pelagijq; Græcè autem additur aduerbium ἀδυσίως, id est, libenter: Non solum quia, vt docet Chrysostomus, Euangelium neminem inuitum saluat, sed etiam quia ad hoc vt piscis hamum deglutiat, aliquid debet illū tegere, quod sit gustui dulce, ac delectabile. Non secus qui vitiosam priorem vitam relinquere debent, aliquid dulce, & suauē spiritui habēt gustare, vt ad Christum veniant. Hoc autem delectabile gaudium homini à peccato recedenti, vt plurimum dari solet: quemadmodum filijs Israël egredientibus de Ægypto, datum est manna, & filio prodigo redeunti de regione longinqua, exhibitum est vituli conuiuū saginati. Habet enim qui à peccato recedit, duas tristitias euincere: alteram naturalem, alteram verò voluntariam. Naturalis est, separari à temporalibus delectationibus carnis, & à mundi huius consuetudine, qua captus erat more Hebræi recedentis ab Ægypto, qui amabat cepe, allia, porros, cucumeres & pepones, quæ non nisi cū sensu mœroris relinquuntur. Quemadmodum nec dens extrahitur, nec membrum præciditur sine dolore: ad quem mitigandum, adest Dei gratia lætitiā efficiens. Secunda tristitia voluntaria est, peccatorum suorum in Deum amissionum meminisse; & ppter eā dolorem, & pœnitentiā cōcipere, atq; amaro animo esse. Eos qui ita salutariter ad pœnitentiā contristantur, consolatur Deus virtute Spiritus sancti, gratiasq; agunt Deo de inuēto tāto thesauro, hoc est, de Christo Dño, cuius famularui se addicere desiderāt. Nam si quis Romam veniens, magnū aliquem Ecclesiæ Principē inueniat, cuius seruitio se dedicet, & à quo cōmoda, & vtilitates sperare possit, mirificè lætatur. Quid igitur erit Christi-

stum Deum, ac Redemptorem benefauentem inuenire? extra quem etiam si in magnis quis verferur delicijs, honoribus, & thesauris, requiem inuenire non potest: in vno illo tanquā in margarita illa Euangelica, pro qua cōparanda cuncta bona distrahēda sunt, omnia bona, quæ in desideriu cadere possunt, inuenit. Quicunq; ergo libenter receperunt sermonem eius de agēda pœnitentia, & sermone eius suscipiendo, baptizati sunt, id est, sub aqua submersi, si vim vocis, & proprietatē inspicias; & vt corpus externē mudatur, & abluitur, ita animus Dei gratia reficitur. Pōderat Tertullianus lib. De pudicitia: Primus in Christi baptismo Petrus referauit aditū cœlestis regni. ¶ Et apposita sunt in die illa anima circiter tria millia. Et si per Synecdochen anima significet totum hominē, iuxta illud: Anima qua peccauerit, ipsa morietur: &, Anima, que afflicta non fuerit in die illa, peribit de populis suis: & Apostolus: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: sicut etiam interdum nomine carnis totus homo intelligitur: de animabus tamen, earumq; muditia plus agit Nouum Testamentū: & pastores peruigilant tanquam rationē reddituri pro animabus. In baptismo etiam solum saluantur animæ: quia sicut dæmon primū destruxit animā per superbiam, & postea per esum ligni corpus redditum est mortale: ita Christus, qui venit vt dissoluat opera diaboli eo modo quo ille nocuit, primò animam saluat à peccato, & captiuitate dæmonis, deinde corpus in resurrectione, in quo tanquam in Sabbato, totum sanabit hominem. Expedi etia vt quisq; agnoscat se habere animam, vt pro eius salute, & gloria aliquid operetur: quia quidam sunt, qui tantum se corpore cōstare existimāt, & ad eius voluptatem, & fatietatem omnia opera sua referunt: quod absurdum, & præposterum est. Ait autē, Apposita sūt, siue addita numero bonorū fidelium, vt Deiparæ Virgini, Apostolis, septuaginta duobus discipulis, siue ceterum & viginti Christianis, qui assisterūt electioni Matthiæ: & hæc est maxima gloria, quam hic possumus

Christū qui inuenit, quid inueniat.

Matth. 13.

Animus quo pabulo reficitur.

Tertull. tom. 2.

Primus in baptismo Petrus referauit aditū cœlestis regni, ait Tertullianus.

Ezec. 18.

Leuit. 23.

Rom. 13.

De animab⁹ quanta cura sit in Nouo Testamento, Heb. 13.

Ad quid venerit Filius Dei in mundum.

Gen. 3.

1. Ioan. 3.

Ioan. 7.

Qui agnoscat se habere animam, & nō solum corpus.

Quibus appositæ sint animæ circiter tria millia.

Act. 1. Summa gloria nostrā dū viuimus, quæ nam illi sit,

Quam recte dixerit inter pres: Animate circiter tria millia.

Lucas cur in finitè, circiter, inquit, tria millia.

Quomodo tria millia hominum vno die baptizari potuerint. Act. 1.

Cur Ecclesia nascentis initio tam pauci Christi baptisma susceperint.

Incredibilis fidelium numerus, quos P. Franciscus Xavier apud Indos sacro fonte iustravit.

Hæretici per inaciavnde.

cōsequi, numerati videlicet inter bonos, sine quo parū prodest fuisse Episcopum, aut Ducē, Cardinalē, aut Principē, Papā, aut Imperatorem: quia si gratia Dei sint desinita, inter bonos enumerari nequeunt, sed rectā tendunt ad gehennā. *Circiter*, inquit, *tria millia*. Pro, ter mille: quia millia neutrius est generis, & nō quadrat animabus, quæ fœminini generis, aut hominibus, qui sunt masculini. Nō curavit igitur interpret Græmaticorum regulā, secūdū quā Latine dicendū erat, ter mille: etiam si aliqui legāt, circiter tria millia animarū. Dixit autē circiter, quia Spiritus sanctus non reuelavit illi præcisum numerū, nec multum refert hoc scire, vel tunc, vel modō.

Sed iam quæritur quī fieri potuerit, ut tot vno die baptizari potuerint? Cōmodè responderi potest, impossibile nō fuisse, quia erant ministri centū viginti. Deinde probabile etiam est nō fuisse baptizatos per submersionē, sed per asperionē, siue intinātionem, & verborū prolationē: ita enim multa millia possunt expediri intra horā. Tertio dicendū est, solēnitatē baptismi, & cæteras ceremonias, quæ in illo ad ornamentū obseruantur, nondum fuisse tūc institutas, quæ multū tēporis occupāt: at asperione, & solis verbis, in quibus est substantia Sacramenti, breui res confici poterat.

Secūda interrogatio est: Quomodo tā parui sint baptizati eo tēpore, cum vnus ex fratrib⁹ nostris singularis Dei seruus, magnusq; religionis ac pietatis cultor dictus Frāciscus Xauier, quē amoris, ac benevolentia gratia nominare volui, ad Indos Orientales à summo Pōtifice destinatus fidei Christianæ propagandæ gratia, paucis annis supra quadringēta hominū millia baptismo intinxerit, & interdū vno die supra quindecim millia: vsq; adeo ut & baptizanti brachia præ lasitudine nō feruierēt, & vox toto die defatigata raucesceret in prolatione formæ, ut ipse proprijs literis ad nos scriptis significauit. Respōdemus, ex vitio superbiæ profectū fuisse, ut quō sēctā aliqua magis accedit ad fidē Christi, eō sit insolentior, atq; in falsitate per-

tinacior. Hinc fit, ut hæreticus obstinacior sit Iudæo, Iudæ⁹ Pagano: siquidē hæreticus plus accedit ad Christi Euangeliū, quia cōfitetur diuinitatē, animæ immortalitatē, præmia bonis, & supplicia malis reposita, & Christū, quem nulla alia sēctā cōfitetur: hi quō plus sunt luci vicini, atq; ea non benē vtuntur, magis sunt ingrati, cæciq; quā alij. Hinc iustitia Dei permittit, ut in errorū tenebris magis versentur, in illisq; pmanent. Iudæi post hæreticos nobis sunt viciniore, quia illa omnia quæ diximus, priora confitentur, licet Christi aduentum impletū negent: & hos difficilius conuertere ad fidē Christi videmus, quā Gentiles: qui ob id quōd essēt à religione Christi remotiores, nec haberent vnde resisterēt, facilius ad veritatem Euāgelicam reducti sunt. Atq; hæc est ratio non obscura, cur videlicet tāta multitudo Gentium in Christum intrauerit, & tāta paucitas Iudæorū Messia agnouerit: nam ut humilitas, & modesta sui cognitio ad Christi cognitionem iuuat; ita superbia ad claudēdos oculos veritati, & ad obstinationem.

*Erant autem persecutores in doctrina Apostolorum, &c.* Mirantur quidā, vnde tanta primitiuorū in fide constantia, tanta sanctitas, & vitæ perfectio, cum nūc mira sit Christianorū instabilitas, atq; tepiditas, morūq; corruptela? Sed desinet admirari, qui diligentius inspexerit magnum illud lumē, vimq; gratiæ Dei vocantis: nā eius proculdubio est maiorem, ac minorē gratiā pro sua bonitate, ac sapientia impertiri: quō fiebat, ut & maior esset voluntatis ad fidē amplectendā, quod totū Diuinæ bonitatis opus erat, volentis non tantū in naturalibus, sed etiā in gratuitis quosdā alijs præcedere. Hinc Paulus ad Thessalonicēses scribit: *Nos autē debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti à Deo, quod elegerit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione Spiritus, & in fide veritatis: id est, nos non solū prius tempore, sed etiā maioribus gratiæ donis cohonestauerit. Præter vocem autem internā Dei vocantis, quæ efficacissima tunc erat, aderat quoq; vox externa maior:*

Cur tam difficilis Iudæo tum ad Christum conuersio sit.

Gentes cur tam multæ in Christum crediderint.

Quæ causa fuerit tantæ fidei constantiæ, vitæque sanctitatis in Ecclesia primitiuorum. I. ratio.

2. Theff. 2. Quid illud Apostoli: elegit vos Deus primitias in salutem.

II. ratio.

Apostolicæ prædicationis vis atque euergia.

1 Cor. 13.

Ioan. 14.

Id expenditur verbū Apostoli: Gratia Dei in me vacua non fuit.

1 Cor. 15. III. ratio.

Matth. 25.

Quis fiet, gratiam Dei acceptam ne in vacuum recipiamus, fidelium primitiuorum exemplum.

Act. 4.

nam prædicatores signa, & vitæ exemplā fortiora ac præstantiora habebāt. Prædicatores siquidem Apostoli erāt, qui pleni Spiritu sancto plus vno verbo, quā nos multis sermonibus præstabāt, eo quōd haberēt Christum per eorum linguam loquentem, ut Paulus de se ait: *An experimentum, inquit, queritis eius qui in me loquitur Christus?* Miracula etiam grandiora erant, quia in illis impletum est verbū Domini: *Et maiora horum faciet*. Vitæ quoq; exemplā vehementiora erant, vnde & subditi facilius voci Dei parebant: adeo ut Paulus ausus sit dicere, *Et gratia eius in me vacua non fuit*: quod est acsi diceret, Respondi Diuinæ gratiæ, & vocationi. Quod quis nostrū audeat dicere, qui toties ad bona sollicitantem Spiritum respimus? Tertio, erat tanta constantia in primitiuis illis: quia non satis est semel gratiam Dei accepisse, deinde verō in vtramq; aurem indormire: sed opus est gratiam exercere, & talentum ad mensam ponere, ne si negligentius te geras, à munere gratiæ excidas. Non secus atq; aqua, quæ dum ignis suppositus est, calorem seruat, vbi verō ab igne subdlexeris, statim ad frigidam suam reuertitur naturā: ita nōs frigidū, ac tepidū sumus, dum gratiam Dei in vacuum recipimus. Sed ad conseruandum ignem fidei, & charitatis ardentis, opus est ligna supponere, quibus conseruari queat. Nā primitiuī illi primò perseuerabant in doctrina Apostolorum, & auditu verbū Dei: deinde fractioni panis frequenti incumbēbant: at illa exigebat confessionem peccatorum, quia qui sanctus non erāt, accedere non poterāt. Tertio, perseuerabant in studio præcandi. Quarto in eleemosynis porrigendis: nā ponebant omnia bona sua ad pedes Apostolorum. Quinto, non nisi cum bonis & pijs, qui studia virtutum cōlebant, versabantur; ab improborū verō consuetudinē abstinebant. Sexto, sumebant cibum in lætitijs: vbi tanquā mensa frugali, & spiritali se mutuo ad bonum cohortabantur. In Concilijs antiquis non est infrequēs sermo de agapis, id est, charitate in cōuiujs sobrijs, & modestis

exhibita, ut etiam meminit Tertullianus in Apologerico. His ergo prædijis illi vitam honestā, ac Christiano homine dignam alebant, ac tuebātur. Ab his autem exercitijs spiritualibus cum nos longè abhorreamus, aut certe illa frigidissimè exerreamus, hinc proficiscitur nostrā fidei incōstantia, & vitæ honestæ, quæ tantæ fidei debebatur, deprauatio.

Sed iam ad huius loci explicationē quæredum est, cur peculiariter Lucas meminerit doctrinæ Apostolorū: poterat enim dicere, quōd perseuerabāt in verbo Dei. Deinde vbi nam inuenitur hæc Apostolica doctrina: & quæ rursus sit spurca, ac notha. Circa primum, voluit Spiritus sanctus, ut ita loqueretur Lucas, quia doctrina Apostolica continet institutionem, in vtrōq; Testamento, Veteri, & Nouo cōprehensam. Si autem dixisset: Erant perseuerantes in verbo Dei, facile intelligeremus per verbū Dei Vetus Testamentum, cum nouum nondū esset literis consignatum. Nam Matthæus, qui primus omnium scripsit, non nisi cū à Ierosolyma discedere ad prædicandum Gentibus deliberauit, scripto mandauit Euangelium, ut testatur Hieronymus: at verō doctrina Apostolica vtrumq; Testamentum continebat eo modo, quo vna scientia dicitur continere principia, & conclusiones: ita Apostoli conclusiones Noui Testamenti per doctrinam Veteris cōprobabāt: nā ita erant edocti à Christo vero magistro, ac postea ab Spiritu sancto, cuius charitatis vino pleni erant; aut doctrinam vtriusq; Testamenti, atq; intelligentiam ita ut acceperant, illa simul conferēdo: ut patet ex prima Petri concione ad populū; vbi noui doctrinam confirmauit per vetera David, & Ioël's testimonia, atq; hoc forte Christus significare voluit, cum dixit: *Omnis scriba doctus in regno celorum, similis est homini patrifamiliars, qui profert de thesauro suo noua, & vetera*. Thesaurum vocat repositorium, non quidem pecuniarium, sed rerum, quas paterfamilias pro tempore gubernat. Ut enim prouidus paterfamilias sic vititur domesticis suppellectilibus, &

Tertull. tom. 11.

Cur potius dicitur sit à B. Luca, quod erant perseuerantes in doctrina Apostolorū, quā in verbo Dei.

Matthæus quando scripsit. Hieron. lib. De scripto. Eccl. tom. 3 circa fin. Vetus, Nouumque Testamentum quemadmodum Apostolica doctrina contineat.

Matth. 13. Prouidus paterfamilias de quo thesauro suo profert noua, & vetera: ut Dominus dixit.



Apostoli boni instar, & prudentis patris familiaris uti noua, & vetera d suo thesauro dispensauerint.

II. ratio eius dicti: Erant perseverantes in doctrina Apostolorum: & non in verbo Dei. Thren. 4. Aduersus haereticos obuias catuq. & apertas esse Scripturas dogmatizantes.

Luc. vii.

1. Cor. 14. Heb. 5. Act. 8.

2. Esd. 8. Quid illud Principis Apostolorum: Sicut modo geniti infantes, rationale & sine dolo lac concupiscite. 1. Pet. 2.

vestibus, atq; adeo cibis reconditis, ut partim noua, partim vetera dispēset: nā si semper optima quaeq; praeberet, breui cōsumeretur; si semper deteriora, domestici turbati ferre nō possent, proinde carnibus falsis adiūgit recentes, & vino nouo vet<sup>o</sup> admisceat: ita Apostoli neq; sola antiqua, quae ad Moyse legē spectabant: neq; sola noua, quae ad Euāgelium Christi attinebant, sed vtraq; in tēpore suo pducebāt, noua per vetera cōfirmādo, nimirum per Prophetas, & figuras, & vetera per noua explicādo: quādoq; etiā Apostoli intelligibilia, & spiritualia quae noua sunt, proponebant, eaq; veterib<sup>o</sup>, hoc est, sensibilib<sup>o</sup> exēplis nobis magis cognitis & familiaribus, quō magis aut perciperetur, aut placeret, aut retineretur, cōfirmabāt, atq; exornabant.

Adest & alia ratio, cur dixerit in doctrina Apostolorum, & non in verbo Dei. Apostoli nāq; declarabant Prophetarū oracula, & veluti panem Scripturae frangebāt, ut in frustra cōcissus posset etiam edi ab infantibus, qui in tener nō poterat, ut de illis dici merito nō posset: Paruuli petierūt panē, & non erat qui frangeret eis. Qua in re manifestus, & impudens detegitur fucus haereticorum, Sacras literas per se claras esse, & apertas etiam cuiusq; imperfecto, & idiotae, dogmatizatiū. Si igitur clarae, notae, ac manifestae sūt, quorsum Christus illas interpretabatur, aut quorsū aperuit Apostolis sensum, ut intelligerent Scripturas? aut quare Apostol<sup>o</sup> ad Corinthios scribēs, ait, Qui loquitur lingua, oret ut interpretetur? Quare ad Hebraeos ait: De quo nobis grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendū: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum? aut quare Eunuchus Cādacis Reginae dixit: Et quomodo possum (scilicet intelligere) si non aliquis ostenderit mihi? Rursus cur olim Nehemias legem populo interpretabatur? Quia ergo Scriptura solidus est cibus, qui non omni aetati cōuenit: diui Petri cōsiliū seruandum est dicentis: Sicut modo geniti infantes, rationale, & sine dolo lac concupiscite: id est, cum sitis paruuli, nolite vos gerere pro magistris, arrogando vobis intelligentiam

Scripturarū absq; interprete. Ut enim infās, qui praesuperbia lac respueret, & vellet panem solidū edere, ad quē cōminuendum dēribus destitueretur, omnino fame periret: ita Christianus, qui praepropere sibi magisteriū usurparet, & intelligentiā Scripturarū neglecta Ecclesia sibi tribueret, penitus interiret, ac de eo dici posset merito: Si nō humiliter sentiebā, sed exaltaui animā meam: sicut ablactatus est super matrem suā, ita retributio in anima mea: id est, Accidat mihi quod pueris ante tēpus ablactatis, & cibū solidum appetentibus cōtingere solet. Quare quemadmodū in distributione quinq; panum Apostoli accipiebant panē à Christo, ac deinde populis dispēsbāt: ita etiā maiores à Christo legitimum sensū Scripturarū debēt accipere, quē postea in populum debent effundere.

Accedit & tertia ratio, quae summā Dei sapientiam, quae infima per supra regit, cōmendat: ob quam etiā dixit, in doctrina Apostolorum. Etsi em̄ Deus, qui per se Apostolos instituit, vniuersos posset docere, cū eadē virtus infinita aequē sit necessaria ad vnū miraculum, quantum ad mille: voluit tamen quosdam alios docere, & alios ab alijs addiscere. Quia ut in Republica nihil est aequalitate inaequalius: ita hic, si omnes ab ipso instituerentur, pares omnino existerent, & nulli extarent gradus, cum tamen antiquus ille Hesiodus poēta hos gradus minime ignorauerit, cū cecinit: Optimus ille quidē qui per se omnia nouit: Proximus huic fuerit, qui parerē recta mouenti.

At ille gradus primus eorum, qui magno praediti scientiae cumulo, ex se omnia intelligunt, potest quidem aliquem locū habere: sed in diuinis nullum habet, in quibus oportet esse *βεβηλα*. Apostolos igitur Dominus per se, nos verō per illos erudire decreuit. Quare merito dicitur, q̄ perseverabant in doctrina Apostolorum.

Secundo loco propositum fuit, vbi nam gētium haec Apostolorū inueniretur doctrina, cū omnis secta falsa doctrinā Apostolicam sibi arroget? Nam si interrogas Lutheranū, aut Caluini-

Sacras scripturas absq; duce, & praecceptore tractantes, quales illi.

Psal. 130. Quid tūc sit illud Prophetae: Sicut ablactatus est super matrem suā, ita retributio in anima mea.

III. ratio, & quid propriū Diuinae sapientiae.

Vbi nihil est aequalitate inaequalius, ut quidam dixit.

Hesiodus.

Duplex gradus hominū Hesiodo.

Vbi nā haec Apostolorū inueniatur doctrina.

Nostri seculi Haereticorū doctrina ab illa Apostolorum quam sit difformis atque dissētiēs.

I. discrimen.

Triplex liber, & quinā.

Vnde Moses legem, quam scripsit, accepit.

Tertullianus, Basil. Cyprian.

Quae nobis sancti Patres tradiderint.

stā, siue Hugonottū, aut Anabaptistā, vbi sit doctrina Apostolica, quisq; respondēbit penes suos solū esse. Sciēdū igitur est, doctrinā Apostolorum nullibi posse inueniri nisi in vera Ecclesia Catholica, & Romana, extra quā quicunq; versatur, omnis eruditionis est expertus Apostolicae: quā facile est nonnullis, atq; illis quidem efficacibus rationibus comprobare. Prima, quia Apostolorum doctrina tradita fuit ab initio per manus nullo scripto consignata: quare quicunq; excludit Ecclesiae praxim, & traditionem, & scripta tantū amplectitur, planē Apostolorum excludit doctrinam: nam cū illi praedicarent, nondum erat scripto tradita, sed in cordibus fidelium scribebatur ex libro Dei transfusa. Cogita obsecro triplicem esse librum: primum, Christum ipsum: secundum, eorū audientis: tertium, papyrus, siue chartā, in qua scripto exarata fuit doctrina Euāgelica. Primus liber omnia in se continet, quia infinitam sapientiam, & veritatum abyssum, quam Deus in se habet, in hunc librum transcripsit. In secundū librum, id est, mētem humanā, quia exigua est, & pauca capere potest, non omnia transcripta sunt quae in primo libro erant, sed quae necessaria videbātur: quia omnia capere nō posset. Hinc Dñs non omnia scripsit in mentibus Apostolorū, sed necessaria tantū ad salutem: quemadmodū in mētib<sup>o</sup> Abraham, Isaac, & Iacob fecerat: imō in ipso Moysē, qui antequā scriberet in charta, habebat legē scriptam in corde. At verō eū in tertium librum scripsit, non omnia, quae Apostoli in pectore habebant, & praedicatione literis cōmendarūt scripsit, sed partem: instar viri sapientis, qui dum vult librū conficere, non omnia, quae menti eius occurrunt scribit, sed multa cōsultō praetermittit, quae traditione nouit esse percipiēda: quemadmodū testantur Tertullianus, Basilius, Cyprianus, atq; alij vetustissimi Patres, & sanctissimi. Ex quorum promptuario accepimus non tantū Canonicos libros, sed etiam Crucis signaculum, orationem ad Orientem, Sacramentorum numerū, & eorū legitimum

usum, Ecclesiae hierarchiā, preces, suffragiaq; pro defunctis, inuocationem Sanctorum, Purgatorium, Imaginum cultum, & dies statas ieiunij, & solennitatibus Sanctorū, & similia per multa, quae non minus recipiēda sunt, quā quae scripto tradiderunt, ut docet Apostolus: State, inquit, & tenere traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Cū igitur noua Haereticorum secta non nisi sola & nuda Apostolorum scripta recipiat, quae traditione verō accepta sunt, respuat atq; contemnat, proculdubio Apostolorum destituta est traditio.

Deinde constans erat, & à se minime disidens Apostolorum doctrina, in qua, ut testatur Lucas, baptizari perseverabant. Vnde cōsultō in singulari dixit, In doctrina, & nequaquam in plurali, in doctrinis Apostolorum; ac si diceret, et si multi essent Apostoli, vna tamen erat eorum doctrina, vnus sensus, & vna Scripturarum intelligentia. Vnde in frā dicitur: Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. At Haereticorum nostri seculi doctrina, multiformis est, & varia, & minime sibi constans, ut tanta sectarum varietas ostendit: neque eorum dissensio de leuiculis est, aut exiguis, sed de potissimis, substantialibusque Fidei articulis: ut, an sit bis suscipiendus baptismus; an in Eucharistia Christus vera praesens adsit, & ansit Eucharistiae sacrificium pro uiuis, & mortuis offerendum; & an tot sint Sacramenta, an plura, pauciorave. Cū igitur tanta sit de maximis Fidei mysterijs contentio, quis nisi imprudens in animā inducat suū, doctrinam Apostolicam penes illos esse? quid enim commercij doctrinae Apostolicae, quae vna fuit, & sibi cōsentanea, cum confusissima turri Babel?

Quod si obijciant, etiā inter veteres Patres non defuisse graues controuerfias, nec nunc apud Scholasticos Doctores. Dicendum, illas antiquorū Doctorum dissensiones, aut de rebus nondū in Ecclesia definitis fuisse, aut de modo intelligendi locum aliquem

2. Theff. 2.

II. discrimen doctrinae Apostolorū ab illa Haereticorum.

Cur in singulari dictū sit: Erant perseverantes in doctrina, & nō in doctrinis. Act. 4.

Quam grauerent Haeretici errant circa Fidem.

Sanctorū inter se dissensiones, ac disputationes de Fide, & Scriptura quomodo accipiendae sint.

Scripturæ, quæ nihil interest Fidei an hoc, vel illo modo interpreteris. Scholastici præterea de multis cõtendunt, se interdum leuissimis, & quæ salua Fidei veritate cõtroverti possunt: imò hæc interdum non solum Fidei, sed etiam charitati nihil officiant, etsi vitio imbecillium hominum secus quâ doq; contingat. Tertio, Apostoli sanctissimis moribus doctrinâ, quâ disseminabant in alios, exornabant, vitâq; eorû ab oratione non dissidebat: hinc Paulus se, atq; alios Apostolos exprimens dicebat: *Non enim audeo aliquid loqui eorû, quæ per me nõ effecit Christus, in obedientiam Gẽtium, verbo & factis, in virtute signorum, & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti.* At Evangelicorum istorum magistrorum doctrina cû purissima Apostolorum vita planè repugnat. Gloriantur illi in ieiunijs, & ad ea alios suo exemplo inducebant: vescebatur Apostolorum Princeps pane, & oliuis, siue, vt alij volunt, pane, & lupinis. Ita enim ipse lib. Recognitionum Clementis testatur: *Panis, inquit, mihi solus cû oliuis, & raro etiã cû oleribus in vsu est.* Hæc ille. Gregor. Nazianzenus in oratione De pauperum amore: *Petrus lupinis minuto asse venteribus famẽ pellens.* Præterea vitâ in obedientia agebant, & alijs superiorum suorum obedientiam cõmendabant: in castitatem incumbant, vt pote ex illorum numero, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum: & Matthæus mori maluit, quâ vt Iphigenia virgo Deo sacrata ab homine mortali pollueretur. At isti splendide viuunt, & in saturitate gloriãtur: ieiunia vocant hypocrisin: ab obedientia superioribus debita homines auocant: virginas Deo dicatas perfrecta fronte in sponsas acceperunt. Est igitur horum doctrina in verbo, & vitâ illi Apostolorû contraria: Habebat præterea noua Apostolorum eruditio maximû consensum cum doctrina Patrum Veteris Testamẽti, vt Paulus de Apostolis, qui nequaquã à Prophetis dissidebat, dixerit: *Habentes eũdẽ Spiritum fidei, &c. & nos credimus ppter quod & loquimur.* Ideo nullû librũ Canonicû Veteris Testamenti receperunt, sed omnes per-

sanctè venerati sunt, eorumq; testimonijs quasi solidis Dei oraculis egerunt. At hæretici nostri, bone Deus, quãtû disident ab illis, proscriperunt sacrã Apocalypsin, Iacobi fratris Domini epistolã, & posteriorẽ Petri, & libros Machabæorum, & pleraq; alia: abiurarunt sanctorû Patrum doctrinã, Ecclesiæ traditionem, Conciliorû, atq; Põtificum sanctiones: quis ergo, nisi desipiat, in his agnoscat doctrinã Apostolicã? Adde quod ea, quæ per Apostolos verbo, vel scripto tradita sunt, in finem vsq; seculi permanere debent in Ecclesia per vllã parenthesis nõ interrupta. Ita em dixit Dñs: *Ego rogavi p te, Petre, vt nõ desiciat fides tua: & Apostolus: Mortẽ Domini annuntiatibus donec veniat.* Et iterû, *Ipsẽ dedit quosdam Apostolos, quosdam autẽ Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autẽ pastores, & Doctores, ad cõsummationem sanctorû in opus ministerij, in adificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis Filij Dei, &c.* Ex quibus habes, doctrinã Apostolicã in finẽ vsq; seculi propagandã. At Hæreticorû doctrina nõ semper stetit: nã si paullõ ante quinquaginta annos Germaniã lustrastes, omnes amplectebantur Sacramenta: obedientiam Romani Põtificis Vicarij Christi profitebantur: Ecclesiæ traditiones, & præcepta minimè respuebant, imò pro illis tuendis non semel bellum contra Bohemos suscepunt. Nõ ergo Apostolorum doctrinæ hæc est conformis.

Quod si quis obijciat, nouas quasdam religiones, seu quædam religiose viuendi instituta nostro seculo nata fuisse: nihil hoc ad rem: quia cû hæc priorĩ doctrinæ Ecclesiæ nõ contradicant, sed illi quã maximè consonent, & nõ nisi antiqua seruent, id est, paupertatem, castitatem, obedientiam, & similes regulas, quã profitentur, obseruatias, dicendû est, quod institutum est vetus, & doctrina eorû antiqua, personæ verò tantum nouæ sunt. Sexto, expendenda verba: *Erant perseverantes in doctrina Apostolorû.* Apostolus enim, missus interpretatur à Deo: at Hæretici nostro seculo nati, profectõ à Deo missi non

Qui libri sacri atque Canonici apud hæreticos exulcent.

V. discrimin.

Luc. 22. 1. Cor. 11. Ephes. 4.

Fidei Catholicæ stabilitas, ac perpetuitas.

Hæreticæ fidei inconstantia.

Nuper institutas plurimum ac religiosorum hominum congregationes, sua nouitate nihil Ecclesiæ præiudicare, quia etiam illi plurimum prodesset.

VI. discrimin.

sunt,

Quod hæretici nõ à Deo missi, sed à seipsum fuerint, ostenditur. Num. 23. Deus immutabilis. Malach. 3.

Matth. 10.

Matth. vlt.

Quid de se, suoque Evangelio Lutherus & sentiret, & diceret.

VII. discrimin. & vitium.

Psal. 128.

Romani Pontificis proprium munus. Deuter. 17.

Eius auctoritas in Concilijs generalibus. Act. 15.

sunt. Quod breuibus sic ostendo, eoposito, quod receptum est apud omnes, & indubitatum, nempe Deum immutabile esse: Nõ est enim, inquit Scriptura, *Deus quasi homo vt mutetur: & alibi; Ego Dominus, & nõ mutor.* Aut igitur dicendum est Apostolos fuisse missos à Deo, aut istos, cû diuersa, imò cõtraria horum, & illorum existat doctrina. Nã si Deus vtroq; misisset, profectõ Deus mutabilis esset ac infidelis, sibiq; contradiceret: Sed Apostoli fuerunt à Christo missi, vt aperte testatur Euangelium: ergo isti nequaquã à Deo, sed à se ipsis, aut quod peius est, à dæmone missi prodierunt. Deus enim promittit se nunquã Ecclesiam suã deserturum, sed cû ea perpetuò affuturum, doctrinãq; in eo à principio seminatã seruaturum, vt habes Esa. 59. At quomodo adfuit Ecclesiæ suæ, qui eã per mille & quingentos annos in grauissimis, & turpissimis erroribus versari permisit, donec veniret Euangelista nouus Lutherus, qui verã Scripturarum intelligentiam traderet, & legitimum Sacramentorum ritum doceret, atq; Ecclesiam certam consequendæ vitæ æternæ rationem, ac viam erudiret? Si igitur à Deo missi sunt, quomodo doctrinam Apostolicam obtendere possunt?

Postremò, Apostolorû doctrina ad vnũ iudicem referebatur, à quo interpretationem, & legitimum sensum recipiebat: semper enim hæreses in Ecclesia extiterunt, & vt propheta ait: *Sapẽ expugnaverunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel: Sapẽ expugnaverunt me à iuuetute mea, &c.* Et omnes hæretici, pro sua voluntate sensus Scripturæ affingunt, & in similibus controuersijs necessarius est iudex, qui ortas controuersias terminare possit. In Pontifice autẽ Romano spiritum suũ, & ius omnne spiritualiũ caussarũ decidendarũ reliquit, quemadmodum summus Sacerdos in Veteri Testamẽto discernebat inter sanguinẽ, & sanguinẽ, causam & causam, lepram, & nõ lepram. Ita consuevit Ecclesia in concilijs cõgregata Petrũ cõsultare, & Apostolos, qui dicebant: *Visum est Spiritui sancto, & nobis.* Romanus igitur Episcopus in

Cocino generali, siue adhibito viro rû Doctorem, & sapientum, quos penes se habet, cõsilio, ne perpetuò litigemus, trahendo Scripturã p arbitrio nostro quò volumus, p supremo questione fidei cõfore; & iudice in Ecclesia Dei semper est habitus. Quare vanũ est iactare se intelligere omnia Scripturarũ dubia: & illud iactatiã plenũ Lutheri verbũ: Didici, inquit, ita confirmare cor meũ, vt possim resistere mille Cyprianis, & Augustinis. Quare sensus Scripturæ alius non est, quã is, quẽ tribuit Ecclesia ab Spiritu sancto edocta; spurius verò, & nothus, ille, quẽ dæmon per hæreticos excogitauit. Differuntq; hi duo sensus nõ secus atq; mortuus quẽ suscitauit Simõ Magus, qui exterius quidẽ mouebatur, & vitã habere videbatur, verũ paullõ post detecta est fraus, & quod verã animã non haberet: & alter mortuus, quẽ suscitauit Simon Petrus, qui nõ tantum vitã, & motum exterius exerebat, sed etiam intus anima constabat, & opera animæ ratione præditæ nõ ad momẽtũ, sed perpetuò dum viueret, exercebat. Huic simile est sensus verus, & germanus declaratus per Petri sententiã, verã Spiritus vitã in se continens, statumq; ac perpetuitatẽ in Ecclesia seruat. Quare quantumcũq; hæretici gloriantur de doctrina Apostolica, illaq; ex Græcis fontibus iactent: tamẽ quandiu sensum Spiritus sancti non habent, illam profectõ nõ habere censendi sunt. Nã propter hæreticos nostri seculi in hæc digressio nem excurrimus, quò tibi rem salutarem, atq; cõducibilem aperiremus, nõ pẽ hæreticos seculi nostri, qui nihil magis volũt quã Apostolici haberi, nullos profectõ magis aut doctrina, aut vitę similitudine discessisse, vt Apostolici non aliter nominentur quã per antiphrasim, vt lucus, eo quod minime luceat, & Libitina, eo quod minime libeat: ita illi Apostolici, qui nihil habeant cû Apostolis cõmune, multò minus cû Christo Apostolorũ institutore, atq; magistro, cui cum Patre, & Spiritu sancto honor omnis, laus, & imperium ab omni creatura datur in sempiternum. Amen.

Lutheri impudētissima vox.

Sensus Scripturæ catholice & verus tantum quis.

Qualis Scripturæ sensus sit Catholicorum, quales verò hæreticorũ, & quæ affingunt.

Hæretici vero, & legitimo Scripturę sensu cur careant.

Hæretici quomodo sint censendi Apostolici.



TRACTATUS XVI.

IN illa verba: Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Fiebat autem omni animæ timor: multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Ierusalē fiebant, & metus erat magnus in uniuersis. Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebāt, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat, &c. vsque in finem capitis:

Scopus auctoris.

**N**ARRAVIMVS primo exercitium primitiuorum fidelium in doctrina Apostolorum positum: iam de secundo agendum est, nempe de communicatione fractionis panis. Circa quod primo loco examinanda est litera, deinde sensus verborum explicandus. Circa primum, dubium oritur: quia vbi nos habemus, in cōmunicatione fractionis, in Græco fonte habetur, In cōmunicatione, & fractione panis, ἡσάμ εἰς προσκοινωνίαν, καὶ τῆς διδασχῆ τῶν Ἀποστόλων, καὶ οἱ κοινωίαν, καὶ τῆς κλάσει τῆς ἄρτης, καὶ ταῖς προσευχαῖς. Vbi in quatuor illis exercitijs spiritalibus Græcè articulus præponitur: Perseuerabāt, inquit, in illa doctrina illorum Apostolorū, in illa cōmunicatione illius panis, in illis orationibus, de quibus scilicet in vltimo Lucæ Euāgelistæ capite dicitur, quod cognouerunt eum in illa fractione illius panis: quæ videntur excellentiam quandam significare. Ibi ergo doctrina coniungitur cum operibus misericordię, quibus Christiani ditiores bona sua in pauperes communicabant: deinde subiungitur externus Dei cultus, qui est in sumptione Dominici corporis, cum interno, qui est oratio, siue adoratio, vt Græca vox indicat: se-

Quomodo sit legendum: Erant perseuerantes in cōmunicatione fractionis panis, an verò, in cōmunicatione & fractione panis.

cundum quosdam. De quo vt aliquid certi statuamus, præmittendum est ex epistola quadā Hieronymi ad Damascum, tripliciter posse aliquam translationem vitari. Primo, quia interpret fuit imperitus, & vim vocabuli illius linguæ non intellexit. Deinde quādo interpret plusquam oportet, sapit, & vult pro suo arbitrio aliquid aut addere, aut detrudere, aut mutare. Tertio, quando vitium contingit ex negligentia scribarum, vt olim, vel nūc typographorum, quia facillè humanæ fragilitati error obrepit. Quorum nullū vix inuenire est, cum interpret fuerit Hieronymus, aut saltem restitutor ad Græcam fidē: qui nec imperitus fuit sermonis, aut ignarus linguarum, ita vt Genitiuum poneret loco Ablatiui, nec adeo fuit arrogans, vt quicquam de suo aut adderet, aut tolleret, aut immutaret, qui leges boni, ac fidi interpretis optimè callebat, quasq; in epistola ad Pammachium De optimo genere interpretandi explicauit. Nec etiam vitium fuit scribarum, quia nullum extabat exemplar, ad cuius fidem emendaretur. Ideo Louanienses Doctores in emēdata illa ac pura editione locum hūc intactum reliquerunt. Quare probabile est interpretem nostrū ita in exēplari Græco inuenisse,

B. Hierony. episto. 124. sub initium qua incipit: Nouū opus, &c. siue in præfat. in 4. Euang. tomo 3. Tralationem aliquam posse vitari contingit tripliciter, teste Hieronymo.

Idē tom. 2. in fine.

Vel

Altera solutio.

Duplex Eucharistia: manducatio spiritalis, & Sacramentalis.

III. solutio.

Chrysof. homil. 7. in Acta, tom. 3.

Quæ quatuor quasi alimenta Christiana vitæ nutriūt, ac sustentent

Quid hæc solutio probet, ac confirmet. 1. Cor. vlt.

Quomaxime tempore pauperibus Christi bene faciendum.

Chrysof. homil. prædicatoria.

Occumen.

Vel sanè dicendum, interpretem non curasse reddere verbū verbo, sed sensum sensui, & parū referre, siue legas in Ablatiuo, siue in Genitiuo: idē em est dicere, Perseuerabāt in cōmunicatione fractionis panis, hoc est, in fructu fracti panis, siue legas, in cōmunicatione, & fractione panis, sensus erit, quod tam in ipso fructu, quàm in ipsa fractione perseuerabant.

Pro cuius sensus explicatione obserua duplicem esse Eucharistiæ manducationem, alteram Spiritualem, alteram Sacramentalem: sicut enim in nuce medulla est, & nucleus; ita Eucharistiæ nucleus species sunt que frugitur, medulla verò ipse est Christus, & gratia eius. Græca igitur litera significat illos primitiuos in vtrāq; manducatione tā spiritali, quàm Sacramentali perseuerasse. Postremo etiam nihil referret, si distinctam faciamus vocem cōmunicationis pro eleemosynarū erogatione, à fractione panis, vt Chrysostomus facit. Ita quatuor nobilissima Christianæ vitæ tuendæ adiumenta hinc elicimus, nimirū auditum verbi Dei, eleemosynam, frequentationem Dominicæ mēse, & orationem: his enim præsidijs primitiuos illos nostros patres ad summum virtutis fastigium prouectos fuisse nō ambigimus. Et cōfirmatur hic sensus ex eo, quod in Ecclesia Corinthiorū dū conuenirent ad Dominicam cœnam, ditiores pauperibus conuiuia suis expensis exhibebant; & Paulus ad Corinthios vult per vnam Sabbati recōdi, quod in pauperes erat erogadum. Et congruebat eo tempore eleemosynam propter Christum facere pauperibus, quando tam insigne Diuinæ beneficentiæ beneficium, id est, corpus, & sanguinem Domini de manu Sacerdotis accipimus. Atq; hanc literam secutus est Chrysostomus atq; Occumenius: intelligentes quod perseuerabāt in cōmunicatione bonorum, quia subdit, quod erant illis omnia cōmunia, vt vera intelligatur fraternitas, & amicitia, & magnum, esse hoc donum cōmunicationis bonorum: quod monachi hereditate susceperūt. Miseri verò heretici, & verbo, & facto

damaarunt. Quaquam interdum abusus cōtingant in hac parte circa monachos. Atq; ita hic sensus distinctim legit verbum In cōmunicatione, a verbo, In fractione panis.

Iam tradenda horum verborum intelligentia. Refert enim Lucas, qd primitiuos fideles in fractione panis perseuerabant: quod significat quādam veluti continuationem cū magna instantia, non secus atq; ille, qui capum ad decertandum cum hostibus ingreditur. Nam fere omnia opera, ad quæ sumus prompti, & expediti, mala sūt; at contra bona omnia difficilia & ardua, ob naturæ corruptionem nostrā, & ob dæmonem interturbantē, & ab officio virtutis impediētē. Opus igitur est laborare & sudare, vt habitu vitio contrarium, ad quod propedemus, comparare possimus, quod in dæmonem pugnare valeamus; ideo perseuerantia opus est in sanctis, & pijs exercitijs.

Quid ergo est fractio panis? vt ad rem redeamus. Non vna est responsio, sed alij aliter exponunt. Et primo quidam de pane communi hoc accipiendum docent, quod videlicet perseuerarent in communi quadam cibi corporei manducatione. Quod profecto parum huic loco consonare videtur: nam tam præcedentia exercitia, vt doctrina Apostolorum, quàm sequentia, hoc est, orationes, mere sunt spiritalia, nec par erat vt inter illa admisceretur corporalis quædam sumendi cibum ratio. Secūdo, alia exercitia sunt per se bona, at in cibo edendo, & bibendo perseuerare, non est quid per se honestum, sed belluarū est potius, quàm hominum. Hinc Plato cum venisset in Siciliam, admiratus est quod bis quotidie Siculi cibum sumerent. Tertio quia infra de cibo subditur, quod frangētes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione: vbi aperte de cibo corporeo est mentio.

Deinde alij per fractionem panis, intelligūt eleemosynæ elargitionem: nam panem fractum dabant pauperibus, iuxta illud: *Frangite esurienti panem vestrum.* Quo in loco annotat Augustinus,

Fideles primitiuos in fractione panis & orationibus quomodo perseuerabant.

Ad quæ ferme opera nos sumus natura propens.

Quid sit fractio panis. I opinio, que tripliciter refellitur.

Edendi, bibēdi que exercitium quorū proprium.

Quid Plato in Siculis minime probauerit.

II. opinio, mt nus etiā ac cōmoda multas ob causas.

Esa. 58.

non

August. lib. De salu. do. cum. c. 5. & c. 31. tom. 4. lib. 59. homil. ham. 18. tom. 10. & serm. in Sab. ba post cine. res. eod. mo. Matth. 11. Esa. 58. Luc. vii. III. opinio, item incongrua, dupliciter. Chrysol. homil. 7. in Acta. tom. 3. Oecumen. ibid. IIII. opinio, Caterani scilicet, sed incepta. V. opinio, quæ recipitur.

non diuiti, aut iam pleno, sed esuriēti panem dandum: rursus nō totum, sed fractum, vt possit pluribus communicari. Sed hic sensus non habet hic locum. Primo, quia loquitur de exercitijs, quibus omnes Christiani vacabant: at huic pauperes operā dare nō poterant. Præterea maior pars Christianorum paupertatem sectabatur, & ipsi primō pauperes fuisset vocati ad Euangelium, postea vero diuites: ideo Christus dixit: *Pauperes euangelizatur.* Ad hæc eiusmodi phrasia fractionis panis nullibi elemosynā significat, nisi ex verbo aliquo adiuncto, vt; *Frage esurienti panem tuum.* Et illud, *Cognouerunt eum in fractione panis*: nullus egregius scriptor exposuit de elemosyna, sed aut de conuiuio exhibitō, vt Ioan. 6. dicitur Iesus fregisse panē, cū pauit turbas; aut de pane Eucharistico, vt alij rectius volunt. Rursus alij, vt Chrysostomus, & Oecumenius, fractionem panis intelligūt fuisse tenuitatem, siue parcitatem victus, & ieiunium: & pōderant quod pane solo, & illo quidem fracto, hoc est, fragmentis in suis ieiunijs vescerentur. Sed hoc quibusdam non satisfacit, quia non omnes poterant se in ieiunio exercere, vt pueri, puellæq; teneræ, grauidæ, & infirmi: nam hos pane solo ali solitos impossibile erat sine miraculo. Deinde durum, & ab Scripturis alienum, fractionē panis significari ieiunium. Postremō Caietanus reiiciens sensum de Eucharistia, quē tamen nō nulli ex Hæreticis negare non poterunt, per fractionem panis nesciō quā rationem manibus proprijs frangēdi panem sine gladio Christo Domino tribuit, ac si solo gladio perficeretur. Sed profecto minus decebat Christū sine causa vlla perpetuō miraculis vti. Deinde nō tantum ipse dicitur frangere panem, sed etiam Apostoli. Fuisset igitur in illo, & in ijs qui panē frangebant, eiusmodi perpetuum miraculum: quod diuinæ sapientiæ minimē cohæret. Superest igitur, vt per fractionem panis intelligamus Sacrosanctum Eucharistia Sacramentum, sic vocatum, primō propter ritum, & morem pri-

mitiue Ecclesiæ, quæ panem vnum solita erat conficere, atq; illum cōsecratum in tot partes frangere, quot erant communicantes: sicut & Christus in cœna fecit, frangēs panem in duodecim particulas, præter eam quam sibi seruauit. Quem etiam morem sequuntur hodie Græci, & Æthiopes, etsi Latini bona ratione ducti aliter faciunt; nam metuētes ne in fractione periculum accidat, & aliquæ micæ, vel particulæ panis sacri pereant, tot consuevit hostiæ particulas conficere, quot futuri sunt communicantes. Atq; hic modus non differt ab alio in substantia Sacramenti, cū ad materiam, formamve eius hæc fractio non spectet. Possunt tamen Romani Pontifices variare pro loco, & tempore in his quæ ad ornamenta, & accidentia spectant. Illa verō ritus diuersitas mala est, quæ schisma introducit, aut introductum seruat: vt illorum qui contra communem, ac receptam Ecclesiæ consuetudinem volunt laicos sub vtrâq; specie communicare. Deinde fractio panis vocatur, quia etsi Eucharistia præter morem aliorum Sacramentorum, plurimum etiam actu non sumēti, sed vel adoranti, & religiose assistenti, & orationes effundenti ad sacrificiū Missæ, atq; adeo illis siue viuus, siue mortuis, siue absentibus, siue presentibus, pro quibus offertur proficit (quod non præstat aut Baptismus, aut Pœnitentia) præcipuus tamen eius fructus cōsistit in sūptione, & vsu Eucharistiæ, vt verba insinuant: Erāt perseuerātes in fractione panis, id est, in sumptione eius, quæ fiebat per fractionem panis. Tertio dicitur fractio panis, id est, panis fractus, & pueris accommodatus, qui non possunt integrum accipere: non quod totus, aut integer Christus in qualibet vel minima fracti panis particula non cōtineatur, sed quia idem panis est solidus virorū iam, & adultorum, qui in cœlo versantur, id est, Angelorum, & beatorum, & quia hic non præstat totam virtutē, & gratiam, quam in cœlo mūdus hic panis habet. Quarto, ipsa appellatur fractio panis, quia ista interpretatur Apostolus, cuius autoritas est sacrosancta &

Panis fractio cur dicatur sacrosanctum Eucharistia Sacramentū. I. ratio. Matth. 26. Hunc morem fractionis Eucharistia Latina Ecclesia quare nō obseruet. Ritus diuersitas quæ mala, ac vitiosa merito censenda. II. ratio. Eucharistia propriū quid, non Baptismi autem, neq; Pœnitentiæ. III. ratio. I. Cor. 3. & Heb. 5. IIII. ratio.

1. Cor. 10. Quinque ratio. Ioan. 6. Sexta, ac postrema ratio. Eucharistia omnis virtus & efficacia vnde sit. Sancti in cœlo a Deo exaudiuntur. Jerem. 11. Quid illud, Mirramus lignum in panem eius. Exod. 12. & Ioan. 19. 1. Cor. 11. Cur Luc. hic nō meminerit benedictionis calicis. Supra. 10.

innicta: Panis, inquit, quem frangimus, nonne participatio corporis Dñi est? Qui ergo secus interpretantur, ab expositione Pauli manifestè excidūt. Quinto, accedit alia p̄babilis ratio, cur videlicet preparatio Eucharistiæ, panis fractio dicitur potius, quàm māducatio corporis Christi, vel carnis Christi, ne Gentiles, qui omnia nostra studia obseruabant, & calūniabātur, nos putarent humanis carnibus vesci, & pro anthropophagis haberent: sicut cū olim de hac re differeret Dñs de pane vitæ, qui esset caro eius, Capharnaïtæ offensi sunt. Postremō, sic appellatur, ad mortē, seu passionē Christi, vnde virtus & efficacia huius Sacramenti procedit, significandā. Nā cū Christus in Eucharistia de integro nō mereatur, sed vt impetret, aut applicet meritū olim cōparatū in cruce: quæ admodum etiā sancti in cœlo denudō minimē merentur, vel ob præsentia merita exaudiūtur, cū petunt, sed ob antiqua p̄merita: ita Christ⁹ in Eucharistia, qd̄ ibi gloriosus existens donat, ac in tot locis per totū orbem diffusis efficit, fruct⁹ est antea de passionis, in quo Dominic⁹ panis ille fractus fuit, de quo Propheta dixit: *Mittamus lignū in panē eius*, id est, in corpus eius cōsecratū, & confractū: non quidē tantū ad ossa, quia scriptum est: *Os nō cōminuetis ex eo*: sed quia sacrū eius corpus flagellis, clavis, atque lācea perforatū fuit. Quare apud Apostolū Dñs sic ait: *Hoc est corpus meū, quod vobis frangitur* (sic enim Græcè dicitur) clavis scilicet in cruce. Quæret secūdō aliquis, cur Luc. mentionē non fecerit benedictionis calicis, sicut Paul. dixit: *Panis quē frangim⁹, nonne participatio corporis Domini est? Calix benedictionis cui benedicimus, nonne participatio sanguinis est?* Dicendū est, Euāgelistā Lucā suppresso calice tantū panis mentionē fecisse, quia idē re ipsa prorsus est cōmunicatio fractionis panis, ac benedictionis calicis simul, cū idē sit Christus sub vtrâq; specie: idem enim inuenitur in qualibet specie separata, nempe Christus, eadem memoria passionis, & idē gratiæ fructus, quæamodū vnus Sol est in mūdo

omnes illuminās: nec maiorē suscipit fructū in vtrâq; specie sumēs, quantū ad gratiā Sacramenti spectat, quā sumens in altera, vt lib. 10. a nobis latè ostēsum fuit. Quod si hæretici contēdāt nomine panis intelligi etiā potū calicis per figurā Synedoches, quæ ex parte totū intelligitur; ac p̄inde nihil euinci de communione sub altera specie: dicēdū est, hoc eos non posse asserere, qui volūt Scripturas intelligi, prout verba porrigant, & sonant, nec illis esse vel iota addendū: cū igitur in cœna apertè expresserit de calice, sicut. 1. Cor. 10. & 11. quem hic prætermisit, profecto Scriptura etiam hoc loco expressisset, si in eo calix adfuisset. Adhæc hoc ab eis dici nequit: quia etsi sub cōmuni, & naturali cibo subintelligitur & pot⁹, quia nec solo cibo, nec solo potu nutrimur, sed vtrōque, secūdū illud Lucæ: *Cū introisset Iesus in domū cuiusdā principis Phariseorū sabbato māducare panē*: quib⁹ verbis significatur Iesus inuitatus ad cōuiuū, in quo nō tantū erat edendū, sed etiā bibēdū: in mystico tamē cibo nū op⁹ est in specie panis intelligi alteram speciē potus, quia eadem est spiritualis refectio, & gratia, siue in vna, siue in duab⁹ speciebus. Hinc Ecclesia primitiua sine vlla cōtrouersia, aut tumultu cōmunicabat sub altera specie, vt hoc loco, & Luc. 24. habetur, vbi dicitur, qd̄ cognouerunt eū in fractione panis: vbi nequit affingi figura Synedoches, cū in ipsa portione panis agnitus fuerit, antequā calicem benediceret, aut porrigeret. Nec valet si dicas, Christus cōmunicauit sub vtrâque: quia etiā multa obseruauit Christus, quæ nos minimē obligāt, vt quod post cœnā cōmunicauit, & in pane azymo, atque illo nō nisi fracto: quorū tamē oppositū Ecclesia siue Græca, siue Latina obseruat. Rursus nō valet: Ecclesia Corinthiorū cōmunicabat sub vtrâque, quia est argumētū vitiosū à peculiari Ecclesia ad vniuersalem aliquid inferre, ac si quis dicat, Neapolitana Ecclesia, aut Toletana hoc facit, ergo & Romana. Cæterū hic ne quis miretur, nihil tradi de cōfessione, obseruandū est,

Hæreticorū pro dupli. specie lactis danda decertantiū, obiecta diluūtur. Panis more Hebræo omne alimentū significat. Luc. 14. Secunda obiectio. Matth. 26. Tertia obiectio.



Iidem cur habebat omnia communia. Vnde orta hæc communis vitæ ratio. Qua ratione illis erat cõmunia. Cur omnia vendebant. Act. 8. Quotidie qui perdurabant vnanimiter in templo, & quare. Esai. 56. Matth. 21. Quid agerent in templo.

dijs. Et habebant omnia communia, vt qui de vno pane, & vno calice participarent, nihil inter se diuisum sentirent: & qui Christum omnes in se haberent, vnum, atque idem omnes esse se scirent. Hic autem modus viuendi in cõmuni sine proprio, nõ ex precepto, sed ex amplioris perfectione iustitiæ in consiliis sita in Christo, & Apostolis proflixit. Vnde subditur: Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Vide rationem propria conuertendi in cõmunia: nam possessiones, atque alia bona distrahebant, & in pecuniam conflata efficiebant communia, vt cuiusque necessitati prospici posset ad viduum, & vestitum: ad quod etiam opus erat vt communes ædes haberent, in quibus habitarent, & versarentur in laudibus, & orationibus, vbi & Dominicum panem sumerent, vt sunt hodie templa & monasteria. Vendebant etiam omnia, quia Deus conuertebat eos, quos ad prædicandum Gentibus mittere volebat. Itaq; persecuione facta post eadẽ Stephani, liberiores accesserunt ad docendum iam possessionibus abdicatis. Et si qui in prædicatione nõ incubebant, expeditiores reddebantur ad diuinam meditanda, atq; tractanda, nullis bonorum suorum curis distracti. Quotidie quoq; perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cum exultatione, & simplicitate collaudantes Deum. Vel isti qui veniebant in templum, nolabant haberi suspecti, vt religionis suæ cõtemptores, & ideo perdurabant visitare templum, & distincti erant ab alijs, vel ijde prorsus erat, qui a templo nõ abhorrebant, cõ esset domus orationis: & illud frequentabatur, nõ solum vt cõ honore sepeliretur Synagoga, sed etiã vt suo exemplo alios Christo lucrifacerent, & ad Euãgelium amplectendum adducerent. Et ita Luc. vlt. Apostoli, vt reliqui, qui Ascensioni Domini adfuerunt, leguntur in templum se recipere solitos ad preces, laudes, & gratiarum actiones Deo peragendas. Et si autem in templo nihil illos egisse hoc loco asserat: intellige tamen illos Dauidis precibus,

laudibus, ac meditationibus vacasse: quippe ad illa munera præstanda institutum est templum. Deinde cõ sumperius dixisset quod erant perseverantes in fractione panis, & orationibus, modo explicat vbi funderent preces, nempe in templo: quanquam nihil vetat eos in domibus etiam proprijs orare solitos. Rursus locum exponit vbi panem frangerent, nempe per domos singulas; vt Græca habet litera: nec enim vna domus priuata capere poterat vniuersos fideles mensam Domini frequentantes. Et licet superioris dixisset, quod perseverabant in fractione panis, non tamen tempus frequentationis assignarat: nunc autem explicat quotidie salutare panem suscepisse. Et ne quis existimet de cõmuni pane esse sermonem, & non de sacro, etiam si hunc sensum nõ agnouerint, vel Chrysof. vel Beda; recte in singulari dixit, Frangentes circa domos panem, sicut indicat quod præcesserat, quod perseverabant in fractione panis. Pro quo codex Syriacus habet: Et frangebant munus benedictum: nam voce muneris benedicti recte Eucharistia significatur, quia benedictione conficitur, vt Apost. ait. Et quod sequitur, quod sumebant cibum cõ exultatione, & simplicitate cordis collaudantes Deum: quod proprium est Eucharistiæ, quæ sumenda est cõ simplicitate cordis, & munitia ab omni peccato, & cõ spiritus exultatione, ac diuinis laudibus. Nam etsi religiosi in cõmuni pane sumendo præstant: in diuino tamen Eucharistiæ cibo nõ tantum illi, sed etiam laici pro diuinæ gratiæ largitate præstare cõtendunt: quia etiam post cœnam cõmunem soliti erant Eucharistiæ communicare, vt etiam indicat Apostolus. 1. Corinthiorum. ii. Cum itaque vtraque mensa, & cõmunis, & sacra concurreret, probabilius est Lucam Euangelistam potius spiritualis alimoniam, quam corporalis perceptione his verbis nobis ostendere voluisse: & ita frangentes per singulas domos panem illum sanctum, illumque præsumentes, postea cõmunem, & corporeum cibum edebant cum exultatione. Nam etsi in cœna so-

Vbi frangerent panem.

Eucharisticum illum panem fuisse, nõ cõmune autem, & vulgarem.

Chrysof. homilia. 7. in Acta.

Beda to. 5. Eucharistia munus benedictum Syriacur dicitur.

1. Cor. 14. Secundum argumentum.

Eucharistia qua præparata tione animi suscipienda.

Post cœnam Eucharistiæ communicare primitiua Ecclesia consueuerat.

Matth. 26. Fractio panis in templo cur non fieret. Matth. 7. Tertium argumentum. Quare collaudabant Deum, habebantque gratiam apud omnem plebem. Philip. 2. Fideles primitiui, & Apostoli quales erant. Luc. 13. Quare Dominus dicitur quod augebat numerum crediturum, & per quos augebat. 1. Cor. 13.

liti essent panem sanctum frangere, vt Christus fecit: tamen iam erat variata ratio dandi. Primo enim dabant panem sanctum, deinde cõmunes cibos: etsi in Christi cœna inuerso ordinis euenerit. Fractionem autem panis propterea in templo non faciebant; ne sanctum darent canibus; aut ne margaritas effunderent ante porcos. Nam etsi prædicationem, doctrinamq; & in templo, & extra templum, & in priuatis domibus dispensarent Apostoli, & ad orandum se recipere in templo: Eucharistiæ tamen sacrosanctum mysterium nequaquam in templo, aut publice coram alijs infidelibus peragebant: vnde olim, vel in primitiua Ecclesia Cathecumeni audito Euangelio, & verbo Dei, de templo eliminabantur, ne sacra Eucharistiæ mysterio alij præter fideles sanctos adessent. Illud etiam verbum, Sumebant cibum, Græcè dicitur *μίσχον βανον*, id est, participabant: quod apte de pane sancto Eucharistiæ intelligi videtur, de quo, cum vnus esset, partem accipiebat quisque. Collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Collaudabant Deum quasi vno ore, & amplam habebant agendi gratias materiam de cognitione sua, & agnitione Messie Filij Dei, quem Pater ad mortem pro nobis tradiderat. Habebant etiam gratiam ad populum: nam etsi superiores Iudæorum, & qui illis seruibant, cõturbarentur, & præiudicia rumpentur; attamen plebs, id est, pauperes, qui religionem, & cultum Dei habebant, afficiebantur Apostolis, & illi congregationi fidelium propter eximia virtutum exempla, vitamque inculpatam, atq; signa & prodigia quæ videbant. Quare pulchre sequitur: Dominus autem augebat qui salui fierent, quotidie in id ipsum. Erant enim fideles, & Apostoli ferme tantum illud, quod acceptum mulier immiscuit farinæ satis tribus, donec ferme taretur totum. Et expendit, Dominum esse qui augebat numerum eorum, qui salui fiebant: quia neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Quare non est cur gloriaretur securis contra eum qui secatur in ea;

aut exalteretur serra contra eum, a quo trahitur, vt ait Esaias. Atq; hoc quidem quotidie, vt detraheda non sit laus ipsis ministris: qui in hoc ipsum laborabant, vt quotidie aliquos Christo gigneret. Et subdit: In id ipsum. Græcè dicitur, Ecclesiæ, iungendūq; est cõ verbo, Dominus augebat eos, qui salui fierent Ecclesiæ suæ. Et quod dicitur, In id ipsum, intellige concordēs, & vnanimēs, & ad illud laborantes, vt Ecclesia cresceret. Verum Græci codices hoc verbum iungunt cum principio capituli sequentis: *Ἰπὶ τῷ τῶν Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνεβαίνοντι τῷ ἱερῷ*: hoc est, In hoc ipsum autem Petrus & Ioannes ascendebant in templum, de quibus in sequenti tractatu dicendum. Et si verò permultis probabilibus rationibus hætenus cõprobatum reliquerimus hæc esse sermonem de sumptione Eucharistiæ, & non de cibo profano, & cõmuni: tamen probabilius putamus esse oppositum: quia cum ait, Frangentes panem circa domos, panis ponitur sine articulo, secus superioris, vbi dixit illos perseverare in doctrina Apostolorum, & cõmunicatione, & fractione panis, & orationibus, vbi ex articulo præfixo, & adiunctis, sermo est de pane sacrosanctæ Eucharistiæ. Chrysof. etiam & Beda non agnoscunt in his postremis verbis Eucharistiã, sed cõmunes cibos. Rationes etiã pro hac parte allatæ solubiles sunt. Nos igitur si similibus perinde atq; illi studijs teneremur, diuinæque Eucharistiæ frequentationi daremus operã, atque in preces, diuinasq; laudes incumberemus, profecto augeter numerum Deorum, qui saluti sunt. Nam vt corpus asumpto cibo idoneo dilatatur, & crescit, & rursus illo ablato, imminuit, ac decrescit: ita si corpus Ecclesiæ cibum suum spiritualem nõ negligeret, sed frequentius adhiberet, quam plurimi ex filijs Ecclesiæ non periret, & multos ex infidelibus ad fidem Christi amplectendam transire cerneremus, & ita Ecclesia propagaretur, Christi que gloria illustraretur, cui cum Patre, & Spiritu sancto perpetuas laudes, & gratiarum actiones decantemus omni tempore, Amen.

Esai. 10.

Quomodo augebat Dominus illos in id ipsum.

Quæ opinio tradit, nõ de Eucharistia, sed de cõmuni pane hic esse sermonem, cur magis probeatur. Quæ ratione assequi poterimus, vt Dominus quotidie magis augeter numerum eorum, qui salui fiant.



TRACTATUS XVII.

In illa verba: Petrus autem, & Ioannes ascendebant in templum, ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris sue, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quae dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum, &c. Act. 3.

Act. 2. & sequent.

Quod tendat B. Lucas.

Petri Apostolorum principis charitas, & modestia.

Apostoli Petrus & Ioannes templum ascensuri ad dignitatem prae-nouerint futurum miraculum curationis claudi

DESCRIPSIT haec Evangelista prima post Spiritus sancti aduentum, atque in linguis igneis, & Spiritu vehementi apparitionem, Petri praedicationem, atque illius fructum, id est, trium millium ferme animarum lucrum, enarrat iam primum admirabile eius factum, atque signum: quod etiam cum concione quadam, & lucro quinque millium animarum coniunctum fuit: ut ex his primis Apostolorum principis, & praedicandi, & signa edendi in itijs haud difficile agnoscere possis, qua efficax fuerit Spiritus sancti aduentus in Apostolorum linguis, & actionibus ad mundum uniuersum Christo lucrificandis. Et haec quidem Petrus solus extiterat in praedicando, tamen reliqui Apostoli ab eo minime essent disuncti, ut viderentur omnes ore Petri verba facere: nunc vero in praclaro signo edendo, Ioannem sibi adiunxit comitem, quem vnice atque Christus diligebat, volens ex charitate signorum editionem communem cum illo facere. Ita plerumque Dominus, dum viueret, Apostolos sibi adiungebat in miraculis patrandis.

In primis hoc loco obseruandum, Petrum & Ioannem ascendisse in templum, ad horam orationis nonam: & ut superius annotauimus, adiungendum est ex Graeca littera In hoc ipsum, hoc modo: In hoc ipsum Petrus, & Ioannes, &c. hoc est, ad augendum eos, qui

salui fierent, siue ad multiplicandum numerum fidelium, ascenderunt Petrus & Ioannes in templum. Et ut est verisimile, non nisi reuelatione futuri miraculi, & fructus inde colligendi ascenderunt in templum. Deinde libenter Apostoli frequentabant templum propter populi frequentiam, ut etiam Dominus faciebat, ut semper, quod disseminabant, in tanta populi multitudinem frustra non caderet. Tertio, templum cum situ esset excelsum, non nisi per quindecim gradus ascendebatur, ut Psalmi quindecim disti Graduales ostendunt. Et ut ad materiale templum accessus non erat nisi per ascensum tot graduum, ita ad orationem, quae fundenda est in templo, non nisi per ascensum quendam spiritualem, & eleuationem mentis ad Deum adiri potest: ut non sine causa ad hoc significandum templum in edito codi loco voluerit Deus. Quarto designat horam ascensus fuisse nonam, hoc est, tertiam post meridiem, in qua Dominus expirauerat, ut merito suae mortis in templo exaudiri, & sanitatem claudi impetrare promerentur.

Et quidam vir qui erat claudus ex utero matris suae, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quae dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Claudus hic a natiuitate morbo incurabili laborabat, non secus atque caecus a natiuitate, ut magis eximium sit miraculum:

Apostoli cum templum frequentarent.

Templum ceterum Ierosolymitanum per quot gradus ascendebatur.

Ad orationem quibus gradibus eundem nobis sit.

Quid quod Petrus & Ioannes ascenderint ad templum, ad horam orationis nonam.

Marc. 15.

Claudi curatio quo mirabilior debet videri. Ioan. 9.

nam

Quot annis ille claudicauerat.

Supra 5.

Misericordia in templo Dei qui consequi digni sint.

Pauperes intra templum cur protere eleemosynam non debeant.

Porta templi Speciosa cur sic dicta.

Prima opinio. Histor. Scholast. c. 17. Actorum. Secunda opinio.

Tertia opinio.

Joseph. lib. 15. Antiquit. c. vlt.

nam ut infra dicitur, quadraginta annis claudicauerat. Dicitur enim c. 4. Annorum enim erat amplius quadraginta homo in quo factum fuerat signum istud sanitatis. Ob eandem rationem laeuius qui ad piscinam curatur, triginta & octo annos morbo detentus scribitur. Aduerte etiam bonam consuetudinem fuisse pauperum, ut starent ante portam templi ad mendicandum; ut qui prius misericordes in proximum extitissent, misericordiam in templo Dei consequerentur: & qui ut mendicaret a Deo, templum intrabat, ab ipso mendicantes non despiceret, & ita mendici ante templum instituerent ingrediētes, ut suam aut caecitatem, aut claudicationem spiritualem agnoscerent, humiles se Deo, & instantes, importunos in precibus (ut illi esse solent) exhiberent, quod optata consequerentur. Illud etiam laudabile erat, ut caeci, claudi, atque aegroti non ingrederentur templum, ne facerent negotium, aut molestiam exhiberent orantibus, aut assistentibus diuinis officijs, quemadmodum passim fit in templis Christianis.

Describitur autem locus, in quo hoc signum editum fuit, nempe porta Speciosa templi, quae aedificata creditur a Ioathan filio Oziae, & erat sublimissima, pendebatque, ac dicebatur Porta Ioathan, ut dicitur 4. Reg. 15. & 2. Paralip. 21. cetera vero portae terrae attingebat. At vero historia Scholastica in Actus, asserit vocatam hanc portam Speciosam, ab speciali quodam ornamento, quod apposuit ei Alexander Hyrcanus: ibidem etiam Herodes aquilam auream imposuerat, & erat porta Atrij virorum mundorum. Alij scribunt non posse esse portam illam Ioathan filij Oziae, sed aliam ab Herode loco eiusdem aedificatam. Nam teste Iosepho in Antiquitatibus Iudaicis, decimo octavo regni sui anno, quod Iudaos sibi magis conciliaret, in quos adhuc inuitos regnabat a Romanis suscepto imperio, ad extruendum templum conuersus spatio octo annorum illud crexit, additis porticibus vario opere visendis, portis quoque templi magnitudine, & artificio ab eo excel-

letibus, unde potuit vulgus vnam ex illis Speciosam appellare. Unde vero Scholastica historia acceperit portam illam Speciosam conditam ab Alexandro Hyrcano, non legi, etiam si Iosephus tradat, quod Herodis aquilam auream, quae portae maximae templi superposita fuerat, hortatu duorum doctissimorum Rabbinnorum quidam de templo deiecerint tanquam rem lege prohibitam. Unde Herodes moribundus in concionem prodijt, & autores, ac deturbatores aquilae amburi iussit.

Meminit autem huius portae, tum ad rei euidenciam, tum ut Speciosae portae nomen Israelitis sanum ingrediētibus in memoriam reduceret eum, qui Speciosus est forma praefilijs hominum, & qui de seipso dixit: Ego sum ostium ouium: qui quauis claudam, & deformem animam pro spiritualis templi foribus mysticam stipem colligentem, solus alleuare, solusque confirmare, ac decorare potest. *Is cum vidisset Petrum & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet.* Spiritus adiuuat infirmitatem nostram, nam quid oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus postulat pro nobis: idemque petit in nobis quae plerumque vix desideramus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideramus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis. Hic enim vilem stipem, quod ad se attinet, petebat: sed Spiritus pretiosam, & integram sanitatem postulabat. Verum quae dicitur, quod Deus exaudiat superabundanter quam petimus, aut intelligimus. Euenitque isti non secus atque illi, cui petere paruum nummum, erogatus est stater aureus. Neque aliter perfectio nobis accidere videtur, cum parua quaedam a Deo postulantibus, magna, ac quae vix excogitare valebamus, tribuuntur. Expende verbum, Rogabat: quia cum perseverantia & instantia urgebat, ut moris est mendicorum: maximè si homines pios, & religiosos, quos existimant misericordes, intueantur.

Inuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit, Respice nos. At ille intendebat

Idem lib. 17. Antiqu. c. 8. sub initium. & lib. 1. de bel. Iudaic. c. 12. initio.

Huius portae Speciosae cur meminerit Evangelista.

Psal. 44.

Ioan. 10.

Animam nostram ditare quis solus potest.

Rom. 8.

Claudi huius ab utero matris suae felix fors.

Dei in exaudiendo munificencia.

Ephes. 3.

Idem claudus ut se dignum fecerit beneficio sanitatis obtentum.

in eos,





Extra quid, & vnde proficiatur. nihil est aliud, quam extra se positio: in quam incidit homo interdum ex pauore magno: aliquando vero ex sublimitate rerum accerrima contemplatione: interdum vero ex admiratione, caussarumque; occultarum ignorantia, quemadmodum hic accidit.

Quistenebat Petru & Ioannem in templo, & quare tenebat.

OEcum. in Acta. Matth. 8. Quodam Christus a se sanatos, ipsumque; sequi volentes, cur tamen non permitterit.

Porticus Salomonis que nam illa.

4. Reg. 25.

OEcum.

Ioan. 10.

Cur se in porticam Salomonis fideles primitiui de more recipiebant.

Cum teneret autem Petrum, & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum qua appellatur Salomonis, stupentes. Quis sit ille qui teneret Petru, & Ioannem, explicat Græca litera, que habet: Cum teneret autem claudus qui sanus factus fuerat, Petrum, & Ioannem: vel quod ob tam insigne beneficium vehementer esset ad eos affectus, vel fortasse quod metueret ne ab illis disunctus amitteret quod acceperat, vt testatur OEcumenius. Ita enim in Euangelio quidam a Christo sanati sunt, vt eos volentes se sequi, ipse non dimiserit, quod acceptæ sanitatis signum in plures spargeretur, & nomen Iesu illustraretur: ita hic fortasse cum claudus iam sanatus ab Apostolis dimitteretur, detinebat eos, deprecatus ne a suo commercio repelleretur. Tunc autem accurrit omnis populus inuitantes se mutuo, vt ad agrorum claudum iam sanatum spectandum accederent, & tanti beneficii autores agnoscerent: Et cum stuporem, & admirationem vultu ipso præferrent, coactus fuit Petrus illis de edito signo rationem reddere, atque omnem rei factę virtutē Deo tribuere. Dicuntur autem accurrisse ad porticum Salomonis, vbi cum eo, qui sanatus erat, Apostoli erant. Porticus Salomonis, ea pars atrij templi dicebatur, in quam Salomon, qui templū condiderat, se recipiebat adorationis gratia: & hæc vel integra remanserat incenso templo a Chaldæis, vt testatur OEcumenius: vel fuerat restaurata, & ab Herode exornata, & nomen retinebat antiquum. In hunc locum legitur Dominus in festo Enceniorum conuenisse, atque ibi ambulando docuisse, questionemque; captiosam Iudeorum dicentiu: Si tu es Christus, dic nobis palam, egregie dissoluisse. Quare cum locus comodus esset & ad orationem, & ad auditum verbi Dei, &

memoriā refricaret Domini in eo loco docentis, primitiui fideles in eum se locum recipere soliti erant: vt ex hoc loco, & altero Act. 5. vbi dicitur: Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis: caterorum autem nemo audebat se coniungere illis, licet colligere. In porticu igitur Salomonis, vbi aliàs Iesum lapidare voluerunt, nunc in Christum fidem accipiunt, vt eodē loco illuminentur a Christi ministris, & a Christo per ministros, vbi redditi fuerant cæci. Nam fortē eorū aliqui & hic fuerunt, vt beneficijs eos aggrediatur, & vincat ipsorum in bono malum. Non est autem ignorandū, quod in vt miraculis a Christo editis, præter sensum literalem, in quo suam potentiam, & bonitatē proferebat, erat sensus allegoricus, in quo aut mores nostros, aut mysteriorū credendorum fidem designabat, in quo mirifice suā illustrabat sapientiam: ita etiā in miraculis ab Apostolis editis aliquid non erit inutile, aut allegoriam, aut tropologiam spectans, hoc est, ad fidem, siue ad mores ædificandos declarare. Hinc Beda hoc claudī miraculū ita per allegoriā absoluit: Porta templi Speciosa, Dominus est: per quē si quis introierit, saluabitur. Ad hanc portam debilis Israel ire non valens, legis, Prophetarumque; vocibus affertur, vt ab ingrediētib; in interiora, sapientiam fidei audiendo deposcat auxiliū. Qui vaticinio futurorū quasi ad portā ponit auditores: sed Petri est in templū perducere, cui pro confessione forti & cognomen Petra, & clauēs cæli sunt data. Hæc ille.

Ibidem. Mira Christi benignitas.

Signa Christi, & Apostolorum duplitem sensum continebat, literalem, & spiritualem.

Signi huius claudī sanati mysteriū ex Beda.

Beda in Acta, to. 5. Ioan. 10.

Matth. 16.

In hoc rursus signo quare pulchra lateat allegoria.

Quale genus humanū suspice natura.

Act. 4.

firmitatis,

Petrus & Ioannes quasi myrtice.

Psal. 118.

firmitatis, nisi Deus manum suam apponeret. Veniunt Petrus & Ioannes ad portam, hoc est, Fides, & Gratia, siue misericordia Dei: qui iubent vt claudus in se intueatur. Si enim quæ fidei sunt (quæ in Petro significantur) oculis fixis dispiciantur, credibilia nimis apparebunt: quia illustrantur diuino sapientię lumine: confirmantur miraculis, & Martyrum triumphis. Laudatur quoque; misericordia Dei, vel gratia adumbrata in Ioanne. Et claudus inspicere debent in vitas Sanctorum, vt restituito gressu intelligant qua ratio ne sit illis ambulandum: sed oportet Petrum, & Ioannem in illum oculos intendere, id est, obijcere ante oculos fidei articulos, & diuinę gratię largitatem. His enim intellectis, & voluntate apprehensis erigitur, & sanatur claudus, vt iam recta incedat, & possit per viam mandatorum curre-

re: quia consolidatæ sunt bases, hoc est, animæ vires, intellectusque; & voluntatis facultates, quæ prius iacebat. Surgit ergo fide iam roboratus, & gratia, & incipit ambulare: imò, quod difficilius est, exilire, & in templum Dei ingredi. Hæc est lætitia intrantium in Christum, & ambulantium de virtute in virtutem, & saltantium, dum præ lætitia Spiritus peccatum quasi foueam saltant, paululum prius retrocedendo, vt per humilitatem, & sui diffidentiam peccatum fugiat, & progressum in virtute faciant: & rursus hunc mundum tanquā fossam laqueis refertam veluti saltu transiliat, & in templū æternæ vitę se recipiat, vbi in perpetuum laudū, & gratiarū actionis sacrificiū persoluant Deo Patri, ac mediatori Iesu Christo, vnā cum Paraclero Spiritu in omnē æternitatem. Amen.

Psal. 83.



TRACTATUS XVIII.

In illa verba: Videns autem Petrus, respondit ad populum; Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: Autorem vero vitę interfecistis, quem Deus suscitauit a mortuis, cuius nos testes sumus, &c. vsque in finem capituli Act. 3.

Quare Christus Apostolos, tam iustos, & contemptos homines elegerit.



AGNA Ratione Dominus Iesus ministros Noui Testamenti, hoc est, Apostolos, conditurus, non nisi expiscatione, & telonio, contemptos plane, & literarū ignaros vocare vo-

luit, vt cum celsum Apostolatus gradum teneret, & magnifica signorum opera ederent, & Ecclesię toti præficerentur gubernandę, nihil possent sibi, aut virtuti suę adscribere, sed omnia Christo, cuius personam susti-

Matth. 4. Infra 9.

nebant;

Ioan. 15. Humilitas Praecursoris quanta.

Supra 1.

Ibidem.

Esaia 40. Pauli quoque modestia.

1. Cor. 3.

Rom. 15.

Act. 14.

Genes. 1. Petri exemplum humilitatis eximie.

Quae na' alto qui admirabilia, digna tamen admiratione sunt minime.

Iudaei cur viri, & Israelitae vocantur a Petro.

nebant, tribuerent. Vnde Dominus illos instituens, dicebat: Sine me nihil potestis facere. Praecursor quoque, qui tantus in Ecclesia Dei futurus erat, ut Messias haberi posset, hanc doctrinam minimè ignorauit: qui horrens tantae dignitatis pondus sibi attribui: Et confessus est, inquit Euangelista, & non negauit: & confessus est, Quia non sum ego Christus: & seipsum imminuens, ut Christus cresceret, rei vanissimae ac fluxae, hoc est, veci, seipsum comparauit, cum dixit: Ego vox clamantis in deserto. Paulus quoque probè hanc doctrinam imbiberat, cum diceret: Neque, qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus, & rursus, Gratia Dei sum id quod sum: & Non audeo aliquid loqui eorum, quae per me non effecit Christus in obedientiam Gentium. Imò cum Paulo, & Barnabae ob similem alium claudum in Lycaonia sanatum honores diuinos deferre vellet, tanquam Ioui, & Mercurio: illi exhorrescentes eis restiterunt, & dixerunt: Viri, quid haec facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuam, qui fecit caelum, & terram, & mare, & omnia quae in eis sunt. Par quoque fuit, ut & Petrus Apostolorum princeps haec doctrinam nobis traderet: quemadmodum hoc loco fecit. Nam cum totus populus praedmiracione obstupesceret in claudi a natiuitate curatione: id ferre minimè valens, quod sibi quicquam in hoc facto tribueretur, ad respondendum prosiluit, quod illis falsam opinionem adimeret, dicens: Viri Israelitae, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini. Illa enim eorum admiratio, & stupor loco, ac vice interrogationis fuerat. Et ait: Non est mirandum de eo, quod a manu diuina profectum est, cum ille omnia posset, & his maiora plerumque fecerit: neque decet, ut nos intueamini quasi autores miraculi, cum viri Israelitae sitis. Viri quidem, non pueri, ut in nobis sistatis: Israelitae verò, & non Paganì, ut quicquam hominibus tribuat, cum non ignoretis Moysen, & alios Prophetas signa edidisse admiranda, sed virtute Dei, & non propria.

Reprehendit autem, quod intueatur in eos, non quidem simpliciter, sed ut adiungit, Quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare. Nolunt enim in seipsis agnosci virtutem aliquam naturalem, aut potestatem, siue ut Graeca lectio habet, religionem, seu religionis meritum, ob quod digni essent, qui exaudirentur: sed humilis, & modestus Petrus, omnia a Deo vult agnosci. Negat virtutem suam Petrus, ne populus putaret ipsum esse Christum parem, & ita Christus non plusquam vnus Prophetarum, aut Sanctorum putaretur a populo. Horrent sancti, cum sibi miraculorum attribuuntur virtutes, ne vani fiant, & ne populus seducatur, & ne diabolus triumphet: at non sic impostores, qui gloriam propriam querunt: quos diabolus seducit, ut in errorem populos adducant. Est igitur Doctoris Catholici munus, cum miracula adscribuntur Sanctorum virtuti, nullo respectu virtutis Christi, populum docere, ut ad Christum potissimum omnia referant: neque debent, ut nouelli quidam Doctores faciunt, diuorum miracula a demonibus profecta esse existimare ad instaurandam idolatriam: quia ut periculum est in prioribus miracula tribuere hominibus: ita in posterioribus quae Dei sunt, demoni adscribere.

Circa hunc locum aduerte, non negasse his verbis B. Petrum, virtutem diuinam edendorum signorum non fuisse sibi a Christo comunicatam: id enim repugnaret Euangelio dicenti: Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem: sed virtutem tantum naturalem, potestatemque, quae ex creatura proficiscitur. Deinde haec diuina vis, siue potestas, ut alibi diximus, non est habitus aliquis, aut qualitas creaturae inexistens, cum sit infinita virtus, quae qualitas esse nequit, atque illa praeditus quocies vellet, signa ederet: Ergo potestas haec, fides erat, siue gratia gratis data, quae vocantur: quae qui exornatus erat, excitatus a Deo, pro nutu eius & arbitrio signum petebat, & obtinebat. Atque,

Quam in se & Ioanhe virtutem, & potestatem Petrus Iudaeos nolebat agnoscere.

Miracula sibi attribui horrent sancti, & cur ita.

Ioan. 7.

Doctoris Catholici munus quod.

Homine hunc claudum a Deo, non a se sanatum Petrus quae vete dixerit.

Matth. 10.

Lib. 6. & alibi saepe.

potestas eadem miracula quid sit.

Psal. 75. Christus, & Apostoli sancti; interdum praee, interdum ex potestate signa faciebant.

B. Greg.

Sanctos signa edere & potestate Gregorius quo sensu dixerit.

Tertio cur Deum Petrus nominauerit

Chry. hom. 9. in Acta. initio serm. tom. 3.

ita Deus potius in sanctis signa operabatur, quam ipsi sancti: quia ministri tantum erant instrumenta, secundum illud: Qui facit mirabilia magna solus. Tamen ut Christus quadoque signa operabatur precibus suis, inuocatoque nomine Patris, quod sua proderet humanitatem; interdum vero nulla praemissa prece, sed imperio, & praeccepto, quod suam patefaceret diuinitatem: ita etiam Apostolis viroque, modo eadem signa contulit potestatem. Nam ut plurimum precabantur, & inuocabant nomen Iesu, ut illud illustre redderetur, & clarum, se vero tantum ministros esse declarabant, quandoque vero etiam non precantes, inuocantes uero, sed imperantes miracula patrabant, quod Christus ministrorum magnitudinem, & sanctitatem suorum aperitam redderet: quaequam ipsi siue hoc, siue illo modo signa facerent, non nisi ut puri ministri, & Dei organa, ab ipso adhibita ad eorum operationem faciebant.

Quod si obijcias B. Gregorium lib. 2. Dialogorum capit. 30. tomo. 2. sub initio, dicentem: Qui deuota mente Deo adherent, cum rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo utroque, solent, ut mira quoque, aliquando ex prece faciunt, abiquando ex potestate: Dicendum est, hoc minimè dictis repugnare. Nam potestatem non intelligit facultatem ullam naturalem, quae ad signa edenda se valeat extendere; sed potestatem diuinam Apostolis impertitam. Quae dupliciter prodit se: nam aliquando precibus non nisi praemissis, aliquando vero non praecedentibus miracula facit: & semper sancti ministros se exhibent diuinae veritatis per illos operantis. Ait deinde: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit Filium suum Iesum. Primo ter nominauit Deum, ad indicandum Trinitatem personatum: sicut cum ait, Deus patrum nostrorum; indicat unitatem substantiae illarum, ac diuinitatis. Et cum ait: Chrysostramus in hunc locum: Vide quomodo subinde progenitores refert, ne videatur nouum quoddam dogma inducere: & illic patriarcha David meminit, & illic Abraham, & Isaac,

Et paullo ante: Maiore, inquit, sermonis fiducia referta est haec oratio, quam superior, non quod in priore sibi timeuerit, sed quoniam homines illi irrisores, ac subsannatores, & concitatores risus ad tantam orationem non fuissent idonei. Vnde illam quidem incipiens, statim in initio atentos facit. Hoc vobis notum sit, dicens, & auribus percipite verba mea: hic autem non habet operali preparatione. Non enim segnes erant, quos signum atentos fecerat: vnde & metu ac stupore plenis, non opus erat hinc incipere, sed aliunde illos sibi maxime conciliabat, repulsa illorum opinione. Nihil enim ita prodest, & adducit auditores, ut si non solum nihil magnum de se dicat differens, sed etiam superbia suspensionem eximat. Sic tamen contempta gloria magis se ipsos glorificabant, interrim demonstrando, non humanum, sed diuinum esse quod acciderat. Haec tenus Chrysostramus, sane quam eleganter.

Quod ait: Glorificauit Filium suum Iesum: iterum humiliter sicut in proemio, loquitur: nam & ipse quatenus Deus erat, seipsum glorificauerat. Et cum Iudaei Christum occidissent tanquam aduersarium patribus, ac Deo: ostendit per Deum ipsum patrum suorum fuisse glorificatum; ac praeterea summè Deo gratum, & acceptum extitisse. Et ex hoc loco saltat ad mysterium passionis, ac mortis, quod eos salubriter ad poenitentiam compungat, ut in superiori fecerat concione, ideo ait: Quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Illos ait fecisse, quod omnes nisi sunt facere, quod publice ac populariter a bona populi parte sit. Quod enim per se non faciunt quidam, satis censetur fecisse, quia patiuntur, & probant factum. Duo autem crimina illis obijcit: alterum est: traditionis, quia ut se sanctiores ostenderet, & magis ab hoc crimine alienos, decreuerunt Iesum per potestatem laicam, siue Romanam interimi. Ita dicitur: Mane autem facto consilium inierunt omnes Principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderet: & tradiderunt Pontio Pilato Praefecti,

Praefens Petri oratio ad Iudaeos, in quo fidem superiori secundum Chrysostrum.

Efficax vis trahendi ad se auditores.

Quatenus Deus glorificauerit filium suum Iesum.

Petrus hoc loco cur meminit Christi passionis, ac mortis a Iudaeis illatae.

Matth. 27. Quare Iudaei tradiderunt Christum Pontio Pilato crucifigendum.

Ibidem.

Iesum quoque Iudaei quando negauerunt.

Deut. 18. Ioan. 19. Ibidem.

Christi innocentiam etiam a Pilato cognita, atque perspecta. Matth. 27. Luc. 23.

Ibidem.

Christi sanctitatis, & iustitiae testimonia.

Ioan. 18.

Matth. 27.

Ibidem.

Iudeorum in Christum immanitas iniqua.

ibid.

Alterum crimen est, quod eum negarunt ante faciem Pilati: non enim agnoscere illum voluerunt tanquam Filium Dei, & verum Messiam in lege promissum, & verum eorum Regem. Nam dicente Pilato, Regem vestrum crucifigam? responderunt, Non habemus Regem nisi Caesarem. Et rursus obiecerunt: Nos legem habemus: & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Cum tamen Pilatus iudicaret eum innocentem, dignumque; qui absolueretur, cum sciret quod per inuidiam sibi eum tradidissent, & causa eius discussa atque explorata, non inueniret in eo causam mortis: Vos autem sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis, autorem vero vite interfecistis. Sanctum ac iustum Iesum fuisse, & vita sancta sua atque inculcata, discipulorumque; suorum, atque opera signorum satis testabantur: sed haec omnia negarunt; cum dixerunt: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum. Fui autem haec Christi iustitia etiam ipsi praesidi non ignota, qui dixit: Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis; Et qui ab uxore acceperat nuntium, Nihil tibi, & iusto illi: multa enim passus sum hodie per visum propter eum. Subiungit, quod petierunt virum homicidam sibi donari, & Autorem vite condemnari. Grauisimum eorum facinus exaggerat Petrus: nam cum praesens obrulisset optionem, ut peterent quem vellent ex duobus, nempe vel Iesum, vel Barabbam homicidam; quod eo consilio fecit Pilatus, ut si Iesum tanquam iustum, & innocentem non posset de manibus illorum eripere, saltem ut peccatorem liberaret: sed in hoc fuit illorum insigne scelus, ut praetulerint insignem latrocinij, homicidij, ac seditionibus virum, Iesu vitae antori innocentissimo, & ob singularem suam beneficentiam amabili. Nam quod reus mortis peratur ad vitam, manifesta est iniquitas, fide homicidio contester, atque hoc quidem facit humana petitio: at quod vitae autor peratur ad mortem, non facit nisi humanum rabies, & immanitas. Sed & hoc

Dominus patienter tulit, ut praebere nobis exemplum, si villo in gradu proponantur nobis indigni. Quare Deus suscitavit eum ad immortalem, & aeternam vitam: cuius Petrus tum Apostolis profert se testem. Observata, Iudaeos occidisse Christum voluntate, & lingua: Gentes manibus tantum corde, & manibus simul, ne occasionem desperationis acciperent, & utrique pacifice in Ecclesia Dei viuerent, neque aut hic, aut ille alterum contemneret, cum utrique mortis Christi extiterint autores.

Et in fide nominis eius hunc quem vos vidistis, & nostis, confirmavit nomen eius, & fides quae per eum est, dedit illi integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Ostendit Petrus non esse sibi miraculum illud arrogandum, sed in Deum potissimum omnium bonorum autorem referendum. Dixit etiam Iesum filium Dei esse: quod ex eo videtur confirmari, quia signum fieri non potest in nomine alius, qui Deus non sit. Unde Heliseus post assumptum Heliam in coelum, percussit aquas Iordanis, quae non sunt diuisae, & dixit: Vbi est Deus Heliae, etiam nunc percussit aquas, & diuisae sunt haec atque illuc, & transijt Helias. Vbi aduerte, Hel seum, cum primu pallio Heliae, quod ei ceciderat, percussisset aquas, & de Helia tantum cogitaret, aquas non fuisse diuisas, at vbi Dei Heliae meminit, tunc fuerunt diuisae. Et quaquam legamus nomen expresse Antonij fuisse daemonia de corporibus profligata; non tamen in nomine eius, sed per preces eius: Quisquis ergo virtute praeditus est edendi signa, aut absoluendi peccata, delegatus quidem est a Christo, sed ipse alium loco Christi delegare non potest, ut haec in nomine suo faciat. In fide ergo nominis eius, idest per hanc fidem quam habemus de illo, quod sicut vocatur, ita est re ipsa Saluator, & sicut dicitur Christus, ita re ipsa est Messias. Huc quae vos videris, & nostis, confirmavit (sive ut Graeco dicitur consolidavit) nomen eius. Idest, nomen Iesu Christi Nazareni a me inuocatum, soliditatem

Christi partem Barabbam latrocinem & homicidam a Iudaeis praedictum sustinentis, quid doccat nos. Aliter Iudaei, aliter Gentes Christum interemerunt.

Cui miraculorum gloria soli tribueda

Quo argumetur Petrus Iesum esse filium Dei iudicauerit. 4. Reg. 2.

Quando Heliseus pallio Heliae percussit aquas Iordanis.

Solo ut Antonij nomine eiciebantur demonia.

Fides nominis Iesu quid.

Nomen Iesu claudum quo modo sanauerit.

Mar. ult.

In edentesignum quid requiratur.

Luc. 17. & Matth. 17. Magorum, siue incantatoru propriu.

Chry. hom. 9. in Acta.

Petri in verbo Dei dispensando prudentia.

Integra quam claudus ille per Petrum adeptus erat a Domino Iesu sanitatem.

Chry. homilia praedicta Petrus dicit ad Iudaeos, & ad haec fratres scio quia per ignorantiam fecistis sicut & Principes vestri, quomeo suscipie dicit.

illi pedu tribuit, que vos videtis iam sanum, & olim nouistis claudu, sive paralyticu: non quod vlla sit virtus nominis in eo quod nominatur, aut appellatur, sed in eo quod per fide in uocatu, salutem omnem praestat, secudu illud: Signa autem eos qui crediderint, haec sequentur. In nomine meo demonia eicient, &c. Ex parte enim edentis signum debet adesse fides illa efficax, qua de Christus inquit: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicitis huic arbori moro, Eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis. Non ergo Apostoli taquam magi, aut incantatores certis verbis certo modo pronuntiatu mira operantur; sed fide in nomine Iesu inuocato omnia praestat. Et fides quae per eum est, dedit illi integram sanitatem in conspectu omnium vestrum. Notat Chrysostomus non ausum fuisse dicere, fides quae in eum est, idest, quae per eu est reuelata, praedicata, atque ei innittitur, per eumque; putat se omnia posse. Oecumenius: Nomen ipsius consolidauit istum, sublime est ac perfectum, & Iudaeos exacerbauit; illud vero fides quae per eum, humile. Ipse autem partim quidem ex rei natura sermonem distribuit, partim vero iuxta auditorum affectum, & potentiam, humilia permiscens sublimibus, quo facilius sermo excipitur. Sic ille. ¶ Dedit integram sanitatem istam. Sive, ut Graeco dicitur, ipsi. Integram dicit, idest, perfectam, quia etiam saliebat. Vel melius fortasse, integram, hoc est, in corpore & animo: quia Deum adeptam sanitatem in templo laudabat, ut fidelis & gratus de beneficio. ¶ Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis sicut & Principes vestri. Cum haec Iudaeorum exaggerasset scelus, & flagitij scditatem ostendisset, quod eos ad beneuolentiam Christi promerendam adducat, eosque; ad amplectendam Evangelicam doctrinam inflectat, moderatur prudenter quae dixerat, & mitigat verba, ut ponderat Chrysostomus, dicendo: Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri. Qui sermo amphibologicus est: potest enim significare, aut illos deliquisse per ignorantiam, sicut & Principes per ignorantiam peccarunt: at-

que hunc sensum: prima facie videtur prorrigere litera. Sed qui fieri potest, ut Principes per ignorantiam deliquerint, qui dixerunt in parabola vineae. Hic est hares, venite occidamus eum, & habebimus hereditatem? Et infra: Cum audiuissent Principes Sacerdotum, & Pharisei parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et rursus apud Ioannem: Nunc autem, & viderunt, & odorunt me, & Patrem meum. Et paulo ante: Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habet de peccato suo. Et in cruce omittens eos, qui per malitiam & inuidiam peccabant, pro illis fudit preces ad Patrem, qui nesciebant quid facerent: ut annotauit Augustinus. Ideo alius sensus est ut dicamus: Scio quia per ignorantiam fecistis, quod Principes fecerunt ex inuidia, & odio. Nam et in Principibus Iudaeorum ex malitia peccantibus nonnulla fuerit ignorantio, cum omnis malus, ac peccator erret; non erat tamen illorum ignorantia talis, quae aut ignorantiae praetextu excusari posset, aut quae nominari promeretur peccatu ex ignorantia. Nam etsi demus illos Iesum Deum, aut Dei filium, aut Messiam non agnouisse, eo quod cupiditatibus suis, atque passionu morbis resisteret veritati, illaque; agnoscere obluetantur: tamen proficetibus habendi sunt, non pro ignorantibus. Qui enim scire negligit, aut coteret per ignorantiam nequaquam delinquit, nec peccatum admittit ignorantiae. Sed nunc Petrus ad populum Iudaeorum concionem habebat, quem per ignorantiam deliquisse agnoscebat, quoniam plebs a maioribus decepta, & a Pontificibus subornata fuit, ut Barabbam Iesu praerent, & peterent Iesum in cruce agi, & iam cognouerat Petrus Christum in cruce preces fuisse ad Patrem, ut ignosceret illis, qui nesciebant quid facerent: cum tamen Petrus sequenti capite exprobrauerit Principibus, quod Iesum crucifixissent, nec eos excusauerit per ignorantiam, nec inuitauerit ad poenitentiam. Quaquam negandum non sit, aliquos ex-

I. Sensus, qui refellitur.

Matth. 21.

Ioann. 15.

Luc. 23.

Augustinus in Ioan. tract. 31.

Tom. 9.

Alter sensus solidior.

Matth. 27. Principes Iudaeorum Christum crucifigentes, ex ignorantia deliquisse, ut sint censendi. Quis non peccet ex ignorantia.

Quorum impulsu, & hortatu plebs Iudaeorum in Christi necem conspirauerit. Matth. 27.

Luc. 23. An aliqui Principes Iudaeorum Christi necem de toto flagitio respiciuerint.

illis summis Principibus peculiari Dei providentia ac munere lumē ad Euangelicum vocatos fuisse: quia dicitur inferius, quod multa turba sacerdotum obediebat fidei.

Act. 6.

1. Cor. 2.

Quod si obijcias verbum Apostoli: Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam praedestinavit Deus ante secula in gloriam nostram, quae nemo Principum huius seculi cognovit. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent; Quomodo igitur dicimus Principes Iudaeorum per ignorantiam non deliquisse? Dicendum est, Dei sapientiam, hoc est, Christum Dei Filium, ita esse reconditam, & occultatam, ut mundi huius Principes non potuerint sua naturali facultate, atq; humana sapientia illam agnoscere: sed sola fides parvulorum, & nequaquam eorum, qui oculis suis sunt sapientes. Vnde Dominus dixit: Confiteor tibi Pater Domine caeli & terra, quia abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Vnde recte sequitur, quod quia eum naturali notitia agnoscere, sponte respuerunt, & dilexerunt magis tenebras, quam lucem; ideo eum per ignorantiam affectatam non cognoverunt: nam si cognovissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent. Quod non de malignis spiritibus, sed de Herode, & Pilato, & summis Sacerdotum Principibus intelligendum esse, docent Chrysostomus, ac Theophylactus, & ante hos Tertullianus libro adversus Marcionem.

Illud Apostoli, sapientia Dei in mysterio abscondita, id est Christum, nemo Principum huius seculi cognovit, si enim cognovissent, &c. quem sensum habear. 1. Sensus. Matth. 11.

Iudaeorum Principes Christum Dei sapientiam cur agnoscerent loerint. Ioan. 3.

Chryf. Theophyl.

Tertull. lib. 5. adversus Marcio. Aiter sensus nec improbabilis quidem

Esa. 64.

Potest quoque sensus esse de gloria aeterna, de qua dixit: Quam praedestinavit Deus ante secula in gloriam nostram: Et hanc nemo Principum huius seculi cognovit, quia nulla humana coniectura potest apprehendi: quae si cognoscere potuissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent, id est, eum, per quem omnes gloriam erant consecuturi, & eum qui Rex gloriae est, distributor atq; largitor, nunquam abiiecissent. Atq; huic sensui fauet quod subdit Apostolus: Sed sicut scriptum est, Quod oculus non vidit, nec auris audiit, nec in cor hominis ascendit quae preparavit Deus ipsis qui diligunt illum.

Est igitur omni diligentia a nobis ignorantia propulsanda, quae causa est multarum in Deum offensarum: & vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei.

Ignorantia quare est a nobis fugienda, ac propulsanda. Sap. 13. Act. 2.

Subdit: Deus autem qui praevenit per os omnium Prophetarum, pati Christum suum, sic implevit. Quemadmodum superius definito consilio, & praescientia Dei traditum per manus iniquorum dixit Christum interemptum, ut eos consolaretur, ut nihil fortuito factum crederent, & Christum sponte mortem notam suscepisse pro nobis: ita nunc Prophetas allegat eadem de causa. Quae autem praevenit per os omnium Prophetarum, sic implevit: nam permittens peccatum Iudaeorum, mortem voluit Filium sustinere pro gloria Dei, & mundi salute. Et vide Petri sapientiam, qui de omnibus Prophetis ausus est dicere, quos profecto non protulisset, nisi intellexisset: cum praesertim Christus aperuerit illis sensum, ut intelligerent Scripturas. Inter alia autem, quae Prophetae praedixerant, erat Dei placatio, fidelium poenitentia, destructio peccati per Christum, Novi Testamenti institutio, sacerdotium sempiternum. Vnde subdit: Poenitemini igitur, & convertimini, ut deleantur peccata vestra; ut cum venerint tempora refrigerij a conspectu Domini, &c. Quasi diceret, ut recte interpretatur Chrysostomus, non satis est ad expurgationem vestram, aut Dei consilium, quo mortem Christi permittit, aut vestra ignorantia; quae eum in crucem egistis; sed opus est poenitentia, per quam vestrum peccatum expietur. Proinde poenitemini, siue poenitentiam agite talem; ut averti a peccato, & a daemone ad peccatum impulsore convertamini ad Deum per motum fidei, & spei, ac poenitentiae, ita ut peccata vestra deleantur. Non enim diligenti peccatum vlla spes veniae est: ut cum venerint tempora refrigerij a conspectu Domini, &c. Ut clausula sit perfecta, oportet in fine adiungere aliquid, nempe Salutem sitis, aut mundi sitis: quemadmodum Petrus in secunda epistola ait: Propter quod

Cur Petrus morte Christi testimonium Prophetarum protulerit.

Petri sapientia.

Luc. vlt.

De quibus Prophetae praedixerunt. Chry. hom. 9. in Acta.

Iudaeos Petrus cur vellet poenitere, atque convertere.

Quibus veniae spes omnis sit sublatam.

2. Pet. vlt.

Tempus refrigerij quod sit.

Luc. 21.

Quid maneat iniustus, & impenitentes.

Sap. 17. Sultorum, ac piorum miseris, & afflictiones in hac vita.

Matth. 6.

De secundo Christi adventu quare nunc Petrus meminerit.

Act. 2. & seq.

Quorundam idem quem oportet quidem caelum recipere (Christum scilicet) vsq; in tempora restitutionis omnium.

Oecumene in Acta, c. 3.

Psal. 109. Tempora restitutionis a Petro quae dicantur.

charissimi haec expectantes, satagite, immaculati, & iniolati ei inveniri in pace. Vocat autem tempus iudicij, vel resurrectionis, tempus refrigerij, siue refrigerationis, quam iusti viso Domino concipient, ob instantem redemptionem, & corporum ad immortalem vitam ejectionem, de qua Dominus: Respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Nam ira, & indignatio manet iniustos, quos mala, & perturbata conscientia timidos reddit, & saeva praesumentes. Innuitur etiam, quod iusti ac pii Christi cultores dum in hoc seculo tanquam in valle lacrymarum viuunt, pedibus impiorum sunt calcandi, afflictionibusq; conterendi atq; vexandi, ut post aeternum tot laborum, & dolorum, digni refrigerio existant, ac merito filiorum Dei sit dicere: Adveniat regnum tuum. Et miserit eum qui predicatus est vobis Iesum Christum. Vide quam prudenter priori adventui Christi in humilitate adiungat secundum adventum in gloria, potestateq; iudicandi: ut condignam de magnitudine Christi fidem concipiant, & non tantum eum propter passionem diligant, sed etiam eum tanquam incorruptum, ac iustum iudicem timeant. Ait autem, Eum qui predicatus est vobis, non tantum a Prophetis, & ab ipso Christo dum viveret, sed etiam paulo ante in Die Pentecostes fuerat a Petro annuntiatus. Et subdit: Quae oportet quidem caelum recipere vsque in tempora restitutionis omnium. Ne quisquam cogitaret quod instaret iam dies iudicij; recte hoc subiunxit. Et ut notat Oecumenius, Oportet, pro Oportebat positum est, id est, ad, pro idem, ut sit sensus: Quem oportebat quidem in caelum recipi, vel oportebat caelum suscepisse, quia est *ἀγαθὸς ἀκόριστος ἄπαυτος*. Et sensus est, quod non est praesens Christus apud nos, etiam si surrexerit, ita ut spectari possit: quia necessarium est esse caelum tenere vsque in diem iudicij, cum de illo dictum sit: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis; Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et vocat tempore restitutionis omnium, quae locutus est Deus per os

Sanctorum a seculo Prophetarum, dies postremos resurrectionis, ac iudicij, in quibus omnis iactura, quae per diabolum facta est, restaurata invenietur.

Luc. 1.

Deut. 18.

Act. 2. & seq.

Moses quidem dixit, Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam me, vel ut Graece dicitur, mei similem, ipsum audietis iuxta omnia quaecumq; locutus fuerit vobis. Vrget Scripturis Petrus, ut in priori fecerat concione, & producit Moysen Prophetarum antiquissimum: sed quorsum id, considerandum est. Certum cum prius exhortatus esset Petrus ut converterentur ad Christum, & fidem eius amplecterentur, nunc peculiari ratione stimulat eos, proponens ex Moysese gravissimum supplicium, quo erant afficiendi illi, qui eum recusarent audire. Et id observandum est, quod Petrus magis sensum Moysi, quam verba posuerit; quod familiare est plerumq; Apostolis. Nam Deuter. 18, dicitur: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies: ac subiungit; Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui: & ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quae praecpero illi. Qui autem verba eius quae loquitur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Vbi primum Messiam vocat Prophetam: ita enim plerumq; vocatur in Evangelio, cum turba diceret: Prophetam magnus surrexit in vobis: iterum; Hic est verus Prophetas, qui venturus est in mundum. Promittit igitur Prophetam, qui mediator sit, & legislator: nam ut Moyses intercessit inter populum illum carnalem ad capiendam promissa Terrae, ac Deum, ita Christum inter populum spirituale ex omni gente collectum, ad acquisitionem Terrae viventium, ac Deum. Innuit deinde legem novam allaturum, sicut Moyses fuit legislator: sed hic legem tulit in tabulis lapideis, sicut Christus in tabulis cordis carnalibus. Ac racione innuit legem veterem fore abrogandam, utpote minus ad salutem idoneam. Tertio innuit Messiam futurum hominem: quia ait, similem tui. Quarto,

Apostoli sensum scripturae sequuntur magis quam verba.

Mosis a Christo quinq; documenta. Luc. 7. Ioan. 6.

Christi, & Moysi comparatio.

Exod. 31.

Ioan. 5. Audite hoc loco quid.

Rom. 10. Duplex de fideis Christi Messiam non recipientibus vitio diuina.

Vtramque vult nonne Iudaei qui nam euaserint.

Populi Iudaei Christo rebellis & increduli infamia quadam nascitur. Act. 2.

Quos dies prophetae annuntiauerint, teste Petro.

Esai. 45. & 2. Cor. 6.

Psal. 101.

petit tantum ut omnes illum audiat, eo quod nihil suum dicat, sed verba quae posuit Deus in ore eius: haec sunt verba Euangelij, de quibus Dominus dicebat: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Et audire hoc loco significat credere, quod Christus toto tempore praedicationis suae exigebat. Nam auditus non admixtus fidei, ut Apostolus ait, nihil illis profuisset. Postremo in incredulos, & nolentes audire, comminatur se futurum ultorem. Quod etsi de supplicijs gehennae intelligi possit, ubi condignis poenis plectuntur infideles: potest tamen apte de templi excidio, urbis euersione, populique illius in aeternam captiuitatem dispersione intelligi: nam haec etsi praesentia, grauissima tamen, & spectatissima fuisse supplicia, ut totus orbis agnosceret seuera Dei iudicia in illum populum. At vero qui crediderunt per Angelum admoniti, in Pellam urbem Agrippae se receperunt, atque omnia illa euaserunt flagella: atque ad hanc punctionem respicere potuit Deus cum dixit: *Ego ultor existam.* Nam post illam Dei ultionem populus ille reprobatus est, a Deique prouidentia, & auita patrum gloria penitus excidit, nunquam erigendus, nisi cum ad Christum olim reprobatum fide amplectendum redierit: interim nomen eorum obscurum est, infame, & apud omnes execrabile. Et quod ait, *Prophetam suscitabit*: hoc eodem verbo usus est, cum dixit: *Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni*: ut videatur polliceri non tantum Messiam dandum per natiuitatem, sed etiam a morte suscitandum.

Sequitur in Textu: *Et omnes Prophetae a Samuel, & deinceps qui locuti sunt, annuntiauerunt dies istos.* Post testimonium Moysi, producit testimonium Prophetarum de aduentu Messiae, de diebus praedicationis, & resurrectionis eius, in quibus praedicanda erat Dei gratia, & reconciliatio, volentibus Christum amplecti. Vnde Esaias: *Ecce nunc, inquit, tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*: de quo etiam David: *Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi eius, quia venit te*

pus. Isti sunt illi nouissimi, & decantati dies, praesentia humanitatis Christi illustrandi, effusioneque Spiritus sancti in corda fidelium decorandi, atque praedicatione Apostolorum de anno Domini accepto exornandi. Et si autem promissio huius rei etiam ad Patriarchas spectauerit: tamen a Samuele sumit initium, post quem clarius, & distinctius de Messiae mysterijs locuti sunt Prophetae: & omnes, quos nos in catalogo Canonicorum librorum Prophetas habemus, omnes tempore posteriores sunt Samuele.

Pulchre autem annotauit Chrysostomus, non expressisse omnes Prophetas, ne prolixitate graualet auditores. *Vos estis filij Prophetarum, & testamenti quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes familiae terrae.* Graui, & blanda oratione allicit eos, atque cohortatur, ne, quod promissum est patribus eorum tanquam haereditario iure possidendum, suo vitio amittant. Nam cogitare poterant ob tantum flagitium admissum, necis scilicet Christi alienos esse factos a promissionibus: ideo eos hoc verbo erigit. Tropoq; Hebraeo vocat illos filios Prophetarum, id est, eorum, ad quos primum, & potissimum spectabant prophetiae, & promissio illa Dei amplissima ad Abraham facta: *Benedicetur in semine tuo omnes gentes terrae.* Nam etsi Christus commune sit totius mundi bonum, & non minus ad Gentes, quam ad Iudaeos spectet: peculiari tamen ratione ad populum Iudaeorum, propter promissiones Patrum pertinebat, ita ut quodammodo gratia haec illis esset data propter promissionem, & naturalis, quia ex ipsis Christus progenitus est: ut Paulus Gentes vocet Oleastrum insertum oliuae bonae, Iudaeos vero, oliuam naturalem. Et vocat Testamentum more Euangelistarum, & Apostolorum, quod apud Hebraeos dicitur Berith, hoc est, pactum, siue foedus, quod promissione aliqua sancitur. Ac dicit, *Ad patres nostros*; ut Petrus se computet inter filios eorum, quod plus eos trahat. Sunt autem filij testamenti heredes eius, siue filij,

Esai. 61.

Luc. 4. Cum etiam Patriarchis Messias fuerit promissus, cur Petrus de solis Prophetis mentionem fecerit.

Chryso. hom. praedicta.

Gen. 12. & Gal. 3.

Iudaeos filios Prophetarum cur vocat Petrus.

Gen. 22.

Qua ratione Christus ad Iudaeos pertinuerit.

Rom. 11.

Testamentum Hebraeis Berith quid significet.

Filij testamenti qui.

Semen Abraham promissum quomodo Christus.

Messiam hominem iuxta ac Deum esse, his verbis comprobari: In semine tuo benedicentur omnes gentes.

Ex Virgine eum quoque nasciturum, exinde deducit.

In semine, qui est Christus, quando benedicenda sint omnes gentes.

Iesus, ut Petrus ait, Deus Filius sui qua ratione miserit benedicentem Iudaeis.

de quibus testator in testamento loquitur, non tantum assignando haereditatem, sed etiam explicando qua ratione, & quibus conditionibus seruatis illam adire debeant. Fuit autem promissio: *In nomine tuo benedicentur omnes gentes*: hoc semen in singulari explicuit Paul. ad Galat. 3. esse Christum, quod ex Abraham sanguine ducit originem. Et omnes gentes dicit benedicendas, non tantum Iudaeam, non actu, sed merito suo: quod satis erat ad benedictionem dandam omnibus gentibus, si per illas non sterit. Dicendoque, *in semine tuo*, indicat Messiae humanitatem: at dicendo: *Benedicentur omnes familiae terrae*, indicat esse Deum, quia purus homo, & subiectus maledictioni peccati non posset tale meritum habere, aut talem benedictionem toti mundo impertiri. Quod si ex privilegio aliquo, aut praerogatiua id valeret praestare; cum meritum ex se non haberet pro omnibus, non debebat dicere, *in semine tuo*, sed in magnitudine gratiae meae, aut in misericordia mea. Praeterea consequitur, Messiam non profeminandum ex masculino, & foemina: quia ita congeniti immunditiam contrahunt, & immundi alios mundare non valent. Ideo haec promissio, *In semine tuo*, includit Spiritus sancti operationem, & matris eius sancta virginitate conspicuam. Et quia benedictio haec praesentis vitae breuis est, & ad paucos potest peruenire, significat Messiam suscitandum, & in caelum euahendum, ut inde possit diuinam, ac caelestem infundere omnibus benedictionem.

*Vobis primum Deus, suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis; ut conuertat se unusquisque a nequitia sua.*

Iesus erat in caelo, ut Petrus dixit: & nunc missum ad hos dicit, nempe non alia ratione, quam praedicatione: quia Iesus in Petro loquebatur, & quia per fidem inhabitabat cordibus eorum: *Mane, inquit, in me, & ego in vobis.* Et quia primo praedicatum est Iudaeis, propterea dicit primum ad illos missum, quia post illos praedicatum est Gentibus. Benedicit autem nos Iesus, ut conuertamur a malitia nostra: prius ergo est benedictio, quam ipsa conuersio, quia scilicet prius potestatem facit ad conuertendum, cum nos illuminat, atque vocat, deinde sequitur ipsa conuersio, quia baptizati omnem malitiam exuebant, & Spiritum sanctum accipiebant. Atque haec est haereditas olim Patribus promissa, quam nemo assequitur, nisi fide & poenitentia conuertatur ad Deum, & instituta a Christo salutis subsidia, hoc est, Sacramenta, amplectatur. Quare danda est opera, ne Dei promissiones nobis dormientibus, & sterentibus obuerturas credamus, quas nemo extra Ecclesiam, atque cum contemptu Sacramentorum, ut haeretici somniant, assequi potest. Nihil enim fides otiosa, aut spes temeraria, aut dilectio fructibus vacans, aut gratia Dei in vacuo recepta, aut inanis Scripturarum lectio & iactatio adipisci possunt, neque illis Christum attingimus: at fides viva, spes ardens, atque in ardua quaque se extendens, dilectioque fructibus bonis plena, atque gratia Dei nos ad optima quaque impellens, illa sunt quae nobis Deum propitiu, ac benedictionum participes reddunt propter Christum Dominum, mediatoremque, cum Patre, & Spiritu sancto sit sempiternus honor, potestas, & imperium in seculis seculorum, Amen.

Ioan. 15.

Iesus cur nobis benedicat, teste Petro.

Haereditas Dei, hoc est, Spiritum sanctum, qui tantum assequantur.

Haereticum dogma iugulatur.

Quae vobis reddant propitium Deum.





TRACTATUS XIX.

In illa verba : Loquentibus autem illis ad populum, superuenerunt Sacerdotes, & magistratus templi, & Sadducei, dolentes quod docerent populum, & annuntiarent in Iesu resurrectionem ex mortuis: & iniecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum. Erat autem iam vespera. Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderunt, & factus est numerus eorum quasi quinque millia, & cætera, Actor. 4.

Scribe & Pharisei signa Christi, & Apostolorum cur obscurare nitentur Matth. 12. Ioan. 5. & seq. Infra. 9. & seq. Quid inde boni eliciat diuina Sapientia.

Vemadmodum Scribæ, & Pharisei Christi aduersarij, quæ edebat Iesus miracula, in caluniam rapiebant, & aut Sabbatum per eum violatum dicebant, aut veritati, & integritati signi detrahebant, vt de languido conitar ad piscinam sanato, & de cæco nato: quæ omnia diuino consilio fieri permittebatur, quod illustriora, ac spectabiliora redderentur eius signa: ad hunc modum Apostolorum opera, & sanitates Satanas ferre non valens, continuo suscitauit suos ministros, qui se opponerent, progressumque prædicationis impedirent, ac consequenter miraculis, quæ fiebant in nomine Iesu, aditum occluderent, comminantes Apostolis mortem, si ultra pergerent. Verum hæc pro diuina sapientia non modicum adiumenti adferebant, quo eorum prædicatione omnibus magis conspicua redderetur; signaque quæ per eos fiebant, in eos magis diffunderentur, verissimamque, atque super omnem naturam facultatem posita cognoscerentur. Atque hac ratione, quod magis Ecclesia Dei persecutiones, fallacesque hæreticorum obiectiones perpeffa est, eo magis inclaruit, & non minus eruditione, quam filiorum multitudine aucta est, & locupletata. Sed per fa-

tuos, & stultos homines, qui virtuti signorum, quæ infinita est, se opponerent: quod maius est, quam si quicumque digito opposito flumini potest, ac rapido consistere vellet, aut pugno aerem verberans, putaret sistere se Solem posse.

Loquentibus igitur illis ad populum. Hoc autem quomodo verum esse potest, cum tantum Petrus concionem habuerit? Dicendum est, quod loquente Petro principe Apostolorum, in quo cæteri vt membra in capite continebantur, merito dicuntur omnes dixisse. Hinc Pontifices in sententijs pronuntiandis dicunt in plurali, Nos, quod significant id quod decernunt, à reliquis pronuntiare, qui assuntur Et fortassis verissimile est finita Petri concione, reliquos quoque Apostolos sermonem habuisse, Petrique dicta confirmasse. Superuenerunt Sacerdotes & magistratus templi, & Sadducei, dolentes quod docerent populum, & annuntiarent in Iesu resurrectionem ex mortuis. Verbum Græcum *inispnoay* significat repentinum, & minimè expectatum illorum aduentum: sicut moris est laico magistratui, ad reos, & maleficos capiendos, repentinum, & inexpectatum aduenire. In Apostolos vero Ecclesiasticus magistratus

Diuinae virtutis qui putant se posse resistere, quales illi.

Cum Petrus solus Iudæos alloqueretur, qui verum illud: Loquentibus illis ad populum.

Altera solutio.

Laici magistratus ad maleficos capiendos quales adueniunt de more

Vnde Ecclesia Christi tota accipit incrementa.

aduenit

Sacerdotes ordinarij sunt causarum spiritualium iudices. Magistratus templi apud Iudæos olim munus quod Lib. 8.

Chrysof. homilia. 10. in Acta, initio tom. 3. Sadducei quina erant, corumque dogma. Act. 23. & Matth. 22. Hieron. in Matth. c. 2. initio, tom. 9. initio. Heretici non sine respectu inter se discordes, in quam tamen vna re vniuersi consentiant.

1. Cor. 15.

Chrysof. ibidem. Matth. 26.

Ingenium peccati, teste Chrysofom. quale.

aduenit. Inter quos primum locum tribuit Sacerdotibus, qui ordinarij sunt causarum spiritualium iudices: secundum tribuit magistratui templi, siue præfecto custodiæ templi deputato, cuius erat seruire templum, & armis repellere, si quid molestem, & turbulentum ingrueret. De hoc aliàs latius differuimus, Chrysofomus hoc loco magistratum templi vocat ducem militum templi. Tertio enumerat Sadduceos, hoc est, iustos: ita enim se illi appellabant sectæ cuiusdam professores: qui nec Angelum, neque spiritum, nec resurrectionem corporum confitebantur: animarum quoque interitum, vt tradit Hieronymus in Matthæum statuebant. Et quanquam isti omnes inter se parum conuenirent, in Iesu tamen insectando omnes conueniebant. Quemadmodum hæretici nostri temporis etsi inter se sententijs, opinionibusque dissentiant, in vnam tamen Ecclesiam insectandam vniuersi conueniunt. Et quanquam Sadducei molestè ferunt resurrectionem prædicari, quam simpliciter negabant: mirum est tamen, quod Iudæi reliqui, qui illam credebant, Sadduceos negantes paterentur, sed hoc erat quod male illos habebat, quod in nomine Iesu illam prædicarent. At nos illam in Iesu confitemur, quasi in capite, principioque vniuersali resurrectionis: si enim Christus resurrexit, & nos resurgemus. Et iniecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam. Vide quanta inuidia rumpatur dæmon prædicatione verbi Dei, vt etiã ijs, ad quos spectabat eam fouere, ac tueri, maxime vtatur ministris ad impediendum, vt erant Sacerdotes. Pulchrè Chrysofomus: Tu autem, inquit, obsecro considera, quomodo quæsierint Iudæi primum proditorem, qui Christum traderet: quod vt factum, manus ipsi iniecerunt: nunc audaciores, & imprudentiores facti sunt, etiam post crucem. Peccatum enim quandiu parturitur, habet confusionem, ac pudorem; vbi autem perfectum fuerit, imprudentiores facit eos, qui ipsum patrarunt. Hæc ille. Vides in Euangelium Iudæos nihil aliud producere, quam fraudes, ac violentiam.

Obserua etiam ingratos Iudæorum animos, quos cum à peccatis Apostoli soluere conarentur, eos ipsa adoriebantur: non secus atque infirmus phrenesi laborans in medicum imprudenter insilit, & vt canis eum, qui se à catena soluere tætat, loco beneficij dentibus aggreditur. Ita ergo isti iniecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam, ne pergerent beneficijs homines deuincire. Et posuerunt eos in custodiam in crastinum. Scilicet vt examinaretur eorum causa. Erat autem iam vespera. Etsi enim non deesset nocendi animus, sed tempus non erat opportunum, ac timebant populum. Atque ab hac custodia Dominus non liberauit Petrum, ut aliàs Actor. 12. quia volebat eum coram Sacerdotibus honorificare, seque ostendere Dominum, qui cum vult, liberat suos à præseptibus tribulationibus. Nam ita à dolio olei feruentis eripuit Ioannem Evangelistam, quia volebat eum scribendo de se reddere testimonium: Laurentium tamè à flamma non seruauit, quia volebat in eius morte glorificari. Perpende etiam boni pastoris ingenium, qui orta persecutione propter verbum, non fugit sicut mercenarius, sed perseuerat constanter in cõfessione verbi Euangelici à se prædicati. Petrus etiam etsi poneretur in custodia, noluit occasionem meriti, quod in patientia situm est, amittere. Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderunt, & factus est numerus eorum quasi quinque millia. Mira est Christianæ philosophiæ vis, atque energia: viderunt enim magistratos cõijci in carcerem, & tamen tot millia adhæserunt eis. Nemo itaque eorum, qui propter verbum Dei persecutionem patiuntur, de fructu desperet, dum ipsi in vinculis versantur: Deus non finit eorum labores fructu carete; nam diligentibus Deum omnia cooperari voluit in suam salutem ille, qui omnia potest pro sua sapientia. Ita vt factus sit numerus virorum quasi quinque millia, vt habet Græca litera: nam illud, Quasi, in Latinis non habetur. Porro hic numerus

Iudæorum aduersus Apostolos animi ingratus.

Quare Christus nunc Petrum à custodia noluerit liberare.

Boni pastoris ingenium.

Ioan. 19.

Christianæ sapientiæ vis, atque efficacia quanta sit

Rom. 8. Numerum quinque millium, quos Petrus nunc deuotè conuertit, à numero superiorum millium esse diuersum.

quinque

**Act. 2.** quinque millium non est intelligendum numero trium milliū enarrato superius, sed vt contextus ipse docet, & Hieronymus in caput. 1. Efaie super illud verbum: *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen,* & in cap. Efaie. II. in id: *Et erit in die illa: adiciet Dominus secundò manum suam,* &c. distinctus est iste numerus quinque millium ab illo trium millium. Et vt hoc loco annotat Caietanus, cum de secundo capite dictū est: *Et apposta sunt in die illa anima circiter tria millia.* Loquitur, inquit, tam de pueris, quàm mulierib⁹, & viris. Hic tamē in persecutione maius fuit augmentum, quia erat numerus viro- rum quasi quinque millia: quibus etiam si voluisset, D. Petrus facile sciteri potuisset. Nam viri vocantur, qui ad vigesimum saltem annū perueniunt, vt dicitur Num. 1. Et fuit idem numerus cum eo, quem Dominus quinque panibus, & duobus piscibus panit in deserto: vt Beda annotauit.

**Bed. in Act. tom. 5. Matth. 14.** Factum est autem in crastinum, vt congregaretur principes eorum, & seniores, & Scriba in Ierusalem. Et Annas princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sacerdotali. Et statuentes in medio, interrogabant. Enarrat quorsum tēderet illa in custodiam coniectio, nempe vt eorum causam diligenter examinarent: & occultè quidem, ne in responsionibus suis auditores redderent audaciores, qui parum videbantur superiorū suorum præcepta magnificare. Vocat igitur principes, aut qui de genere Sacerdotali principatum gerebant, aut qui inter Iudeos principem locum habebant, vt de Nicodemo dicitur Ioan. 3. Seniores erant, magistratus ordinarij à Mose institutus, qui causas agebant. Scribæ verò, qui doctrina eminebant: & fortasse illis solis permissum esset, exempla Bibliorū facere, aut ab alijs facta recognoscere, & approbare. Dicuntur conuēnisse in Ierusalē, quia concio Patri facta erat in monte Sio, qui dicebatur arx Dauidis. Annas dicitur princeps Sacerdotum, qui con-

secutus erat Pontificatū Caiphæ immediate, sicut cum dicitur: *Sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha,* nō præcessit Annas Caipham, sed vt nouimus ex Iosepho, intermedijs alijs tribus numerat Ioannem, & Alexandrum, qui erant ex genere Sacerdotali, seu vt Græcè dicitur *ἐκ τῆς ἀρχιεπιστοπίας*, id est, qui erant ex genere Pontificio, siue ex primis, & præcipuis Sacerdotibus. Omnes isti malo animo venerant, & vt multitudine sua Petrum conuincerent. Verū euenit secus, quia coacti sunt audire Petrum rationem facti reddentem, atque omnia in Dei gloriam, & Petri honorem cesserunt. Quod verò statuentes eos in medio interrogabant, In qua virtute, aut in quo nomine hoc esset factum: verè erat legitima interrogatio. Nam miracula quæ fiunt, non attestantur alicui rei, nisi ad eius probationem sint facta: quemadmodum istud factum erat ad confirmandam Christi resurrectionem. Et aduerte idem esse, in quo nomine, aut in cuius virtute, quod non infrequens est in Scripturis, vt illud: *Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me:* & passim fieri aliquid in nomine alicuius, in eo sensu est recipiendum. Ita enim dicitur: *Aditorium nostrum in nomine Domini,* id est, in illius, qui tanta virtute præstat, vt fecerit cælum, & terram, & de quo dicitur: *Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.* Nomen enim primū conceptum nominatæ rei, & ex consequenti virtutē eius pro- dit. Et vt Dominus dicebat: *Opera qua ego facio in nomine Patris mei,* Dei virtutem Patris indicabat; ita discipuli in virtute Christi pellebant spiritus, & edebant signa, secundum illud: *In nomine meo demonia eijcient.* Hoc etiam in præsentī loco non obscure ostenditur, & ex præcedentibus, & sequentibus. Ex præcedentibus quidem, quia cum Petrus claudus dixisset: *In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula,* & Iudæi vehementer stupeant, dixit ad illos, *Viri Israelita, quid miramini*

**Luc. 3.** **Lib. 3. Ioseph. lib. 18. antiq. 6.4. initio.**

**Petri sermonis efficacia**

**Signa & miracula quatenus rei cultipiam attestetur.**

**Facere aliquid in nomine, aut virtute alicui⁹, idemne sint, an diuersa.** **Psal. 53.**

**Psal. 123.**

**Gen. 1. Exod. 15. Nomen duo dicit.**

**Ioan. 10.**

**Qua virtute signa edebant Apostoli.** **Marc. vli.**

**Vnde manifestum sit Apostolos propria vi, & potestate claudū minime sanasse,**

*in hoc, & nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare? &c.* Vbi ostendit non virtute propria sanatum, sed Christi. Ex sequentibus etiam, quia Petrus interrogatus à Principibus Iudæorum, & senioribus, respondit non esse in alio loco salutem, nec aliud nomen datū hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri propter nomen Iesu, atque eius virtutem. Est enim Iesus virtus Dei, in salutem omni credenti.

Suberat tamen fraudulentus animus huic interrogationi Pontificū, vt tradit Chrysostomus: vt scilicet scientes quid sibi responderi velint, dicant Apostoli sua ipsos virtute, & nequaquam in alio nomine quā Dei hoc fecisse, de Iesu Christo verò dicant nihil, vt ita gratificentur Principibus Sacerdotum, & Sadducæis: istis quia timorem deferunt Pontificatū, istis verò, quia negant omnem resurrectionem, qua ratione ipsi nomen compararent miracula sanctitatis. Sed nō erat spiritus hominis, qui responderet, erat Spiritus sanctus, qui scilicet omnium de Christo facere volebat. Ita nequēnt Apostoli tacere quæ sciebant, etiam si ipsi putarent, Petrū propter multitudinem facile negaturum, vt paulo ante interrogatus ab aëlla, præ timore Iesum negauerat.

Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos. Tunc fuit, teste Chrysostomo, impleta promissio Christi in Apostolis: *Cum autem induent vos in Synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite solliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.* Ad rectè autem, & fructuosè dicendum, summè confert ministerium verbi plenum esse Spiritu sancto: quia ex abundantia cordis os loquitur. **Principes populi, & seniores Israel, audite, si nos hodie iudicamus in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus est.** Hæc est tertia Apostolorum principis concio post aduentum Spiritus sancti, in qua more suo Scripturas producit, & propositæ interrogationi satisfacit.

Et videt quā nihil seditiosè faciat, sed fatetur principatum eorum, sicut oportebat, donec palam pateret illius politia reprobatio: nihil dicit contumeliosum, etiam si in libertate loquatur. Neque scilicet dixit in nomine Iesu miraculum editum, sed paulatim disponit eos ad audiendam veritatem: nec declinat rursus in leuitatem adulationis, sed detegit eorum atrocissimum delictum crucifixionis Christi. Arguetque verberat eos, dicendo, *Si nos hodie iudicamus in beneficio hominis infirmi.* Id est, in iudicium rapimur, vel, vt Græca habet altera, examinamur. Nec enim si sanitatem homo consequatur, causa est iustæ querelæ, aut criminationis, sed potius si quid noxium illatū est, aut per iniuriam factum. Quasi diceret, vt olim Christus, propter quod bonum opus lapidare vultis? propter benefacta potius sunt homines coronandi, & commendandi, quàm in iudicium traheadi. **Nocam sit omnibus vobis, & omni plebi Israel.** Id est: Si queritis in quo nomine salus huic collata est, non est vobis ignorandum, sed tanquàm notum accipiendum, quod in nomine Iesu Christi Nazareni illa sit consecutus. Et declarans quid sit ille Iesus, ait: *Quem vos crucifixi estis.* Et in cuius cruce vidistis subscriptū: *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Exprobrat illis igitur atrocissimum scelus, si quomodo compūgat illos ad penitentiam. Nec excusat eos, quod per ignorantiam fecerint, sicut dixit populo, ac plebi superius; ne mendaciū diceret, vel adularetur illis: nec enim placet Deo per vllum mendacium auditores allicere: aliàs enim suspecta redderetur vniuersa fides. Proinde falsas, apocryphasque historias, tametsi pias, non debet concionator populo enarrare. Rursus post mortem enarrat resurrectionem Domini, vt ostendat opus crucifixionis eorum à Deo euersum fuisse per resurrectionē, vt ita maiorem conciperet timorē, & ad penitentiam eos pelliret. *Hic est lapis qui reprobatus est a vobis adificantiibus, qui factus est in caput anguli.* Producit alium locum Da-

**Mira Petri pietia, & modestia.**

**Quomodo Apostoli iudicabatur in beneficio hominis infirmi à Principibus Sacerdotum.**

**Ioan. 10.**

**Culus nomine, & virtute claudus accepit sanitatem.**

**Matth. 27.**

**Quare Petrus Iesu Nazareni à Iudæis crucifixi meminere.**

**Act. 3.**

**Historie que nō sint à concionatore populo proponendæ. Idē cor meminit resurrectionis eiusdem.**

**Psal. 117.** Alterū David de Christi resurrectione testimonium cur proferat.

**Matth. 21.** uidis, qui continet eius mortem, ac resurrectionem: quem prius Christus ipsismet Sacerdotibus, & Phariseis obiecerat, vt meminissent eius, quod eis dixerat Iesus, & vt miseri se ipsos respicerent, neque vellent frustra laborare in stimulum calcitrando. Quasi diceret, Audistis ab ipso Iesu, & fecistis quod praedixit, & nunc rursus vobis annuntiatur: quid ergo facietis? nunquid obstinate perire vultis, aut tanquam Deo fortiores cum ipso pugnare? Et dicitur cu articulo Graece, hic est lapis *ἰσθίος*, id est, lapis ille prophetatus a Dauide, & ab Esaiâ: *Ecce, inquit, ego mittam in fundamentis Sion, lapidem probatum angularem, pretiosum, in fundamentis fundatum, qui crediderit, non festinet.* Factus est autem in caput anguli per resurrectionem, vocans Iudæos, & Gentiles, eosque inuicem connectens. Et, anguli, ait, illius domus videlicet, quæ ex fide constituitur: nam Graecè ædificantes dicuntur *δοκοῦντες*, hoc est, propriam domum Synagogæ ædificantes. Hebræi igitur non volebant nisi ex vno tantum pariete constitui domum suam; & ita nolebant petram, quæ copularet duos parietes. *Et non est in alio salus.* Ergo neq; Moylis præscripta seruabant. Estq; nuntium hoc faustum, & verè Euangelicum, non esse in aliquo alio salute positâ, quam in tâ bono, tâ potète, sapienteq; amico nostro. Nâ quem amiciorè, & nostri beneuolentiorè habere possumus, quam eum, qui pro salute nostra mortem voluit eo genere mortis? Et qui misit ad nos ministros suos sapientia Dei, & signis cõspicuos, qui nos nomine suo rogarent, vt salutem nostrâ amplectamur. Audi Apostolum dicentem: *Pro Christo legatione fungimur, tanquã Deo exhortãte per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.*

**2. Cor. 5.** *Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* Vt sic intelligant exemplum Ionæ, hunc sic è mortis faucibus euasisse, vt ipse qui perierat, perituris solus sit factus salus: sicut Ionas factus est tunc in salutem Niniuitis, cum perijisse pro salute nauis videretur:

fic & Iesus; vt ne tota gens periret, in mortem datus est: vnde rediens, alijs salutem quoque animæ fuit. Videte ergo, an adhuc eum reprobare velit, eique contradicere: hoc enim certu est, vos aliunde salutè, quam per ipsum habere nõ posse. Hoc ergo cõsulite, quomodo maximè ipsum vobis promercamini, vt quod hætenus contra eum egistis, vobis remittatur. Aduerte in Græca litera, vbi habetur, Datum hominibus, haberi, Datu in hominibus, quod est dicere, datu inter homines. Nam secus est in diuinis: quia in nomine sanctæ Trinitatis omnes baptizantur, & saluantur. Sed opus est in nomine Iesu saluari, quem oportet ad salutem confiteri Deum, & hominem esse. Nihil dicit de Angelis, quo nomine salui sint facti, quia ad præsens negotiũ non spectabant. Non desunt tamen qui asserant, illos per Iesum incarnatum salutem consecutos: quanquam morte, ac sanguine Christi ad satisfactionè, qui non deliquerat, minimè indiguerint.

*Videntes autem Petri constantiam & Ioannis, comerto quod homines essent sine literis, & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos quoniam cum Iesu fuerant.* Videbant manifesta opera Dei, & illis contradicere volebant, sed nõ poterat, & admirabantur cõfidentia, siue libertatè in dicèdo Apostoloru. Sed hoc est, quia ignorabãt illos Spiritu sancto esse repletos, neq; in mentè reuocabãt sententiã Salomonis: Iustus quasi leo confidens, absq; terrore erit. Fides enim magnoperè animum roborat, vt quis liberè, & intrepidè loquatur in testimonijs Dei in cõspectu Regu, & nõ cõfundatur. Ac subdit: *Cõperito quod homines essent sine literis, & idiotæ.* Sine literis dicuntur esse homines, qui sciētis humano studio cõparatis carèt. Idiotæ dicuntur propriè, qui priuatim, nulloque munere publico ornatã vitam agunt: quales sunt homines ignari, & plebei, qui solis sibi sentiunt. Ideo communiter hæc vox accipitur pro illiterato, & imperito, quasi idem valeat quod *ἀμαθής*, vt etiam hic notat Chrysofost. & ita etiam accipitur 1. Cor. 14.

**Ioan. 11.** Græca hæc lectio perperditur: Non est aliud nomen sub cælo datum in hominibus, &c. **Matth. 21.** Quo nomine salui facti sint Angeli, vt quidã volunt. **Principes illi Iudæoru cur mirabantur Petri constantiam, & Ioannis.** **Prin. 23.** Fides quam vim habeat. **Psal. 113.** Homines sine literis qui Idiotæ qui propriè. **Chrysof. ho. mil. 19.**

Quæ

*Qui supplet locum idiotæ, quomodo dicit Amen super tuam benedictionem? Quidã ex Patribus interpretantur idiotã dici, qui propriam tantum linguam, & idioma nouerunt suum, reliqua verò idiomatica non callent. Illud verò intolerabile videtur à quodam dictum, idiotam dici, quasi diuisum ab auribus; idi enim, diuisio; ora verò, auris interpretatur: vt idiotæ sit, quasi diuisus ab intellectu, hoc est, fatuus. Vide bene lector, quod perducatur ignorantia linguarum, & quantum referat illas probè nosse, ne ridèdi præbeamus occasionem. Reuera tamè Apostoli, qui & summo officio fungebantur, hoc est, Apostolatu, quo vniuersa præerant Ecclesiæ: & cum omnium linguarum idiomatica teneret, & scientias omnes, quatenus deseruiunt Euangelio, non ignoraret propter Spiritum sanctum illis collatum, idiotæ dici nequaquã poterant: quanquam si ratio humana consulatur, erant proculdubio illiterati, & idiotæ. Voluit autem magna sapientia à principio per tales idiotas nos instituere, vt tota gloria esset Dei: nunc autem vbi manifesta est veritas, vult illam nobis explicari per magistratos non nisi eruditos, atque exercitatos. Et addit, quod cognoscebant eos, quoniam cum Iesu fuerant: eo quod etiam Dominum pro idiotæ habebat. Nam aiebant: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Hoc etiam quod agnoscerent eos fuisse cum Iesu, persuadebat eis quod vt discipuli eius miraculum effecissent. Nam & Ioannes comes Petri, erat discipulus ille notus Pontifici. Ad hæc non poterant signũ illud adscribere arti magicæ, cū nouissent illos esse homines illiteratos, & idiotas. Adde quod hominem videntes stantem cū eis qui curatus fuerat, non poterant contradicere, vt tanta signi euidencia conuicti ostendant se pugnare cum veritate, ac peccare in Spiritum sanctum; ac propterea dignos esse qui excæcarentur, ac reprobarentur.*

*Iusserunt autem eos foras extra conciliũ secedere: & conferebant adinuicem, dicentes, Quid faciemus hominibus istis? Cum contradicere non possent, con-*

sultant tamen quid sit faciendum, & qua ratione tantam veritatem occultare valeant. Ita olim de Christo cõsultantes, dicebant: *Quid facimus? quia hic homo multa signa fecit:* ita modo dicunt: *Quid faciemus hominibus istis?* ne factum videlicet eorum amplius euulgetur. Tentant igitur ne factum amplius inuulgeretur, quod negare non queant: miseri in tenebris esse volut, & luce lucere nolunt. *Comminemur* (inquiunt) *eis ne ultra loquantur in nomine hoc vll hominum.* Non expriment nomen, cuius virtutes pernegabant. Sed si hi tacuerint, lapides clamabunt: neque digni erant ore tam immundo, tam sanctum nomen Iesu proferre, quod nemo potest dicere, nisi in Spiritu sancto: ac destituti rationibus quibus possint compefcere Apostolos, ad comminationes conuertuntur. Nullique hominum volebat eos loqui, hoc est, siue Iudæi, siue Gentili; cum tamen futurum esset quod ait Apostolus: *Vt omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.*

*Quoniam quidem notum signum factu est per eos, omnibus habitantibus Ierusalem manifestum est, & non possumus negare.* In quo verbo detegitur eorum mala mens, & malus animus; nã propensi erant ad negandum, si quoquo modo negationem colorare potuissent. Ideo eorum cõsiliũ fuit, quod *Vocantes eos, denuntiauerunt, ne vnus loqueretur, neque docerent in nomine Iesu.* Verbum Denuntiauerunt, intellige per modum prohibitionis: quod vis verbi Græci indicat *ἀπαγορεύω*, hoc est, interdixerunt. Quia in re non solum sibi ipsis, sed nobis quoque, qui credituri eramus, tenebras offundere volebant; ne scilicet vnquam eos reprehendere possemus, ne vnquam peccatum iporum, & infania posset videri; & ne per aliorum salutem, & exemplum ipsi possent saluari. Quam malè sibi consulit perturbata conscientia: me uebant enim plebem magis ne ab ipsa interficerentur, quam tamen ad hominis iusti necem impulerant; & non credebant sibi posse remitti peccatum; aut multum de autoritate sua imminui putabant, si se peccasse con-

**Supra 11.** **Iudei nomen Iesu quare non expriment.** **Luc. 19.** **1. Cor. 12.** **Philip. 2.** **Quo Princeps Sacerdotum consilio Apostolis interdixerint, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu.** **Sap. 17.** **Vt tibi consular perturbata conscientia.** **Matth. 27.**



Inuidia proprium.

Tob. 12.

Act. 6.

Peccator ne iterum inducat in peccatis, quare opus habeat.

Vti nos efformet ad suum beneplacitum Deus.

Impugnatio agnitae veritatis, quale peccatum sit.

fiterentur. Hoc autem magnum tormentum erat impijs, & hypocritis, qui Dei gloriam non amabant; cum tamen per Raphaelem Angelum dictum sit: *Opera Dei reuelare, & cōfiteri, honorificum est.* Sed Deus meliora prospexit, & constantes fecit suos discipulos, vt saltem exemplo maiorū aliqui minorum conuerterentur. Quod & factum est: nā vt infra dicitur, multa turba Sacerdotum obediebat fidei. Profectō sicut metallum nisi vehemētem ignem patiat, ad duritiem propriam redit; sic peccator nisi magno calore Spiritus sancti emolliatur, ac dirigatur, ad suam pertinaciam redit. At Deus vtitur pertinacia velut malleo ad formandos suos, quos igne Spiritus sancti molles ac tractabiles facit. Expedi autem nobis, vt malleus sit in manu Dei nostri: nam duri & ferrei homines nobis essent tantum incommodo, si pro suo ipsorum, aut diaboli arbitrio nos percuterēt. Sed Deus noster etiam diabolū ipsum in manu habet, quo nos colaphizat, & format nos ad beneplacitum sanctum suum. Magnum profectō est, & inexpiable peccatum impugnatio agnitae veritatis, quando videlicet spontē veritates Diuinas celare nitimur, aut scienter illis bellum indicere in gratiam homi-

num conamur. Hoc profectō est illud peccatum ad mortem, peccatumq; in Spiritum sanctū, quo maximē inuoluntur Heretici, qui à principio notissimas, & compertissimas sibi ipsis veritates Ecclesiæ, cupiditatibus suis in transuersum acti, & disputandi cōtentionibus lumē amittentes, illas primam in dubium reuocare cœperunt, deinde illas etiam impudenter abnegarunt, postremō pro illis sepeliēdis atq; obscurandis, etiam conscriptis libris decertarunt: hic est enim progressus malitiæ illorū, de quibus Apostolus: *Mali homines & seductores proficiēt in peius.* Quare nos veritati, ac Diuinæ illustrationi surdas aures nō præbecamus, neq; veritati compertæ quouis modo resistamus, ne in stimulum calcitrantes, in deterius prolabamur: sed semper Dei gloriam nostris emolumentis anteponamus, proq; tuēda veritate magis in manus hominum incidere, vt olim optima Susanna, quam in cōspectu Dei peccare præferamus; vt ita illū, qui veritatis est acerrimus vindex & propugnator, Iesum Christum nobis promereamur, cui cum Patre, & Spiritu sancto sempiternas laudes, & honores, atque gratiarū actiones per immensa secula seculorū decantemus. Amen.

1. Ioan. vlt.

Hæreticorū propriū hoc esse peccatū.

2. Tim. 3.

Mali homines, & seductores quomodo proficiunt Apostolo teste.

Dan. 13. Pro veritate moriendum nobis esse.



TRACTATVS XX.

IN illa verba: *Petrus verò, & Ioannes respondentes dixerunt ad eos, Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicate. Non enim possumus quæ vidimus, & audiuius, non loqui. At illi comminantes, dimiserunt eos, non inuenientes quomodo punirent eos propter populum: & reliqua in finem. Actorum 4.*

Quò tendat proposita verba.



Actenus vidimus iniquam concilij illius in Apostolos sententiam, qua salutarem veritatem pro sua malitia

opprimere, atq; occultare conabatur: sed iam liberum, & intrepidum Apostolorum respōsum examinemus, quò illos modeste, ac prudēter suæ admo-

nuerunt

Veritatis quanta vis, quantaque libertas.

Act. 1.

Apostoli Petrus, & Ioannes quomodo quæ viderant, & audierant, non poterant nō loqui.

2. Cor. 13.

Quam Inceptē nostri feculi Hæretici hoc testimonio abutuntur: Nō possumus quæ vidimus, & audiuimus, nō loqui.

nuerunt iniustitiæ. Dicentes, *Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire quæ Deum, iudicate.* Tanta est veritatis confidentia, vt Petrus etiam statuat hostes ipsos iudices, modò nihil aliud lingua proferant, quàm quod animo sentiūt: imò etiam ore pronuntiare quicquid libeat, quia saltem pudore victi nō poteritis negare hanc veritatem, ne velitis vos ipsos Deo maiores efficere. Nemo enim est tam scelestus, qui negare audeat parēdum esse Deo magis quàm hominibus. Et subdit, *In conspectu Dei, Quia forsitan in conspectu vestro liceret, sed in conspectu Domini, vbi nihil simulatum, aut fictū agēdum est, & ad quem spectat sententias vestras à veritate quouis modo declinantes corrigere.* Deum autem vocat Christum, qui Deus est, & à quo datum Apostoli acceperant prædicādi. *Non enim possumus quæ vidimus, & audiuius non loqui.* Liberè satis atque animo intrepido respōdent Petrus & Ioannes. Et rectè dicunt, *Non possumus, hoc est, nulla ratione licet: nam dixerant, si iustum est. Nam si iustitiā consulamus, non possumus tacere quòd nouimus, quia id cederet in detrimentū totius Reipublicæ, si silētio suppresseremus ea, quorum nos testes facti sumus. Videretur Petrus hoc verbo expressisse regulam illam Iuris: Id possumus quod iure possumus, & qua vsus est Apostolus, cum dixit: Nō enim aliquid possumus aduersus veritatem, sed pro veritate. Et infra: Ideò hæc absens scribo; vt non præsens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in edificationem, & non in destructionem.*

Abutuntur hæretici nostræ tempestatis hoc testimonio, dicētes se habere à Deo doctrinam quam prædicant, ac proinde tacere non posse. Sed quis ex nugatorib' hæreticis hoc se clypeo non posset protegere? & quis ignoret ecclesiasticos certius ac confidentius quàm omnes sectarios hæc posse asserere? Sed interim si non possunt tacere, edant signa Apostolorum, & vitam inculpatam, ac cœlestem, quā illi habebant, nobis ostendant, vt credamus eis. Sunt etiam nōnulli ad vitium detractionis tam propensi, vt mala quæ

in proximis aut viderunt, aut de illis audierunt, tacere non queant, sed pro libidine sua in quoscuq; effundant. Quod planè contra charitatem proximi militat; sicut diuina, & salutaria silentio suppressere, cōtra geminā, hoc est, Dei, ac Proximi dilectionē tendit. *Quæ vidimus, inquit, & audiuius.* Perspeximus miracula, mortē, resurrectionem, & ascensionem: audiuius eum prædicantem, & quid euangelizaruri simus nos instruentem: ab Angelisq; audiuius eum venturum ad iudicium. *At illi comminantes, dimiserunt eos: non inuenientes quomodo punirent eos propter populum.* Faciunt quod possunt, quandoquidem nequeunt facere quòd volunt. Prudētiores ne sunt filij huiusseculi filijs lucis? O infelices, quibus cōminamini? quisquis hos tangit, tangit pupillam oculi Dei. Minis vestris non mouentur, nisi contrā ac vultis agant, vt vos etiam adducāt in sententiam suam. Non enim iustū est, vt à vobis stet victoria: felices autem, si vos his victos dederitis, quibus cōminamini. *Non inuenientes, inquit, quomodo puniret eos propter populū.* Nullam rationem habent aut iustitiæ, aut conscientiæ, aut Dei, sed tantum vt populo satisfaciant. Ita olim timere populi nelebant capere Iesum in die Festo, ne forrè tumultus fieret in populo: Herodes etiam, vt gratiam populi sibi conciliaret, occidit Iacobū, & in Petrū manus iniecit. *Quia omnes clarificabant id quod factū fuerat, in eo quod acciderat.* Id est, Omnes cōmendabant hoc factū, siue vt Græcè dicitur, glorificabant Deum in hoc facto. Hic est enim finis signorum omnium, & sermonum Apostolicorum, vt Dei gloria illustretur, & homines ad cognitionē veritatis adducantur; etiam si Sacerdotes, & Seniores reclamarent, quia eorum contradictio signum reddebat illustrius. Adiungitq;: *Annorū enim erat amplius quadraginta homo, in quo factū fuerat signum istud sanitatis.* Non erat hoc tantum tempus etatis, vt quidam volūt, sed etiam tempus infirmitatis, quia claudus erat ex vtero matris suæ. Et vt in diuturnis, & chronicis morbis splendet periti Medici sapientia;

Aduersus gerinam Dei, & Proximū dilectionem qui peccant.

Apostoli quæ nā viderant, & audierant.

Act. 1.

Luc. 16.

Zacha. 2.

Iudæorum Pricipes cur ausi non fuerint Apostolos Iesu nominis præcones punire. Matth. 26.

Act. 12.

Finis signorū omnium, & Apostolicorū sermonum quis.

Claudus ab vtero matris suæ tēpus infirmitatis.

Act. 3.

In quibus ma  
xime luceat  
Dignitas vir-  
tu, atque mi-  
sericordia.

Apostoli ab  
inani gloria  
remotissimi.

Chrysof. ho-  
mil. 11. in  
Acta, initio.

Quae Princi-  
pes Sacerdo-  
tum contra se  
egissent, cer-  
teris fratribus  
cur Apostoli  
renuntiave-  
runt.

Labores quos  
quis ferat,  
quibus cum  
utiliter com-  
manicentur  
illi.

Fructus per-  
secutionis.

Quorum ora-  
tio Deo gra-  
ta sit, & acce-  
pta.

ita in peccatoribus obstinatis ad via iustitiae reducendis, insignem se praebet ac spectabilem Dei potentia atque misericordia. Et quoniam per eiusmodi viros conuersos multos lucrifacere solet Christus, solet Satanas suscitare aduersarios & contradictores, quod se futuro fructui, quem praesagiunt, opponant.

Dimissi autem venerunt ad suos: & annuntiauerunt eis quanta ad eos Principes Sacerdotum, & Seniores dixissent. Qui cum audissent, unanimiter leuauerunt vocem ad Deum. Apostoli ubi victores de manu aduersariorum euaserunt, venerunt cum claudio iam sanato, ut est verisimile, ad suos coapostolos seu condiscipulos, siue ad domesticos Fidei, illisque enarrarunt, non quidem, ut Chryostomus recte docet, vana gloria stimulante, quae aliena ab illis erat, sed ut Diuinae gratiae, & virtutis opera proderent: & magis dicunt quid Principes Sacerdotum, & Seniores ad eos dixerint, quam quae ipsi vel fecerint, vel responderint. Et si verum quod Principes, & Seniores dixerant, à peccato non abhorreret, Petrus tamen non putauit operae pretium eorum vitium tegere. Tunc quia erat publicum mandatum, & eo animo dictum, ut in omnes prouulgaretur, tunc quia vtile erat Ecclesiam primitiuam persecutionem illam non ignorare, quod frequentiores ad Deum preces funderet, & maiori animi fortitudine tribulationes perferret. Confert etiam suos labores cum alijs communicare, qui opitulari quoquo modo valeant, si laudabile est non imperitis medicis suas detegere plagas. Qui cum audissent, inquit, quae scilicet gesta erant per eos, unanimiter leuauerunt vocem ad Deum. Ecce fructus enarratae persecutionis: nam confugiunt per orationem ad Dominum: instar filiorum, qui ubi quicumquam quod aduersetur, aut terreat, apparet, ad parentes accurrunt suos. Placet autem Deo eorum oratio, qui unanimiter precantur: & plusquam mirum fuit omnes in eandem sententiam, & verba orando conuenisse: quod indicium est manifestum eos ab eodem Spiritu sancto ad rogandum permotos fuisse. Neque vituperanda est, ut stulte fa-

ciunt haeretici, qui reprehendunt orationem vocalem, & tantum Ecclesiasticum, quasi superflua: cum Deus non ignoret cor hominis. Nam ecce Apostoli eleuauerunt vocem, non quod Deus illa eleuatione egeat, ut intelligat, sed ut ipsi non minus corpore, quam corde laudarent Deum; & ut etiam seipso ad pietatem excitarent, & alijs bene precandi exemplum praerent.

Et dixerunt, Domine, tu es qui fecisti caelum & terram, mare, & omnia quae in eis sunt, Qui Spiritu sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti, Quare fremuerunt, &c. Quemadmodum cap. 1. in promotione Matthiae, in qua scientia Dei indigebant ad bene eligendum, precati sunt profitentes: Tu Domine qui corda nostri omnium, ostende quae elegeris, &c. ita hic, ut doctè admonet Chryostomus, cum protectione, & virtute Dei indigerent contra hostes, potentiam eius testantur, confitentem illum ita Deum esse, ac Dominum, qui caelum & terram condiderit cum reliquis omnibus, ut facile posset eorum corpora, & animos ab hostium telis, incurvisque seruare. Deinde profitetur, quod per os David, quasi per fidelem prophetam praedixerit illas quas perpetiebantur persecutiones, quae à confessione nominis Iesu oriiebantur: Quare, inquit, fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania. Vide Dei sapientiam: plures nobis haec Scripturarum explicuit locos, tum ex Mose, tum ex Dauide, & alijs Prophetis, & ad Messiam spectare ostendit: iam secundum Psalmum de Messia exponendum esse docet. Interrogat autem Propheta non quasi nesciat, sed ut corripiat insanam eorum audaciam, & sperato frustratam successu: quoniam statim à morte illata gloriosus, immortalisque reuixit. Fremere, vox est belluarum, ut leonum, cum indignantur: at illi qui Christo necem intulerunt, belluae à Propheta vocantur. Aperuerunt, inquit, super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens: & Ieremias: Quasi leo in sylua, dedit contra me vocem. Hunc autem fremitum tribuit Gentibus, hoc est, Pilato, & militibus eius, ac seruis. De Iudaeis ait: Et populi meditati sunt inania: Isti suis consilijs, & conciliabilis

Contra Haereticos, qui tantum Ecclesiasticum, & vocalem orationem improbant atque contemnunt. Fideles primitiui vnam mitter cur leuauerint orationem ad Deum. Gen. 1. Psal. 2. Idem quare fidem suam de Deo sint profelsti. Chrysof. supra dicta homil. 11.

Cur Interrogat Propheeta, dicens: Quare fremuerunt Gentes, &c. quod tamen non ignorabat.

Fremere quorum sit.

Psal. 21. Quae Gentes fremuerunt aduersus Dominum. Ierem. 12.

Qui verò populi meditati sunt inania, iuxta Prophetam. Matth. 27.

Quid illud: Aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.

Vocis pueri in Scripturis varie acceptiones Christo adaptantur.

Esa. 42. & Matth. 12.

Christus cur dicitur vnus de Deo.

Psal. 44.

Altera ratio.

Qua ratione Iudaei meditati sint inania.

Philip. 2.

necem Christo designarunt: sed inani, quia finem non sunt consecuti. Purtabant enim cum per mortem aeterna oblivione sepeliendum: & cum ob eam causam militem custodiae sepulchri deputasset, eo magis resurrectio Christi patefacta est, illorumque conatus interrupti. Astiterunt, inquit, Reges terra, & Principes conuenerunt in vnū, &c. Hae ipsa verba exponit Petrus explicans Herodum Regem, & Pilatum cum Gertibus, & populo Israel conuenisse aduersus Dominum, & aduersus Christum eius: hoc est, & in Patrem Deum, & in Filium eius, ut intelligas eos non nisi laesa conscientia, ac mordente contra omnem equitatem, & iuris ordinem mortem fuisse meditato. Et ait: Aduersus sanctum puerum tuum, Iesum. Graece παιδα, quae vox utrunque significat, vel seruile conditione quatenus homo: erat enim seruus, sed liberalis & ingenuus propter humanitatem. Significat etiam filium, & in quantum ad diuinam naturam spectat, filius Dei erat. Refertur & frequenter vox pueri ad aetatem: qua ratione illi nomen quoque conuenit ratione humanae naturae, & ita alias in Prophetis vocatur Christus. Ait enim Esaias: Ecce puer meus quem elegeri dilectus meus, in quo bene complacuit animae meae. Et addit: Quem vnuxisti. Non solum ut alludat ad secundu[m] psalmum, in quo dicitur: Ego autem constitutus sum Rex ab eo, &c. ubi Hebraica litera habet: Ego vnxi Regem meum & ad psal. 44. ubi Dominus ait: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae, sed etiam ut ostendat ex verbo vnctionis Iesum summum esse Messiam, siue Christum, hoc est, vinctum, nempe summum Regem, maximum Sacerdotem, Prophetam eximium: nam his omnibus magnificis titulis, ac singularibus gratis inunctus fuit ad salutem nostram Dominus Iesus ut homo est. Subdit: Facere quae manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri. Explicat qua ratione Iudaei meditati sint inania: quia dum cogitarent Christum, eiusque nomen extinguere, opere tamen compleuerunt quae Diuinum consilium prius ordinauerat, nimirum ut Christus mortem sustineret, ex qua ad vitam immortalē resurgeret, & ita compararet sibi nomen, quod est super omne nomen.

Obijcies; Quid ergo peccatum Iudaei, si Dei consilium, & beneplacitum, occidendo Christum, impleuerunt? Respondeo, Deum omnia manu sua agere quacumque sunt, praeter peccatum, nihilque sit, aut fieri potest absque sapientia eius, & consilio, ut videlicet priusquam fiant, inueniatur decretum Dei ut fiant, & eo modo quo nata sunt fieri, contingant. Illa ergo, quibus causas apprauit necessarias, necessario eueniunt, at quibus contingentes dedit, & liberae, voluit ut liberè, & contingenter eueniret. Quia ergo Deus in sua aeternitate animos Iudaeorum paratos vidit ad mortem Christi, cum posset sua manus, id est, potentia impedire, noluit pro sua sapientia, quod ex tanto malo ingens bonum, id est, gloria Dei, & electorum salus exoriretur. Non ergo Deus illud occisionis Christi peccatum aut per se voluit, aut suo decreto statuit, sed permisit, & ex permissione tantam salutem elicuit, nisi enim Dominus permisisset, nunquam factum fuisset. Quare singulariter Lucas non dixit, quae Deus decreuit facere, vel quae decreuit ut illi facerent, sed dixit, decreuit fieri, & suppleendum est illis volentibus, & paratis sua prava voluntate ad inferendam mortem. Id ipsum quoque, seruis Christi fit, scilicet nihil aliud, quam quod consilium Dei decreuerit: quod profecto magna est consolatio. Quid ergo facient iudei cum patiuntur? illud ipsum quod Christum fecisse acceperunt. Orabunt pro persecutoribus suis, & cogitabunt ex suis malis gloriam Dei illustrandam, & aliorum salutem promouendam.

Et nunc Domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod manus tua extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen sancti Filij tui Iesu. Perpede obsecro quid precantur hi Sancti: nunquid vltionem petunt, aut ignem descendere de caelo contra eos? Minimè respice, inquiunt, in minas eorum, ne videlicet impediant progressum, & profectum Euangelij. Deinde petunt claritatem nominis Iesu, qua inimici qui comminantur, confundantur tandem, & Deum colant. Nominis vero Iesu exaltationem petunt dupliciter: tum rogando ut dēt

Quid peccauerint Iudaei Christum occidendo, cum eo ipso quod manus & consilium Dei decreuerunt fieri, praestiterint. Quae necessaria eueniunt, quae liberè, quae sint illa

Expenditur illud; Quae Deus decreuit fieri, non autem, decreuit facere, mortem scilicet Christi.

Serui Dei in tribulatione positi quid agere debeant

Matth. 5.

Quò tendat haec precatio: Et nunc Domine respice in minas eorum, &c.

Duplex nominis Iesu clarificatio.



aut cœlibem vitam professos esse: & si qui inter eos fuissent coniugati, communi vtriusq; partis cōsensu ad cœlestem castam vitam arctabantur, vt est rationi cōsonum, & credibile, vt ex Ananiæ, & Sapphiræ factō cōstare potest. Nam si tales coniugati opus generationis, & procreationis liberorū sibi nō adimerent, stultum erat, & cōtra omnem rationē facultates suas in pauperes distribuere, quas iure nature seruare cogebantur, vt filijs alimenta relinquerent, & vt filias dote data honestè collocare possēt: neq; verisimile est Apostolos permisisse, vt tales substantias suas diuiderent, & ad pedes suos ponerent. Erat ergo paupertas illa volūtaria cū promissione castitatis in futurum seruandæ ab his qui lege matrimonij vincti erant. Verisimile quoq; est, illos obediētiam peculiare Apostolis præstitisse, vt sese illis regēdos permitterent, qui iam opibus, & vsui coniugij nuntium miserāt. Vt ita in illis liceat intueri exēplar quoddā religionis monasticæ, quæ in illis tribus virtutibus substācialiter cōsistit.

Etsi verò Apostoli, qui toti Ecclesiæ præerāt, illos peculiari ratione gubernarent: mirum esse nō debet, quia ab initio monachi sub Episcopis moderatoribus vitā agebant: progressu verò temporis deprehensum est eos proprijs ductoribus, & moderatoribus eadem religione assumptis melius regi; ac proinde ab Episcoporum cura, & regimine per summum Pontificem subducti sunt, & exempti. Cōtra quorum exemptionem, quia multi hodie obloquuntur, & sese graues, & molestos censores præstāt, statuendum est, duplex existere exemptionis genus. Quidam enim in eis impetrandis laborant, vt omnino non obediant, & vt volunt, liberè viuant: cuiusmodi sunt, qui cūm præfagiant & metuunt se ob delicta sua ab Episcopis, vel proximis superioribus corrigendos, & puniendos, dant operam, vt immediatè sub sede sint Apostolica, quam sciunt longè abesse, & nihil de illorum vita, & moribus emendandis propterea curaturam, ac proinde peccādī impunitatem sibi pollicentur. Hæc sanè ex-

emptio bona non est, & nulli esset cœcedenda, cū obedientia non solum Dei, sed hominum, qui locum Dei habent, omnibus ad salutem sit necessaria, & vt ab obedientia Dei nullus eximitur, ita ab illa hominum solus Christi Vicarius suo iure est exemptus, quem sibi iudicandum Dominus reseruauit: quamuis ex charitate fraternā cum omni humilitate posset corrigi. Hæc igitur exemptio est elegantio ouis à suo pastore, quò prōptius & facilius luporum præda fiat.

Alterum exemptionis genus est nō quidem à Dei, vel cuiusquam hominis obedientia, sed ab illa, quam cuiadā ordinario præfecto præstare debemus, non vt nulli obediat, sed vt alteri melius, & vtilius obediat, vt pote qui magis inspicit actiones, & mores suos, & quò melius velit, ac possit eos corrigere, & in vltimum finem dirigere. Atq; hæc quidem mala non est, sed bona exemptio, quia etsi obedientia necessaria sit ad salutem, non tamen huius, vel illius hominis, si legitime quis ab ea eximatur. Quemadmodum videmus, clericos dum sub infidelibus principibus fuerunt, sub eorum vixisse obedientia, perinde atq; alios laicos, qui clerici nō erant, à quibus eorū causæ cognoscebantur, & vbi opus erat, puniebantur. At postquam Principes ad Christi fidem sunt conuersi, merito à Regum, & Principum regimine sunt exempti, & non nisi per Ecclesiasticos, siue clericos superiores reguntur: nec ob id tamen sine obedientia sunt, sed sine laicorum obedientia. Similiter etiam milites à communibus magistratibus, qui ius dicunt, subducti sunt, & non nisi per duces aut commissarios iudices gubernantur. Ita sanè rationi fuit consentaneum, saltē temporis progressu, vt religiosi siue monachi per monachos, & religiosos regerentur, & non per Episcopos, vel clericos. Atq; hæc exēptio licita fuit, quia facta est ab eo, qui potestatem & causas vrgētes habebat, vt illā faceret. Nā cūm olim monachi sub Episcopis essent, imò sub clero, vt potest cōstare ex Dionysij Areopagitæ lib. De ecclesiastica hierarchia, Pōtifex sum-

Nulli hominum in terris subest sedes Apostolica, quam sibi iudicandā Dominus reseruauit.

Altera exemptio.

Clerici à laice, & obedientia Principū terrenorum cur sint exempti.

Quare eoneu niens fuerit, religiosi vt per religiosos, non amplius per clericos, aut Episcopos regerentur.

Act. 5.

Quòd iidem & obedientiam professi sunt, vnde p- spicuum fiat.

Monachi olim, & religio si quorum obedientiam profiteretur.

Religiosos sub Episcopi obedientia viuere, an expe diat, necne.

Duplex exemptionis gen<sup>o</sup>, male scilicet, & bonæ.

Ioan. 21.

Romani Pontificis auctoritas, & potestas quanta.

Quòd vtilis, atq; adeò necessaria sit ab Episcoporum regimine religionum exemptio ostenditur multis. Ratio. Greg. Mag. lib. 4. regis. epist. 43. seu cap. 87.

Idem lib. 7. epist. 18. seu c. 18. initio.

mus, cui à Domino omnes oues pascendæ traditæ sunt, & qui iuxta omnium Catholicorum sententiam, eas peculiaribus Episcopis, & Pastoribus regendas tradidit; ita tamen vt vocās eos in partem sollicitudinis, sibi ipsi plenitudinem potestatis non subtraheret, potuit sicut totum gregem alicui Episcopo committere, ita partem subtrahere, quam per se, vel per alios à se substituendos pasceret: atque ita in Pontifice Romano vllus potestatis defectus nō fuit, quia qui potest dare, etiam auferre, vel restringere valet.

Causa etiam non defuit: ea verò fuit charitatis fomentum & incitamentum, ad quam omnis distinctio iurisdictionum refertur, atque ei seruire debet. Charitas autem in hoc fouetur multipliciter. Primo, quia paulatim degenerantibus Episcopis, monachi variè ab eis vexabantur, & molestijs afficiebantur, vt docet Gregorius Magnus, & Bonifacius VIII. in Clementina Dudū de sepulturis. Verba Gregorij ad Castorium Episcopū Ariminensem hæc sunt: *Luminosus Abbas monasterij Sanctorum Andrea, & Thoma, in Ariminensi ciuitate constituti, quas nobis lacrymabiliter preces effuderit, indita textus petitionis informat. Pro qua re fraternitatem tuam hortamur, vt ob eunte Abbate monasterij ipsius, Ecclesia tua in describendis, providendisq; acquisitis, acquirendisque eiusdem monasterij rebus nulla se occasione permisceat. Infra: Missas autem illic publicas per Episcopum fieri omnimodò prohibemus, ne in seruarū Dei secessibus, popularibus occasio præbeatur vlla conuentibus, & simpliciores ex hoc animas plerunque, quod absit, in scandalum trahat frequentior quoque introitus muliebris. Hanc autem scriptorū nostrorum paginam omni in futuro tempore à te, vel post te Episcopis ordinandis, firmam statuimus, illibatamq; seruari; vt & tua Ecclesia iuuante Domino suo tantummodo sit iure contenta, & monasteriū illud nulli vterius aliqua ratione generali, canonice iurisdictioni deseruiens, remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus, Diuinum opus cū summa animi deuotione persiciat. Et ad Rauinianum Episcopum Rauennatem: Quam sit ne*

cessarium, inquit, monasteriorum qui etiam proficere, & de eorum perpetua securitate tractare, ante actum vos officium, quod in regimine monasterij exhibuistis, informas. Et idè quia monasterium beatorum Ioannis, & Stephani, quod in Clafitana est ciuitate constitutum, cui communis filius Claudius Abbas præesse dignoscitur, multa à prædecessoribus vestris præiudicia, atque grauamina pertulisse cognouimus, oportet vt fraternitatis vestra prouisio eorum de futuro quietem salubri ordinatione disponat, quatenus conuersantes illi in Dei seruitio, ipsius quoque gratia suffragante mente libera perseuerent: &c. quæ sequuntur. Vnde subiungit: *Visitandi exhortandi, gratia ad monasterium, quoties placuerit, ab eiusdem ciuitatis officio illic Episcopus impleat, vt grauamen aliquod monasterium non incurrat. Hactenus ille.*

Secundò, cū ad bene gubernandū, opus sit pastorem diligenter agnoscere vultum pecoris sui, & vt dilectionis affectu oues prosequatur, certè magis agnoscere poterit oues qui eadem vitam est professus, quam Episcopus, qui eiusdem professionis monasticæ, vt plurimū esse non solet: sicut de clericis, & militantibus paulò antè diximus. Tertio, ablatis exemptionibus, hoc maxime tempore, destruerentur religiones, quia inter Episcopos in quibusdam locis nonnulli sunt hæretici, alij verò, qui spiritum Erasmi, & doctrinam imbibierunt, ofores sunt religionum, & illusores, & eas quantum possent, destruerent; alij autem sunt tales, vt propter ignorantiam, & corruptos mores indigni sint quibus religiosi committantur: quia esset ouem lupo committere. Alij verò etsi boni, & docti, quia tamen nunquam versati sunt in religioso instituto, tyrones sunt, & non satis assequor quomodo agnoscere istam artem bene gubernandi monachos. Alij postremo, licet boni, & docti, & olim fuerint religiosi; tamen quia ordinarent suæ diocesis religiosos ad bonum ipsius, & non ad bonū corporis totius religionis, citò religio periret, sicut corpus in frustra concisum partibus inter se diuisis.

Cau. 18. q. 2. cap. visitandi.

II. ratio. Prou. 27.

III. ratio.

Erasmus sacrum religionum illusor.

Quarto,

III. ratio. Religioſorum erga proximos exiſtant quænam charitatis officia.

V. ratio, ab incommodis

1. Cor. 9.

VI. ratio.

Quænam Deus per ſeipſum beneficia in religioſos contulerit, exiſta illa quidem & ſingularia.

Greg. Mag. lib. 11. regiſtr. ep. 8. tom. 2. & alijs in locis. Religioſique habent privilegia, & exemptiones, unde nam acciperint, & deſerviant.

Quarto, quia cum religioſi & Dei verbum prædicent, & Sacramentum conſeſſionis adminiſtrent, & viventibus ſalutaria conſilia rogati ſoleant impendere, & morituris vocati aſſiſtât, multam, & meritò, amoretatem apud omnes, etiam Principes ſeculares, & eccleſiaſticos conſequuntur: cum autem inſtitutionem, & confirmationem ſuam regulam, & privilegia à ſede Apoſtolica ſuſciperent, non poſſent illi per totum orbem diſperſi non populis commendare obedientiam, & autoritatem Sedis Apoſtolice: & ideo ſi privilegia illis adimerentur, magnum diſpendium acciperet Eccleſia Romana. Quinto, deſtructa religione, & ablatis privilegijs, Epifcopi omnes, & clerus totus malè haberet. Nam nec poſſent cogere religioſos ad militandum ſine ſtipendijs, vel ad accipienda ſtipendia, ſi aliunde poſſent vivere: & eis non ſibi collaborantibus, populo ſatisfacere nõ poſſunt, quia vel neſciunt, vel nolunt, vel non poſſunt prædicare, & Sacramenta miniſtrare toti populo. Et ita populus videt religioſos ſibi etiam carne cõiunctos, & in ſpiritu ſibi vtilis malè tractari, in clerum inſurgerent, & permoverent, quod clerus nec velit, nec poſſit ſatisfacere, nec ſinat alios ſibi iuamem ſpirituale præſtare. Lites item innumeræ orirètur inter monachos, & clericos. Sexto, videmus Deum Optimum Maximum religioſis, etiam poſtquam ab Epifcoporum ſubiectione fuerunt excepti, maxima dona contuliffe & per ſe ipſum, & per ſuos Vicarios locum eius ſuſtinentes. Per ſe quidem largius eſt egregiam vitæ ſanctitatem, & excellentiam chariſmatum dona, ut ſapientiam, gratiam ſermonis, virtutem miraculorum, & martyrij gratiam: ergo placet ei opus illud. Sanctiſſimi verò Pontifices, quos inter eſt Gregorius Magnus, privilegia, & exemptionem conſeſſere, qui ſanè quia ſapientes erant, in hoc minimè ſunt decepti: quia verò ſanctiſſimi extiterunt, nequaquam nos decipere voluerunt. Et idcirco qui eiufmodi privilegia, & beneficia in illos contulerunt, bene fecerunt: poſteriores verò priores imitantes, bene

quoque, illa denuò dederunt, vel confirmarunt, cum eadem poteſtatis autoritate, atque priores fungerentur. Sunt autè hæc privilegia antiquiſſima. Nam vel ab ipſo exordio naſcētis Eccleſiæ, cum monachi nondum clericatu inſignirentur, omnibus laicis teſte Dionyſio Areopagita, præferbantur, qui eos collocat inter clericum, & plebem ſanctam: quanto ergo magis præferri debent, poſtquam ad eorum monachatum acceſſit clericatus, & ſacerdotium, & nõ ſolum in ſervandis conſilijs Evangelicis, ſed etiam in poteſtate Sacerdotali ſucceſſores Apoſtolorum dicuntur. Equiſſimè eſt igitur, & rationi plurimum conſentaneum, ut religioſi ſervantes regulam ſuam, exempti ſint, & eorum privilegia ſerventur: nam iuſtitia præſcribit, ut ij, qui rem publicam eccleſiaſticam magis iuuant, maioribus privilegijs fulciantur: quibus ex cauſa cõceſſis, non ſine cauſa tolli debent iuxta eundem Evangelicam regulam: *Omni habenti dabitur, & abundabit ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.* Quod ita volo eſſe dictum, ut per religioſos ordinem hierarchicum perturbari non ſim. Et ideo rectè cautum mihi eſſe videtur per Bonifacium VIII. in cap. Dudum, de ſepulturis, ut in Eccleſijs Ordinariorum, vel aliorum paſtorum ſub illis non audeant prædicare, vel quenquam abſoluere, niſi eorum licentia, ſive ſcripto, ſive verbo obtenta, in dõ iniungeretur ipſis paſtoribus ne licentiam ex malitia, vel affectu aliquo eis denegarent: quod ſapè experientia docuit eſſe neceſſarium. ¶ Neque in exemptos militant, quæ aliqui obijciunt. Primum, iuriſdictionem Epifcoporum de iure Divino eſſe, ideo in illud auferri ſibi partem gregis, id eſt, religioſos. Respondemus, quod hoc ipſo quod tales petunt reſtitutionem monachorum ſub ſua obedientia, quaſi iure Divino debitam, eſſet eis deneganda, quia falſum eſt quod ſit iuris Divini: quia nec feciſſent, nec ſtauiſſent quicquam tot ſanctiſſimi Patres, & Pontifices ab ipſo ferè Eccleſiæ primitivæ initio. Deinde obijciunt, eſſe malos religio-

Quem olim ubique in Eccleſiæ locum monachi ſortiretur, teſte Dionyſio. Dionyſ. Areopag. De Eccl. hier.

Religioſi ſeu monachi duplici iure ſuccellentes ſunt Apoſtolorum.

Qui digni ſint maioribus privilegijs.

Matth. 25. & Luc. 8. Religioſi ab obedientia Epifcoporum quatenus ſint exempti. Bonifacius VIII.

Quæ in prædictam exemptionem ſunt obiecta diluuntur. I. obiectio.

II. obiectio.

Quot ſuperioribus, ac Præpoſitiſpaciſcant.

III. obiectio.

Epifcopi olim quales.

ſos, qui tamen ad bonam frugem reducerentur, ſi ſub Epifcopi obedientia eſſent: & ideo etiã bonos pati debere hanc exemptionem iacturam, quod mali conuerterentur. Respondemus, iam nos præmiſſiſſe, illam exemptionem bonam eſſe, qua ſit ut quis melius obediatur, & exactius ſeruet regulam ſuam: nam talis ſubiectus eſt pluribus ſuperioribus, quam ſi Epifcopo immediate ſubijceretur. Nam verbi gratia, Fræciſcanus parère debet ſuo Guardiani, deinde Cuſtodi, tertio, Miniſtro Provinciali, quarto, Commiſſario Generali, quinto, Miniſtro Generali, ſexto, Protectori ordinis, qui ſolet eſſe aliquis ex numero Pontifici. At verò qui regulam non obſervat, ut ſunt cõmuniter proprietarij, & ſoliuagi, exemptionis privilegio uti non deberent, quoad reformarentur: quod ſi nollent eorum proximi ſuperiores, ac regulares Præpoſiti facere, danda eſſet facultas Ordinarijs, & reformatiſſis reſtituenda privilegia. Nec, ut puto, id ſtabit per ſuperiores, quibus melius eſt bonos habere ſubditos quam dyſcolos. Quod verò dicunt, bonos religioſos debere Epifcoporum obedientiam amplecti, ut alij mali eos imitètur: poſſet in reuerendiſſimos Epifcopos retorqueri, nempe bonos Epifcopos quibus ſibi à Pontifice aſſignatis, contentos eſſe debere. Non enim modicum præſtabunt, ſi exactam de eis Domino rationem reddant: & lætari potius deberent, quod non ſint tanto onere religioſorum prægrauati, & libenter patii monachorum exemptionem, ne eorum exemplo in malorum Epifcoporum manus tradantur, qui eos perdant. Tertio argumentantur, olim monachos in Eccleſia primitiva ſub Epifcopis fuiſſe, ac proinde nunc non eſſe Epifcopis ſubtrahendos: præfertim quia abſonum eſt leges citò violari ac mutari, exemptiones verò plus temporis permanere. Respondemus, in primitiva Eccleſia ſanctiſſimos fuiſſe Epifcopos, & magna ex parte ex monaſterijs vocatos; monachi etiam in eremo ſub ſuis habitabāt paſtoribus: & ideo nulla ferè incidebat contro-

uerſia inter ipſos, & Epifcopos. Deus etiam in eiufmodi rebus, quæ experientia addiſci poſſunt, non docuit omnia primitivam Eccleſiam, ſed poſteriores ſuo tempore inſtruxit. Cum igitur temporis progreſſu Epifcopi degeneraverint, monachi etiam non ita quieti viuerent ſub Epifcopis ob defectum antiquæ perfectionis, & patientiæ: idcirco inſpiravit ſummos Paſtores, & ſanctiſſimos viros, ut eiufmodi privilegium monachis concederent, quò ita melius & perfectius obedirèt. Nec id ab heri & nudiuſtertius factum eſt, ſed olim ferè ab initio. Audi enim B. Epiphanium in epiſtola ad Ioannem Ieroſolymitanum per B. Hieronymum conuerſa, & ſuarum libro epiſtolarum inſerta. Cum enim Ioannes quereretur de Epiphano, quod in monaſterio ſuæ diœceſis quendam monachum in Presbyterum ordinaret, inter alia ſcripſit: Nam etſi ſinguli Eccleſiarum Epifcopi habent ſub ſe Eccleſias, quibus curam videntur impendere, & nemo ſuper alienam menſuram extenditur: tamen præponitur omnibus charitas Chriſti, in qua nulla ſimulatio eſt: nec cõſiderandum quid factum ſit, ſed quo tempore, & quomodo, & in quibus, & quare factum ſit. Et paulò infra: Hæc ita acta ſunt, ut locutus ſum, in charitate Chriſti, quam te erga parvitatem noſtram habere credebam: quanquam in monaſterio ordinaverim, & non in parochia, quæ tibi ſubiecta ſit. Hæc ille. Proinde mirum non eſt, ſi exemptiones antiquæ ſint, & leges quandoque parum durent: quia cum ad ius poſitivum ſpectet, quod ſeruire charitati debet, quãdiu ſeruit illi, durare debet: & accidit quandoque, quod cauſæ exemptionum plus durent quam legum. Quarto, producit Bernardus, qui ſcribens ad Henricum Senonenſem Archiepiſcopum, monachorum reprehendit exemptiones, ſicut etiam in libris De conſideratione ad Eugenium. Respondemus, Bernardum nõ omnes exemptiones vituperare, ſed eas tantum, quæ ſunt ſine cauſa, & quæ procuratæ ſunt ab ambitioſis Abbatibus, qui ut ſe poſſent eximere, & habere facultatem ferendi inſignia Epifco-

Quænam Eccleſiæ primitivæ Deus nõ reuclauit.

B. Epiphanius apud D. Hieronymum tom. 2. à medio, epiſtola qua incipit: Domino dilectiſſimo fratri Ioanni, &c. initio.

III. obiectio. Bernardus epiſt. 42. Exemptiones Bernardus quas damnet

palia, alienabant, & dilapidabant bona monasteriorum: & adhuc in eius exemptionis genera non audeat dicere, quod si fiant, non teneant, sed quod non iuste fiant. Idcirco ad Eugenium scribens dicebat, quod has exemptiones faciens ostendebat se plenitudinē potestatis, at non iustitiā habere. Loquebatur etiam de dyscolis tunc & licentiosis monachis, quos putabat expedire, ut sub Episcoporum curā reducerentur: quod etiam nos ingenuē fatemur. Si autem Bernardus exemptiones à Papa ex causa legitima factas improbaret, sequendus in hoc pculdubio non esset. Et ideo ad hunc sensum verba eius accipiens, rectē respondit ei Petrus Cluniacensis, eius æqualis lib. 3. epist. 28. In responsione ad 17. obiectionem, ubi sic habet: Nos verò respondemus, istud veritati contrarium opposita fronte existere: quoniam pater nos proprium Episcopum habere. Quis enim rector, quis verior, quis dignior Romano Episcopo Episcopus potest inveniri? Nonne ille est, quem ceteris præesse, non humana, sed Diuina autoritas sanxit? Nonne ille est, cui dictum est: Tu conuersus, confirma fratres tuos? Nonne ille est, cui dictum est: Tibi dabo clauis regni cælorum? Et quodcumq; ligaueris super terrā, erit ligatum & in cælis: & quodcumq; solueris super terram, erit solutum in cælis? Hunc unum solum, & maximum nos habere Episcopum gloriamur: huic soli specialiter obedimus: ab hoc solo si causa (quod absit) exigeret, interdici, suspendi, atque excommunicari possemus. Hoc ipse sancta Sedis irrefragabilis sanxit autoritas: nec vnus tantum, sed multorum decreta inde apud nostram matricem Ecclesiam conseruantur. Hac ipsi ita coniderunt: non ut hanc, de qua loquimur, Cluniacensem Ecclesiam alteri Episcopo prius eam possidenti auferrent, sed à fundatoribus, qui eam in proprio aodio construxerant, rogati, in propriam retinuerunt: atque soli Romano Pontifici eam in æternum subiacere decernentes, pluribus hoc priuilegijs confirmauerunt. Hæc ille. Sed certe Bernardus id minimè prætendebat.

Hæc autem, quæ de religionum exemptione sunt dicta, etiam ad no-

uas religiones extendenda sunt: quæ si ea habent, quæ antiquas religiones commendabunt, etiam ipsæ commendandæ sunt, & priuilegijs ornandæ. Ea verò tria esse videntur: nempe, Spiritus Dei, qui egit nouarum religionum fundatores; comprobatio & commendatio illius per summum Pontificem, ad quem hæc, sicut aliæ causæ maiores spectant; fructus etiam in Ecclesia Dei subsequens ad Dei gloriam, & animarum salutem. Quæ quidem ubi videntur in aliqua religione, siue illa sit noua, siue antiqua, approbanda est, & necessarijs priuilegijs ad eum scopum, quem spectat, decoranda, quæ diu ita perseueret. Nam idem Spiritus est, qui hodie gubernat Ecclesiam, & operarios ei necessarios opportunè mittit, atque ille qui olim antiquos religiosos misit: noui etiam Pontifices eadem plenitudine potestatis, atq; antiqui funguntur, ut possint probare, vel reprobare nouas religiones, quæ de integro in Ecclesia Dei eriguntur.

Sequitur: Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: & gratia magna erat in omnibus illis. Fructus aduenientis Spiritus enarrauit Lucas, primum, quod credentium erat cor vnum, & anima vna: secundum, quod nihil proprium quisq; sibi esse dicebat: tertium, quod magna virtute, siue potentia signorum, siue confidentia testimoniū reddebant Apostoli resurrectionis, quæ maximè Iudæi oderant, & inuiti audiebant, & quod Fidei esset principale fundamentum, cum præmittat incarnationem, vitam, & mortem, & continebat virtutem conscendendi in cælum, & inde descendendi ad viuos, & mortuos pro meritis iudicandos, conferendiq; præmia æterna iustis, & detrudendi impios ad perpetua gehennæ supplicia. Et iam quarto Lucas tradit Apostolos testes esse resurrectionis iuxta Domini verbum: Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, &c. Et quia res tanta, ac tam noua erat resurrectio; paruit, Diuinam prouidentiam ostendere illis testes esse omni acceptione maiores. Propterea ornati

uas quoque religiones possit extendi.

Religiovt aliqua confirmetur, tria habere debet

Quare Apostoli virtute magna reddebant testimonium Domini resurrectionis.

Act. 1.

Apostoli quales testes.

fuerunt

fuerunt magna virtute, & libertate dicendi; signorum quoque operatione; & vita omni sanctitate, & charitate referta. Tacite quoque indicat, vacantes diuitijs, & terræ possessionibus, non esse idoneos testes passionis, & resurrectionis Christi: tū propter occupationem magnam, quam ea bona requirunt; tum propter affectum in illis positum: quomodo enim futura resurrectionis bona confidenter prædicabunt, qui bonis mudi huius per amorem implicantur?

Ponderat verbū, Reddebant, Oecumenius, tanquam aliquid fuerit eis concreditum: nam per diuina signa diuinam ostendebant potestatem eius, qui à mortuis resurrexit. Additur: Et gratia magna erat in omnibus illis. Solent grati esse, qui bona sua alijs comunicant; vel gratia, qua alios ad Euangelium attrahebant, siue prædicando apud auditores, de quo cap. 2. dixit: Habentes gratiam apud omnem plebem; siue priuatim conuersando; denique gratia Spiritus sancti illos omnes inhabitabat. Quod solus Lucas cognoscere potuit ex diuina reuelatione, cui vix modò vna aut altera domus reperitur, cuius habitatores omnes sint in dilectione Dei. Sequitur: Neque enim quisquā egens erat inter illos. Quot enim possessores agrorū, aut domorum erant, vendentes afferbant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem

ratione magna gratia erat in omnibus illis: quia dabat operā ut nemo esset egēs inter illos, & ut ex charitate diuitū suppleretur quod deerat pauperibus: & ita implebatur verbum David: Nō vidi iustum derelictum, nec semē eius querens panē. Chrysostr. docet illos omnes tanquam filios in domo paterna æquē fuisse tractatos pro ratione cuiusque. Atq; in illis primis verbis vides perfectioni non derogare, ut notauimus, religiosos nulla re egere. Et explicat rationē quomodo possent omnia esse cōmunia: quæ distrahis omnibus, & in pretiū, siue pecuniā cōuersis, cōmodè poterant cuiuscūq; egestati subuenire. Et si autē nō

Dominicæ passionis, ac resurrectionis testes minimè idonei quinam.

Oecumenius in Acta.

Apostoli, & alij Christiani cur tantū gratia valebant apud auditores suos.

Gratiā fuisse magnā in fidelibus primitiuis, vnde nouerit Lucas.

Qua ratione magna gratia illis inerat.

Psal. 36.

Chrysostr. homil. 11. in Acta, to. 3.

Omnia ut poterunt esse cōmunia.

esset necessariū vendere possessiones agrorū, aut domorū, quas ipsa cōgregatio primitiuorū possidere in cōmuni poterat: cōsiliū tamē Spiritus sancti fuit, ut ab initio omnia venderent: tū ut, cū paulo ante excidiū essent Ierosolyma decessuri, nihil in ea ex suis relinquerent bonis; deinde etiā ut liberes essent, & magis expediti ut ad Gætes ratione Euangelij disseminandi destinarentur. Et ponebant ante pedes Apostolorū. Fideliter omnia ponebant, & ut obseruat Chrysostr. pretia possessionū manib⁹ nō accipiebant Apostoli, sed ad pedes apponebantur, non solū ut res viles, ac calcandæ pedib⁹ fidelium. Hinc Hieron. ad Demetriadē de virginitate seruanda, aut quisquis autor eius est: In Actis, inquit, Apostolorū, quādo Domini nostri adhuc calebat cruor, & seruebat recens in credentibus fides, vendebant omnes possessiones, & pretia earum ad Apostolorū deserebant pedes, ut ostenderent pecunias esse calcandas. Sic ille: tū in honorē Apostolorum, sed etiam ob contemptum diuitiarū, quas sicut pij calcāt, ita impij manibus amplectuntur, capiti superponunt, interdum etiam, quo tutius eas custodiant, eidem capiti supponunt, secundum illud:

Condit opes alius, desesoq; incubat auro. Bone Deus, quot susurrationses, ac murmurationses contra Apostolos illo tempore exortas audire mihi vidoor, eoquod omnia in pauperes erogarent, nihil parentibus, aut consanguineis dispensarent; ac proinde auros esse, crudēles, atq; tenaces, quod in tanta bonorum affluētia, eorum, qui sibi sanguine essent iuncti, obliuiscerentur. Easdem sentire licet hodie querelas in pingues Abbates, Episcopos, aut Pontifices, qui bona Ecclesiastica non in suos, etiam si quandoque non egeant, sed in pauperum vsus conferant. Quod si quis diuinæ legis immemor paulo sit minor, & propensior in suos, atq; cum eis bona quæ Ecclesiæ, & pauperum erant, dissiptet, si seruos suos ditet, & de patrimonio Crucifixi opulentos reddat; queritur nullus, conuenient multi, & applaudunt. Sed de his

Cū aliter fieri potuisset, cur illi tamē prædia vendiderint.

Fideles primitiuorū pretia, & omnia bona sua cur ponebant ante pedes Apostolorum.

Chrysostr. loco præscripto.

Hier. to. 1.

Virgil. lib. Geor. 2.

Mundi, & carnis in eos, & similes bonorum temporalium contemptores, obmurmurationes, & querelæ.

Arator Poeta quando floruerit,

Arat. lib. 1. carminum, ante med.

Auarit ingenium quod.

Quomodo Apostoli diuiderent singulis, put cuique opus erat.

alias. Arator Poeta, qui floruit sub Vigilio Pontifice, qui Actus Apostolicos heroico carmine persecutus est, ita hunc locum egregie disserit:

Nunc aspice partes

Lector docte pius, & tecum mente sagaci Volue quid esse putes, rutili quia pompa metalli

Ponitur ante pedes, sacris non tradita dextris,

Destitui debere probat, quod tangere vitat, Calcandique docent quod subdunt gressibus aurum,

De quo terrena veniunt ad pectora cur, Cōsimili iactatur humo, quo sistat auare Mens tua discere loco, quod tu custodis anhelus,

Quod statione premis, quod cernere sapius ardes,

Cuius in amplexus per somnia cuncta recurris,

Horrescunt tractare pij. Hæc ille.

Diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Cerne & alium fructum aduentus Spiritus, qui illos iustos distributores bonorum communi efficiebat. Qua in re non erat seruanda omnimoda æqualitas, & vera, sed proportio tantum indigentie, & necessitatis urgentis: neque habebatur ratio quod hic esset alio nobilior, aut ille plura bona in Ecclesiam contulisset, aut alias causas, que extra re erant, sed tantum ratio habebatur indigentie cuiusque, ac necessitatis, propter quam nemo iure poterat offendi, aut queri, quod plus aut minus in illum distribueretur. Vtinam in monasteriis tam virorum, quam foeminarum hæc distribuendi regula diligenter ab omnibus obseruaretur: nam multæ occasiones proprietatis tuendæ reciderent, si foemine labores manuum, & religiosi viri prædicationis sudores communes facerent: ut quemadmodum quod attinet ad cibum, & potum, viuunt in communi, ita in vestitu, & libris ad studia necessarijs ex communibus loculis monasterij proficeretur. Nam monstri instar videretur in quibusdam ex communi viuere, in alijs vero ex proprio. Et hoc mihi dictum in quosdam, qui profitentur obseruatiam, & reformationem; & tamen

in quibusdam proferunt peculiare proprietatis studium.

Ioseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatum, filius consolationis) Leuites, Cyprius genere, cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum. Si tunc primum Barnabas à Christo vocatus est, perfectio non fuit ex numero septuaginta duorum discipulorum Domini, ut quidam arbitratur, & septuaginta duo discipuli iam à Christo edocti erant omnia relinquere prædicationis gratia. Hoc autem de eius agro uedito, & de pretio fideliter ad Apostolos allato, præludium quoddam est historiae Ananias & Sapphiræ, qui defraudarunt de pretio agri diuenditi, ut docet Oecumenius. Cum ratione ergo in genere proposuisset eorum, qui perfectam vitam in paupertate præstabantur Euangelica, & vota monastica emittebant, describitur peculiare factum Barnabæ, qui distracto agro, pretium eius attulit ad pedes Apostolorum. Cum autem plerique alij hoc ipsum fecissent; nominatim tamen de Barnaba traditur, ut intelligamus illum veluti per gradus quosdam sanctitatis, atque perfectionis ad apicem Apostolatus conscendisse. Nam cum in lege aliquid esset, utpote Leuites, & religionis causa Ierosolymæ habitaret, ab illo tamen gradu ad amplectendam paupertatem Euangelicam à Domino prædicatam euocatus fuit: & ab illa rursus missus est tanquam Apostolus cum Paulo ad prædicandum Gentibus. Hic autem dicitur primum Ioseph: quem Chrysostomus ac Beda testatur, distinctum fuisse ab eo Ioseph, qui vnica cum Matthia electus fuit, ut vnus ex illis in locum Iudæ succederet. Quia ille vocabatur Barfabas, hoc est, filius quietis, hic uero, Barnabas, id est, filius consolationis: ille Galilæus erat, hic Cyprius. Fuit autem ab Apostolis ita uocatus, non solum ut distinguerent eum ab alijs, qui dicebantur Ioseph, sed etiam quod peculiari Spiritu sancti gratia, & consolatione plenus esset, & agro diuendito consolatus fuerit pauperes, & alios Leuitici, & Sacerdotalis generis suo exemplo ad Christum pertraxerit, qui & in Antiochena Ecclesia præcursor fuit Pauli,

Qui Barnaba de septuaginta discipulis assensit fuisse, unde refelluntur.

Oecumen.

Cur hic Barnabæ meminerit Lucas Euangelista

Matth. 19.

Act. 13.

Chrysol. homilia. 11. in Acta, to. 3. Bed. ibidem. Quid Barfabas, quid uero Barnabas sonent.

Apostoli Barnabam cur Ioseph appellauerint.

& in

Clem. 1. 1. Recognitio. sub. iustit. Danoth. Alex. Monach. Mar. 3. Ioseph guid.

Marth. 19.

Qui uolunt in gratia Dei proficere, in quodam opus sit.

Num. 18. & 25. & Deut. 10. & infra. 18.

& in Romana Petri, ut testes sunt Clementis in lib. Recognit. & Dorothei in Synopsi, & Alex. Monach. in homelia eius vitam tradit apud Simonem Metaphrast. Quoniam tamen dicitur autem Christus Apostolis nomina mutauit, nam Simonem uocauit Petrum, & filios Zebedæi Boanerges: ita qui prius Ioseph appellabatur, dictus est Barnabas. Pulchre autem Ioseph significat augmentum, uel profectum. En qui uolunt in gratia Dei proficere, & ceterum illud quod Christus promissit, accipere, debet se ipse propter regnum Dei nudos exhibere, & castrare se ipso: quia hec est oratio, ut augetur dona, & perficiatur. Hic ergo etiam Cyprius esset natus, uidebat tamen Ierosolymæ. Dicitur postremo uendidisse agrum, & posuisse ante pedes Apostolorum, ut fieret omnibus communis. Lege quidem cautum erat, ne Sacerdotes, aut Leuitæ quicquam possiderent, cum Deus assignasset illis decimas unde uiverent. Hoc tamen intelligebatur in terra promif-

tionis: nam extra non prohibebatur possidere, & forsitan Cypri agrum habebat. Plura dicenda sunt in hoc loco de Barnaba, quæ suo loco exponuntur. Huius igitur exemplo discamus diuitias, & curas circa illas tanquam grauam sarcinam deponere, ut alas assumamus, & ascendamus contemplatione ad incomparabilia meliora bona, & æterna: nam hoc uite genus egregium, & utile exercet mercaturam: nam relinquit parua pro magnis, corruptibilia pro solidis, mortalia pro sempiternis. Ut mirum sit tot hodie extare apostatas, qui corde reuertuntur in Egyptum, contempnentes terram illam desiderabilem, ac fundamentam habentem ciuitatem, cuius artifex, ac ac conditor, Deus. Sed nos respiciamus in huius instituti autorem, & summam Iesum, sine cuius munere tam sanctam uitam non aggredimur, nec in ea cepta perseueramus, aut perseuerantiam nostram coronam accipimus. Illi ergo cum Patre, & Spiritu sancto reddatur gloria, in secula seculorum, Amen.

Sacerdotes olim, ac Leuitæ quatenus per legem nihil possidebant.

Exemplum Barnabæ relinquens omnia propter Christum, imitantibus quid proderit. Num. 11. Psalm. 105.

Hebr. 11. Infra. 12.



TRACTATUS XXI.

In illa uerba: Vir autem quidam nomine Ananias cum Sapphira uxore sua uendit agrum, & fraudauit de pretio agri, conscia uxore sua: & afferens partem quadam, ad pedes Apostolorum posuit. Dixit autem Petrus ad Ananiam, Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, metiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? Nunc manes tibi manebat, & uanidatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es metitus hominibus, sed Deo. Audies autem Ananias hæc uerba, cecidit, & expirauit. &c. Act. 5.

Aliter boni uiri, aliter improbi nobis in exemplum à Deo proponuntur.

Quemadmodum probi, ac sancti uiri proponuntur nobis in uirtutis sectandæ exemplum, ut paulo ante Lucas fecit de Barnaba, ita mali, ac perfidi exhibentur in ostentum, quod uitia eorum agnoscantur, & supplicia quæ

illis debentur, diligentius caueatur: atque hæc exempla tanto sunt utiliora, quanto plures sunt, qui formidine poenæ à malo coercentur, quam qui uirtutis amore ad bonum confectandum incenduntur. Non est hæc obsecra admodum historia, maiorique in-

Act. 9.

B. Dorothe.

Quo animo Ananias, & Sapphira vxor defraudavit de pretio agri.

Psal. 54. & 1. Pet. 5.

Inter quos maxime dæmon ferat zizania.

Habac. 1. Hist. Schol. in Act. Apostol. ca. 22.

Qui eo tantum animo, vt honestam quandam, ac minimè laboriosā habeat tuendæ vitæ rationē, religionē ingrediuntur, quales ferè exitus sortiantur.

Caietan. in Acta.

diget cautela, quā explicatione. Hic Ananias longè diuersus est ab Anania illo, qui B. Paulum Damasci baptizauit, & qui Damascenorum traditur fuisse Episcopus à B. Dorotheo in Synopsi. Hic igitur Ananias cum Sapphira vxore sua agrum vendiderat, illaque ipsa conscia pretium agri integrum ad pedes Apostolorum non attulerat, sed partem tantum. Quo animo hoc illi fecerint, non satis constat, an auaritia, & cupiditate retinendi sua, an hypocrisis, vt possent cum alijs sanctis connumerari, an incredulitate, quod timerent egestate se necandos, si omnia abdicassent, non satis iactantes cogitatum suum in Domino, quasi ipse, propter cuius gloriam id vite genus assumitur, non sit ipsos enutriturus. Certè quocūq; animo illud effecerint, autore, & impulsore Satana effectū est, de quo dixit Petrus: *Cur tetrauit Satanas cor tuum, &c.* Nā ille maximè gaudet inter religiosos ferere zizania, eo quod sanctorū vitæ rationem sectentur: & Propheta ait: *Cibus eius electus.* Magister Historiæ Scholasticæ in Acta Apostolorum refert, Ananiā cum Sapphira voluisse in collegio iustorum viuere, vt haberet necessaria vitæ sine labore. Quod si verum est, multos profecto habent sectatores nostro seculo, qui nulla alia ratione religionis statum amplectuntur, nisi vt honestam quandam habeant tuendæ vitæ rationem sine labore, aut opera alicuius artis mechanicæ: ac tales, qui tam peruerso, & infausito principio vitam monasticam aggrediuntur, digni sunt quos Deus suo deserat spiritu, & infelices fortiantur exitus. Nam plurimi illorum aut progressu temporis fiunt apostatæ; aut certè si religionem non deserant, cæteris fratribus negotium facessunt, ac intolerabiles fiunt. Non negauerim tamen, diuinæ bonitatis opus esse, vt interdum quidam ex his ad sanam mentem redeant, & probi euadant religiosi.

Cæterum illud omnino falsum est, & Scripturis aduersum, quod Caietanus hoc loco annotauit, Christianos omnes tunc habuisse omnia commu-

nia, non voti necessitate, sed libera perfectione charitatis. Quod præbat ex illis verbis: *Nonne ager manens tibi manebat, & vendidatus in tua erat potestate?* Sed mirū est, Patres, ac nobiles Scripturæ expositores hinc elicuisse votum paupertatis. Arguitur enim Ananias à Petro, quod fraudauerit de pretio agri non autē fraudasset, nisi iam voto abrenuntiasset; suis enim adhuc mansisset ager nondum distractus, & vbi esset venditus, pretium eius mansisset in eius potestate, nullique fecisset fraudem, dando aut integrum pretiū, aut mediā, aut tertiam partem: ergo fraudem non potuit absque votū & promissione facere. Adhuc reprehenditur, quod mentitus sit non hominibus, sed Spiritui sancto ipsi Deo; hoc autem falsum, nisi Deo promississet, abrenunciando in manibus Petri, & hoc erat manifestè votū. Et hoc est quod dixit Petrus: *Nonne manens tibi manebat, id est, Nonne si non promississet Deo, ac vouisses, tibi manebat manens, id est, si noluisses vendere, & vendidatus, id est, si maluisses vendere, nonne erat in tua potestate, scilicet pecunia, quæ rei nomine & loco succedit, vt loquuntur Iuriscōsulti? Vbi iuxta Grammaticam aduerte legendum esse potius, vendidatus, scilicet ager, quam vendidatum, quia pretium agri non vendidatur; & pretiū Græcè est foeminini generis, dicitur enim ἡ τιμή; ager autem neutro genere profertur ἡσπίον, & ita vendidatum ad ἡσπίον referendum est omnino: quemadmodū & manens, quod etiā Græcè neutro genere profertur μίσησ ὁσὶ λέγει. Prætereā si voti violatio non interuenisset, quæ causa extitisset, vt illi morte repentina perirent. Nam quod quis non integrè erogat omnes facultates suas in pauperes, aut in opera pia, per se peccatum non est: quod autem partem illarum distribuat, dignum est opus, atque laudabile, etsi præstantius sit, & laudabilius cuncta in pauperes pro voluntate sequendi Dominū dispensare. Nulla igitur ratio peccati mortē talē properantis eratur, nisi votū præcessisset: cuius frac-*

Quod olim Christiani habuerint omnia communia non nisi libera perfectione charitatis, sed voti necessitate ostenditur, cōtra Caietan.

Primum argumentum.

Secundū argumentum.

Illud: Nonne (ager) manens tibi manebat, &c. quomodo ad literam accipiendum sit.

Tertium argumentum.

1. Tim. 5.

Quartum argumentum.

Luc. 9.

Quintum, & vltimum.

Caiet. ibidem.

Quod nouitia, & recens inuenta non sint vota religiosorum, vt hæretici mentiuntur.

Mag. Athanas. tom. 3.

Petrus magister veritatis

Anania, & Sapphira repentina morte percuti, quantum extiterit miraculum. Quæ voto alienatur, cuius illa tantum sint.

gressio damnatione dignos efficit. Quemadmodum Paulus docet, cū de viduis, quæ promiserant castitatem, ait: *Adolescentiores viduas deuita. Cū enim luxuriata fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Quarto, Deus voluit singulari sapientia hoc memorabile Ananiæ, & Sapphiræ exemplum extare; vt omnes, qui in monasterijs paupertatem Euangelicā profitentur, intelligant quo supplicio digni sint, si postquam posuerint manum suam ad aratrum, retrò respexerint. Postremo, Scriptura docet, quod erant illis omnia communia; & nemo dicebat aliquid esse proprium: hoc autem falsum esset, si quod quisque conferebat, volebat sibi manere, & ita manebat, vt exponit Caiet. nam ita fuisset proprium, & iure potuisset dicere propriū. Hæc mihi dicta sint contra Hæreticos, qui nouitia, & recens inuenta tradūt esse vota religiosorum, & Scripturas obscurare nituntur: quominus veritates tam salutare videantur. Hanc autem expositionem vt agnitam in Ecclesia Dei confirmant multæ Patrum sententiæ. Nā in primis Athanas. Alexand. in Euang. de pas. Dñi prope finē ita scribit: *Merito igitur reiecti sunt, & morte, quam aduersus Dominum mentiendo induxerunt, vt Ananias & Sapphira in Actis Apostolorum, qui cum Deo vota fecissent, ex votis subtraxerunt, & ceteros quidem alios latuerunt. Minister tamen veritatis Petrus eos à se extrudit, dicens, Non mentitus es hominibus, sed Deo. Quæ in parte ingens miraculum editum est: quod enim solus nouerat Petrus, id morte Anania, & Sapphira, omnibus innotuit, adeo vt omnes inde cautiore sint redditi, & exemplū Sapphira perhorruerint. Scire enim debemus, & nequam ignorare, quæcunque promittimus Deo, non ea deinde nostra esse, sed Dei: & si inde quid defraudamus, ea non nos sumere iam tanquam nostra, sed vt Dei sacrilegio compilare. Neque ista promissio solum ad pecunias pertinet, sed etiam ad verba, professionemque pertinet. Certè diuinum te vera, & magnum*

mysterium nostrū in pecunijs non habet promissionem suam, sed in promissione perfecta, & in fide erga Deum: omnes certè promittimus, & omnes sumus promissionis debitores: adeo vt necessum sit præstare, virginem quidem virginitatem qualem promissit, continentem continentiam, maritatos pudicitiam, & mutuam inter se dilectionem, & reuerentiam: & in summa quemlibet fidem in Deum, & obseruantiam, & iustitiam, & fortitudinem, ne nos vt malignos, frustratoresq; exemplum Anania, & Sapphira apprehendat. Sic diuinus ille Athanasius. Basilii sermone de institutionibus monachorum ita de hac re differit: *Danda omnino nobis sedulo opera est, ne quid quoquo pacto professione nostra indignum faciamus, ne ve simili, atq; Ananias, iudicio efficiamur obnoxij. Licebat enim possessiuiculam suam Deo non polliceri, ac vouere: sed postquam humana gloria cupiditate inductus, quicquid in bonis habebat, per professionem Deo consecrauit, quod videlicet egregio istiusmodi facto hominum de se admirationem excitaret, de pretio autem callidè postea neficio quid interuertit, eiusmodi aduersum se indignationem Dei prouocauit, cuius Petrus minister fuit, vt ne ad penitentiam aditum inuenire potuerit. Quocirca ante religioso istius vitæ professionem liberum est vnicuique, quatenus per Dei indulgentiam leges permittunt, communem cum cæteris viuendi morem sequi, sibi vxorem adiungere: vbi verò iam quis sponte sua ipse professus est, hic Deo custodire se ipsum debet, veluti eorum aliquid quæ dicta sunt Deo, ne sacrilegi iudicium incurrat. Vides magnū Basilium, quā apertè, & quo etiam animo Ananias vouerit, explicasse? Tertius accedat testis ex Græcis Chrysostom. in hæc verba: *Quare, inquit, hoc fecisti? Voluisti habere? Oportebat initio habere, & non promittere. Nunc autem postquam consecrasti, maius sacrilegium commisisti. Qui enim aliena rapit, forsitan alienarum rerum desiderio rapit. Tibi autem licebat tuā retinere. Cur igitur sacra fecisti ea, & postea accepisti? Id fecisti ex magno contemptu. Facinus veniam non habet, excusatione caret. Nullus autem offendatur, si quidam etiam**

Diuinum, & magnū te vera mysteriū nostrum vbi habear promissionem suam, teste Athanasio.

Basil. to. 2. sub initium, serm. 1. de institut. monachorum, prope init.

Quo animo Ananias vouerit, secundū Basilium.

Chrysost. hq mil. 12. in Acta, 19. 3.







tā rigida morte mulctauit: nō enim videtur imitatus misericordiā Domini, quā erga se peccatē expertus fuerat. Nō proponā quid ille respōdeat, dicā tamē quid mihi videtur. Petrus post peccatū admissum, corde cōpunctus est, & lacrymis veniā obtinuit; Ananias verō & Sapphira non videtur agnoscere voluisse peccatū, de quo interrogati, & reprehensū à Petro fuerant; ideo minus veniā Dei digni inuenti sūt, & in ea morte illis infligēda merū Dei instrumentum fuit, & malas herbas atq; spinas statim censuit eradicandas, ne si crescerent, triticum vastarent. Hoc enim occultū delictū peccati Dei exemplo puniēdū erat, ne quisquā sibi plauderet, si peccatum in tus in corde retentū, interdū, aut nūquam, aut tardius à Deo puniatur.

Et factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnes qui audierūt haec. Hic est fructus fidelium, quem Deus elicuit ex punito aliorū peccato. Nā diuinā prouidentie est, ac bonitatis, nec omnino omnia quæ sūt peccata, condignis statim plectere supplicijs, vt locū relinquat pœnitētiæ: nec omnino impunita relinquere, ne fides diuinæ iustitiæ in nobis extinguatur. Quare rectē dictū est per Salomonē: Etenim, quia non profertur citō cōtra malos sententia, absq; timore vllō filij hominum perpetrant mala. Et lib. 2. Machabæorum; Etenim multo tempore nō sine peccatoribus ex sentētia egere, sed statim vltiones adhibere, magni benefici est iudiciū. Nō enim sicut in alijs nationibus Dominus patienter expectat, vt eas, cū iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorū puniat, ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in sinē deuolutis, ita demum in nos vindicet. Quod verō Clemēs Romanus epist. 5. scripsit: Ananias autem vir austerus, & Sapphira vxor eius, qui mēriti sunt Apostolis de pretio agrorum suorum quos vendiderant, nobis presentibus in conspectu omnium circumstantium, à conspectu Apostolorū propter peccatū eorū, & mendaciū quod fecerunt, mortui delati sunt ambo: rectē intelligēdum est. Nā iuxta seriē historiæ, quam enarrat Lucas, necdū Clemēs viderat Iudæā, neq; fortassis fuerat ad fidē cōuersus:

morē tamē, & cōsuetudinē nostrā loquēdi secutus est. Nā cū habemus alios quos nobiscū, & aliquid quod illi viderūt, testatū esse volumus, nos etiā vidisse, dicere soliti sumus: ita vt qui viderunt, oculos nostros esse existimemus, & dicamus.

Per manus autē Apostolorū fiebat signa, & prodigia multa in plebe, & erant omnes vnanimiter in porticu Salomonis. Addit, signa Petri multa alia fuisse cōsecuta, quod Euāgeliū illustrarent, & mortem Ananias & Sapphiræ à Deo profectā ostenderent, & multos aliorū numero fidelium adiungerent. Nec interrim intermittebant assidua deprecādi studiū, quia refert illos cōuenire solitos in porticū Salomonis, vt in loco pacis, pacifici ipsi atq; cōcordes, gratas preces apud Deū effunderent, atq; illis aliorū cōuersionē pmererentur. Ceterorū autē nemo audebat se cōiungere illis, sed magnificabat eos populus. Intellige eos, qui Christiani nō fiebant: nā qui fidē amplectebātur, nō verebātur se illis adiungere, & quotidie cū illis versari. Alios autē adiūgi Deus nolebat, vel ob metū Iudæorū, vel etiam ob stuporē illorū magnificē factorū, vel ne impuri puros labefactarēt, sed potius procul ipsi aspiciētes eos atq; magnificantes cōponerētur ad id, vt aliquādo recipi possent. Et cōtinuō sequitur: Magis autē augebatur credentiū in Domino multitudo virorū, ac mulierū. Et si nihil hāc dicatur de eorū baptismo, vel sub intelligendus est, vel sanē quia nondū videbant omnino confirmatam nostram disciplinam, quod adhuc eis primores Iudæorum cōtradicerent, & quia videbant nō esse locū hypocrisis ob Ananias, & Sapphirę interitum: ideo tardiores ad ingressum reddebantur.

Ita vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberaretur omnes ab infirmitatibus suis. Concurrēbat autē & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, &c. Vide magnitudinem, & amplitudinem Petri, & quantum illum Deus ceteris præferre voluerit. Hoc autem signum vmbra sua sanandi in-

Infidelium Infirmorum Apostolis cur ne morose auderent adiungere.

Iudæi credentes vnde fierent ad Christum ingressum in fidem tardiores.

Petri solam vmbra eurantibus infirmos, signi maiestas, atq; amplitudo.

firmos,

Chry. hom. 12. in Acta.

Ioann. 14.

Boni pastoris virtus quanta.

Pastor defrens gregem, qualis teste Propheta.

Zach. 11.

Beda to. 5.

firmos, vt testis est Chrysostomus, à Christo non est factum, vt proinde videre liceat in illo impletū esse verbū illud Domini: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Magna profectō est pastoris virtus, qui suis assisit oibus: nā sua præsēntia morbos animarum pro pellit, à dæmonibus tentatos, & vexatos recreat, atq; otiosos & torpentes sua doctrina ad bonorum operum studiū incēdit: modō sit pastor, id est prudentia, & charitate præditus, & nequaquam aliqua statua emortua, de quo dixit Propheta: O pastor & idolū, derelinquens gregem. Pulchrē hoc loco Beda ait: Tunc Petrus vmbra sui corporis visibiliter alleuabat infirmos, qui etiā nunc inuisibili sua intercessionis vmbra-

culo fidelium infirma roborare nō cessat. Sic bonus ille Pater. Debēt igitur pastores animarum diligentem operam oibus suis impēdere, quod eas & peccatorum morbis etiam occultis, & delitescētibus (vt erant Ananias, & Sapphiræ) increpādo iuste puniat, & ex fragilitate atq; ignorantia delinquentes ad sanitatem restituat, & tentatos atq; à Satana vexatos sua veluti vmbra refrigeret, deniq; suo exemplo reliquarum vicinarum dioceseō languidos atq; infirmos, quemadmōdum Apostoli, ad vitia deferenda, & virtutes capeffendas cohortari valeat in Christo Domino, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit perpetuus honor, & gloria, atq; laus per infinita secula. Amen.

Pastor qualis esse debeat erga sibi creditum gregem.



TRACTATUS XXII.

In illa verba: Exurgens autem Princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo erant, quæ est heresis Sadducæorum, repleti sunt zelo: & iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. Angelus autem Domini per noctē aperiens ianuas carceris, & educēs eos, dixit, Ite: & stātes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. Qui cum audivissent, intrauerūt diluculo in templo, & docebāt, &c. in finem cap. Act. 5.

Nascētē primū Deus Ecclesiam suam quo modo fouere videbatur.

**D**VL CIS Est admodum & salutaris hæc historia. Nam vt granum in terra seminatum modō gelu, & niuibus comprimitur, modō Solis calore, & temporis Verni tepōre fouetur, vt in spicam plenam prodeat: ita Dominus paruam illam suam, & in cunabulis vagientem Ecclesiam non tantū magnitudine signorum & multitudine fidelium ad eam accurrentium, sed etiam peculiaribus pers-

cutionibus, cōtradictionibusq; in eā magnitudinem, atq; amplitudinem, quanta postea extitit, admirabili suæ sapientiæ consilio erexit, atque euexit.

Tantā igitur claritatem, & excellentiam Petri, hoc est, summi Pontificis, atq; pastoris, inuidus ille Princeps sacerdotum Annas cum suis ferre non valens, ita vt quidquid Petro gloriæ accederet, id sibi detractū existimaret, diabolico excitatus zelo surrexit,

Quo cōsilio Annas impius ille Iudæorū Pontifex cū suis, Apostolos in carcerem conlece-

volens



An liceat facere contra potestatem ordinariam, ut vult Melancthon.

Apostoli si, iuxta præceptum Iudæorum magistratus, a Iesu prædicando destitisset, quid inde.

...

...

Hæretici quibus se Christi legibus, & præceptis ostendat iniurios.

Luc. 10.

Matth. 18. Heb. 13.

Matth. 10.

femper mādatum Dei potestati ordinariæ esse anteferendū: sicut Apostoli (inquit) dixerunt: Obedire oportet magis Deo quàm hominibus. Sed certe abutūtur Apostolorum verbo noui isti magistri. Agebant enim tunc Apostoli cū Synagogæ primoribus post iā publicatū Euāgelium, cui lex, vt vmbra corpori cedere debebat: idcirco si Apostoli illis paruissent, vocationem suam deseruissent omnino, & Christi religionē prodidissent. At nouatores nullū diuinum mādatum habent vt Apostoli, vt contra ordinariam potestatem Ecclesiæ Christi sponsæ vllum impetum faciant, aut tumultus concitent. Nam etsi potestati ordinariæ im pia præcipienti obtemperandum minimè sit: vnde & Hilarius & Basilius Constantio, & Valenti Imperatoribus fortiter restiterunt: non tamen absolute in eo quod cuiq; videtur, contradicendū est publicæ potestati, protegēdo se eiusmodi clypeo: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus: quia sæpè non est Dei, sed Dei esse dicitur, sed potius diabolicū commētū. Ideo hæretica inferunt autoritate, se cū laude facere, q̄ magistratum Ecclesiasticū contemnant: quod synodorū Generalium decreta negligant: quod Pōtificum, & Episcoporum autoritatem oppugnent: q̄ in Ecclesiæ ignominiam & doceant, & scribant. Cū tamē Dominus dixerit: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: & Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus, & Publicanus: & Paulus, Obedire prepositis vestris, & subiaccete eis, &c. Ad hæc obedire oportet magis Deo in Ecclesia sua loquenti per Spiritum suum (quia Dominus dixit; Nō vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis) quàm hominibus sua dogmata obrudētibus, vel spiritui mendacij per pphetas falsos, vel nouos ministros loquenti contra ea quæ in Ecclesia semel sunt definita, miraculis confirmata, & magno Patrum consensu, & temporis præscriptione corroborata.

Deus, inquit, Patrū nostrorū suscitauit Iesum, quem vos interemistis suspendētes in ligno. Hunc Principem, & Saluatorem

Deus exaltauit dextera sua, ad dāda pœnitentiā Israel, & remissionem peccatorum. Iam quartò Petrus Iesu mortē, & resurrectionem Iudæis proponit: impietate quidem Iudæorum interfecit in ligno; at Dei potētia suscitātū, atq; in cœlum euectum, atq; Principem salutis effectum ad eam per pœnitentiā cōmunicandam filiis Israel. Et ita tacitè ob oculos proponit crīmen, quo illum in crucē egerunt. Deinde tacitè insinuat illos frustrā pugnare contra Dei potētiā, ac dexteram: quia qui hoc conātur, iudicium sibi accersunt, secundū illud: Qui in altum mittit lapidē, super caput eius cadet. Deinde eos ingratis animis pugnare contra eum, qui offert salutem, modò pœnitentiā agāt criminum suorum. Nam si Christus est Princeps & Seruator, ergo & duci, & seruari per eum valebāt, apud quem plus potest bonitas eius ad seruandum, quàm peccata nostra ad perdendum, si per nos non steterit, eūq; fide atq; pœnitētia amplectamur. Et nos sumus testes horum verborum, & Spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi. Iterū Petrus producit Apostolos in testes, vt sapius antè fecit: & more Hebræo verba vocat res ipsas. Testes, inquit, sumus oculati & passionis, & resurrectionis, & ascensionis in cœlum. Addit præterea Spiritum sanctum testem esse horum verborum. Et vocat sanctum Spiritū, donum linguarum quo vtebantur, & virtutem miraculorum, & cognitionem Scripturarum propheticalium: nā hæc omnia dona & intrepidam prædicādi libertatem, & audaciam, Apostolis cōmunicauerat Spiritus sanctus, quo clarè conktaret, nō tantū ipsos Apostolos testari de his quæ viderāt, sed etiā ipsum Dei Spiritum per ipsos loqui, & operari. Quod enim Christus inquit: Ille testimoniū perhibebit de me, & vos testimoniū perhibebitis: & quod hic dicit, Et nos sumus testes horum verborū: non sic accipiendum est, quasi aut Apostoli sine Spiritu sancto, aut Spiritus sanctus sine Apostolis testificetur; sed quod Spiritus sanctus testatus sit per eos, & ipsi per Spiritum sanctum. Quod verò ait, Deum dedisse illum

Elegans Petri insinuatō, qua ostēdit Iudæos se sum interfecisse, quod illi tamen impudenter negabāt.

Ecclesiastici 27.

Iudæorū ingratus animus in Deum.

Quorum verborum Apostoli testes erant, vt Petrus dixit.

Act. 1. Quid Spiritus sanctus hoc loco eisdē attestans.

Ioan. 15. Illud apud Ioannem: Ille testimoniū perhibebit de me, & vos testimoniū perhibebitis: quo sensu dictum sit.

Manus Spiritus sancti quibus denegatur.

Qua ratione nobis Spiritum sanctum promereri possimus.

Carnis ingenium.

Quo telovallidius nullū sit.

Gamaltelis virtutes, Act. 26.

Supra 22.

Contra eos, qui se Magistros vocari vehementer affectant.

Gamaliel vniuersæ plebi quare venerabilis.

Hic Gamaliel an fidelis fuerit, & in Christum crediderit.

Ioan. 7. Occulti Christi discipuli qui nam Dei prouidentia, & consilio, Infra 19. Luc. 23.

omnibus obtemperatibus sibi: tacitè percutit illorum cōscientias, monēs, repugnantibus & veritati obstitentibus munus Spiritus sancti nō donari. Et modestè non dixit sibi donatū Spiritum sanctū, & obedientia Deo præstanda est ad illum promerendum, & fides, & Sacramentum Baptismi, quibus ornati, præcādiq; studio dediti facile illum assequuntur. Nā Apostolis credentibus, & iā Sacramento renatis, & orantibus, collatus est Spiritus. Hac cum audissent, dissecabantur: & cogitabant interficere illos. Ad suas artes caro reuertitur, & qui oratione Petri perterrefacti, ad pœnitentiā debebāt compungi, irritum faciunt suo vitio fructum Petri prædicationis: Sed rubebātur corde: quoniam nullum telū validius quàm veritas, quæ viuū tangit, atq; confundit. Surgens autē quidam in concilio Pharisæus nomine Gamaliel, Legis doctor honorabilis vniuersæ plebi. Hic erat secula Pharisæus, quo nomine sese commendauit Paulus; deinde erat legis doctor, ad cuius pedes profecisse se, Paulus testatur. Erat ergo & nomine, & re doctor: quod diligenter est considerandū propter multos, qui se magistros vocari omni ambitione conantur, qui tamen vix boni possent esse discipuli. Erat præterea honorabilis plebi, quia vir grauis, & prudēs, & ideo in pretio habitus apud omnes. Illud non satis est expressum, an esset fidelis. Negant quidam, eo quod non apertè confiteretur Christum. Verum non opus est statim quenquā infidelitatis damnare, eo quod non confiteatur: id enim Deus ab eō tunc non exigebat, & forte vtebatur eius prudētia ob hoc ipsum, vt persecutionē in Christianos ortam mitigaret. Petrus igitur credendum est occultum illum fuisse Iesu discipulum. Nam ita Nicodemus occultus discipulus Iesu causam Christi defendit apud Iudæos: Ioseph quoq; ab Arimathæa discipulus erat Domini, occultus tamen propter metum Iudæorum, vt Ioānes testatur, qui nō consenserat cōsilio, & actibus Iudæorum teste Luca. B. quoq; Sebastianus hoc spiritu aliquando ductus, cum in Christum crederet, ad tēpus religio-

nem celauit, & multum in Christianis qui ducebantur ad supplicium, profecit: donec apertè se tandem prodidit, & Fidei confessionē sanguine suo cōfirmavit. Quare & hunc Gamaliel credibile est postea se fidelem Apostolis exhibuisse. Habent enim historia Ecclesiasticæ, hunc Gamaliel sociū factum Apostolorum. Et vt Petrus ait apud Clementem: Latēter, inquit, frater noster erat in Fide, sed consilio nostro inter eos erat. Præterea tradūt eū cum filio baptizatū, cuius corpus repperit cum illo B. Stephani, ipso met reuelante. Nam verè, vt ait Chrysostomus, nimis fuisset mirandum, si omnino infidelis tale consilium præbisset Iudæis. Quod verò iusserit, vt Apostoli foras ad tempus fecederent: id sapienter factum esse annotat Chrysostomus: quia ita illos statim perterruit, & fecit vt nulla suspicio esset, q̄ eadem cum illis sentiret. Neq; magna vehemētia vitur in sua oratione, quò plus persuadeat. Docet ergo nō esse præcipitandam sententiā, quemadmodum olim Nabuchodonosor fecit, & Dauid de Miphiboseth. Et quia nihil magis mouet prudentium animos quàm exempla recentia quam simillima illis quæ consultantur; ideo producit similia quædam facta quorundam, qui mentientes Spiritum Dei surrexerunt, quomodo absq; labore Sacerdotum perierint.

Viri, inquit, Israëlitæ, attendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis. Id est, Gaudeat vobis, ne impetu, & precipitanter in hos irruentes vos met ipsos lædatis. Ponit autem causam dubiā, ne videatur Apostolis fauere, & ita causam propriam agere; sed quasi & ipse dubius esset: talis enim est, aut talem se fingere debet qui consultat, ne videatur ex affectu; & re præiudicata consulere. Nec obstat: Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo: quia Gamaliel nō negauit; sed distulit cōfiteri apertè, quia tunc opus erat, & res exigebat: lege de Naaman Syro, quid perierit, & obtruerit ab Helisæo propheta, & quiesces. Summa autem consilij fuit, illos tantisper dimittere, & expectare de-

De Gamaltelis in Christū fide testimonia.

Clem. lib. 1. Recogn. nō logē à fine.

Chrysos. homil. 14. in Acta initio tom. 3.

Idem ibidē. Cur Apostolos Gamaliel ad breue tempus foras, fieri iusserit, secundū Chrysostomum. Dan. 2. 2. Reg. 16.

Gamaltelis ad magistratus Iudæorū pro Apostolis prudētiæ plenā defensio.

Matth. 23. Illud: Qui negauerit me coram hominibus, quo modo accipiemus illud? 4. Reg. 5.

Eorū quæ ad religionē pertinet naturā & ingenū

bere, donec res ipsa inclinet: quoniā quæ ad causam religionis pertinent, eius sunt naturæ; vt si humanum fuerint commentum, citò sese prodant, ac dissoluantur: sin autem à Deo, impossibile sit ab hominibus dissolui, & cum magno malo resistentium, & per illam repugnantiam facilius procedere, & fortius confirmare: durū est enim homini cum Deo bellum gerere.

Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens se esse aliquem, &c. Post hunc, extitit Iudas Galilæus in diebus professionis. Theudas, magus fuit, & impostor: iactabat se magnum Dei prophetam, prodigiosa pollicitabatur, nempe liberationem Israël, & se diuisurū Iordanem, quò facilius esset transitus: & hoc est, dicens se esse aliquem. Etsi enim in nonnullis codicibus addatur, *ut ait*, hoc est, magnum ( vt infra cap. 8. de Simone mago dicitur ) tamen minimè illud addi erat necessum: nam in Græca lingua *ut* absolutè idè signat quod magnus & excellens: vt annotauit Budæus in linguæ Græcæ commentarijs. Idem in linguâ accidit Latina: quam obrem Cicero lib. 3. ad Atticum epistola 53. *Itaque fac ut me velis esse aliquem, quoniam qui sui & qui esse potui, iam esse non possum*: id est, velis me esse non prorsus obscurum & abiectum: & Plinius in præcæmio: *Namque tu solabas meas esse aliquid putare nugæ*: & lib. 6. Factorum Quidius; *Est aliquid, nupsiſſe Ioui, Iouis esse sororē*. Huic adhæsit multitudo ferè quadringentorum virorum; qui rerum suarū profusi aliënâ appetebant, & vitam perditam profitebantur. Hos Fadus Iudææ præfectus cohorte equitū immissa dissipauit, nonnullis trucidatis, nonnullis verò captis, sed duce ipsò inter primos capite multato; vt tradit Iosephus: Iudas, qui Galilæus; & Gaulonites à Iosepho dicitur, seditiosus erat in Cæsarem, cui tributum pendere prohibebat, & obedientiam præstari idolorum cultori: addebat, nullum hominem dominum esse vocandum præter Deum. Sed nec hic ex Deo loquebatur, cum Scriptura ma-

Theudas quis ille fuerit: & quomodo dicebat se esse aliquem.

Budæus.

Cicero.

Ouid.

Ioseph. lib. 20. Antiqu. c. 2. in fine.

Iudas Galilæus quis ille: eius falsa doctrina.

piat: & iniuria Iudas se opponebat potestati Romanorum, cum longè ante, tempore scilicet Pompeij, Iudæa Romanis facta sit tributaria. Vnde Cyrenus vir Consularis, & Coponius Magister equitum Iudam extinxerunt, se statores eius oppresserunt, vt habes apud Iosephum. Idem quoque testatur, eiusdem Iudæ filios Iacobum, & Simonem crucifixos ab Alexandro Iudææ præfecto ob paternam, quam sequebantur sententiam.

At quod Lucas hoc loco ait Post hunc extitit Iudas Galilæus, non est putandum Iudæ Galilæi factionem secutam esse factionem Theudæ: quia Iudas mouit seditionem sub 42. anno Augusti, & occisus est sub eodem tempore; Theudas verò sub Claudio Imperatore circiter annum sextum imperij eius à Cuspido Fado procuratore à Claudio Cæsare missus interfectus est. Vnde contrarium apparet. Hoc annotamentum debemus Ioanni Gagneo, quem secutus est Cornelius Ianfenius, qui putat Lucam *ut* posuisse pro *ut*, id est, ultra, vel præter: vt sit sensus, id est, ultra, vel præter hunc Theudam seditiosum fuit Iudas Galilæus alter seditiosus.

Sed cum hanc concionem habuerit Gamaliel post paucos dies ab aduentu Spiritus sancti, id est, 18. vel 19. principatus Tiberij, qui potuit fieri, vt Theudas præstigiator, qui sub principatu Claudij surrexit, & à Cuspido Fado procuratore Iudææ à Claudio missus extinctus est, à Gamaliel postea produci, cum post quindecim annos ab hac oratione extinctus ille fuerit, si rectè tempora expendas: nam de hoc dicitur, Extitit Theudas, dicens se esse aliquem? Profectò hoc dubium à nemine hætenus motum, ac proinde nec dissolutum videre potui. Quã obrem cum aut Scriptura, aut Iosephus sit negandus, præstat Iosephum deserere, & Scripturam amplecti, quæ habet Theudam extitisse ante paucos dies: & asserere alterum fuisse Theudam ante Iudam Galilæum exortum, similiter seditiosum & rebellem, cuius Iosephus non meminerit, & quem Origenes libro contra Celsum; facit

Iudæa quando primò Romanis parèro ceperit.

Idè lib. 18. Antiq. c. 1. & 2. Idè lib. 20. c. 3. initio.

Post Theudam, Iudam extitisse Galilæum, qui tamen prior fuerat, vt dixerit S. Lucas.

Ioã. Gagneo in Acta. Cornel. Ianfen.

Si Theudas iste Galilæus, vt ait Iosephus, tempore Claudij extitit: quomodo ante paucos dies à Gamaliel dicitur extitisse?

Solutio prima.

Orige. lib. 1. contra Celsum, longè à med. tom. 2.

Christo antiquiorem. Cuius rei argumentum esse videtur, quòd hunc Theudam, de quo loquitur Gamaliel, circiter quadringenti sunt secuti; ille verò, de quo loquitur Iosephus, non habet certum numerum militum, & longo post tempore à Iuda Galilæo secutus est. Quare annotamentū Ioannis Gagnei non est necessarium, cum ille Theudas, de quo loquitur Gamaliel, tempore antecesserit Iudam Galilæum. Neque illa præpositio Post, accipienda est pro Ultra, vel Præter: quanquam Eusebius lib. De Ecclesiastica historia, atque alij multi eius auctoritate seducti, hanc Theudæ historiam referant ad illum Theudam de quo Iosephus loquitur. Gaudeoq; hoc idem me postea annotatum vidisse apud Caietanum, & Ioannem Benedictum Doctorem Parisiensem in Scholijs suis.

Possumus etiam hunc nodum aliter dissoluere, quòd etsi textus dicat: Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, hoc est, cum Cyrenius Syriæ præfes censum primum apud Iudæos cogeret, & Christus natus fuit: non tamen voluit per hoc significare hunc Iudam tempore fuisse posteriorem illo Theuda; sed debet illud; Post hunc, ad ordinem narrationis referri, quasi dixerit, præter hunc fuit & superiori tempore Iudas. Nam loquens ibi Gamaliel de Theuda, ait, Ante hos dies, quo significauit paulò ante id temporis cum fuisse: Iudæ autem tempus exprimat fuisse in diebus professionis, hoc est, cum census ageretur.

Dies descriptionis vocat noster interpretis dies professionis, qua quisq; ascendebat in ciuitatem, vt profiteretur nomen suum: quæ Luc. 2. & hic, & ibi dicitur *ἀποκατάστασις*. Et rursus concludit: *Et nunc itaque dico vobis, discite ab hominibus istis, & sinite illos: quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur; si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere; ne forte & Deo repugnare videamini*. Dices, Quid? nõne prælati debent impedire eos qui nouitates inducunt? Debent quidem: sed hi multa habebant adiumenta, vt

Euseb. lib. 2. Eccl. hist. c. 10. & 11. tomo 1.

Caietan. in Acta. Ioan. Gagn. ibid.

Benedict. Parisien. Altera solutio. Luc. 2.

Post quos dies professionis Iudas ille Galilæus extitit.

An debeant Antistites nouitatem autõribus contrariè, uel Deo repugnare uelie uideantur, vt dixit Gamaliel.

venerabiles potius, quàm impediendi viderentur: nam expectabant eo tempore omnes Messiam in ea forma, in qua non facile esset agnoscendus, vt Esa. 53. Ad hæc Apostoli non loquebatur in nomine aliorum Deorum, neque dicebant vt relinquere tur Deus Israël. Quòd verò quædam dicerent contra veterem legem; non propterea erant puniendi, aut impediendi: hoc enim Prophetæ omnes fecerant; & præterea prædixerant futurum, vt sacrificia talia abrogarentur, præsertim cum miracula fierent. Neque timere debebant, aut dubitare, si eos Deus non miserat: nam ubique Deus pollicitus erat se prophetas mendaces confusurum, vt Deuteron. 13. 18. Jerem. 14. & 28. Hac Gamalielis prudentia abutuntur Hæretici, & schismatici. Nam quidam qui se vatem asserunt, proferens quasi de cælo prophetias, cum haberet Prælatos resistentes, tuebatur se hoc dicto Gamalielis: Si, inquit, ex cælo sunt, non soluetis: si meum commentum, non poterit stare. Si quis præterea animū filij, aut filia ab ingressu religionis reuocare; aut retardare velit, & reprehendatur de malo consilio exhibitò, statim dicto Gamalielis tuetur: Si ex Deo est tuus hic animus, mea per suasionem non impediatur. Quidam etiam insignis Prælati, ingruente Lutherano hæresi in diocèsim suam, nihil contra eos mouebat, sed dicebat: Si id quod prædicant, Euàngelium est, nolo pugnare cum Deo; Sin verò ex hominibus, citò dissoluetur. Sed & ipsi Hæretici libenter hæc verba ad tuendam sectam suam vsurpant; dicunt enim: En stamus adhuc, & duramus: & multi aiebant non posse nos durare. Sed audi fallaciam: Cum propheta loquitur quod falsum est, & contra Ecclesiæ spiritum, aut inutile aliquid, & minimè ad rem, & quod possit seditionem in populis parere, non valet consilium Gamalielis. Ille enim propheta arroganter nullum signum suæ missionis ostendens ( cum multa ederet Apostoli ) Prælatos à debita vigilantia illo furo conabatur abducere: Præterea non est absq; pec-

Qui abutuntur hoc dicto Gamalielis: Si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur, & reliq.

Insignis cuiusdam Antistitis oscitantia, & negligentia.

Quid Hæreticis respondendum obijciētibus: En stamus adhuc, & duramus: & multi aiebant non posse nos durare.

In eos, qui occasione di-  
cti Gamalie-  
lis homines à  
proposito re-  
ligionis im-  
pediunt.

Quod sit mu-  
nus Antisti-  
tis, atque pa-  
storis.

Matth. 7.

Lutherani, v-  
ti iactitant,  
quemadmo-  
dum perdu-  
rent vlt; ad-  
huc infelices

2. Tim. 3.

Quomodo il-  
li proficiant  
teste Apolto  
10.

Apostolorum  
de Christi my-  
sterijs annū-  
tariis quim  
digna esset  
acceptioe.

Mira quoque  
Apostolorum  
in prædican-  
da Christi fi-  
de constan-  
tia.

caro salutare consilium de ingressu re-  
ligionis nostris persuasionibus impe-  
dire sub prætextu sententiæ Gamalie-  
lis: nam plerunq; à Deo inspirati ad  
eam perfectionem amplectendam re-  
frigescent, & redeunt ad vomitum  
impuræ prioris vitæ: & hoc cui alteri  
quam consulenti est imputandum,  
qui aliter quàm Christus consuluit,  
audet consulere? Porro Antistes ille  
turpissimè ignorabat, quod erat sui  
muneris, videlicet lupos agnoscere,  
& à caulis ouium illos repellere, iuxta  
illud: *Attendite à falsis prophetis, qui ve-  
niunt ad vos in vestimentis ouium, intrin-  
secus autem sunt lupi rapaces: à fructi-  
bus eorum cognoscetis eos.* Quod autem  
iactet Lutherani se permanere adhuc:  
verum est, sed perdurant iam cogni-  
ti, & ab Ecclesia præcisi, & separati,  
vt nemini nisi insanire volenti pos-  
sint officere, & impletur in illis quod  
ait Apostolus: *Sed vltra non proficiunt:  
insipientia enim eorum manifesta erit om-  
nibus, sicut & illorum fuit.* Et infra  
isti homines quomodo proficiant, de-  
clarans: *Mali autem homines, inquit,  
& seductores proficient in peius; errantes,  
& in errorem mittentes.* Et hoc satis est  
Ecclesiæ, vt non sit opus Gamalielis  
sententia, quæ in causa illa, & tem-  
pore illo optima fuit, & sancta. Præ-  
dicabatur enim Christus à Prophetis  
promissus iam venisse; probabatur si-  
gnis, & vita inculcata, & Scripturis;  
item illum mortuum, & interfectum  
à Iudæis fuisse, & resurrexisse, quod  
mille argumentis, ac signis perspi-  
uum erat, vt non possent resistere  
aduersarij. Quare opportunè, & pru-  
dens fuit consilium illud, nec sine nu-  
tu Dei, nec sine fructu excogitatum,  
atque pronuntiatum.

*Consenserunt autem illi. Et conuocan-  
tes Apostolos, casis denuntiauerunt ne om-  
nino loquerentur in nomine Iesu, & di-  
miserunt eos.* Probatum fuit ab omni-  
bus consilium, quanquam de suo ad-  
diderint flagella, & præceptum non  
prædicandi amplius: quibus nihilo-  
minus non cessit Spiritus, quia quo-  
tidie prædicabant in templo, & in  
flagellis acceptis pro Christo gloria-  
bantur. *Vides quàm moleste ferrent*

prædicationem in nomine Iesu: qua-  
re capite 4. bis prohibuerunt, & nunc  
iterum interdicitur: verum nihil ob-  
tinere potuerunt. *Et illi quidem ibant  
gaudentes à conspectu Concilij, quoniam  
digni habiti sunt pro nomine Iesu contu-  
meliam pati.* Cum hæc ignominia Chri-  
sto fieret, iuxta illud: *Saule saule, quid  
me persequeris?* & in Apostolis Chri-  
stus pateretur, nunquid Apostoli gau-  
debant de contumelia illata Christo,  
& quod nomen Iesu despiciabile ha-  
beretur, vt qui illud inuocant, appel-  
lantque, vapulent? Minimè gentium:  
sed quia voluntas Dei erat, vt nomen  
Iesu illustre, & gloriosum reddere-  
tur, & sic examinaretur; vt qui illud  
auderent profiteri, vapularent. Aequè  
erat igitur illos gaudere se illos esse,  
in quibus examinaretur hoc nomen.  
Rectè Christus dixerat: *Eritis odia om-  
nibus hominibus propter nomen meum.*  
Et vide quanta vis sit Spiritus sancti,  
vt in medijs tribulationibus reddat  
gaudentes, & dedecora atque oppro-  
bria in delicias, & gloriam conuer-  
tat. Et expende: Quoniam digni, in-  
quit, habiti sunt. Certè Dominus Ie-  
sus pro sua incomparabili charitate  
dignatus est pro nobis pati, quo no-  
mina nostra redderet gloriosa apud  
Deum: ita Apostoli magnipendebat,  
quod propter nomen eius quod præ-  
dicabant, & in quo signa edebant, pa-  
terentur.

*Omni autem die non cessabant in tem-  
plo, & circa domos docentes. & euanga-  
gelizantes Christum Iesum.* Nihil pro-  
fecerunt aduersarij, imò Apostoli ob-  
verbera latiores, & audaciores solito  
redduntur, & quotidie siue in tem-  
plo, siue in domo non cessabāt à præ-  
dicatione, ita vt non aliquando, sed  
quotidie, nec solùm occultè in domi-  
bus, sed & publicè in templo prædi-  
carent nomen Iesu. Hæc est enim gra-  
tia eorum, qui propter Iesum patiun-  
tur, vt indies velint pro nomine eius  
illustrando grauiora sustinere tormen-  
ta. Vtinam nos Dei munere tales red-  
damur, qui nõ tantum propter Chri-  
stum pati nequaquam fugiamus, sed  
etiam nobis gloriosum, & salutare  
ducamus. Nam hæc est perfecta, &

Act. 9.  
Quomodo A-  
postoli ibant  
gaudentes à  
conspectu co-  
cilij, quoniam  
digni habiti  
sunt pro no-  
mine Iesu co-  
tumeliam pa-  
ti.

LUC. 21.

Spiritus san-  
cti virtus.

Iesu in nos  
charitas im-  
mensa.

Quæ sit gra-  
tia eorū, qui  
propter Iesum  
patiuntur.

gloriosa

Perfecta quæ-  
nam & glo-  
riosa victoria

gloriosa victoria, per quam Apосто-  
li, & Christi martyres de Satana, vni-  
uersisque eius conatibus, artibus, &  
machinis gloriosum, & egregiū triū-

phum reportarunt in Christo Domi-  
no nostro, cui cum Patre, & Spiritu  
sancto æqualis est honor, potestas, &  
imperium per immensa secula. Amē.



TRACTATUS XXIII.

IN illa verba: *In diebus autem illis, crescente nu-  
mero discipulorum, factum est murmur Græcorum  
aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in mini-  
sterio quotidiano viduarum eorum. Conuocantes autem  
Duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt,  
Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, &  
ministrare mensis. Considerate ergo, fratres, viros  
ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu san-  
cto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus.  
Nos vero, orationi, & ministerio verbi instantes eri-  
mus, &c. in finem vsque capitis. Actorum 6.*

Satanæ artes  
atq; conatus  
in quid ma-  
xime incum-  
bant.

**S**ATANAS hostis capi-  
talis cõcordiæ, & zizanio-  
rum seminator, nullum nõ  
mouet lapidem, quò sedi-  
tionem excitet inter eos, qui vitam  
ducunt pacificam, & præsertim cum  
videt progressus magnos in philoso-  
phia fieri Christiana. Sed ipse suis fru-  
stratus cogitationibus, quæ Dei est vir-  
tus, atque sapientia, occasio est ampli-  
tudinis Ecclesiæ, quoniam res Christi  
in igne persecutionum & confirman-  
tur magis, & augentur. Excitauerat  
Principem Sacerdotū, & Sadducæos  
contra Apostolos, statuerunt illos in  
concilio, cæcos dimiserunt, præcipiē-  
tes, ne in nomine Iesu amplius doce-  
rent: & ecce, vt prima verba sonant  
huius capituli, auctus est numerus dis-  
cipulorum. *Crescente numero discipu-  
lorum, factum est murmur Græcorum ad-  
uersus Hebræos, eo quod despicerentur in  
ministerio quotidiano viduarum eorum.* Sem-

per in multitudine aliquid vitij est.  
Semper Ecclesia Dei viduarum curam  
habuit, & pauperum, illisque de ne-  
cessarijs prospexit, vt nemo existimet  
philosophiam Christianam in sermo-  
ne sitam esse, & non potius in chari-  
tatis officijs. Qui hinc Græci dicuntur,  
non *diuini*, qui puri sunt Græci, sed  
*diuini* dicuntur, quæ vox eos proprie  
significat, non qui Græci sunt, sed qui  
factione, habitu, conuersatione, & lin-  
gua mores Græcorum imbiberant, vt  
docet Oecumenius: Quemadmodum  
apud Latinos Romanenses vocantur,  
teste Marco Catone, non qui Romæ  
nati sunt, sed qui aliunde venientes  
Romæ versantur, & Romana lingua  
vtuntur. Erāt igitur Iudæi religione,  
sed inter Græcas nationes nati, & ver-  
sati: nam Gentiles nondum erant ad-  
missi ad Christū, vt infra videbimus  
de Cornelio: vel si Gentiles erāt, pro-  
culdubio profelyti erant, circumcisi,

In quo pot-  
tissimum cha-  
ritas Christa-  
na consistat.

Quorum mur-  
mur Græco-  
rum esset de-  
suarum con-  
ceptu vidua-  
rum.

Oecumen.  
in Acta.  
M. Cat. lib.  
De re rusti-  
ca cap. vlt.  
Romanenses  
qui.

& in

& in Iudaorum gentem asciti: quod licebat eis, ut habes Exod. 12. Hebraeorum vero genus, non tam à genere, quam à regione nomine fortitur erat enim commune omnibus qui traiecessent Euphratem, & inter flumen & mare magnum sedes sibi collocassent. Ortum vero esse ait murmur: quæ vox in malam partem accipitur. Nam cum interdum fit contentio absque peccato, id est, cum uterque bonam causam fouet, quia quilibet abundat in suo sensu in his, quæ indifferentia sunt, non dicitur proprie murmuratum, nisi in dissidium veniat, & charitatis solutionem illa contentio. Quod si illa congregatio, ubi feruebat Spiritus sanctus, à murmure immunis non fuit: mirandum profecto non est, si in monasterijs, & claustris adhuc querelæ, & murmurationes existant, ac vigeant, quæ ut plurimum ad denigrandum Prælatorum nomen tendunt, ac famam: quorum consilio omnia fieri putantur, ut illi forte ad Apostolos detulerunt. ¶ *Eo quod despicerentur in ministerio quotidiano vidua eorum.* Quidam intelligunt murmuratum inde, quod viduæ Græcorum arcerentur à ministerio Apostolorum, quia viduæ Hebræorum eruditiores ad id habebantur, quam Gentilium. Cui sensui locus esset, si textus dixisset, à ministerio, & non potius in ministerio quotidiano. Alij vero exponunt, viduas Græcorum ad vilia ministeria obeunda præ cæteris viduis Hebræorum grauati solitas. Sed hic sensus ut parum illustris à quibusdam rejicitur. Quare verisimilius videtur, ut per ministerium quotidianum intelligamus, id quod in singulos dies cuique ad vitam dabatur; quæ in re cum pinguius, & opulentiùs tractarentur viduæ Hebræorum, quam Græcorum, mirum non est si illæ se despectas arbitantes murmurarent. Nam cum pauci ab initio essent, & nullus egens esset inter illos, quia diuidebatur singulis prout cuique opus erat: aucto tamē discipulorum, hoc est, Christianorum, numero, non ita commoda reddita est distributio; atque administratio sicut prius.

Quod autem hic sit sensus germa-

nus, ac literalis, duo maxime persuadent. Alterum est: quia vox ministrandi, & ministerij, & ministri, hoc ipsum in Scripturis porrigunt. Nam & Angeli dicuntur accessisse, & ministrasse Christo, & Martha ministrabat, & satagebat circa frequens ministerium; & mulieres ministrabant de facultatibus suis Domino: & Paulus ad Romanos ait, fideles habere donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium, ministrando; siue qui docet, in doctrina; qui exhortatur, in exhortando, & reliquæ. Et rursus in eadem epistola: *Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles; debent & in carnalibus ministrare illis.* Et in hoc ipso libro cap. 11. in fine, dicitur: *Discipuli autem prout quis habebat, proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus.* Denique Christus dixit: *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.*

Deinde hunc sensum confirmat, quod Apostoli dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis: ministerium igitur eorum in distribuenda victus ratione, & ministerio mensarum positum erat. Quare Apostoli septem elegerunt diaconos, qui ministerio rerum temporalium vacaret: nam illud murmur ab iniquis dispensatoribus, & habentibus acceptionem personarum insurgebat. Hunc sensum confirmat Oecumenius in hæc verba: *Ministerium autem, inquit, id est, Διανομίας, vocat eleemosynam, id est, misericordem erogationem, qua & facientes sanat, & accipientibus, honorem præstat.* Sic ille.

*Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* Apostoli primo se apud multitudinem excusant, quod non possent simul omnia dispicere, quæ ad ministerium opus erant, & simul prædicationi operam dare: nam olim Apostolorum erat & de verbo, & de victu prospicere Ecclesiæ. Sed cum utrumque exactè præstari non pos-

Confirmatur dupliciter hic sensus. *Matth. 4. Ioan. 12. Luc. 10. Supra 8. Rom. 12.*

Infra 15.

Matth. 20.

Alterum argum.

Oecum. Quam vtilis eleemosyna.

Apostolorum duplex cura.

Murmur proprie in malum accipitur. *Rom. 14.*

Græcorum contra Hebræos hoc murmur unde ortum fuerit. I. sensus.

Alter sensus.

Tertius longe probabilior. Quid ministerium quotidianum hoc loco.

Act. 4.

Ministrare potere, quid Syriace hoc loco. *Matth. 20. & infra 26.*

Episcopi nomine potius quam re, & officio hodie qui sint.

Episcopi duo curare debent ex officio, Apostolorum exemplo.

Tit. 1. & 1. *Timoth. 3.*

Chrysostr. cur minus hospitalis, ut ferunt, & pater pauperum extiterit.

Gregori. Nazianz. quanto arderet zelo salutis animarum.

set officium, quod vnaquæque functio totum hominem requirat, decernunt amplius rationi minimè esse consentaneum, ut posthabito verbo Dei tantum mensarum ministerio vacet. Nota, in Syriaco exemplari legi ministrare potere, id est, pateris, siue poculis. Et Christus in Euangelio calicem vocat *Ποτήριον*; & per Synedochem significatur omnia illi officio coniuncta, id est, cura pauperum, & Ecclesiasticæ pecuniæ distributio. Hæc autem Apostolorum verba multi hodie, qui Episcoporum nomine gaudent, secus quam oportet, intelligunt. Nam verbum Dei, & Sacramentorum ministerium, & animarum curam in humeros aliorum libenter rejiciunt, ipsi vero in temporales Episcopatus prouentus, & in lites, si quæ circa illos oriantur, per totam vitam diligenter incumbunt: non quod in pauperum usus illa bona distribuunt, sed ut suos aut consanguineos, aut famulos impinguare, ac dilatare valeant: & se interim egregiè suo munere functos existimant. Rursus aliud extremum vitandum est, eorum videlicet Episcoporum, qui ita se totos spiritualibus exercitijs dedunt; ut nihil ad se spectare arbitrentur curam pauperum, aut viduarum, aut eorum, qui miseram vitam traducunt. Nam Ecclesia ab initio semper viduarum, orphanorum, atque infirmorum curam gessit. Verum intelligat Ecclesiarum pastores, ita sibi spiritualibus per se ipsos incumbendum, ut rerum temporalium, quibus non solum propriæ, sed alienæ succurrendum est necessitati, non obliuiscantur. Quod si per se præstare non queunt, adhibeant diaconos in hoc ipsum ab Ecclesia sibi adiunctos, quorum opera, & studio muneri suo integrè (nam Apostolus Episcopum vult esse hospitalem ac benignum) satisfaciant. B. Chrysostr. non fuit admodum excipiendis hospitibus propensus, & hospitalis, licet haberet loca, & ministros, per quos pauperes aleret domi suæ; quod ipse quotidie aut scriberet, aut prædicaret: tametsi murmur propterea obortum negligeret. Gregorius vero Nazianzenus cum per duodecim annos rexisset Ecclesiâ Cō-

stantinopolitanam, quæ opulenter prouentus in singulos annos reddebat; nunquam tamen ad rationes reposcendas bonorum Ecclesiæ suæ, animam demittere voluit: tam intentus erat verbo Dei prædicando, & animarum saluti comparandæ. Illud vero quis ferre sine dolore valeat; ut Episcopi relictis ouilibus suis, & salute animarum neglecta, verbiq; Dei ministerio contempto, in aulis Principum Ecclesiæ, aut Regum se recipiant, quod illis mera ministeria temporalia impendant. Utinam Dominus iam tandem oculos aperiat eorum, qui in summis Ecclesiæ gradibus positi sunt, & his tantis calamitatibus Ecclesiæ aliquando prospicere dignetur.

*Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi, & ministerio verbi instantes erimus.* Placari solet ut plurimum multitudo, vbi postquam sinistram aliquid accidit, communitati in futurum prospicitur. Cum ergo illic non nihil ordinis desideraretur in dispensandis opibus Ecclesiasticis; Apostoli propterea consulunt certos, designatosq; viros dispensationi bonorum temporalium esse præficiendos. Nam ut ciuitas varijs ministrorum officijs, & corpus diuersis membris indiget: ita credentium multitudo novos ministros, & alios coadiutores necessario requirit. Atq; hæc dicta sunt contra eos, qui nostro seculo omnia confundunt, omnesq; ceremonias contemptui habent, omnemq; hierarchiæ Ecclesiasticæ ordinem de medio tollunt. Et alijs quidem electionem, siue nominationem tribuunt Apostoli, sub certis tamen conditionibus; sibi vero ipsis referuant numerum, & confirmationem, siue constitutionem, quia subdit: *Quos constituamus super hoc opus: quod sine manuum impositione, atq; alijs ceremonijs factum non est, ut videbimus.*

Numerus autem septem Diaconorum suggestus fuit Petro ab Spiritu sancto: tam ut Ecclesia nostra celestem illam imitaretur, in qua septem Angeli præcipui ante Deum assistere, atq;

Episcopi etiam qui nã ad tempus, nomen suum, ac munus abijciant, & deserant quodammodo.

Placandæ multitudinis ratio satis efficax.

Aduersus Hæreticos Ecclesiastici ordinis contemptores, atque hostes capitalissimos.

Diaconi septem cur tantum electi.



per illos omnia administrare Deus dicitur, de quibus Tobias cap. 12. & Apocalyp. i. tum vt septē lucernis, quæ in candelabro ante Deum lucebant, respondeant. Nam diaconi, oculi sunt Episcopi, qui omnia collustrare debent, & cauere ne Episcopo sacrificati, aut prædicanti quicquã sinistri accidat. Ille etiã numerus mirificè Spiritui sancto deseruit, cuius septem dona recenset Esaias cap. 11.

Códitiones autem eorum, qui erãt eligendi, plures existūt. Prima, vt sint viri, non pueri, aut senes, qui propter ætatem, aut insipientiam officio suo præstando nõ inueniuntur idonei, sed viri ætate, & prudentia præstantes. Secunda, quòd sint viri boni nominis, ac testimonij, id est, quibus publicè ora hominum bonorum attestentur: nam rarò bonum nomen sine virtutũ studio comparatur. Tertia, quòd sint pleni Spiritu sancto. Nõ enim sufficit bona fama, nisi adsit & conscientia: nam qui Spiritu sancto pleni sunt, nõ quærunt quæ sua sunt, sed quæ sunt Dei, ac proximi. Quòd autem pleni essent Spiritu sancto, facilè agnosci poterat eo tempore, vel ex dono linguarum, vel ex signorum virtute, vel ex prudenti prædicatione, siue exhortatione. Et quemadmodum facile est accipere, quo quisq; Spiritu præditus sit, superbix ne, an avaritiæ, an fornicationis, an odij, & acerbitalis in fratrem, quia ex abundantia cordis os loquitur: ita obscurum non erat coniectare, in quo tunc habitaret Spiritus diuinus. Quarta: Vult esse viros plenos sapiëntia, ne videlicet parum exercitati, & rerum imperiti, opes disipet Ecclesiasticas, & in eos, quibus nõ debentur, illas valeant collocare. Quinta conditio erat, vt nominaret septē, non plures, aut pauciores, quò in plures onere dispertito, facilius quisque posset suo satisfacere muneri.

Ac subdit plene aureum verbum, quod vellem in Episcoporum auribus perpetuò resonare, & ante eorũ oculos semper versari: Nos verò orationi, & ministerio verbi instãtes erimus. Hoc est enim proprium, & germanum Episcopi opus, orare, & prædicare. Or-

atione multum potest apud Deum Episcopus, prædicatione multum valet apud proximum: & qui in his duobus exercitijs maior est, ille præstãtiõr est animarum pastor. Et oratio præcedit ministerium verbi: quia in oratione & discitur quid sit prædicandum, & Spiritus hauritur, quo prædicandum est. Ideò concionator de more ab oratione inchoat concionem, & Apostolus in omnibus ferè epistolis, antequam doceat, siue euãgelizet, præmittit preces quas ad Deum pro eis fundebat. Deniq; per studiũ orationis minister verbi Dei tanquam cithara quædam temperatur, quòd possit cura maiori consonantia, & suavitate in concione sonum fundere: aut potius dum præcatur, seipsum in manibus Dei constituit, veluti instrumentum musicũ, vt ille pro suo arbitrio illud sui sermonis pleõtro pulsare velit. Et pondera verbum, Instãtes erimus: hoc est, serio, & magna diligentia in hoc incumbemus. Audi quæso Bernardi verba lib. De consideratione ad Eugeniũ: Quid, inquit, Episcopo turpius, quam incumbere supelleõtili, & substantiõle sua scrutari omnia, sciscitari de singulis, morideri suspitionibus, moueri ad quaq; perdita, vel neglecta? Non ita ille Ægyptius, qui Iosepho omnibus traditis ignorabat quid haberet in domo sua. Erubescat Christianus Christiano sua non credens. Homo sine fide, fidem tamen habuit seruo; super omnia bona sua constituens eum. Et hic erat alienigena. Mira res. Satis superq; Episcopi ad manum habent, quibus animas credant: & cui suas committant facultates, non inueniunt. Optimi, videlicet aestimatores rerum, qui magnam de minimis, paruum, aut nullam de maximis curam gerant. Sed, vt liquidò datur intelligi, patientius ferimus Christi iacturam, quam nostram. Hæc Bernardus: quæ sanè ad rem maximè faciunt & ad locũ propositum illustradum, & ad mores Episcoporum nostri seculi corripiedos.

Et placuit sermo coram omni multitudine. Gratum fuit fidelibus, quòd tam diligenter illi susurratiõni prospiceretur: gratum etiam, quòd illorũ electio ex suo penderet arbitrio: Nam li-

Oratio quid conferat: eius quãto studio Apostolus tenebatur.

Minister Euangelicus qualis esse debeat, suo vt muneri abunde satisfaciatur

Orationi, & ministerio verbi instare, quid. Bern. lib. 5. De consid. ad Eugen. c. 5. Studio Episcopi quo turpius nihil teneat Bernardo. Gen. 39. Matth. 24.

Phutiphare Sacerdotem imitari deberet Episcopus in quo.

II. ratio. Exo. 25. & infra 37. & Num. 8. Oculi Episcopi qui nam illi.

III. ratio. Ad diaconorum electionem quæ requirantur.

II. conditio.

Tertia.

Philip. 2.

Diaconos septem plenos fuisse Spiritu sancto, vnde perspicitur.

Matth. 12.

III. conditio Diaconorum.

V. ac postrema.

Proprium, & germanum Episcopi munus quod.

Quorum iugum nobis imponitur, & oculus leue.

De septē electioe Diaconorum.

Stephanus electus plenus fide, & Spiritu sancto.

Ioan. 12. & 13. II. ratio.

Philippus.

Prochorus. Simeon Metaphr.

Dorothe. Episcop. Tyri. Nicanor.

Act. 7. & 8. Dorothe. ibid.

Parmenas.

Dorothe. ibidem.

Nicolaus aduenam Antiochenus quis ille. Profelyti proprie qui.

benter eorum iugũ patimur, quos ipsi spõte nobis ipsis præficimus. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorũ, & Nicanorem, & Timõnem, & Parmenã, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Inter hos septem, primus, & vltimus singulariter describuntur. Primus quidẽ, quòd esset plenus fide, & Spiritu sancto, quẽ fide promeruit, & qui maxime necessarius erat, ne fur fieret vt Iudas, qui oculos communes Christi, & Apostolorum exhauriebat. Deinde ne bona Ecclesiæ aut per negligentia, & defidiam perderet, aut per iniuria, & iracundiam distribueret, aut propter populi vidualas, & nugas indignationem conciperet, aut deniq; ne per commercium, & familiaritatem cũ viduis mulieribus, etsi honestis, & sanctis, vitæ suæ puritatem, aut bonum suũ nomen contaminaret: ad hæc em omnia necessarius erat Spiritus sanctus. Similia quoq; Dei dona in alijs fuisse, non est improbable. Nam Philippus insignis fuit prædicator, & Samariæ prædicauit, vt habes cap. 8. vbi & Simonem magum, & eunuchum baptizauit: & quatuor habuit filias virgines propherantes in Cæsarea ciuitate, de quibus Act. 21. Tertius, fuit Prochorus, quem Simeon Metaphrastes testatur fuisse amanuensem Ioannis Euangelistæ in conscribendo Euangelio in Patmos insula. Producit quoque à Græcis autoribus libellus eiusdem de translatione B. Ioannis Euangelistæ, quem mihi videre adhuc non licuit. Dorotheus in Synopsi tradit fuisse Episcopum in Nicomedia Bithyniæ. Quartus, fuit Nicanor, qui eodem die cũ Syndiacono suo, ac Protomartyre Stephano cũ duobus millibus alijs mortuus est, vt tradit Dorotheus. Quintus fuit Timõ, qui Bostri Arabum Episcopus factus, à Gentibus cõbustus est: Sextus, Parmenas, qui in cõspectu Apostolorum diaconi officio fungès mortuus est, eodem Dorotheo referente. Postremus fuit Nicolaus aduenam Antiochenus, siue vt Græcè dicitur, Προσκήλυτος, à verbo Προσκήλυτος, id est, accedo. Vocabantur enim Profelyti proprie, qui ad religionem Iudæorũ ac-

cedebat, & Iudaismum profitebatur. Hebraicè dicuntur Gerim, Latine aduenæ, peregrini, & profelyti. Hic ergo Nicolaus à Fide dilapsus, cum Simone Mago commercium habuit: vnde & merito vltimum locum tenet inter Diaconos, sicut Iudas inter Apostolos postremum locum semper sortitur. Vnde nulla est securitas ab amplitudine status, sed à perfectione bonorum operum, & à perseuerantia, & humilitate. Hæresim excogitasse fertur Nicolaitarum, de quo Apocal. 2. dicitur: Sed hoc habes quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Verum hic Nicolaus, vt autor est Theodorus lib. 3. de hæreticarum fabularum aspectu, pulchram habuisse vxorem scribitur: cumq; apud Apostolos fuisset de zelotypiæ morbo accusatus; eam opinionem vt à se amouere conaretur, mulierem fertur in mediũ adduxisse, ac permisisse, vt qui veller, cum ea haberet consuetudinem: non quidem hoc decernentem, sed accusatorum calumniam cõuincẽtẽ. Vnde nonnulli quòd ob eam causam ab eo factum fuerat, pessime accipientes, cõmunes habere oportere vxores sanxerunt. Verum posthæc verba subiugit Theodorus: Clemens autem dixit Nicolaum fuisse ex eorũ numero, qui propter temperantiam clari, & insignes fide, & liberos suos supernaturalem castitatẽ docuisse: & filium quidem suum calibem permãsisse, filias verò virgines. Ex quibus pulchre conuincuntur, eos falsò ex illius appellatiõne nomen sumpsisse, qui antedictã intemperantiam exercent. Hæc ille. Eũ quoq; excusat Eusebius lib. De Eccl. histor. etsi Epiphanius in hæresin Nicolaitarũ scribès, eũ minimè excuset. Hos statuerunt ante conspectu Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus. Et verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde: multa etiam turba sacerdotũ obediebat Fidei. Grauis oritur hoc loco quæstio, an videlicet hi septem instituti sint diaconi ad ministrandum in mēsis profanis ea, quæ necessaria erãt corpori ad victũ: quã sententiam amplecti videtur Chrysostomus, & Canon xvj. sextæ Synodi, vbi habetur:

Nicolaus quare vltimũ locum inter Diaconos sortitus sit. Matth. 10. Mar. 3. Luc. 6. Vnde nostra securitas pendet, ille quã hæresim cõdidit. De Nicolao Antiocheno quid Theodorus testatum reliquerit.

Clemens Alexand. lib. 3. Stromat. longè ante med. Nicolai Diaconi qualis vitæ castimonia. Euseb. lib. 3. Eccl. hist. c. 29. tom. 1. Epiphanius in hæres. 25.

Diaconi septem ad qualem ministeriũ electi fuerit, sacrũ, an profanũ. I. opinio. Chrysostomus. 13. in Acta, tom. 3.

VI. Synod.

Caietan. in Acta.

II. opinio.

Tertia.

Act. 2.

Matth. 26. & 1. Corin. 11.

Mesa in Scripturis, etiam altaris nominis cur veniat

Nova ratio quorundam de murmure Græcorum, eo quod despicerentur viduæ eorum.

Quod Act. 6. institutum fuerit sacrum Diaconatus ministerium, atque ordo, eo probatur ex multis. I. ratio.

Inuenimus eos esse locutos (nèpè Act. 6.) non de viris qui ministrant mysterijs, sed de ministerio quod in vsu mensarum adhibebatur secundum Chrysostomum in commentarijs suis. Hæc ibi ferè. Idè quoque nostro seculo asseruit Caietanus, atque alij nouitatis studiosi. Alij verò tradiderunt, Diaconos hos ad verum Diaconatus Sacramentum promotos fuisse. Sunt qui fortasse rem penitus inspicientes, asseruerunt diaconos ab Apostolis ad vtrumque fuisse institutos, ad mensarum quidem ministeriũ: sed mensæ illæ non erant omnino profanæ absque Sacramento seu sacrificio. Cùm enim nouellæ illi Ecclesiæ in templo sacrificare non liceret, per singulas domos conueniebant ad frangendum panem, & more Christi, qui post cœnam Eucharistiã dispensauit Apostolis, participabãt de corporis, & sanguinis Domini sacrificio: ad cuius ministerium promoti sunt Diaconi. Mesa etiam ex vsu Scripturæ altare quoque significat, in quo Deus tanquam in mensa edere per ignem videbatur: ita qui ministrabãt mensis, quæ loco erat altarium tunc temporis, administrabant vtiq; Sacramenta. Quare nõ desunt qui sentiant, murmur illud Græcorum contra Hebræos ortum fuisse, propter eã quod viduis Græcorum subtrahebatur Sacramentum Eucharistiæ, quod viduis Hebræorum porrigebatur, quæ res videbatur percellere animos illorum. Non est tamen negandum, illos quoque ad bonorum Ecclesiasticorum curam, & distributionem (quæ bona quodammodo sacra erant, quoniam in vsu Apostolorum, & postea alendorum Episcoporum, & pauperum cõferebantur) promotos fuisse.

Quod igitur ibi institutum sit sacrum Diaconatus Sacramentum, ex ipsis verbis nõ obscure colligi potest. Primò ex his, quæ Apostoli exigunt ab ordinandis, vt scilicet sint pleni Spiritu sancto, & sapientia, & habentes bonum testimonium: hæc enim arguunt excelsum esse gradum, ad quem euehebantur. Non ergo ad ministerium nudum mensæ profanæ. Nam Paulus docet, vt contemptibilibus, qui in Ecclesia Dei sunt, iudicium rerum tempora-

lium permittatur; ait enim in prioribus ad Corinthios: *Secularia igitur iudicia si habueritis; contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum*: Quanto ergo magis id dixisset de cura bonorum temporalium tradenda? Vnde & Dominus loculos Iudæ tradidit gubernandos teste Ioanne. Deinde quid opus erat aut oratione, aut impositione manuum, quæ coram populo fiebat, nisi aliquam sacram, diuinamque, ac nouam potestatem per illam ceremoniam illis contulisset? Nam ad dispensandum communem cibum, & potum in mensa, satis erat simplex populi electio, sine alijs Apostolorum ceremonijs. Data est ergo potestas ad dispensandum corpus, & sanguinem Dominicum, & ad dispensandã bonam Ecclesiasticam, ac Deo consecratã in vsu pauperum; nã hæc nisi à viris Deo consecratis, & sanctificatis præstari minimè decebat, cùm nullum Sacramentum institutum sit ad ministerium merè temporale, & profanum, sed omnia spectent ad aliquam sacram functionem. Tertio, argumentum solidum sumitur ab effectu qui promotionem illam subsecutus est. Nam statim subditur: Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo: prædicabat quoque feruenter, & cum fructu, disputabatque cum Iudæis, ita vt nõ possent resistere sapientiæ, & Spiritui qui loquebatur. Insignis etiã fuit gratia Philippi, qui conuertit Samaritanos, baptizauitque Samaritanos, atque Eunuchum Candacis Reginæ Æthiopum: postquam prius ille de Christo euangelizasset. Subditur quoque de fructu huius promotionis: Et verbum Dei crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum: vbi innuitur illos in diaconos promotos, & prædicasse cum fructu, & baptizasse, & numerum fidelium auxisse, & non tantum in mensa communes cibos, aut Sanctum Domini ministrasse. Hinc in Pontificali Romano Episcopus alloquens promouendos in Diaconos: *Oportet, inquit, Diaconum ministrare ad altare, baptizare, & prædicare*. Et licet primum essentiale sit diacono: secundum & tertium ex

Secularia in Ecclesia iudicia à quibus volebat Apostolus exerceri, 1. Cor. 6. Ioan. 13. & sup. 12. I. ratio.

III. ratio.

Act. 8. & seq.

Officiũ Diaconi quod sit.

B. Ambros. 10. 5. a med.

1. Tim. 3. & seq.

Tit. 1.

Diaconi quæ partes iuxta Apostolum.

Mysteriũ fidei in cõscientia pura apud eundem quid. 1. Cor. 10.

Matth. 26.

Esai. 52.

Diacono bene ministranti, bonum gradum quæ promittat Apostolus.

1. Tim. 3. B. Ambros.

B. Thomas tom. 16.

commessione, & in necessitate, quæ tum magna erat, competunt Diacono. Idem docet Ambrosius in cap. 4. ad Ephes. Neque Petrus Diaconos habuit, aut diem quæsiuit, quando Cornelium cùm omni domo eius baptizauit, nec ipse, sed iussit fratribus, qui cum illo ierant ad Cornelium ab Ioppe. Adhuc enim præter septem Diaconos nullus fuerat ordinatus. Et paulo antè: *Euangelista, inquit, Diaconi sunt, sicut fuit Philippus. Nam quamuis non sint sacerdotes, euangelizare tamen possunt sine cathedra, quemadmodum & Stephanus, & Philippus memoratus*. Hæc ille. Vt interim omittã quæ Paulus exigit scribens ad Timotheum de his, qui promouendi sunt in Diaconos: vt scilicet sint vnus vxoris viri, pudici, non bilingues, non multo vino dediti, non turpe lucrum sectantes, & habentes mysteriũ fidei in cõscientia pura, hoc est, verbum fidei, quod prædicabat Diaconus, & quod à mundo corde debet proficisci: vel potius, quod commodius, ac coherentius est Paulo, per mysterium fidei, intelligit calicem benedictionis, de quo in forma consecrationis sanguinis dicimus: Hic est calix sanguinis mei noui, & æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, &c. Vt intelligat Diaconus, non commune, & profanum poculum, sed sanctum, ac benedictum sibi esse ministrandum: ideo munda conscientia illud ministrat, iuxta illud: *Mundamini, qui fertis vasa Domini*. Nec exigeret Apostolus tantam morum puritatem in Diacono, si tantum esset in mensa profana minister: neque polliceretur ascensum ad maiorem gradum bene ministrandi; subdit enim: *Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirunt*. Vbi beatus Ambrosius in 3. capit. 1. ad Timotheum tomo. 5. circa finem, bonum gradum interpretatur esse presbyterium. Thomas verò exponit, bonum gradum, esse Episcopatum, de quo paulo antè dixerat: *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*. Nam profectò qui bene ministrat in loco, & gradu inferiori, dignus existit, qui ad superiorem, & nobiliorem promoveatur.

Vnde & Græca vox βαδύς dignitatem, & gradum alteriorem significat. Omitto etiam, quod Paulus ad Philipenses capit. 1. Diaconos post Episcopos salutat: *Paulus, inquit, & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis & Diaconibus*: vbi distincti à plebe sancta. Salutãdo Diaconos, ostendit sacrum esse Sacramentum: maximè quia Philippis non erant omnia communia, vt Hierosolymis, vt opus esset Diaconis isti tantum curæ deputatis. Non negamus tamen, etiam vbi non essent omnia Christianorum bona communia, opus fuisse Diaconis, qui præter altaris ministerium curam haberent bonorum temporalium Ecclesiæ ad clericos & pauperes illius Ecclesiæ alendos. Siue igitur respiciamus quæ Apostoli exigunt ab his, qui sunt promouendi ad Diaconatum, siue ceremonias, & orationes, quibus sunt promoti, siue fructum in ipsis Diaconis, atque in alijs subsecutum, siue alios locos Scripturæ de Diaconis loquentes consulamus; apertum erit, Diaconos diuinam quandam potestatem, ac nouam in illa promotione suscepisse. Et quia quæstio hæc facti est potius, quàm iuris; per testis maximè idoneos comprobari debet, qui vel ipsi oculis suis hæuserunt, vel ab alijs qui viderunt, accipere potuerunt. Nec enim aliter sacra Scriptura est interpretanda, quàm sancti Patres nobis expositam tradidere. Primò igitur loco prodeat Clemens Petri discipulus in libro Cõstitutionum Apostolicarum; qui induens personam Apostolorum, in hunc, qui sequitur modum de his Diaconis scribit: *Post assumptionem Domini, nos oblato secundum eius ordinationem sacrificio puro, & incruento, cõstitimus Episcopos, Presbyteros, & Diaconos numero septem, e quorum numero vnus erat Stephanus beatus Martyr, qui in amore erga Deum nobis non erat inferior; quique adeo fide sua pietatem, charitatemque erga Dominam nostram Iesum Christum ostendit, vt pro ipso animam tradiderit, à Iudæis*

βαδύς Græcè quid.

Quantũ fecerit Diaconatum Apostolus.

Eadem veritas Patrũ testimonio cõfirmatur.

Sacra Scriptura quo tantũ modo sic interpretanda

Clem. Rom. lib. 8. Cõst. Aposto.

Matth. 26.

B. Stephanũ martyris cõcomium.

Act. 7.

Ibidem.

Ignatius epist. 5. in init. fere.

Episcopus quid teste B. Ignatio.

Presbyteriū quid, & Diaconus eisdē.

Diony. Areop. lib. de Eccl. hierar. cap. 5. Idem epist. 8. in med. & princ.

Cypria. lib. epist. 4. paulo ante medium.

Idem. lib. 3. epist. 9. sub finem.

Domini interfectores, saxis percussus. Sed tamen tātus ac talis vir, qui spiritu feruens erat, & qui vidit Christū à dextris Dei, & cæli portas apertas, nusquā apparet ijs officijs, quæ Diaconia nō cōueniunt esse vsus, vel sacrificiū obrulisse, vel manus alicui imposuisse, sed vsq; ad finem Diaconia ordinem seruasse. Hæc ille, docens Diaconatum esse ordinem sanctum, quia connumerat Diaconos cū Episcopis, & presbyteris: deinde fuisse hanc promotionem Diaconorum peracto sacrificio incruento celebratam. Et ita cum ait hinc Apostolos orasse, non intelligas sine sacrificij oblatione.

Secūdo loco prodeat Ignatius Clementi cōuus, qui epist. ad Trallianos hæc scribit: Oportet & Diaconis qui sūt in ministeriū Iesu Christi, omnimodo placere. Non enim in cibo, & potu sunt ministri, sed ministerij Ecclesie Dei. Et infra: Quid est Episcopus, nisi omnē principatū, & potestatem omnium illorū tenēs, quemadmodum de ceat hominē tenere, imitatorē Dei factum secundū virtutem? Quid est Presbyteriū, nisi institutio sancta cōsiliarij, & confessoris Episcopi? quid etiam Diaconi, nisi imitatores Christi ministrantes Episcopo, sicut Christus Patri, & operātes illi operationem mundā & immaculatā? quomodo sanctus Stephanus beatissimo Iacob, & Timotheus & Lucas Paulo, & Anacletus, & Clēmēs Petro. Præterea Dionysius de Eccl. hierarchia docet: Diaconatū, inquit, credimus ab Apostolis incepisse. At vbi quæso nisi Actū. 6. Et in epistola ad Demophilū vocat Diaconatum, sacrum, & diuinū ordinē: at quomodo sacer, & diuinus, si tantum communibus viduarum mensis ministrabat? Cyprianus ad Polycarpū, & ceteros Nec hoc, inquit (scilicet de conuocanda plebe) in Episcoporum tantum, & sacerdotum, sed in Diaconorū ordinationibus obseruasse Apostolos animaduertimus, de quo & ipse in Actū. Apostolorū scriptum est: Et conuocauerunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum, &c. Et ad Rogatianum: Meminisse autem Diaconis debent, quoniam Apostolos, id est, Episcopos, & prepositos Dominus elegit: Diaconos autem post ascensum Domini in cælos, Apostoli sibi constituerunt.

Episcopatus sui, & Ecclesia ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, possunt & hi contra nos audere, à quibus Diaconi sunt. Hæc ille, vbi docet Diaconos Episcopatus esse, & Ecclesie ministros. Et idē docet Hieronymus in cap. 48. Ezechielis: Mini stri, inquit, ignorantes humilitatē status sui, vltra sacerdotes, hoc est, presbyteros intumescunt; & dignitatem non merito, sed diuitijs existimant. Certē quæ primus fuerit ministrorū, quia per singula cōtinuatur in populos, & à Pontificis latere nō recedit, iniuriā putat, si presbyter ordinatur, & non meminit mensarū, & viduarū minister, in obsequium se, & ministerium non solum sacerdotū, sed & viduarum, & pauperum delegatum. Hæc ille, tradens, Diaconos non tantū ad ministrandū sacerdotibus, sed etiam in ministeriū viduarum, & pauperū promotos. Unde B. Laurentius thesauros Ecclesie dedit pauperibus, vt docet Ambrosius: & Sixto Pontifici in sacrificio ministrabat: Tu, dicebat Laurentius ad Sixtū, nunquam sine ministro offerre sacrificiū consueueras: experire an idoneū inueneris Domini calicis dispensatorē. Hinc Leo Papa sermone de sancto Laurentio: B. Laurentius non solum ministerio sacramentorum, sed etiā dispensatione Ecclesiastica substantia præeminebat. Et Beda in hæc ipsa verba Act. 6. Nō illi qui eos statuerunt, sed Apostoli imposuerunt eis manus. Etenim cōmunis quidem dispensatio exigebat, vt ministri pro viduis eligerentur viri: verum vbi inuenti sunt, qui digni ad hoc ministerium esse viderentur, crescente grad. itum, vt solet, prouidentia cōsiliij salutaris, placuit eosdem ipsos altaris quoq; sacri ac Domini sanguinis, sicut & refectionis, mensaq; communis multitudinis credentium ministras ordinari. Hæc ille. Idē his verbis docet Arator in Acta. Iura ministerij sacris altaribus aptis. In septem statuere viris, quos yndique lectos Leuitas vocitare placet. Quam splendida cepit Ecclesia fulgere manus, qua pocula vitæ. Miscet, & latice cum sanguine porrigat agni.

Deus Episcopo fecit teste Cypriano

Hiero. tomo 5. circa fin.

B. Ambros. lib. 2. Offic. c. 28. circa med. tom. 1 sub init.

B. Leo Pap.

Beda lib. retract. in Act. Apost. in ca. 6. in init. tom. 6. in princ.

Arator lib. 1. paulo ante med.

Quod

Triplet in contrariū argumentum refpondetur. Basil. Mag. tom. 2.

1. Tim. 3. & seq. Tit. 1. Socra. lib. 7 hist. tripar. cap. 19. Guiliel. Parisien. de Sacram. Ordinis cap. 4. a med. par. 2. circa init.

II. Argum.

Euaristus Papa.

III. Argum.

Caiet.

Idem.

Quod si obijcias Chrysofomi auctoritatem; certē cōtra torrentem tot aliorum Doctorum, & ipso antiquiorum, & posteriorum, non est recipienda. Certē Basilius Magnus in moralibus prope finem intelligit electionē illam Diaconorum Act. 6. non nisi de sacris altaris sancti ministris, & Diaconis, de quibus Apostolus ad Timotheum, & ad Titum scribit, esse accipiendam. Et Socrates in Historia tripartita refert, Ecclesiam Romanā septem tantum retinuisse Diaconos ad imitationem septem Diaconorum per Apostolos electorum: Guilielmus Parisiensis in tractatu de Sacram. Ordinis producit epistolam beati Petri ad Clémentem, vbi hæc habentur verba: Nonnullis autem visum ab initio diaconale fuisse officium pauperum ministrare mensis, sicut legitur Act. 6. manifestum autem est ex ipsa consuetudine eisdem Ecclesie, diaconale officium totum circa Missarum solennia consistere. Hæc ibi. Deinde si obijcias Canonem. 16. Sextæ synodi, respondebitis, Canones illos vix ab Ecclesia Romana receptos esse, cum post quinquenium, vt quidam volunt; alij verò post 27. annos à Concilio Generali exactos eiusmodi Canones in Trullo palatio Regis conditos tradant. Adde quod sub anathemate nihil in illo Canone statuitur. Accedit, quod in Canone. 2. eiusdem Sextæ synodi approbatur Concilium Neocæsariense, quod ante Nicenam synodum celebratum fuit: in cuius Canone. 14. statuitur plures nō esse, quàm septem sacros Diaconos in qualibet ciuitate, vt in Ierusalem erant Act. 6. Quemadmodum etiam Euaristus Papa epistola. 3. ad Episcopos Africanos, & ante eum Anacletus docent, quod Diaconos cōueniat habere Episcopum, & modum quo ordinandi sunt, ex cap. 6. Actū Apostolorum. Tertiò si obijcias Caietanū hoc loco, opponemus illi se ipsum, qui olim in quodā Quodlibeto de hoc ordine melius & sensiti, & scripsit: Opponemus illi & Patres omnes prædictos, & doctrina, & antiquitate conspicuos;

imò etiā Ecclesiam Romanā, quæ in ordinatione Diaconorū (vt habetur in Pontificali Romano) ita precatur per Episcopū: Vt Deus velit hos gratia Diaconatus insignire, vt digni existāt gradu, quo in septenario numero Apostoli Stephanū cum alijs elegerunt. Hæc ibi; vbi Ecclesia Rom. proficitur illos septē ad verū Diaconatus Sacramētū promotos fuisse. Et hætenus de huius loci veritate, & gerana intelligentia nobis dictum sit. Ad textum igitur redeamus, electio non sine oratione fit. Et quoniam oratio duplex est, altera priuata cuiusq; singularis per se, altera solennis & publicæ, quæ nō fit à Diacono, aut plebe, sed à sacerdotibus ad altare sacrificiæ pro Regibus, & Principibus, & pro ministris, atq; tota Ecclesia, quæ corpus est Christi; hoc loco de hac secunda videtur esse sermo, quia dicitur: Et orates imposuerunt eis manus, & quia, vt superius ex Clémentē Romano admonuimus, non nisi oblato incruento sacrificio illi septē ad Diaconatum sunt promoti. Et in eodem sensu accipimus verba Apostoli ad Timotheum: Obsecro igitur primam orationem fieri obsecrationes, orationes, postulationes, &c. quæ verba ad preces, quæ in sacro Missæ exhibetur ministerio, referunt veteres Patres, Chrysofomus homil. 6. in 1. ad Timotheum capit. 2. Theophylactus, Ambrosius, & Augustinus epistola ad Paulinum. Et verbum Dei crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde. Dicitur verbum Dei crescere, quia qui illud prædicabant, augebantur: nam Apostoli liberius suominereungebantur; postquam sacriam illam alendi viduas deposuerunt; tū quia Diaconi electi etiam prædicabant non sine magno fructu, vt docet ex epla Stephani & Philippi; tū quia homines qui verbum Dei recipiebant, multiplicabatur, qui illō adeo afficiebantur, vt diceretur verbum Dei crescere, semelq; edocti plenius instruebantur. Et addit, quod multæ turba Sacerdotū obediebat fidei: quod vt rem singularem charat Lucas. Et videntur ceteris laicis ferrus venisse

Cum electio sine oratione nō fit, & hæc duplex sit, priuata, & publica, de qua hic sermo fit.

Ephes. 1. & Colof. 1.

Clem. Rom. vbi sup. prædictus fuit.

1. Timor. 2.

Chry. tom. 4.

Theophyl. ibid.

Ambros. ibid. tom. 5. circa fin.

Augu. epist. 59. in solu. ad 5. quæst. tom. 2.

Verbum Dei quomodo crescebat. Act. 6. infra. 8.

Sacerdos quoniam obediētia fidei, vt ait Lucas.

ad fidem siue agnoscendam, siue amplectendam: nam fieri poterat vt illa agnoscerent, & ne honorem pristinum amitterent, sint retardati. Et aduerte, non summos Sacerdotes, qui semper pertinaciter & Christo predicanti, & Apostolis docentibus reluctati sunt, verum minores Sacerdotes fuisse ad fidem conuersos, & verbum illud: Turba Sacerdotum, vel ad contemptum in dicandum spectat, vel turbam pro multitudine accepit, vt superius appellarat turbam hominum. Et verisimile est, istos Sacerdotes visu tot signorum, & integritate Ecclesie Apostolicę, atque sanctitate permotos fuisse, vt Fidei obediunt, non tantum credendo, sed opera quę fides prescribit amplectendo.

Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Proponit sacra Scriptura Iobis patientiam, Abrahamę obedientiam, & mansuetudinem Dauidis: ita hoc loco martyrium Stephani eximium; vt sicut Apostolos hactenus proposuit in exemplum Episcopis, ita nunc proponit Stephanum alijs Ecclesie ministris. Hic cum prius diceretur plenus fide, & Spiritu sancto, hic dicitur plenus gratia, & fortitudine: nam Spiritus sanctus ad confirmandum, & corroborandum datus est. Hęc igitur sunt insignia militum Christi, fides, gratia, fortitudo in aduersis, & Spiritus sanctus donorum omnium largitor. Cum ergo plenus esset, iam maturus erat, iam alios fructus debebat proferre: reliquum est, vt in terram cadens proiciatur, vt mortuus cum fuerit, multum fructum adferat: nec equum est, vt ipse mens vacet, quem Deus spiritu impleuerat ad alios rapiendos, & illustrandos. Corona nam primus accipiat, qui coronę nomen habet: martyrio siquidem inest corona magna, & peculiaris aureola. Necessaria autem Martyri sunt plenitudo gratię, & plenitudo fortitudinis: non est enim omnium extrema pars propter Christum. Nam quidam Petri quondam imitatores cum arrogantia dicunt: *Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo*, qui tamen postea vel ad ancillę vocem pernegat. Hinc

Dominus dicebat; *Quod ego vado, vos non potestis venire.* Alius vero extremus error aliorum est, qui putant sibi licere Christum ore obiurare, modo corde cõfiteantur. Quibus obstat Domini verbum: *Qui negauerit me coram hominibus, negabo eum ego coram Patre meo, qui in caelis est.*

Si vero quis dicat, se non esse plenum gratia, & fortitudine, aut se tale non agnoscere, vt possit esse in confessione constans: Respondendum est, quod si ipse Deum non tentauit, neque arroganter de se quicquam sensit, sed improuusus casus in illam necessitatem adegit, animum suum confirmare debet, & erigere ad Deum, ac rogare, vt quod deest gratię, & fortitudinis ad patendum, dignetur pro sua bonitate adijcere: qui mox fide inuocatus deesse non poterit. Proprie est enim Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. *Faciebat prodigia, & signa magna in populo.* Eorum est proprie signa facere, qui prestant in excellenti fide: & fides perfecta eorum est propria, qui parati sunt ad martyrium. Vnde plurimos legimus martyres etiam signa magna fecisse: illi enim animo martyres erant, sed non occurrit opportunitas, quemadmodum de Antonio, Dominico, atque Francisco legimus, qui martyriũ sitientes non obtinuerunt. Et signa dicitur fecisse in populo, id est, ad vtilitatem populi, vt eos Christo lucrificeret. Nec minus quoque signa fecit spiritalia verbis, & operibus, cecos, claudos, atque leprosos secundum spiritum ad Christum trahendo.

Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quę appellabatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientia, & Spiritui qui loquebatur. Sęper virtutē consecuta est inuidia, & pietatē impietas ferre haud valet. Et Christus pro gloria sua permittit Euangelicas veritates in decertatione venire, vt sui & gloriosi fiat in disputatione vincētes, & illustres, postea pro veritate quę demonstrarunt occubentes. Surrexerunt igitur quinq; scholę,

Duplex genus hominum martyrij honorē eludentium.

Iuan. 13. Matth. 10.

Qua ratione quis constans & fortis possit esse in martyrio.

Quibus Dominus non deest.

Psal. 144.

Signa facere quorum sit proprię.

Quorum fides perfecta sit propria.

Quid est Stephanus fecisse signa magna in populo.

Virtutis perpetua comes inuidia. Deus cur sinat Euangelicas veritates in disputationem venire.

siue

Sacerdotum cur turbam apellet.

Act. 1. Vnde ad fidem illi fuerint promori

B. Stephani (& sanctorum vironum) pro Christopatię exemplis quare proponitur.

Iob. 1. & 2. & Iacob. 5. Gen. 22. Psal. 131.

Militum Christi quę sint insignia.

Iuan. 12.

Stephanus quid.

Premium martyris quod.

Martyr quid habere debeat.

Matth. 26.

siue gymnasia, siue collegia hominum Iudæorum, qui Ierosolymis agebant, vt religionē addiscerent, & Scripturarum expositiones a legis doctoribus, siue Scribis perciperent. Et illos enumerat, nempe Libertinorum, Cyrenensium, Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia, & Asia: nam ex istis prouincijs, quę a Iudæis inhabitantur, parentes filios suos Ierosolymam destinabant studiorum, & virtutis gratia: quemadmodum hodie adolescentes ablegantur paternis ædibus Bononiam Italiae insignem academiam, vel Parisiorum Lutetiam in Gallia omnium bonarum literarum altricem, & olim Romani Athenas disciplinarum vniuersarium emporium & parentem, vt linguis, & moribus assuecant alienis. Hęc est enim ingeniorum veluti insitio quędam, qua mitemcunt, ac naturam exuentia syluestrem erudiuntur, non statim aut damnare, aut odio prosequi quicquid a vernaculis ritibus diuersum est. Qui populi essent illi, qui dicuntur Libertini, non satis constat, quanquam Lyranus ex glossa interlineari admonitus existimet a regione quadam dictos fuisse Libertinos, & fortassis a Lybia, cui propinqui sunt Cyrenenses, & Alexandrini. Sed cum Cosmographi nunquam eorum populorum meminerint, non potest illud vt certum & exploratum tradi. Quanquam Beza existimet literam corruptam, & legendum esse *Λιβιστινων* pro *Λιβυστινων*: ijdem autem sunt Lybistini qui Lybies, vel Libici, qui scilicet sint ex Lybia oriundi inter Ægyptum, & Cyrenaicam Media interiecta, sicut Cilices cum Asiaticis coniuncti sunt. Sed profecto non est verisimile omnes codices fuisse corruptos. Ideo non videtur a vero alienum, deuiata per Pompeium Iudæa, abductos fuisse Romam multos Iudæos natiuos, qui fortassis manumissi sunt, libertinique effecti, qui religionis, ac studij gratia Ierosolymam profecti, in ea habitabant. Notum autem est, Libertinorum conditionem mediã esse inter ingenuos, & seruos; adeo quidem, vt ingenui magnam sibi fieri putarent iniuriam, si cum Libertinis coniugerentur. Ita

que probabilitate non caret, Libertinis suam peculiarem scholam fuisse in vrbe Ierosolymorum assignatam, & confirmatur aperta sententia Philonis, qui in libro de legatione sua ad Caium ita habet: *Augustus nunquam sustinuit se appellari Deum, vel dominum, auersatus tantam adulationem, nec dissimulans probari sibi Iudæos, qui abominarentur talia. Alioqui non passus fuisset Transyberim bonam vrbis partem tenere a Iudæis, quorum plerique erant Libertini: quippe qui belli iure in potestatem redacti ab heris suis manu missi fuerant, permisi viuere maiorum ritu. Hos sciebat habere suas prosenchas, in quibus cætus facerent, præsertim Sabbatis, iuxta religionem patriam. Sciebat eos collectas primitiarum nomine mittere Ierosolymam, & certos homines, qui pro ipsis offerrent victimas: eos tamen nec vrbe iussit excedere, nec multauit iure ciuium. Hęc ille. Erant ergo Libertini, Romæ Iudæi degentes: ideo primo loco nominantur. Et huius sententię est hoc loco Chrysostomus, existimans significari Iudæos, qui libertate donati erant a Romanis, & propriam Synagogam Ierosolymę habebant. Reliquę prouincię non sunt ignotæ. Nam Cyrenenses dicuntur e Cyrene prouincia siue ciuitate in Africa, quę a quinque vrbibus, quibus fulgebatur, dicta est Pentapolis, nimirum Hesperia, quę olim Berenycę dicta est, secunda Apollonia, tertia Ptolemais, quę antiquo nomine Barce appellata est, quarta Arsynõe, quę aliquando Theuchira vocitata fuit, quinta, quę omnium clarissima, ipsa Cyrene.*

Alexandrini ab Alexandria nobilissima vrbe Ægypti. Cilicia vero, nota est prouincia, cuius metropolis Tharsus, atque in hac schola sub Gamaliele præceptore agebat Paulus, & fortassis etiam frater eius consobrinus Stephanus, vnde vterque ex scholis ad Apostolatam sunt vocati. Quinta schola erat ab Asia, non quidem minori, quia in ea erat Cilicia, quę ab illa distinguitur, nam hęc, vt etiã Asia maior, multas prouincias cõplectitur: sed loquitur de peculiari quadam prouincia sita in

Philo. p. 1. circa finem.

Cæsar Augustus Dei, vel domini nomen sibi oblatum recusauit, auersatusque est.

Chryf. hom. 15. in Acta.

Cyrenensis vrbe.

Alexandrini qui nam illi. Cilicia quid. Act. 22.

De quâ Asia surrexerunt quidam eorum, qui disputabant cum Stephano.

Qui fuerint Libertini. I. Opinio. Lyran.

II. Opinio minus probabilis, & vera, Theodori Beza.

III. probabilior cæteris omnibus.

Libertinorum conditio qua sit.

Asia minori, de qua Apocalyp. i. dicitur: *ioannes septem Ecclesijs que sunt in Asia*, & Act. 2. dictum est: *Et qui habitant Mesopotamiam, Iudam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam*, ubi etiam de dicta particulari Asia loquitur: nam alioqui in Asia minori erant Phrygia & Pamphilia. Simili ratione loquitur Petrus Apostolus electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ: ubi Asia condistinguitur ab Asia peculiari, & alijs Asiæ minoris prouincijs. Harum igitur scholarum studiosi nihil permoti miraculis Stephani, quem admodum nec Pharaonis visis signis Moysis, nec Pharisæi conspectis Christi miraculis, & Philisthijm, qui videbant idolum suum coram arca consistere non posse, nec tamen ad Deum conuertebantur, voluerunt in disputationem venire cum Stephano; atq; eius os obturare. Sed secus res euenit: nam non poterant resistere sapientiæ, & spiritui qui loquebatur. Non explicatur qua de re disputaretur: sed profecto ex subiunctis, & his quæ ipse in progressu suæ orationis producit, videtur fuisse disputatum de Christi aduentu, & resurrectione: & hinc cum spiritui, & veritati resistere non possent, nequam inuidiæ spiritus ortus est, ut quem ratione superare non poterant, fraude & calumnia peruincerent; ac proinde se dignos omni damnatione ostenderent.

Tunc summisserrunt viros, qui dicerent se audiuisset eum dicentem verba blasphemiam in Moysen & Deum. Commouerunt itaq; plebem, & Seniores, & Scribas: & concurrentes, rapuerunt eum, & adduxerunt in Concilium, & statuerunt falsos testes, qui dicerent, Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum & legem. Audiuimus enim eum dicentem, quoniam Iesus Nazarenus hic, destruet locum istum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses. In multis voluit Dominus reddere sibi simile Stephanum. Nam & ipsum voluit implere Spiritu sancto, operari signa, aduersarios in disputatione vincere, inuidiam contra eum permitti concitari, subornari

falsos testes qui contra eum deponerent, accusare eum blasphemiam, quo crimine nullum erat apud Iudæos capitalius, nec apud populum atrocius. Similes machinas aduersus Dominum excitant, ut verum sit illud: *Patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius?*

Duo autem falsa præcipue testati sunt hi: alter um, quod Iesus Nazarenus esset destruendus locum illum; quod tamen Christus dixerat Gentes esse facturas; alterum, quod Christus esset mutaturus traditiones Moysi; cum Christus se potius venisse ad implendum legem Moysi dixerit. Quare mirum est, quod Caietanus in Matthæum, exponens illa verba: *Non veni soluere legem, sed adimplere*, tradit, Christum non destruxisse, aut soluisse legem dum viueret, bene autem post mortem; cum tamē hic falsi testes dicantur, qui Christum destruxisse legem testantur: nunquam enim Christus legem abrogauit ad sensum illorum, sed abrogatam & mortuam declarauit. Hæc illi magna arte, & hypocrisis in Stephanum obiectabant, postquam adduxerunt eum in Concilium, quod Græcè dicitur συνέδριον, in quo Christi causa agitata fuit, & simile falsum testimonium obiectum, nempe Possum destruere templum Dei, & in triduo reedificare illud. Vbi vides calumniatoris esse & falsi testis verba inuicere, ut calumniam struat, & crimen intentet. Et intuentes eum omnes qui sedebant in Concilio, viderunt faciem eius, tanquam faciem Angeli. Moris est omnium oculos intendi in reum, cum pro se ipso est verba in iudicio facturus, & causam suam acturus. Quemadmodum autem animo sibi male conscio nihil est truculentius, aut formidabilius: ita mentis innocentia, & secunda mens, quæ est quasi iuge conuiuium, etiam in fronte, & vultu ipsius relucet. Pallere solet facies criminis reorum, balbutiunt, & alia trepidationis signa edunt: non sic Stephanus, quem nec timor, qui pallorē generat, nec ira, aut attrahibilis, quæ faciem mutant, animum illius perturbabant; imò ipse Spiritus sanctus, qui

Matth. 10.

Iudæorū de Stephano duoprecipue falsa testimonia.

Infrā. 24. & Luc. 21. Matth. 5.

Caietan. in Matth. ca. 5. Quod falsum sit dictum Caietani, Christū post mortē legē Moysi soluisse.

Matth. 27. Ioann. 2. Suprā. 26.

Calumniatoris & falsi testis quid sit proprium.

Perturbata conscientia res quam formidabilis, atq; truculentia. Prou. 15.

Mēs sibi conscientia recti, qualis Salomoni

1. Pet. 4.

Iudæorū qui cum Stephano disputarunt, obstinata qualis. Exod. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 1. Reg. 5.

Qua de re Iudæi disputarint cū Stephano.

Idem vnde redditi inexcusabiles.

In quibus sibi simile Stephanū Christū fecerit. Matth. 26.

Blasphemiam crimē apud Iudæos quā graue.

Exod. 34.

D. Stephan. in Concilio vultū presertulit Angelicum.

Sap. 17.

Euseb. Emissen.

B. Martyris Stephani en somnium.

Matth. 12.

Secunda ratio Angelici vultus Stephani.

intus erat, foras erumpebat, ut clarior rem eius redderet vultū. Nam si Moysis facies in veteris Testamenti latione respenderit, cur non magis Stephani in nouæ legis dispensatione? Atq; illa quidē vultus claritas, & alacritas responebat calumnijs pro Stephano; cum timida sit nequitia, & semper præsumat: scilicet perturbata conscientia. De hac gloria Eusebius Emissenus in serm. de sancto Stephano ita philosophatur: *Qui sic magnificat morturum, putas quomodo decorabit æternum? Viderunt faciem eius: abundantia cordis transijt in decus corporis: in exterioris gloria candor interioris exundat: & abscondita pectoris ornamenta, speculum frontis irradiant: habens intra se Spiritum sanctum, os præ se gestat Angelicū.* Hæc ille. Hanc præterea gloriam tribuit illi Deus, eo quod in turba nonnulli iam maturi essent ad salutem, aut certè horum aliquando recordati poterant ad fidem affici, atque dif-

poni. At verò qui castitatem colit, etiam si cum mulieribus muneris sui obeundi gratia familiaritatem habeat, profecto Angelus est propter singularem puritatem. Rursus qui Christi fidem profitetur, illamque coram hominibus strenuè tuetur, Angelus est, fortitudine præditus Angelica, & qui tanquam Angelus corporis nullam curam habet. Postremo qui Spiritu Dei plenus est, quid potest nisi saltem illos spiritus cœlestes, qui eius nutu, vel consilio reguntur, representare? Utinam nos continentiam, quæ debemus pro statu nostro, seruemus, Christi fidem pro muneris nostri ratione propugnemus, atque Spiritui sancto in nobis locum demus, ut Stephani instar facies cōuersationis nostræ splendeat ad gloriam Iesu Christi amplificandam, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper viuit, & regnat in secula seculorū, A M E N.

Qua ratione Angeli esse valeamus.

Tertia ratio



TRACTATUS XXIII.

In illa verba: *Dixit autem princeps Sacerdotum, Si hæc ita se haberent? Qui ait, Viri fratres, & Patres audite: Deus gloria apparuit patri nostro Abraham cū esset in Mesopotamia, priusquā moraretur in Charran, & dixit ad illum, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi. Tunc exijt de terra Chaldæorū, & habitauit in Charran, & inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis. Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis; sed promisit dare illi eam in possessionem, & seminij eius post ipsum, cū non haberet filium, &c. Act. 7.*

Anne principis Sacerdotum hypocrisis, & iniustitia.



In hoc loco verè videtur capitulum inchoandum, ut Stephani responsio cū interrogatione principis Sa-

cerdotum cohercat, Rogat igitur princeps Sacerdotū, qui Annas erat, ut superius vidimus, quod satis noverat, videns furorem populi, & ac-

cusatorum infamiam, & contra morem iudiciorum procedit, num obiecta crimina vera existeret, an illa posset abluere. Dedit igitur causam Beato Stephano de aduentu Messiae predicandi, & de noui Testamenti refectione, ac promulgatione differendi. Nec verum videtur, quod quidam asserunt, sermonem fuisse ob clamores populi interruptum, nec potuisse ad finem perducere. Nam etsi omnia verba, aut rationum consequentiae non referantur; accusationibus tamen recte respondit. Obiciebant siquidem, illum verba blasphemiae in Moysen dixisse, ac Deum, & in locum illum, id est, ciuitatem, & templum, verba contumeliosa iussisse. Erant autem in specie verba in locum, quod Iesus esset demersurus locum illum: verba vero in legem, quod Iesus esset mutaturus traditiones Moysi: quae omnia cum falsa essent, oportuit B. Stephanum illud ostendere. Porro Stephanus sic respondet, ut eos arguat consueti patrum vitij, quo semper seruatores suos, ac de se benemeritos prius repulerunt. Deinde quantum ad templum attinet, nihil referre staret, aut non staret: quoad quidem Deus non sic habitat in manufactis templis. Quantum ad legem, arguit eos non dignos esse, qui eam ab ullo defendant, qui eam serauerint nunquam. An vero Iesus sit mutaturus traditiones Moysi, nihil responderet, sed tantum se videre Iesum ostendit, ut ei nil non licere debeat. Quare apparet, Stephanum non cuiusquam metu ambiguo responso usum esse, sed sic de Christo disseruisse, ut moriendum sibi esse non dubitauerit. Sed quoniam illi nondum ferre poterant, in parabolis eos accipiendos arbitratur. Itaque ab historia Abrahamae capite illius gentis, cui promissa terra, & cum quo pactum initum, & circumcisio inchoata, apte, & necessitate exorditur: & tam alte principia repetit, ut doceat audientes se paternas leges non ignorare, aut contemnere: captatque sibi non tantum vultus gloria, sed etiam modestis, ac religiosis verbis eorum beneuolentiam, & attentionem. Vnde dixit: *Viri fratres, & patres, au-*

*dite.* Vocat fratres, quia omnes Iudaei sanguine, & lege sunt fratres, ex vno Abrahamae principio descendentes: rursus dixit, patres; honorans principem Sacerdotum, & seniores, sedentesque cum potestate, ut par erat; ne cathedrae, potestati ve iniurius, aut contumeliosus iudicari posset. Deus gloriae apparuit patri nostro Abrahamae, cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan. Deum non solum gloriosum, & gloria dignum profiteretur, sed etiam ipsius esse gloriosum facere quem velit. Atque ita tacite ostendit se non solum Deum non blasphemare, sed glorificare potius eum Deum gloriae vocando: simul quoque Iudaeum populum eius gloriae participem indicat, ne dicere possent eum Iudaeorum gloriam deprimeret, ac nobilitatem. Docent Rhetores non esse altius res a principio repetendas, & ut ille dixit:

*Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.*

Stephanus tamen non tantum voluit obiecta diluere crimina, sed ita veritatem explanare, ut illos maxime ab ea recedere ostendat, atque ignorare Dei mysterium, ac foedera cum illis iniecta perfringere. Nec enim poterat cognosci, utrum Stephanus contra legem Moysi diceret, nisi aeternum pactum, quod habuit cum Abrahamae de benedictione in omnes gentes, declarasset.

Circa illud verbum, cum esset in Mesopotamia, dubium oritur: quia cum hic dicitur, dictum fuisse Abrahamae a Deo, cum esset in Chaldaea, priusquam veniret in Charan, referuntur Gen. 12. dicta Abrahamae existeri in Charan, iam extincto patre eius Thare, longe post multos annos ab egressu eius cum patre suo de Vr Chaldaeorum: quare directe videtur Stephanus Moyli contradicere. Verum cum Stephanus non minus esset plenus Spiritu sancto, quam Moyses, dicendum est, vnum alteri non pugnare, sed vel Moysen usum figura recapitulationis enarrando hanc historiam, quae multo ante praecesserat, nempe antequam exirent de Vr Chaldaeorum; vel

Iudaeos, fratres cur vocet Stephanus, eosdē & patres.

Deū gloriae cur idem appellauerit.

Horat. lib. de art. poet. Cur Stephanus sui defensionem altius quam par esse videbatur, fuerit exorsus.

Deum Abrahamae locutum, cum esset in Mesopotamia, siue Chaldaea, cum id in Charan accidisse testatur Moyses, quomodo verum si

Gen. 12.

Alteram solutionem.

Aug. li. 16. de Ciuitate Dei, cap. 15.

De prioribus solutionibus quae faueant.

Abrahamae ubi natus sit.

Lucan.

Mesopotamiam ubi sita.

statuendum est, bis hanc reuelationem fuisse factam Abrahamae, semel in Vr Chaldaeorum, ut inde exiret, deinde iterum in Charan, in qua quinque fere annis manserat, & postea inde septuaginta annos natus venit in Chanaan: atque priorem solutionem sequitur Augustinus in libro de Ciuitate Dei. Vnde Moyses non refert, quod tunc cum esset in Charan, acceperit praecipuum, etsi tunc illud exprimat: quia erat contemplandum in discessu eius a Charan in terram Chanaan. Et confirmatur haec solutio: quia Gen. 15. dixit Deus Abrahamae: *Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldaeorum: ex quo videtur quod illi, dum esset in Vr, dederit praecipuum exeundi.*

Ratio quoque demonstrat eum eum iubetur Abrahamae exire de terra sua, & de cognatione sua, Chaldaea, quae propria erat terra Abrahamae, ubi etiam habebat cognationem suam, cogimur exponere. Si autem de Chara iuberetur exire, certe nec de terra sua exiret, nec de cognatione sua nisi Charan pars sit Mesopotamiae, non erat tamen pars Chaldaea.

Circa verba aduerte, quae hic dicitur Charan, in Genesi cap. 12. vocari Haran: nam littera Hebraea Theth, quaedam per e forte aspiratum, Graece vero x proferunt: hinc factum est, ut & Tob. 12. & Iudith. 5. & hoc loco dicitur Charan, Latini vero vocant Charram, vel Charras, oppidum in Mesopotamia non longe ab Euphrate, Marci Crassii morte, iuxta quod interiit, in signe, de quo Lucanus cecinit:

*Afyras Latio maculauit sanguine Charras.*

Deinde perpede, Mesopotamiam terram esse ultra Syriam, quae solis amnibus Euphrate & Tigri clauditur, & in ea est Chaldaea pars eius, & in ea est ciuitas Charan: sed Chaldaea Septentrionalis magis, Charan vero Syriae vicinior, magisque in Austrum vergens. Propterea significanter dictum est ab Stephano, patri Abrahamae dictum esse in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan, sciens quod etiam Charam erat in Mesopotamia, ac propterea recte subiugitur:

*Tunc exiit de terra Chaldaeorum, non de Mesopotamia, cum sciret Charan ciuitatem esse non Chaldaea, sed Mesopotamiae versus Syriam. Quare recte dicitur post mortem Patris Abrahamae inde translatum esse in terram illam, quam Iudaei habitabant. Quod ergo ait: Exi de terra tua, hoc consulto producit, ut intelligeret Iudaei, qui dicebant locum illum patrium non esse magnificandum, postquam Abrahamae iussus est exire de terra sua, & se peregrinum agnoscere in hoc seculo, contra quod illi pro loco suo zelantes peccabant.*

Deinde expendes, quod Deus enumeret illi quae chara, & pretiosa erant, ut patriam, cognationem, & domum patris, ut nequaquam eorristatus, aut conturbatus, sed plene consultus inde discedat. Obicit enim res, quae retinere animu solent, ut de his se cum ipse consultet, ne si temere sequeretur, ea facilitate qua discesserat, rediret. Hoc pulchre annotauit B. Ambrosius libro de Abrahamae Patriarcha, dicens quod satis erat dicere, Egredere de terra tua, qua relicta relinquitur cognatio simul, & domus patris. Sed ideo singula addidit, ut eius affectum probaret, ne forte aut imprudenter coepisset videretur, aut fraus aliqua mandatis caelestibus pareretur; sed simul cohaerenda fuerunt praecipua, ne quid lateeret. Adiuuixit: *Et veni in terram quam monstrauero tibi.* Nequaquam expraessit illam, ut homo totus ex Deo penderet, & magis probetur fides, quae est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium: & magis etiam fides, & obediētia Abrahamae claresceret, nesciens quod iret: quam Paulus ponderauit ad Hebraeos, dicens, *Fide qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem, & exiit, nesciens quod iret.* Subdit Stephanus: *Transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis. Et non dedit illi hereditatem in ea, nec passum pedis.* Graeca vox *βημα*, vestigium significat pedis, id est, quantum vno pede calcari potest: sic habet Syriacus codex. At vero Theodoritus in epist.

Quorsum Iudaei ad Abrahamam: Exi de terra tua, producit ab Stephano.

Hebr. 11.

Cur Abrahamae Deus iusserit egredi non tantum de terra sua, sed etiam de cognatione sua, cum primu iussisset.

B. Ambrosii lib. 1. de Abrahamae Patriarcha, cap. 2. init. to. 4. circa principem.

Quare Deus terrae propriu nomen non dixerit.

Hebr. 11.

Ibidem.

Falsa quorunda de interrupto Stephani sermone sententia.

Iudaeorum contra se crimina obiecta ut diluat Stephanus.

Act. 17.

Eius animi constantia.

Gen. 12. Infra. 17. & seq.

Ibidem.

B. Theodor. par. 2.

Deum Abraham in Chara non dedisse nec passum pedis, non autem possedisse, cur dixerit.

Gen. 23.

Quomodo Deus Abraham qua promissit terram se daturum praestiterit.

Iudaei infelices terram promissionis non aliam quam terrenam intelligentes, quid periderint.

Ioan. 11.

Matth. 23.

Christum qui habet, qui est terra viventium, quam felix & diuus ille sit.

ad Hebraeos in cap. 9. *Sicut tradit significare mensuram trium cubitorum. Et quocumque modo exponas, significat, ne minimam quidem terrae portiunculam illi dedisse. Et aduerte, non dixisse Stephanum, non possedisse passum pedis in terra promissionis, quoniam hoc falsum esse videbatur: nam possedit agrum ibidem cum spelunca; sed quod Deus non dederit ei hereditario titulo vel passum pedis: agrum enim illum emerat quadringentis siclis. Adhaec locus ille ab Abraham redemptus, nequaquam aduentum viuis, sed ad sepeliendum mortuos erat. Sed promissit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum, cum non haberet filium. Dicit aliquis, Medax ergo fuit Deus, qui ea ipsam terram promissit ipsi Abraham in possessionem, & semini eius. Nam et si ad litteram intelligi queant de semine, certe quod attinet ad Abraham, in illo impletis non possunt. Respondendum est dupliciter. Primo, quod satis tribuit illi Deus, quod suo tempore semini eius propter ipsum contulit. Deinde intelligendum est, Deum per illam terram promissam aliud intelligere voluisse, nempe Christum terram humanitatis nostrae indutum, in quo erant promissiones. Proinde ter miserii sunt Iudaei, qui terrae illi, qua caruit eorum pater Abraham, praeter modum inhaerentes, & terram simul, & caelum amiserunt, & euenit illis quod ipsi timebant: Venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem, & quod Dominus vaticinatus est: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dicant ergo miseri Stephanum blasphemasse in locum illum, unde exulant, non videntes longe esse miserabilius exulare a Christo, qui est terra viventium: quam qui habet, quiescit, & nihil ei deest.*

Prædicatio igitur Stephani contra promissa Dei de loco non erat, sed contra eorum insipientiam, qui pluris faciebant terram illam, quam præceptum Dei de vera terra possidenda. Adiunxit, *Cum non haberet filium.* A tu scilicet, nec quod maius est, per ætatem habere posset, ut qui sic nascitu-

rus erat, promissionis potius, quam carnis filius putaretur. Hoc semen Isaac fuit; & in eo Christus est significatus, verus Abraham filius; sed non per viam seminis: hic verus frater Patris æterni, ac nostri etiam, enim interpretatur Isaac. *Locutus est autem ei Deus, quia erit semen eius: accola in terra aliena, & seruituri eos: subicient, & male tractabunt eos annis quadringentis.* Pergit Deus vaticinari, quod futurum erat de semine Abraham, ut prospere, tum aduersa tunc prospera, sed præcedunt semper apud probos aduersa. Primum ergo aduersum est, quod semen eius esset incolæ, seu in aliena terra, id enim significat responso Græcè, hoc est, qui in terra non sua habitaret, siue precario, siue conuictio. At vero accola is dicitur, qui in terra aliena habitaret, siue alienum habitaret, sed facile unum pro altero usurpatum. Quod vero sequitur: *Et seruituri eos subicient, & male tractabunt eos annis quadringentis:* aduertendum est aliquos textus habere, annis quadringentis triginta, alios vero, quadringentis tantum: quæ lectio purior videtur, & magis accedere ad Græcum fontem, ubi habetur *tri sexaginta*, & ad Hebraeam lectionem, quæ Gen. 15. habet: *Sicut praesens: quia peregrinatus erit semen tuum in terra non sua, & subicient eos seruituri, & affligent quadringentis annis.* Ita enim in Syriaco codice habetur. Si tamen altera lectio retinenda sit, quam veteres aliquot edicere, & Rabanus, ut citat glossa ordinaria, habent, isti quadringenti triginta anni computandi sunt à die, qua facta est Abraham promissio septuagesimo quinto anno ætatis suæ usque ad exitum Israelis de Aegypto. Qui vero tantum legunt quadringentos annos, à natiuitate Isaac eorum numerum incipiunt, vel prope, nepe à quinto anno Isaac, quo coepit sentire Ismaelis iniurias, & persecutionem, Gen. 21. ut explicat Paulus ad Galatas. 4. propter quod puer annorum decem & octo domo eiectus est cum matre: nam ab septuagesimo quinto Abraham usque, ad natum Isaac, viginti quinque anni transierunt, quibus si addas quinque vitæ Isaac;

Isaac Christi typus, idem quid sonat.

Gen. 21.

Supra: 15.

Semper procedunt apud pios aduersa, tum prospera succedunt.

Accola quis.

Quomodo legendum sit: Male tractabunt eos annis quadringentis, an vero annis quadringentis triginta.

Rabanus. Prior lectio, ut possit sustineri.

Aug. li. 16. de Ciuitate Dei, cap. 25. tom. 5. Exo. 14. & Psal. 113.

Quomodo accipiendū: Et affligent eos quadringentis annis.

Exod. 14.

Populus tyrannide oppressus solatio quid esse possit.

Deus cur tanto tempore Abraham facta terrae promissionem distulerit suam.

Cur Abraham, qui pro Sodomis orauerat, pro semine sui captiuitate Deum ne sit deprecatus.

fient triginta, & hinc incipiunt pleni quadringenti usque, ad exitum de Aegypto. Augustinus lib. de Ciuitate Dei: *Computantur, inquit, sicut superius iam diximus, ab anno septuagesimo quinto Abraham, quando ad eum facta est prima promissio, usque ad exitum Israel de Aegypto, quadringenti & triginta anni.* Et quocumque modo legamus, non est putandum quod afflicti sint tot illos quadringentos annos ab Aegyptijs Hebraei, sed quod tempus afflictionis eorum sub Pharaone hos annos finiat: vel, quod verisimilius est, anni illi tot non sunt referendi ad seruitutem, & afflictionem, sed ad peregrinationem tantum. Nam ut docent Hebraei, in Aegypto ducentis tantum ac quindecim annis fuerunt quasi in domo seruitutis, unde dicebant Aegyptij: *Quid volumus facere, ut dimitteremus Israel, ut non seruiret nobis?* Adiungit prospera, cum ait: *Et gentem cui seruiet, iudicabo ego.* Mira, atque contremiscenda fuerunt iudicia Dei contra Aegyptios, quod notandum est propter eos populos, qui à tyrannis premuntur, & seruire indignis modis coguntur, ut sint patientes, & adscribat suis peccatis illam seruitutem: quia Dominus tandem eos iudicaturus est, grauisissimis supplicijs plebit.

Hic vero perpende, bone lector, Dei consilium, qui tanto tempore promissionem distulit suam, ut daret occasionem cogitandi de vera terra: quia non est munificentissimi omnium parentis, & Principis exigua dona promittere, ac tanto tempore eorum donationem promittere, ac tatas angustias, quas prohibere poterat, in illos immittere. Deinde diligenter & aliquid obserua. Mirantur aliqui, cur Abraham, qui pro Sodomis orauerat, pro semine sui captiuitate ad Deum precēs non fudit. Sed id non ab re factum: quod nimirum Abraham in illa extasi, de qua Gen. 15. viderit aliter istum populum reddi non posse idoneum legi accipiendae, nisi tadium vexari permissum fuisset. Longum ergo exilium illi constitutum est, donec velut coqueretur, & maturesceret ad iugum legis accipiendum; sub quo

etiam subigerentur ad Christi suae iugum subeundum. Videbat etiam Abraham, non modicam vtilitatem redituram in feminis sui percussores. Nam cum iudicaret eos, signis, & portentis ostensis, illatis plagis etiam eos curabat. Nam & primogenita illa, quae interficiebat, per somnum (quam obrem perirent) eos admonerat, ut habes Sap. 18. ut si darent gloriam Deo, & assentirent, seruarentur; alij autem agnoscerent potestatem Dei, & populi eius dignitatem, & peccatum suum. Cum haec igitur tanta futura Abraham prauideret, mirum non est, si nihil orauerit, quando & seminis sui disciplinam, & aliorum populorum timorem, qui eos sensim ad diuinitatem afficeret, ac Dei sui honorem illustrandum praecognoscebat. *Et dedit illi testamentum circumcisionis.* Circumcisio, signaculum est iustitiae per fidem adeptae, fides autem viuua, de qua est sermo, illa est, qua iustificamur. Porro fides aeterna bona respicit, unde Paulus ait: *Est autem fides sperandarum substantiarum, argumtum non apparitium.* Dixerat autem Deus ad Abraham: *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis: nam credidit auxilium Dei sibi ad futurum ad ea obtinenda bona, cum dixit: Ego protector tuus.* Excitauit etiam confidentiam, & timorem, qui diffidentiam habet, expulit, cum dixit, *Noli timere.* Atque his promissionibus erectus Abraham, credit, & iustificatus est. Et ne putaret Abraham satis esse illi credere, & iustitiam accepisse, nec opera ab eo exigi ad promerenda praemia aeterna, iterum apparuit illi Deus, & dedit illi pactum circumcisionis, dicens: *Ego Dominus omnipotens: ambulata coram me, & esto perfectus.* Filius enim Dei est, qui sic loquitur, & qui se se illi reuelauit, & vitae progressum suae: unde ad sui exemplum ut ambularet in via peregrinationis, cohortabatur. Nam & in Christo constitutum est foedus circumcisionis cum iustificatis, ut Christo in via assimilemur. Est enim circumcisio, praeparij amputatio, hoc est, cordis, & aurium praeparatio ad obediendum mandatis Dei:

Matth. 11. Secunda ratio. Exod. 11. & 12. Circumcisio quid signet. Rom. 5. Fides viuua quae. Infra. 5. Hebr. 11. Gen. 15. Timor quid pariat. Rom. 4. Abraham cur Deus secundo apparuerit, pactumque illi dedit circumcisionis. Gen. 17. Circumcisio proprie quid sit.

quod

Heb. 4.

Ioseph filius Iacob in quibus delineauerit Christum Matth. 27.

Luc. 19.

Zachar. 9. Gen. 39.

Infra. 41. & seq. Ibidem.

Act. vlt.

2. Tim. 2.

Amos. 8.

Ioan. 6. Deus Ioseph Patriarcham humilitatem quanto per eum exaltauerit. Gen. 39. Infra. 41.

Marth. 11.

quod nullus prestare potest nisi petra, vel petrinus gladius, hoc est Christus, & verbum eius penetratius omni gladio ancipiti. ¶ Et Patriarcha amulantes, Ioseph vendiderunt in Aegyptum, & reliq. Facilis est hæc historia, quæ habetur à Gen. 37. vsque in finem. Nã filij Iacob iniuria permoti, quod Ioseph plus cæteris diligeretur à patre, & somnia illa prædiceret, vendiderunt eum Ismaelitibus pergentibus in Aegyptum. Hic autem Ioseph Christi typum tenet, qui in se, & Apostolis suis venditus est Gentibus. In se quidem, quia Pilato traditus est per inuidiam in mortem, dicentibus Iudæis fratribus suis, Nolumus hunc regnare super nos. Sed mortis dominus factus est, quia emisit victos de lacu: sicut Ioseph custos carceris factus est captiuo. Et vt ille Aegypti, & patris, & fratrum dominus effectus est, & in lingua eorum saluator mundi vocatus: ita noster Christus eiectus à Iudæis, ad Gentes processit regendas. Deinde in Apostolis, ac discipulis eiectus est secundò à Iudæis ad Gentes. Et res per hunc librum clarior redditur in vno Paulo, qui tot annis captus habitus est à Præfectis Iudææ Romanis, donec ad Cæsarem appellauit, vbi fuit cum custodiante se milite. Sed verbum Dei, vt ipse dixit, nõ erat alligatum. Ad se ergo conuertit famelicus, qui cælestis panis dispensator est agnitus, posteaquam fames verbi, quam Deus per Amos promiserat se daturum, in orbe fuit. Magna enim fames facta est, cum non audiri mo do, sed credi, & videri cœpit, Gentes Deos suos deseruisse, & fama acceperunt panem esse apud Ioseph, hoc est, Paulum, & Apostolos, qui prædicatione dispensabant panem illum viuum, qui de cælo descendit. Perpende Ioseph, et si ab omnibus videretur derelictus, non tamen à Deo: nã fuit cum eo Deus, & eripuit eum de carcere, non quidem statim, sed postquam non secus quam aurum probauerat, deditque illi gratiam, & sapientiam, nimirum coniectandi somnia. Quia Deus humilibus secreta sua manifestat, quæ sapientibus abscondit.

Et tantos honores postea consecutus est, vt nõ solum esset præpositus domus Regis, sed etiam in vniuersam Aegyptum, & principes eius præficeretur. Reliqua facilia sunt.

Illud tantum perpende, quod ait, Mittens autem Ioseph, accersit Iacob patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque, dubium insurgit de hoc numero: quia Genes. 46. animæ enumerantur sexaginta sex, & addito Iacob, & Ioseph, & duobus eius filiis natis in Aegypto, sunt septuaginta iuxta Hebræam veritatem in vtroque loco, & Exod. 1. computantur tantum animæ septuaginta: Ioseph quoque lib. Antiquitatum consentit cum eodem numero, qui habetur in Hebræis codicibus. Respondemus, quod Stephanus supputauit per anticipationem, siue proleptin, alios Ioseph filios natos post descensum Iacob in Aegyptum, aut potius filios filiorum Ioseph. Ita soluit Hieronymus in quæst. in Genes. & diuus Eucherius lib. 3. in Gen. cap. 46. & in quæst. Deuteronom. nec dissentit August. lib. 1. quæst. in Gen. quæst. 152. Quamquam mirum sit, quomodo potuit eos Ioseph accersere in Aegyptum, qui nondum nati erant, & qui in ipsa Aegypto nati sunt: nisi dicamus ea ratione qua Leui, ob id quod decimas acceperit, decimatus fuisse dicitur in Abraham, eo quod esset in lumbis eius, vt ait Apostolus ad Hebr. 7. eadem asseramus ratione accersitos à Ioseph patrem suum, & cognationem in animabus septuaginta quinque, quia totidem erant, si enumerentur Iacob, & Ioseph, atque duo eius filij. (& ita sunt solum septuaginta) quibus annumerandi sunt filij filiorum Ioseph, vt ita sint septuaginta quinque, vt habent septuaginta interpretes Genes. 46 & Exod. 1. Vbi enim nos habemus: Filij autem Ioseph, qui nati sunt ei in terra Aegypti, anima duæ. Septuaginta habet, Anima nouem: quæ additæ numero sexaginta sex, efficiunt septuaginta quinque. Hanc lectionem, vt pote communem & vulgaram, secutus est Stephanus in hac concione. Vnde B. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis super Ge-

Arcana Dei quibus patefiant: abscondantur quibus.

Gen. 41. & seq.

Iacob descendisse in Aegyptum in animabus septuaginta quinque, vt dicit Stephanus, cum tantum septuaginta Moses testetur, id quomodo verum sit.

Ioseph. lib. Antiquit. 2. cap. 2.

Hieronymus. Eucherius. Augustinus.

D. Hier. 10. 3. à med.

nesim

nesim circa finem hanc eandem verfans quæstionem, ita scribit: Quod si è contrario nobis id opponitur, quomodo in Actibus Apostolorum, in concione Stephani dicatur ad populum, septuaginta quinque animas ingressas esse Aegyptum, facilis excusatio est. Non enim debuit sanctus Lucas, qui ipsius historia scriptor est, in Gentes Actuum Apostolorum volumine emittens, contrarium aliquid scribere aduersus eam Scripturam, quæ iam fuerat Gentibus diuulgata. Et vtique maioris opinionis, illo duntaxat tempore, Septuaginta interpretum habebatur autoritas, quam Luca, qui ignotus & vilis, & non magna fidei in nationibus ducebatur. Hoc autem generaliter obseruandum, quod vbiunque sancti Apostoli, aut Apostolici viri loquuntur ad populos, ijs plerumque testimonijs abutuntur, quæ iam fuerant in Gentibus diuulgata: licet plerique tradant, Lucam Euangelistam, vt profelytum, Hebræas literas ignorasse. Hactenus Hieronymus.

Vbiunque Apostoli aut Apostolici viri loquuntur ad populos, quibus plerumque testimonijs abutuntur, teste Hieronymo.

Quos genuit filios in Aegypto, Ioseph.

Stephanus igitur illam Septuaginta interpretum lectionem secutus, quæ veritatem suam habet, si computetur filij filiorum Ioseph, non est reprehendus Lucas aut Stephanus, etiam si nõ nihil declinet ab Hebræa lectione. Nam Septuaginta interpretes Genes. 46. postquam dictum est: Natiq; sunt Ioseph filij in terra Aegypti, quos genuit ei Afeneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos, Manasses & Ephraim, adiungunt (quod non est in Hebræa veritate, nec in editione nostra vulgata) Fuerunt autem ei filij, quos peperit ei concubina Syra Machir. Machir autem genuit Galaad; Filij autem Ephraim fratres Manasse Suthalaam, & Thaam; filij autem Suthalaam Eden. Ecce vides quinque personas, quas si addideris Septuaginta, efficiet septuaginta quinque. Siue igitur Septuaginta interpretes Hebraica exemplaria conuertendo, nepotes illos Ioseph in genealogia supputauerint, an potius ipsi Septuaginta interpretes per anticipationem addiderint, certè bona fide fecerunt: nam & editio nostra nõnisi per anticipationem defendi potest. Cum enim Septuaginta animæ dicantur ingressæ in Aegyptum, necesse est Ephraim & Manaf-

sen ad explendum numerum computari, imò & ipsum Ioseph eorum parentem, qui tamen ipsi non sunt ingressi in Aegyptum cum Iacob, nec accersiti per Ioseph. Porro illam lectionem ita secuti sunt Septuaginta interpretes, vt alteram nõ ignorauerint. Nam Deuteronom. 10. in fine capituli etiam Septuaginta interpretes habet: In Septuaginta animabus descenderunt patres tui in Aegyptum: & ecce nunc multiplicauit te Dominus sicut astra cæli. Quamquam Augustinus Eugubinus asserat in editione Septuaginta interpretum Gen. 46. & Exod. 1. & Act. 7. quem sequitur Beza, librorum vitio scriptum esse in septuaginta quinque animabus, pro Septuaginta. Sed profecto difficile hoc recipimus, omnia exemplaria, tum noua, tum vetera, Græca, & Latina tribus simul locis fuisse corrupta: quod Hieronymus in dicto loco non admittit. Et alioqui facile esset omnes quæstiones dissoluere, si liceat asserere pro libidine vitium librorum subesse Scripturis. Nec igitur vitium, aut corruptio fuit Scripturæ, cum sic habeant codices Græci, & Syriaci, nec excusandus est Stephanus, aut Lucæ imperitia Hebraicorum litterarum imputanda, neque Septuaginta interpretum versio reprehendenda: quam Clemens Alexand. 1. Stromate confirmat, dicens, Euphorus, & alij historici, & gentes, & linguas dicunt septuaginta quinque, cum audissent vocem Moysis dicentis, Erant omnes animæ ex Iacob septuaginta quinque quæ descenderunt in Aegyptum: quia additis illis quinque animabus, necessariò cogebantur ad assignandum illum numerum septuaginta quinque, & veriores fortasse codices Hebræos nati sunt quam quos habuit Hieronymus: quæquam demptis illis quinque, lectio Hebræa veritatem quoque suam habet. Et hactenus de hoc loco.

Animas pro hominibus v surpare Hebræi solent, Gen. 23.

August. Eugubinus. scriptor. Beza homo haret.

Hieronymus. vbi sup.

Clem. Alex.

Animas pro hominibus v surpare Hebræi solent, Gen. 23.



ptū. & defunctus est ipse, & patres nostri. Et translati sunt in Sichem. & positi sunt in sepulcro quod emit Abraham pretio argenti a filiis Hemor filij Sichem. Extra locum promissæ possessionis dicuntur sepulti tā Jacob, quam duodecim Patriarchæ, ut fateatur se peregrinos in terra; licet ob spem, quam cōceperāt, iusserit ossa sua illuc transferri, atque tumulari.

Quædam in his paucis verbis graui dubia existunt. Primum illud est, quod videtur Stephanus Jacob, & reliquorum Patrum ossa trāsata esse in Sichem affirmare; cū tamen iubeat Jacob moriens sepeliri cum Patribus in spelūca duplici, quæ est in agro Ephrō Hethæi, quam emit Abrahā ab Ephrō Hethæo in possessione sepulcri, & Genes. 50. ibi sepultus scribatur: at Stephanus testatur Jacob sepultum in Sichem; cum tamē Iosephus fratres Ioseph affirmet conditos esse in Hebrō: vbi videtur, quod à maioribus per manus traditum acceperat, scribere. Dicendum est, duodecim Patriarchas nō esse sepultos in Hebron, sed in Sichē, ut hīc tradit Stephanus, & Hieronymus in epitaphio Paulæ ad Eustochiū Paulæ peregrinationem describens, sic ait: *Transiit Sichem, non ut pleriq; errantes legunt Sichem, que nunc Neapolis appellatur, & ex latere montis Garizim, circa puteum Iacob intravit Ecclesiam: vidit duodecim Patriarcharum sepulcra.* Et rursum ad Pammachium, prope finē: *Duodecim, inquit, Patriarchæ, nō sunt sepulti in Arboch, sed in Sychem, qui ager non est emptus ab Abraham, sed à Iuda.* Adde qd Iosu. vlt. aperte dicitur, Ioseph sepultum esse in Sichē. Iosephi verō testimonium cum manifeste pugnet cum Stephani sententia; deserendum est, maxime cū Hieronymus eo posterior, ut testis oculatus, constāter asseruerit eos in Sychem conditos, & nō in Hebron, qui nō minus potuit ipsa loca lustrare ac cognoscere quam Ioseph. Secundum dubium est: quia videtur contradicere, quod Stephanus asserit, Abraham emisse agrum illum à filiis Hemor filij Sichem; cum Gen. 23. scribatur Abraham emisse agrū ab Ephrō Hethæo filio Scōr. In quo & alia tertia

contradictio videtur esse cum Stephanus, quod Stephanus dicat Hemor filiū Sichem, quem tamen liber Genesis patrem Sichem vocat. De hoc nodo differit Hieronymus in lib. De optimo genere interpretandi ad Pammachiū, & in quæstionib. Hebraicis super Genesim: sed insolutum videtur reliquisse, & in aliud tempus eius explicationem distulisse. Augustinus verō Euginus, & Aloysius Lippomanus contendunt locum hūc esse deprauatum, & pro Abraham legendum esse Jacob, & loco filij substituendum esse Patris. Beza dicit ab aliquo additum verbum Abraham in margine, & ex margine in textū introductū, & non opus esse subaudire aliud nomē quod perficiat, nisi ille, vel ipse, scilicet Jacob, qui emit agrum illum Gen. 33. quod notum erat etiam vulgo, ut habes Ioan. 4. Sed hoc certē vix tolerabile est, ut omnia exemplaria Græca, & Latina ab Apostolorum ætate fuerint corrupta, atq; hāc corruptionem Hieronymus, atq; alij Patres non agnouerint. Melchior Canus hunc dissoluens nodum lib. De locis Theologicis, ex sentētia Bedæ & Rabbani hāc pducit verba: *B. Stephanus vulgo loquens, vulgi magis in dicendo sequitur opinionē. Duas enim pariter narrationes coniungens, nō tam ordinem circumstantis historia, quam causā, de qua agebatur, intendit. Ex his illorum Patrum verbis colligit, Stephanum in tam longa, & subita narratione confudisse nonnulla, & miscuisse, in quibusdam etiam causis principali intentum memoria lapsū fuisse: Lucam verō historia veritatē retinere volentem, ne ita quidem immutasse, sed rem ut à Stephano narrata erāt, exposuisse: Nos autem, inquit, non Stephanū ab omni lapsu, sed Euangelistā vindicare debemus. Nec a sacris autoribus alienum est, enarrantium quoq; verba referre, ut Iephtæ Iudic. 11. trecentos annos possessionis præterit, cum revera trecenti nō fuissent; & ita etiam Matthæus, si Hieronymo credimus, prophetiam Michæ exponens, non ut additæ scripta erat, vel in Hebræa veritate, vel in septuaginta duorum interpretatione, sed ut à se sibi erat remittat, & ceteris. Sed profecto novitatis, & temeritatis*

Gen. 33. Idem Hier. eodem tom. 2. Idem tom. 3. August. Eugub. Aloysius Lippom. Theodo. Beza.

Improbatur illa, atque rejicitur.

Melchior Canus lib. 3. De locis Theolog. c. vlt.

Hierony. in c. 5. Michæ. tom. 6.

Si 12. Patriarchæ (uxta Moysen, & Iosephū) conditi sunt in Hebron, quo modo in Sichem, ut sanctus Stephanus affirmat? Infra 49.

Ioseph. lib. 2. Antiq. c. 8.

B. Hierony. tom. 1. Circa med.

Idem tom. 2. in fine.

Gen. 33.

Quomodo verum sit Stephanus dicit, Abraham emisse agrum a filiis Hemor filij Sichem, cum Genesis tradat Abraham emisse agrum a filiis Hemor patris Sichem.

B. Stephanus de Abraham in concione differentem, memoria minime lapsus fuisse, ut ei Melchior Canus imponit, abūde demonstratur. I. argum.

Spiritus sanctus ut Apostolis assisteret. Matth. 10.

Spiritum sanctum qui negant per os Stephani fuisse locutum, quales se proderi videantur.

Hanc promissionem nō solum Apostolis, sed etiam eorum successoribus locum habuerunt, habent, & in finem vsq; habitura sunt, iuxta illud: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationē seculi*: & iterum: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis.*

Ioan. 14.

Nō aliter in Stephano, atque in Apostolis Spiritū sanctū fuisse locutum.

II. argum.

plena est hæc expositio, & contumeliosa ipsi Stephano, & iniuria in Spiritum sanctum. Nam in primis novū est, Apostolis, aut Apostolicis viris lapsus memoria tribuere, vbi aut serio res sacras concionando docet, aut scribendo tradūt. Imō magis certi sumus quod illis adfiterit Spiritus sanctus prædicantibus, quam scribentibus: nā de illo plurimæ extant promissiones, de scribendo verò nulla: etiāsi catholicis asserendum sit illam minimē eis defuisse in scribendo: *Cum tradet vos, inquit, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquitur in vobis.* At quid aliud modo accidit, quam ut Stephanus raperetur ad concilium Principis Sacerdotū, & seniorum? nō ergo ipse locutus est, sed Spiritus sanctus per eū. Quod si quis contēdat, Spiritum sanctum per eum non esse locutum, is profecto manifestum se proderet hæreticum. Quod si rursus contendat illa verba Christi dicta esse tantum Apostolis solis, planē reuincitur nō solum ex eo, quod etiā cum septuaginta discipulis loquebatur, & alijs, sed quod verba ad Apostolos dicta in omnibus omnium temporum pastoribus, & Apostolorū successoribus locum habuerunt, habent, & in finem vsq; habitura sunt, iuxta illud: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationē seculi*: & iterum: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis.*

Quod si vigeas, aliter loquitur Spiritus sanctus per Prophetas, & Apostolos, aliter per Cōcilia Generalia, & Pontifices Romanos, aliter per Doctores, ut Ambrosium, Hieronymum, Athanasium, & Basilium; non diffitebor: sed planē qd aliter loquatur per Stephanum Protomartyrem, & aliter per Petrum Apostolum, nō intelligo: eadem enim est vtriusq; autoritas, idē fidei pondus, idē Spiritus sanctus patrem dicendi libertatem, & doctrinæ veritatem omnibus impertiens. Dein de antequam scriberetur Euāgelium, nemo negabit Ecclesiam Dei verum

Dei verbum habuisse: at hoc quī fieri poterat, si prædicatores illi primarij labi memoria potuissent, & vnū pro altero tradidissent? Tale erat tempus illud, quo hæc cōcio habita est ab Stephano. Ad hæc magna fenestra multis veritatibus inficiādis, & erroribus confirmādis aperiretur, si liceret his, quæ referunt sacri autores ex persona Apostolorum, aut aliorū Apostolicorum virorum asserere illōs memoria dilapsos fuisse: quod summū est absurdum. Nam quoties Apostoli, aut sacri autores in nouo Instrumento citantur ex veteri, quæ aliter habentur quam producantur, hæc aperta fenestra pròptum esset asserere illos memoria defecisse, ut Hieronymus ex quorūdam sententia tradit scribens in cap. 5. Michæ. His accedit, quod peculiariter Stephanus dicitur plenus fide & Spiritu sancto, gratia & fortitudine, & quod non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui qui loquebatur: iniuriam igitur facit non solum Stephano, sed etiam ipsi Spiritui sancto, qui eius assistentiam, & protectionem illi adiuuasse negauerit, aut illi defectum vllum aut mendaciū, aut lapsus memoriæ tribuerit, cum iam ferē de cœlis cōcionaretur. Nec satis meo iudicio defenditur Lucas à mendaciō, vel defectu memoriæ, dum recēset verba Stephani minus fideliter allata. Nā etsi fidelis historicus sit: ea recētere quæ ab alijs dicta sint, siue vera, siue falsa existant: illud tamen de alijs autoribus intelligendum est, qui non habebāt certam Spiritus sancti promissionem, ut erāt Iephtæ, & Scribæ illi, si secus quam se habebat, prophetiam Michæ reculerunt. Nam ita dixit Propheta in persona insipientis: *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus*, & Euangelista refert Petrum dixisse: *Quia non noui hominē.* At quod de hominibus Spiritu sancto confirmatis ad instituendam Ecclesiā sacri autores referant aliquid dixisse minus veritati consonum, aut prudenter fallere volentes, aut imprudenter per memoriæ lapsum docentes, nihil est aliud quam ipsi Christo per eos loquenti defectum affingere, aut Spiritui sancto, qui Spiritus est veritatis, &

II. argum.

Hierony. tom. 6. III. argum. Act. 6. & seq.

Historici minus quod.

Iudic. 11. Michæ. 5.

Psal. 13. Matth. 26.

Ioan. 14. & 16.

Ibidem. Supra 14. & 1. Ioann. 2.

Act. 7.

qui promissus est docturus omnem veritatem, & qui commonefaceret de omnibus, ne memoriae vitio deficeret, profecto contumeliam facere: maxime cum tam eruditus esset Stephanus, & plenus perhiberetur spiritu, & ante concionem, & post illam: nam dicitur: Cum autem esset plenus spiritu sancto, intendens in caelum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei: praefertim cum coram tam docta, atque in Scripturis instructa corona audientium verba faceret, quae parata erant omnia etiam benedicta in calumniam rapere, nedum si in quibusdam ipse memoria excidisset. Quare quia nova est, ac pinde temeraria ac periculosa haec solutio, si alia non delit, haec omnino deferenda est. Postremo ipse molestus fert aliorum solutionem, qui ut dictas controuersias expediant, existimant textum esse deprauatum, & scribarum negligentia vitiatum: quod absurdum est valde asserere: quia de sequeretur, Ecclesiam vera Scriptura destitutam fuisse per tot secula, & non nisi corrumptam habuisse, atque corruptionem a prioribus Patribus in Ecclesia agnitam minimè fuisse. At quanto hoc est intolerabilius ipsis autoribus defectum memoriae tribuere quam librario? praefertim cum nullus Patrum hunc memoriae lapsum in Apostolis, vel Apostolicis viris concionantibus Dei verbum, hactenus agnouerit?

I. solutio probabilis.

Ioseph. lib. 2. Antiq. c. 8.

Gen. 23.

Alter solutio.

Dici igitur comodi potest, quod ad diuersa referuntur ea quae hic dicuntur, ita ut particula, *Translati sunt in Sichem*, accommodetur ad Ioseph, & fratres eius; particula autem, *Et positi sunt in sepulcro quod emit Abraham*, referatur ad Iacob, sumpto plurali pro singulari, imò secundum Iosephum, ad filios eius patriarchas: nam ut quidam indicant, non passi sunt filij Hemor patriarchas esse honorabiliter sepultos in Sichem, sed inde trasterunt eos filij Hemor, & sepelierunt in Hebron sepulcro ab Abraham empto. Et si de hac re constaret, quam quidam asserunt, facilis esset solutio. Possumus tamè & aliter dicere, nomen Abraham, vel ex margine in textum introductum, ut implet oratio-

nem emendantis iudicio imperfectam, cum relatiuum Quod admoneat referendum ad Iacob de quo praecesserat, & sic nil remanet difficultatis: sed quia extra textum non facile in villo codice reperitur, dicere potes quod Abraham casus est gignendi, ut notat Robertus Stephanus, ac supplendum esset filius, vel nepos, hoc est, Iacob, qui caro erat Abraham: ut Abraham sit quasi patronimicum Abrahamides, ut 3. Regum 12. dicitur: *Nunc vide domum tuam Dauid*, hoc est, *Roboam nepos Dauid*: atque illum redemisse agrum pretio argenti, siue centum nummis, ut dicitur Gen. 33. iuxta Hebraeam literam, etsi Septuaginta interpretes verterint *κατόντα μνῶν*, id est, centum agnis pro *κατόντα μνῶν*, id est, centum minis, siue numis.

Robert. Steph. pha.

III. solutio.

Gen. 24. & seq.

Non desunt qui dicant, hunc agrum, cum Abraham ex Charan venisset in Sichem Gen. 12. redemptum ab eo pecunia fuisse, cum inter initia vocacionis suae haud satis intelligeret quorsum Diuina tederet vocatio: emisseque agrum ad domum vel sepulturam, & victum sibi, & suis parandum. Sed cum ex praesenti quiete iussus fuisset locum ex loco mutare, & descendere propter famem in Aegyptum, reliquisse agrum emptum, quem anno post centesimo-decimo plus minus Iacob reuertens ex Syria Mesopotamiae, ob memoriae aui Abraham longa cessione abalienatum recuperauit: ita ut bis ager fuerit emptus, & Martyr Stephanus prioris tantum emptionis fecerit mentionem: & ita non sunt ausi Iudaei irritati eum reprehendere, quod ex maiorum traditione illud accepisset. Tolerabilis est haec solutio, si vera essent quae tradit.

Quomodo Stephanus dicit Hemor filium Sichem, quem tamen liber Genesis patrem Sichem vocat. Santes Pagnini.

Ad alterum dubium dicendum est, in Syriaco codice non haberi, filij Sichem, sed tantum quod emerat Abraham argenteo a filijs Hemor. Deinde in exemplari Graeco nec filij, nec patris est nomen, sed tantum post nomen Hemor subditur *ἢ Σιχημ*, ubi Latinus interpretes, & Santes Pagninus, quoniam propensius erat, filium subintellegerunt, non patrem. Quod si Graeca phrasim permittit, quod certè facit, ut vel filij, vel patris nomen subintelligatur (nam & Act. 1. *Ἰακωβὸς Ἀραβίς*, scilicet,

filius,

Beda in Actorum cap. 7 rom. 5.

filius, & paullo post dicitur *Ἰσδὰς Ἰακωβὸς* à fratre suo denominatur) Lucas, qui Graecè scripsit, ea quae Stephanus Hebraica oratione persecutus est, locum reliquit, ut patris Sichem legamus, unde nihil erit calumniae, aut difficultatis in hac parte, & ita conueniet hic locus Stephani sic interpretatus cum cap. 33. Genesis, & Iosu. 28. ubi dicitur redemisse illum locum Iacob a filijs Hemor patris Sichem: etià si interpretes noster verterit, filij Sichem, cum esset illi liberum aut hoc, aut illud ponere. Beda tamen autor est, in exemplaribus Graecis scriptum fuisse non *ἢ Σιχημ*, sed *ἢ Σιχημ*. Sed quia vulgata lectionem, filij, deludere non licet, aliquid nodum dissoluunt, dicentes Hemor patrem etiam filium habuisse nomine Sichem, & haec mihi probatur solutio, ut solidior: solent enim parentes nomina patrum suorum filijs suis inde-

re. Etsi autem ante Abraham multi essent mortui, & multi sepulturae mandati: primus tamen Abraham curam habuit sepulcri, quae testatur fidem resurrectionis: quam patris pietatem secutus est filius Iacob, cum emit agrum in Sichem ad sepulturam suorum. Qui tamen ad vitam ducendam agros, aut domos non leguntur redemisse, quod videlicet nos instituerent aliam meliorem vitam vobis esse expectandam, quam sit haec praefens, quae plena est calamitatibus, & ærumnis, illam vero omnis miseriae experte, & omnibus quae desiderari possunt, cumulatam, non posse nos obtinere nisi per semen benedictum, ac repromissum, quod est Christus Iesus, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit sempiterna gloria, potestas, & imperium nullo vnquam fine claudendum. Amen.

Abraham, alto rumque Patriarcharum quid cura sepulcri significet. Gen. 33.

Gal. 3.



TRACTATUS XXV.

IN illa verba: *Cum autem appropinquaret tempus promissionis, quam confessus erat Deus Abraham, creuit populus, & multiplicatus est in Aegypto, quoadusque surrexit alius Rex in Aegypto, qui non sciebat Ioseph. Hic circumueniens genus nostrum, afflixit patres nostros: ut exponerent infantes suos ne viuificarentur. Eodem tempore natus est Moses, & fuit gratus Deo, &c. Actorum 7.*

Scopus B. Stephani.

Ioan. 8.

STEPHANVS breuitati studens, enarrat duram seruitutem, quam passus est populus Dei in Aegypto mortuo Ioseph; & tamè illi boni Pharisaei aiebant: *Nemini seruiuimus vnquam*, ad eò vanus, & superbus est homo, qui vel ab Ethnico philosopho condemnari poterat, qui dixit, Solum sapientes

esse liberos. Seruiuit ergo ille Dei populus, & multis annis vixit sine loco, sine templo, sine lege Moseos, & sacrificio. Perpende, quod cum appropinquaret tempus redemptionis promissae, tunc ille populus magna seruitute est oppressus, & alia parte auctus, & multiplicatus nimis: ut intelligas, cum valde premimur, si patienter silueri-

Soli sapientes iberi. Osea. 3.







B. Bernar.

Petrus Damian.

Quinam testes hoc loco, Stephanū lapidantes.

Act. 6. Oecum. Sauli cur Lucas meminerit.

Matth. 10.

Iudæorū carnalis legis intelligētia, & animalis Ioan. 16.

In quo maxime Pauli Apostoli elaboravit industria.

essent impedimento, deposuerunt eas ad pedes iuuenis dicti Sauli, qui eas custodiebat. Beatus tamen Bernardus in sermone quodam qui illi adscribitur, de sancto Stephano, ex lectione Actuum Apostolorum, ita ait: *Deponuntur vestimenta martyris ad pedes persecutoris, qui tactu sacrarum vestium, & orationibus lapidandi fuerat conuertendus.* Idem docet Petrus Damianus. Verum hæc lectio locum haberet aliquē, si Græcè *ἀντὶ* in singulari, & non *ἀντὶ* legeretur: nec erat cur magis testes, quàm alij spoliarent lapidandum. Et testes vocat, homines pecunia cōductos & subornatos, vt falsum testimonium dicerent cōtra ipsum. Meminit etiam Sauli: quem Oecumenius in argumento secundo Apostolicorum gestorum docet consobrinum fuisse B. Stephani. Vt intelligas verum esse verbum Christi: *Tradet autem frater fratrem in mortem*: quia nullus est affectus inter eos, qui fide dissentiant: & dicitur Græcè *ὡς*, quæ vox magis iuuenem spiritu feruentem quam adolescentem significat, erat enim iam paulo quàm iuuenis, ætate grandior. Atq; vt ostendat diuinam eius, & admirabilem, non humanam fuisse mutationem. Saulus enim nondum inspirationem acceperat, sicut & alij permulti: nam sine Spiritu sancto prophetiæ minimè intelliguntur, neque Christus à mundo cognoscitur. Itaque carnaliter legem intelligentes, obsequium se præstare Deo arbitrabantur, cum Dei ministrum interficiebāt. His ergo, qui nondum fuerant inspirati, verba illa Stephani ad memoriā valebant, ne & ipsi cum Spiritu Domini veniret, illi resisterent. Saulus autem vt satisfaceret impedimēto quod præstitit Stephano prædicanti legis liberationem, & prædicauit, & scripsit: & in hoc totus fuit occupatus, vt legē abrogatam, & antiquatam ostenderet.

*Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem, Domine Iesu, suscipe Spiritū meum.* Repetit secundo, lapidabant, quia & linguis & manibus lapides perijciebant. Vbi cor lapideum est, etiam manus non aliud quàm lapides quæruunt: sic vbi cor est carneum, ibi & ma-

nus opera misericordiæ distillat. Currunt illi ad lapides, & hic ad preces. Lapidem lapidem percutiunt: sed lapidem molliorem, de quo fluit oleū charitatis, mel pietatis, & sonitus benedictionis, mel precum: atq; illi lapides tanquam ex filice ignem non iracundiæ, sed amoris excusserunt. Non habebat Stephanus aliud charius, quàm spiritum, & illum in confessione perseuerantem, ac de hostibus triumphantem Domino commendat. Sed Iesus noluit suscipere spiritum eius, nisi prius impleset præceptum dilectionis inimicorum: quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnū cœlorum. Voluit ergo vt prius commendaret suos percussores, & tunc suscepit Spiritum eius. Et si igitur Deo prius spiritum suum commēdauerit, deinde commēdatior Deo factus pro lapidantium salute rogauerit: Dominus tamē Iesus in cruce prius pro crucifixoribus orat, postremò cōmendat Spiritum Patri, quia sciebat se semper audiri à Deo, & cum volebat, nō coactus animam ponebat. Stephanus autem prius fidei, quàm charitatis relinquere testimonium voluit. Nam dicēdo, *Domine Iesu, suscipe*, &c. videtur à fide Iesu in extremis non recessisse: & dicendo, *Spiritum meum*, prodidit fidē suam, qua credebat animas pro Christo morientium ab ipso suscipi. Nam si prius pro lapidantibus orasset, putarent illum non ex charitate preces fundere, sed vt illos sibi placaret: cum autem commēdato spiritu suo iam certus mortis pro lapidantibus sic orat, aperte ostendit, quod non vt reddat sibi eos placatores, sed tantum vt obediat legi Christi sic precatur; vt hic & fidei in Christum, & charitatis in proximos, etiam quos nondum sui delicti pœnitebat, virtus appareat.

*¶ Positis autē genibus, clamauit voce magna, dicēs, Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Indicat ardentem suam charitatem, qua salutem lapidantium sitiebat, quia positis genibus, & clamore magno, quod pro se non fecerat, illorum poscebat salutem, quoniam illi in maiori periculo erant, & graui-

Matth. 5. Ibidem. Quando Stephanus Spiritum Christus suscepit.

Luc. 23. Cur Christus in cruce pro crucifixis orat, deinde Spiritum Patri commendat: Stephanus contra. Ioan. 11. Supra 10.

Stephanus cur pro inimicis orauerit, dicēs, Domine, ne statuas illis hoc peccatum.

delin-

Secunda ratio.

Matth. 5.

Peccatū statuat quis.

Stephani pro inimicis oratio quā efficacis fuerit.

B. Ambros. lib. 1. de penit. cap. 9. tom. 1. prope finem.

Aug. ser. 1. de S. Steph. sub fin. tom. 10.

Quam necessarii fuerit Stephanus pro se lapidantibus oratio, teste Augustino. Euseb. Emis. sen.

Quo die Stephanus passus sit.

Osee. 13. &

1. Cor. 15.

delinquebant: ideo maiori cum humilitate, & submissione preces fundit. Voluit etiam significare, cum inquit; Ne statuas illis hoc peccatum, ne illi putent se benefacere, & ipsum tanquam mendacē iure plectere: ideo rogat ne illis illud imputetur. Quo in verbo indicat se Christo credere, qui mandauit benefacere persequentibus, & calumniatibus, & inimicis. Statuit autem peccatum, qui ad peccatū illud referuat puniendum. Quidam codices habent: *Ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciūt*: sed non est de textu. Fuit autem hæc oratio digna tanto Christi Martyre. Fuit & summè efficax, quia sanguine suo coniuncta Sauli conuersionem obtinuit: vt cum Stephanus esset summus, ac feruentissimus prædicator, & legis iam abrogatæ denuntiator, obtinuerit tamen insignem diuinę gratiæ, & misericordiæ præconem loco suo. Vnde Ambrosius libro de pœnitentia: *Cuius precationis effectum in Apostolo videmus. Paulus enim, qui lapidantium Stephanum vestimenta seruabat, non multò postea per gratiam Christi factus Apostolus est, qui fuerat antè persecutor*: Et beatus Augustinus serm. 1. de sancto Stephano: *Nam si Stephanus, inquit, sic non orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Sed ideo eruditus est Paulus, quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus*. Sic illi. Præterea docet nos hæc oratio in extremo vitæ spiritu ad Deum effusa, quā solliciti sint sancti, qui iam cum Christo regnant, pro nobis preces fundere. Ita enim Eusebius Emisenus in homilia beati Stephani ait: *Dum pro Iudæis supplicat, spem nostram, ac fiduciam nutrit: nam dum pro persecutoribus deprecatur, manifesta cultoribus suffragia pollicetur*.

*Et cum hæc dixisset, obmutuit in Domino.* Mortē sustinuit Stephanus. 26. die Decembris, anno Domini trigésimo quinto per vnum diē inchoato. Absorpta est autem mors in victoria, & perdidit stimulū suum per Christum, & pretiosa reddita in cōspectu Domini mors sanctorum eius; ideo eam non mortem, sed obdormi-

tionem vocat. Obdormiuit enim in spe resurrectionis lætabundę: omnis enim qui dormit, expergiscitur, & omnis qui in fide mortuus est, etiam si mortuus fuerit, viuet, vt dicit Dominus. Pulchrè autem offerēs Deo sacrificiū fidei, ac dilectionis obdormiuit in Dño: quia qui cum odio & acerbitate cordis hinc recedunt, isti verè pereunt, & moriuntur: imò qui etiā in hac vita versantur, nec suis parere dignantur inimicis, vitam inquietam, & acerbam ducūt. De tempore autem, quo hæc Stephani mors contigerit, scribens Euodius, Peri successor in Antiochena Ecclesia, vt eum producit Nicephorus libro Ecclesiasticæ Historiæ, ait: *A Baptismo vsque ad passionem Christi intercessisse annos tres, à passione verò, resurrectione, & Ascensione eius in cœlos, vsque ad lapidationem Stephani, annos septem: à Stephani deinde martyrio vsque dum Paulus lux circumfudit, menses sex. Inde vsque ad sanctæ Deigenitricis decessum annos tres*. Sic ille. Quæ non possunt mihi persuaderi, quia omnium consensu & mors Stephani, & conuersio Pauli ad Christum non nisi illo primo anno à Christi assumptione contingere potuerunt, vt docet Eusebius in Chronico, & vniuersa Martyrologia Ecclesiæ. Ideo quod ait sanctus Euodius, Anni septem, ego legerem, menses septem, qui ab ascensione Domini vsque ad martyrium Stephani intercurrunt. Vt interim omittā quæ de annis decessus beatæ Virginis scribit, quæ alio loco sunt nobis excutienda.

*Saulus autem erat consentiens neci eorum.* Verisimile est, cum fundetur sanguis beati Stephani, multos ex fidelibus Martyrij eius spectatores adfuisse: quemadmodum etiam & cruci Christi fideles, ac religiōsæ fœminæ, & Ioannes adfuerunt. Ne quisquam ergo existimaret, talem fuisse tunc Saulum, maximè cum sanguine illi esset iunctus, declarat illum fuisse incredulum, & in necem eius consentisse, vt non minus reus cædis eius extiterit, quàm alij: nam consentientes: perinde,

Psal. 115. Stephan. cur obdormiuit sic dicatur in Domino. Ioan. 11.

Petri in Antiochena Ecclesia primus successor Euseb. dicitur de tempore mortis B. Stephani min⁹ probabilis opinio.

Niceph. lib. 2. Ecclesiast. Hist. cap. 3. prope init. Act. 9.

Euseb. so. 2.

Li. 11. enarrat. Euangelic. tractat. vlt. An Stephani lapidationi fideles adfuerint.

Ioan. 19.

Saulus neci Stephani consentiens quare dicatur.

Aug. ser. 1. in festo conuers. sancti Pauli, in serm. de sanctis. 13. tom. 10. Cur Saulus Stephanū lapidantiū vestimenta seruaret. 1. Tim. 1. Ioan. 16.

Occumen. An iudex Stephanum lapidantes, ueniam à Deo sint consecuti.

B. Stephanus Protomartyris cur nomen accepit.

Triplex certamen gloriose cōfecit Stephanus. Act. 6.

Ibidem.

Beatissimus Protomartyr Stephanus quā n similitis Christo. Matth. 26.

atque agentes sunt plectēdi, imō omnium testium, quorū vestes seruabat, manibus uideatur lapidasse. Vnde Augustinus in sermone: *Saulus sic aderat lapidantibus, ut non ei sufficeret, si tantum suis manibus lapidaret. Ut enim esset in omnium lapidantium manibus, ipse omnium uestimenta seruabat, magis sauiens omnes adiuuando, quam suis manibus lapidando.* Sic ille. Ex ignorantia tamen, ut ipse testatur, hoc fecit, quia credebat se gratum sacrificium exhibere Deo de medio tollens eos, qui legem à Deo traditam subuertere conabatur, sed misericordiam Dei consecutus est, quia ignorans fecit in incredulitate.

Querit Occumenius, an remissum fuerit hoc peccatum lapidantibus? Et respondet maximè fuisse dimissum, si eos pœnituit: nam qui, inquit, innumerabilibus manibus ipsum feriebat, & Ecclesiam persequebatur Paulus, Ecclesiæ præses postea euasit. Sic ille. Fuit igitur insignis fidei propugnator, ac miles Stephanus, qui propterea Protomartyr uocatur, & in eius sanguine primitiæ Martyrū dicatæ, quia peracto suæ passionis triūpho, primus non ad inferos, ut Machabæi, Ioannes Baptista, & Zacharias descendit, sed in cœlum: ideo dixit, Video cœlos apertos, &c. Præterea triplex certamen egregiè cōfecit. Primum quidem disputationis fuit, in quo cōtra quinque scholas hominum agens, eorum ora obrurauit, ita ut non possent resistere sapiētiae, & Spiritui qui loquebatur. Secundū certamen fuit cum inimicis à dolo & fraudibus, quibus petebant eius pectus, quia submiserunt falsos testes, qui dicerent, se audiuisse eum uerba blasphemiae in Moysen, & Deum, & locum sanctum iactasse. Sed ille fufo, ac doctiori oratione satis obiecta diluit crimina, & se nihil in illos peccasse ostendit: permanfit tamen constans in confessione, ac durā mortem clypeo Iesu quem uidebat, munitus sustinuit. Vbi sanè in quā plurimis Christum imitatus esse uidetur. Nam ut Iesus de blasphemia illa accusatus: *Ego sum Christus filius Dei, &*

*A modo uidebitis: filium hominis sedentē à dextris uirtutis Dei, & uenientem in nubibus cœli: ita ob eadem ferè uerba quia dixit: Video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris uirtutis Dei, extinctus est.* Deinde uterque falsis testibus subornatis damnatus est, uterque extra ciuitatē eiectus. Et ut Christus ab Angelo corroboratus, ita Stephanus uiso Iesu, & gloria eius, confirmatus est. Uterque orauit pro inimicis: commendauit uterque spiritum minimè pereuntem Deo, non autem corpus. Suscipe, inquit, Domine Iesu spiritum, qui cum dedisti, & in corpore à peccato illæsum seruasti. Tu Domine Iesu, qui potes, & vis, & scis saluare: non ut impotens ad litigandum cum magno aduersario, causam alteri committit. Adhæc uterque; obdormiuit in Domino, & ut Christi mors & oratio pro crucifigentibus obtinuit, ita Stephani cædē pro Saulo, & alijs uerisimile est obtinuisse. Sepultus est similiter atque Christus à Nicodemo, & à Gamaliel; & utriusq; sepulcrum gloriosum fuit: nam ut refert Augustinus lib. de Ciuitate Dei, septem mortui per eum sunt excitati, & plura alia miracula edita, quorum nonnulla se uidisse idē tradit Augustinus. Et ut in prima cōgressione rationale habuit certamen in disputatione positum, in quo uirtus sapientiæ Stephani enituit, & secundo congressu in facultatem animæ concupiscentem: quæ uolenti desiderio diligit, ac tuetur uitam, gloriosè, & fortiter decertauit; nam in se ipsum pugnando, hanc insitam cupiditatem uitæ compressit, plenaque, ac gloriosa carnis uictoria mirificè splenduit in Stephano: ita tertius congressus fuit in uirtutem animæ irascentem. Nam cum tot iniurijs esset ab illis affectus, & in mortē ignominiosam quasi blasphemus abductus; possedit tamen animam suam in patientia, & cor mite, ac blandum pro duro, & acerbo obtulit, & benedictionem pro maledictione, & benefacta pro malefactis rependit: nam ne lapides percussis percutientes læderent, blandas pro

Luc. 22.

Tris præstat Iesus.

Infra. 23.

Ibidem. Act. 8. Aug. li. 22. de Ciuitate Dei, cap. 8. circa finem, tom. 5.

Triplex certamen B Protomartyr. Stephanus similiter atque Christus sustinuit, atque consecuit.

Luc. 217

Protomartyri Stephano quātum debeamus.

eis preces effudit, quibus uicta sunt etiam durissima saxa. Merito igitur hic tantus Christi imitator, & tam egregia trophæa de hostibus exportas, dignus est omnibus laudum præconijs; & corona martyrij, quam nomen suum præsignabat: dignumque est, ut nos tanti Martyris uestigia infecuti,

Christum Dominum nostrum, quem ille per omnia secutus est, promereri omnibus uirtutum officijs in æternum contendamus, cui cum Patre, & Spiritu sancto æternas laudes decantemus in seculis sempiternis, Amen. (.)



TRACTATUS XXVI.

In illa uerba: *Facta est autē illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ, & Samaria, præter Apostolos. Curauerunt autem Stephanum uiri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Saulus autem deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahens uiros, ac mulieres, tradebat in custodiam, & reliqua, Act. 8.*

Dei potētia, ac bonitas quanta.

**I**N hoc quoque loco ostenditur quanta sit potētia, & bonitas Dei, quæ nouit ex persecutionibus fructum elicere singularem ad Ecclesiæ suæ propagationem, & augmentum: ita ut non minus aduerso, quàm prospero uento nauem Ecclesiæ suæ in salutis portum perducatur. Ait igitur: *Facta est autem illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Ierosolymis.* Nota, illa eadem die, qua in Stephanū læuierunt, suscitata magnā aduersus alios Christianos persecutionem; quod intelligamus eorum rabiem tantam excitatā, ut non contenti morte Stephani fuerint, sed & aduersus alios inchoatam persecutionem, ac multos occidisse. Vnde infra dicitur: *Saulus autem deuastabat Ecclesiam: intrans per domos, & trahens uiros, ac mulieres, tradebat in custodiam.* Et rursus cap. 26. *Et ego quidem existimaueam me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria*

Ab impijs Iudæis, ac perfidis post eundem Stephanum in fideles facta, quanta fuerit illa persecutio.

*agere: quod & feci Ierosolymis, & multos sanctorum ego in carceribus inclusi, à principibus sacerdotum potestate accepta: & cum occiderentur, de tali sententiam, &c.* Non ergo solus Stephanus fuit occisus in illa persecutione, sed & multi alij. Cum autem diligenter inquirerem historicos Ecclesiasticos quid de hac persecutione suscitata in omnes Christianos tradidissent, tantum inueni Dorotheum Episcopum Tyri, qui in lib. de uita & morte Prophetarum, & Apostolorum, quæ Synopsin inscripsit, de septē agens Diacōnis ita tradit: *Nicanor, & ipse unus ex septem, eodem die cū Syndiacōno suo, ac Protomartyrē Stephano, & duobus millibus alijs in Christum sperantibus, mortuus est.* Hæc ille, quæ si uera sunt, profectō magna fuit persecutio. Et Hippolytus Martyr in libello de septuaginta duobus Domini discipulis, ubi quisque predicauerit, tradit, Nicanorem simul cum Stephano

Dorotheus Episcopus.

Dorotheus Episcopus.

Hippolytus Martyr.

Apostoli cur soli tate huius tempore persecutionis permanerint in Ierusalem

Matth. 10.

Euseb. li. 2. Eccles. Hist. cap. 1. circa med. to. 1.

Discipuli dispersi per Iudaeam, quid agebant.

Act. 8.

Fideles sub Steph. persecutione qualiter dispersi erant Euangelij gratia.

Gentibus primus Apostolorum quis predicauit Euangelium.

Infra. 11.

martyrio coronatum. Aliud quoque huius magne persecutionis signum est, quod omnes discipuli etiam Diaconi, praeter solos Apostolos, qui ut pastores gregis caeteris erant constantiores, dispersi sunt per regiones Iudaeae, & Samariae fugientes a facie persecutorum, secundum illud Domini praecipuum: Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. De hac persecutione Eusebius lib. Eccles. Histor. pauca commemorat: Interea persecutio prima aduersus Ecclesiam Dei, qua est Ierosolymis, facta sub primo martyre Stephano, omnes discipulos, exceptis duodecim, per uniuersam Iudaeam, Samariamque dispersit, seu potius ut sancta Scriptura indicat, disseminauit. Ex quibus nonnulli ad Phoenicem, & usque ad Cyprum, atque Antiochiam deueniunt: qui Gentibus quidem credere mysterium fidei nondum audebant, Iudaeis tamen predicabant. Haec ille, egregie ponderans verbum illud: Igitur qui dispersi erant, quod iuxta verbi Graeci proprietatem significat, disseminati erant: dicitur enim & μὲν ἐν Ἀνατολίῃς. Deinde adiungit, quod Scriptura non dicit peruenisse illos usque ad Phoenicem, & Cyprum, & Antiochiam: quod insinuat satis in Textu, dum cap. 9. Saulus accepit litteras a principe Sacerdotum in Damascum ad Synagogas, ut si quos inuenisset huius vitae viros, ac mulieres, vincos perduceret in Ierusalem. Eo ergo iam peruenerant fideles ex circumcisione. Et cap. 11. Et illi quidem qui dispersi fuerant a tribulatione, quae facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt usque Phoenicem, Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudaeis. Tertio acutè addit, illos disseminatos ad euangelizandum, solis Iudaeis praedicasse. Nam primus qui Gentibus communicauit Euangelium, fuit Petrus: nam Cornelium Centurionem cum tota domo sua Euangelij & Baptismi participes effecit. Et cum ob id fratres qui crediderat ex circumcisione, offensi essent, ipse se expurgauit, referens diuinitus se admonitum per visionem lintei in uniuersas gentes promulgandum Euangelium.

Sed quid est, quod cum reliqui omnes fugati fuerint, solis duodecim percerint? Dicendum est, noluisse Dominum ciuitatem suam relictam esse omnino, & destitutam suo praesidio: nec enim persecutio fit nisi in eos, quos Deus vult: nisi enim eo permittente nihil fit. Diu ergo Apostolos superesse Ierosolymis voluit; ut Iudaei salutem aliorum Iudaeorum videntes, domi haberent, a quibus de salute docerentur, neque cogerentur ab externis viam salutis inquirere: Et quoad spes fuit aliquid Apostolos profuturos, semper in Iudaea permanserunt, aut in eam reuerterunt: & si quid ambigui vsquam esset exortum, ad Apostolos Ierosolymam irent, ut hic honor terrae haberetur.

Fuerunt autem dispersi per regiones Iudaeae, & Samariae, ut praecipuum Domini impleant: Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudaea, & Samaria, & usque ad vltimum terrae. Cum igitur iam praedicatum esset Ierosolymis, ex illa persecutione a Iudaeis suscitata hoc bonum protulit Deus, ut impleant praecipuum suum, nondum tamen vsque ad vltimum terrae, id est, vsque ad Gentiles, quod post aliquot annos fieri coeptum fuit.

Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Haec verba plane indicant persecutionem ortam fuisse eo ipso die, quo Stephanus obdormiuit. Et commendantur qui operi pio sepulturae vacarunt. Verbum autem Curauerunt, Graece est οὐκ ἐπιμέλειαν, quod proprie est extulerunt, siue sepelierunt: etsi satis verbo illo exprimitur Curauerunt. Et certe mortuis nulla alia cura adhibetur, quam sepeliendi eos: vnde Beatus Augustinus librum inscripsit, De cura pro mortuis agenda.

Annotauit Caietan. in haec verba, in primitiua Ecclesia non incepisse solennitates Martyrum, quia non dedicauerunt martyrium Stephani, sed fecerunt super eum planctum. Sed praefecto infirmum genus est argumeti, quasi illa duo simul conuenire non possint: nam similiter de B. Martino, & multis

Cur reliqui omnibus discipulis dispersis, Ierosolymis Apostoli soli remanserint.

Discipuli per Iudaeam, & Samariam cur dispersi fuerint.

Act. 1.

Quo die Ierosolymis in Christianos orta fuerit illa persecutio.

Stephanum ut curauerint viri timorati. Aug. 10. 4. circa finem.

Quod nunc primum, id est, in primitiua Ecclesia beati Stephani fuerit dedicatum, contra Caietanum ostenditur. Caietan. in Acta.

B. Hier. ad Ripar. presbyt. aduers. Vigilant. sub fin. tomo. 2. prope init.

Clem. Rom.

Euseb. li. 4. cap. 5. Hist. Eccles. to. 1.

Steph. morte viri timorati cur lacrymis sine profecutione.

Hiero. epistol. 25.

Saulus quomodo Ecclesiam deuastabat.

sanctis factus est planctus magnus; & tamen instituti, ac dedicati sunt dies ad eorum memoriam celebrandam. Sed illud mirum, quod ex hoc eodem loco B. Hieron. aduersus Vigilantium negantem venerationem sanctorum, in eorum reliquijs, oppositum collegit. Ait enim: Et quid passi sunt Apostoli, ut immundum Stephani corpus tanta funeris ambitione praecederent, ut facerent ei planctum magnum, ut eorum luctus in nostrum gaudium verteretur? Quae verba eo pertinent, ut indicent eam curam adhibitam fuisse, ut sanctissimum corpus illud fidelium venerationi seruarietur: alioquin nihil contra Haereticum protulisset Hieron. Non legerat Caiet. librum. 8. Constitutum. Apostolicum. Clementis, in quo cap. 39. indicitur, ut fideles in die Protomartyris Stephani omnes quiescant, & similiter in diebus reliquorum Martyrum, qui Christum propriae vitae anteposuerunt: atque hoc statuitur decretum nomine Apostolorum Petri & Pauli. Certè Poly carpi Martyris, Episcopi Smyrneorum, ac Ioannis Euangelistae discipuli martyrium coestim fuit ab Ecclesia Smyrneorum dedicatum, & per singulos annos commemoratum, ut tradit Eusebius. Quod autem fleuerint viri timorati, humanitatis fuit, & peculiaris dilectionis, & dolor de amisso tam praecipuo Dei ministro; & ut fletu suo eos qui laetabatur de morte eius condemnarent. Denique Hieron. ad Paulam de obitu Blefillae verbum, Planctus, expendens, scribit: De moysi vero & Aaron, quod eis ex veteri more sit planctus exhibitus, non mirandum est, cum & in Actis Apostolorum iam Euangelio coruscante, Stephano fecerint Ierosolyma fratres planctum magnum, & vti que planctus magnus non in plangentium exanimatione, ut tu putas, sed in pompa funeris, & exequiarum frequentia, intelligendus sit. Haec ille, qui exemplo Iacob sepulti a Ioseph filio suo cum planctu magno & forti, dictum suum comprobatur.

Saulus autem deuastabat Ecclesiam. Stephani caede factus audacior Saulus, potestatem acceperat intrandi per singulas domos, ac vincendi viros, ac mulieres, & tradendi in custodia

vt occiderentur. Vnde infra dicitur: Saulus autem adhuc spirans minarum, & cadis in discipulos Domini; vt ea occasione dispergeretur discipuli. Huius persecutionis, ac dispersionis fidelium rependens officium, factus est acerrimus Ecclesiae Christi defensor ac propugnator, eiusdemque toto orbe propagandae minister.

Igitur qui dispersi erant, pertransibant, euangelizantes verbum Dei. Ecce fructum quaesitum a Domino, ut dispersi euangelizarent verbum Dei per totam Iudaeam. Atque ob eam causam quod facilius hoc ministerium amplecterentur, inspirauerat eis, ut distractis facultatibus suis, earumque pretio ad pedes Apostolorum posito, liberi vacare possent ministerio verbi. Ante tamen quam Apostoli Ierosolymam desererent, Iacobum fratrem Domini, peculiarem eius Ecclesiae Episcopum constituerunt, atque consecrarunt, sequenti post Stephani martyrium die, hoc est. 27. Decembris, vt habet in suo Martyrologio Beda, qui cum fidelium Ierosolymae agentium salutis curam singularem, vt eorum Episcopus haberet, & plurimos eorum iam vidisset dispersos per Iudaeam, ad eos dispersos Catholicam suam scripsit epistolam, dicens: Iacobus Dei, & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quae sunt in dispersione, salutem. Vbi videntur fideles illi ex omni tribu fuisse, quia dicitur duodecim tribubus. Philippus autem descendens in ciuitatem Samariae, predicabat illis Christum. Hic Philippus non erat Apostolus, quia duodecim remanserunt Ierosolymis, sed vnus ex septem cum Stephano diaconus ordinatus: & hic indignum erat vt tantum vacaret mensis: alium nunc panem depromit. Vide quemadmodum Apostoli ac Diaconi suo incumbant muneri Euangelizandi: Et quia altior erat situ Ierosolyma, dicitur descendisse in ciuitatem Samariae, hoc est, in eam ciuitatem, quae dicitur Samaria, quae olim erat caput regni Israel, & quos olim Iudaei non diligebantur vel mutua conuersione, Christus illos suo dignatur Euangelio. Et quia eo venerat, actus

Act. 9.

Quale beneficium Ecclesiae Dei pro tanto repederit maleficio Saulus.

Sub Stephano magna illa in Christi fideles orta persecutio, quem fructum peperit. Supra. 4.

Apostoli Iacobum fratrem Domini quando, & cur creauerint Ierosolymorum Episcopum.

Iacob. 1.

Quis fuerit iste Philippus predicans in Samaria Christianum. Act. 6.

Samaria olim Israelitici regni caput.



In Samaria Philp. quantum fecerit.

Luc. 2.

Matth. 21.

Samaritae in quo cum Iudeis conueniret, in quo differrent.

Act. 5.

Cur hic Simonis magi exemplum propositum sit.

Hypocritis quantum perniciem adferat.

Quis fuerit Simon Magus

Epiphanius in heresi. 21.

Hier. to. 9. initio.

B. Iust. Mart. tyr. tom. 1.

Apolog. 2. non procul ab initio.

ab Spiritu sancto; Deus subscripsit illius aduentui, quia dedit illi aures audiendi verbum Dei, & oculos videndi signa, & cacodemonum eiectione; & omnia illa ab vno Christo proficisci ad eorum salutem concilianda: ita ut dicatur factum esse gaudium magnum in illa ciuitate, qui fructus est reconciliatae cum Deo conscientiae. Impletumque est verbum Angeli: *Euan gelizo vobis gaudium magnum.* Recte quoque dictum est a Domino Iudeis: *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Nam et si Samaritae religionem Iudeorum, & cultum profiterentur; erant tamen semiiudei, & ex lege praeter Pentateuchum alios libros non recipiebant. Ita ut hic extiterit diuinæ sapientiae obseruanda ordo, ut primo quidem Euangelium comunicaretur Iudeis, qui ex integro legem profitebantur; deinde his qui partim erant Iudaei, partim Gentiles, & profus ignotam habebant religionem Iudaicam. *Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate magus, seducens gentem Samaria, dicens se esse aliquem magnum: cui auscultabant omnes, a minimo vsque ad maximum.* Quemadmodum superius in Anania & Sapphira horribile proposuit exemplum eorum, qui fide perfectionis votum profiterentur, & vota Deo nuncupata irrita faciunt: ita hoc loco documentum eius, qui simulato animo fidem & Baptismum amplectitur, propositum habemus, quod discant omnem hypocrisim, & simulationem fugere, tam hi, qui commune omnibus, quam qui singulare perfectionis viam cōsecantur: nam hypocrisis omnium vitiorum est seminarium atque fomentum, & omnium verarum virtutum extirpatio. Quis fuerit Simon Magus, docet Epiphanius disputans contra Simonianos, & Hieronymus in cap. 24. Matthei initio sic ait: *Simon se magnam dicebat esse Dei virtutem: hac quoque inter cetera in suis voluminibus scripta dimittens Ego sum sermo Dei, ego speciosus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei.* Adhuc Iustinus Martyr in Apolog. 2. pro fide ad Imperatorem Anto-

ninum Pium: *Cum post ascensionem, inquit, Christi in caelum ydem demones in medium produxerint mortales, qui se ipsos deos esse dixerunt, tantum abest ut persecutione illi a vobis sint expetiti, ut honoribus quoque digni sint existimati.* Simon nimirum quidam Samaritanus in vico, cui Gythhon nomen est: natus: qui sub Claudio Cesare efficacium demonum arte in imperiali vrbe vestra Roma propter magicas quas exhibuit virtutes Deus habitus est, & statua apud vos veluti Deus honoratus: quae statua in amne Tiberij inter duos pontes est erecta, Latinam hanc habens inscriptionem: *Simoni Deo sancto: ac Samaritani prope omnes, ex alijs autem nationibus etiam per pauci, illum quasi primum Deum esse confitentes, adorant quoque, & Helenam quandam perfectionis eius eo tempore comitem: qua prius pudicitiam in ppatulo habuerat, & in lupanari profuerat, principem ab illo notionem, & intelligentiam factam esse narrant.* Hanc Iustinus, quae etiam Euseb. lib. 11. cap. 13. Ecclesiast. Histor. producit. Iuxta alios autem sic inscriptio habebat: *Simoni sancto Deo fidio.* Est autem fidius femideus, natus scilicet ex mulieribus, sed ex patre Deo, & talis habebatur Hercules, & nominabatur. Rursus Clemens lib. 2. Recognit. prope init. ita scribit: *Simon hic patre Antonio, matre Rachel natus est, gente Samaritanus, ex vico Gythhorum, arte magus, Graece tamen literis liberalibus apprime eruditus, gloria ac iactantia supra omne genus hominum cupidus, ita ut excelsam virtutem, qua supra creatorem Deum sit, credi se velit, & Christum putari, atque Sanctum nominari. Hac autem appellatione vitur, quasi qui neget posse se aliquando dissolui, asserens carnem suam ita diuinitatis sua virtute compactam, ut possit in aeternum durare. Hinc ergo stans appellatur, tanquam qui non possit ultra corruptione decidere.* Et paulo post loquens de magicis suis operibus, in eius persona subiungit: *Possunt enim facere, ut volentibus me comprehendere, non appareant: & rursus volens videri, palam sim. Si fugere velim, montes perforem, & saxa quasi lutum pertranseam: si me de monte excelso precipitem, tanquam subuectus ad terras Israel deferar. Vincit memet-*

Simon Magus vbi natus, & quando. Idem quatuor generatione habitus olim a Romanis, teste Iustino.

Helena Tyri quaestuarium Magi Simonis comes, quo in honore etiam habitata Euseb. to. 1.

Clem. Romanus.

Qua nequa hic Simon fuerit.

Simon cur Stans voluit nominari, teste Clemete.

Quanta idem efficere se posse iactaret, eodem autore.

*ipsum soluum, eos vero qui vincula iniecerint, vincitos reddam: in carcere colligatus, claustra sponte patefieri faciam: statuas animatas reddam, ita ut putentur ab his qui vident, homines esse. nouas arbores subito oriri faciam, & repentina virgulta producam: in ignem memet ipsum iniiciens, non ardeam. Vultum meum commuto, ut non agnoscar, sed & duas facies habere me, possum hominibus ostendere. Ouis aut capra efficiar: pueris paruis barbam producam: in aërem volando inuehar: aurum plurimum ostendam: Reges faciam, eosque deiciam. Adorabor ut Deus, publice diuinis donabor honoribus, ita ut simulachrum mihi statuente, tanquam Deum colant, & adorēt. Et infra rogatus quomodo haec possint arte magica effici? respondit: *Pueri incorrupti, & violententer necati, animam adiuramentis ineffabilibus euocata assistere mihi feci, & per ipsam fit omne quod iubeo, & cetera, quae longum esset recētere. Ut videas discrimen Philippi, qui praedicabat Christum, & vtilissima in infirmis signa faciebat, & demones expellebat: hic primo praedicabat se ipsum, dicens se esse aliquem magnum, & quod in ipso esset virtus Dei magna: edebat miracula varia atque inutilia, atque ad alendam curiositatem hominum accommodata: inuocabat demones, eosque in hominum corda inducebat: denique dementabat homines, cum Philippus eos per fidem, & poenitentiam ad mentem sanam reduceret.**

Aburdū cōmentū Simonis de puero necato etiam hodie receptum apud Magos. Qualia fuerint Magi Simonis miracula.

Quo animo Simon Magus ad baptismum accesserit.

I. Opinio.

Euseb. lib. 2. Eccle. histo. c. 1. sub fine to. 1. Cyril. Ierosol.

Beda in Act. tom. 5. Simon Magus laudis audisimus. Altera opinio.

*Quod autem dicitur: Tunc Simon & ipse credidit: & cum baptizatus esset, adhaerebat Philippo: intellige credidisse fide, ut volunt multi Patres, & praesertim Eusebius Caesariensis libr. Ecclesiasticae historiae, & Cyrillus Ierosolymitanus in proemio Catecheson suarum. Accesserat (inquit) aliquando Simon Magus ad hoc lauacrum: baptizatus est, sed non illuminatus, & corpus quidem lauit aqua, cor autem non illustravit Spiritu.* Sic ille. Nam cum esset laudis audisimus, ut tradit Beda. credere se quousque baptismum susciperet, simul lauit, ut ab alijs in pretio haberetur, quod artes edendi signa ab eo disceret. Alij dicunt, quod crediderit verē ad tempus, sed coactus a signis quae non po-

terat facere, vel negare. Nec mireris Simonem Magum baptizatum, si non miraris Iudam Apostolum fuisse. Hic dementauerat totam ciuitatem suis artibus. Et si autem olim magi a Persis dicerentur sapientes, & tradentes diuina; tamen mutato cultu Dei in eum daemones, magi dicuntur, qui demones inuocant, & faciunt quaedam curiosa, & inutilia, ac planē superstitiosa, quibus dementat curiosos, & eos, qui seduci volunt. Sine peccato namque proprio Deus neminem seduci permittit; Dei enim est nemini nocere, & simplicibus ne seducatur, succurrere.

*Cum autem audissent Apostoli qui erant Ierosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum.* Cum Apostoli essent mundi iudices, & Ecclesiae Principes; ideo ad eos negotia Ecclesiae deferrebantur, quale erat conuersio Samariae, & an bona fide verbum suscepissent. Proinde Apostoli miserunt ad eos Petrum & Ioannem: non quod eis potestate maiores essent, cum omnes, quatenus Apostoli, essent pares: (nam si minor simpliciter, & absolute est qui mittitur, etiam impar, & minor inueniretur Petrus alijs Apostolis) sed hoc modo loquendi uti tur Scriptura: tum ostendat, potestatem subditam esse charitati, qua nulla est maior potestas, quae non modo Petrum & Ioannem, sed etiam Deum de caelo ad nos miserat: quauis missus mittente non sit minor: qua ratione & Pater misit Filium: sibi per omnia patrem, & Christus misit Spiritum sanctum in nullo se inferiorem. Ita Paulus mittendum se offerebat Macedoniae, & Achaiae, ad eleemosynas sanctorum deferendas, qui erant in Ierusalem. Deinde hoc ipso maior ostenditur Petrus, quia mittitur, id est, nulli petenti se denegat: quia qui maior est, ut docuit Dominus, fit omnium minister. Adde, ut possit etiam Rex mitti a se ipso cum Senatu a se creato, & Episcopus mitti a Capitulo ad Caesarem, siue ad Papam, non quidem ut autoritate minor, sed quia rogari

Magi olim apud Persas quales dicebantur.

Magi modo qui dicatur.

Seduci quem Deus permittat, quem non permittat.

Apostoli quales iudices, & Principes essent.

Apostoli mittentes Petrum & Ioannem, an ideo maiores fuerint.

I. Ratio incontrarium.

Nulla maior potestas charitate.

Misto in diuinis nullam arguit inaequalitatem.

Act. 15. II. Ratio.

Quare Petrus Apostolorum in Samariam missioni repugnare eum posset, noluerit tamen.

Contra Lutheros eam Petri ab Apostolis in Samariam missionem pugnare cum eius primatu in Ecclesia contendentes.

Virgil. in egl. 8. Non omnes in Ecclesia omnia possunt

Ordinarius Sacramenti Confirmationis minister quod sit tantum Episcopus probatur.

Luc. 22.

Petrus cum Ioanne Samaritanos quatenus confirmauerint.

B. Cyprianus ad Iubaianum de heretico baptizato.

solet, ut aliquam grauiorem Ecclesie causam in se suscipiat. Ita potuit miti Petrus rogatus. Quamquam si expedire visum fuisset Petro non haberatam missionem, potuisset eam detrectare: verum perpendens quid expediret, & quid Ecclesie deberet, & non quid posset, acceptauit missionem sine primatus sui preiudicio. Quae omnia in Haereticos hunc locum sine ratione vrgentes, mihi dicta sunt, qui propter verbum ambiguum, & equiuocum missionis non debebant tot, ac tanta Petri apertissima priuilegia infringere: nam certis incerta, peripicuis ambigua, rebus verba, & plurimis pauca merito cedere oportet.

Illud quoque obseruandum, omnes in Ecclesia non posse omnia. Nam Philippus cum Diaconus esset, etsi baptizaret, & praedicaret, non tamen conferebat Spiritum sanctum. Vnde, ut recte admonuimus, hic Philippus Diaconus erat, non Philippus Apostolus: quia ille eadem potuisset, quae Petrus, & Ioannes, quod attinet in Sacramento hoc conferendo.

Constituendum ergo, solum Episcopum huius Sacramenti esse administratum, sicut & in primitiua Ecclesia soli Apostoli illud administrarunt. Estque cum oratione coniunctum, ut ad eos tantum hoc Sacramentum conferre spectet, ad quos assidua praedicatione, & oratione, & doctrina Ecclesiam stabilire, & roborare spectat. Hi autem erant Apostoli, quorum vni super premo dictum est: *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Quamquam Petrus, & Ioannes missi fuerint ad imponendas manus baptizatis a Philippo: Petrus tamen non adfuit ut summus Ecclesie pastor, sed ut Episcopus tantum, quemadmodum & Ioannes eius collega. Hinc Patres tradunt, hanc prouinciam administrandi Sacramenti huius, solis Episcopis, qui Apostolis successerunt, competere. Quos inter Cyprianus ad Iubaianum scribit: *Baptizatos a Philippo Diacono baptizari ultra non oportebat: sed tantummodo quod deerat, id a Petro, & Ioanne factum est, ut oratione pro eis habita, & manu imposta, inuocaretur, & infunderetur su-*

*per eos Spiritus sanctus. Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, per praepositos Ecclesiae offerantur, & per nostram orationem, ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo Dominico consummentur. Ad idem est Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos, qui interrogas, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi, non accipiat Spiritum sanctum, quem nos asserimus (inquit) in vero baptizate tribui, Respondet: hanc obseruationem ex Scripturae auctoritate ad sacerdotij honorem descendere. Et subdit: *Ecclesia salus in summi sacerdotis dignitate pendet: cui si non exors quadam, & ab hominibus eminens detur potestas, tot in Ecclesijs efficiuntur schismata, quot sacerdotes.* Inde venit, ut sine chrismate, & Episcopi iussione, neque presbyter, neque Diaconus ius habeant baptizandi, quod frequenter, si tamen necessitas cogit, scimus etiam licere laicis. Ad haec Innocentius I. epist. 1. cap. 3. *De consignandis infantibus, inquit, manifestum est non ab alio, quam ab Episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent.* Et confirmat exemplo Apostolorum, qui missi sunt Samariam, ut baptizatis traderent Spiritum sanctum. Et subiungit: *Nam presbyteris, seu extra Episcopum, seu praesente Episcopo, cum baptizant, chrismate baptizatos unguere licet: sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eadem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Spiritum sanctum paracletum.* Idem Gregorius Magnus libro 3. Registri epist. 9. ad Ianuarium Carolitanum, *Presbyteri, inquit, baptizatos infantes signare bis in fronte chrismate non presumant. Sed presbyteri baptizatos tangunt in pectore, ut Episcopi postmodum tangere debent in fronte.* Similia tradit Leo Papa epist. 88. & Gelasius epistola ad Episcopos per Lucaniam, & Innocentius III. cap. Quanto, de consuetudine, ubi indicit Episcopis, ne id attentando, rem futilem, & inanem faciant.*

Quod vero Gregorius lib. 3. epist. 26. ad eundem Ianuarium Carolitanum

Hiero. inter initium, & med. tom. 2

Vnde Hieronymus ostendat Ecclesiae salutem in summi sacerdotis dignitate pendere.

Inno. I.

Quatenus presbyteris per Innocentium Pontificem liceat chrismate unguere baptizatos.

Greg. Rom. tom. 2.

De consec. dist. 3. presbyteri.

Leo Mag. Gelasius Pa. Innoc. III.

Greg. Rom.

scribit:

Si Confirmatio Sacramenti Ordinis minister Episcopus est, idem administrari etiam a simplici sacerdote per Gregorium quomodo conceditur?

Ioannis Louanien. solutio parum idonea rejicitur

Concil. Florent. in bulla unionis.

Innocent. I.

Trid. synod.

D. Ambros. tom. 3. circa fin. 1. Tim. 3.

scribit: *Peruenit quoque ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod presbyteros chrismate tangere in fronte eos qui baptizandi sunt, prohibemus. Et nos quidem secundum usum veterem Ecclesia nostra fecimus: sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi Episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizandos chrismate tangere debeant concedimus: non videtur omnino euincere, presbyteris concessum chrismate in fronte tangere baptizatos, sed ut ipse expressè ait, baptizandos. Longè autem distat baptizati a baptizandis: & ita Ioannes a Louanio interpretatur non de chrismate proprie accepto, sed de oleo benedicto ab Episcopo, quo a sacerdote baptizati in pectore unguuntur. Sed certe violenter hoc dicitur, quia aperte Gregorius dicit, chrismate tangere, & ad tangendum oleo communi, etsi benedicto ab Episcopo, non erat opus Gregorij summi Pontificis concessione, aut dispensatione, maxime cum haec epistola vigesima sexta libri tertij ad eundem Ianuarium Carolitanum sit missa, ad quem priorem nonam epistolam eiusdem libri destinarat, ubi quod prius prohibuerat, reuocare videtur, maxime in absentia Episcopi. Quae si vera sunt, baptizandos dixit pro baptizatis, praesertim cum Concilium Florentinum asserat, per Apostolicae sedis dispensationem ex rationabili, & vrgenti admodum causa simplici sacerdote chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis Sacramentum: alludendo, ut arbitror, ad hanc B. Gregorij doctrinam: alludendo etiam ad id, quod Innocentius I. epist. 2. cap. 6. docuit de Energhemenis a presbytero consignandis, si ad Episcopum absentem duci non possunt. Concilium quoque Tridentinum sessio. 7. Can. 3. *Si quis, inquit, dixerit, sanctae Confirmationis ordinariū ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem; anathema sit.* Dicendo autem, *Ordinariū*, indicauit, ex dispensatione Pontificis simplicem sacerdotem illud posse administrare. Et Ambrosius super illud ad Ephes. 4. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, scribit: Timotheum presbyterum**

*a se creatum Episcopum vocat. Primi presbyteri Episcopi appellabantur, ut recedente eo, sequens ei succederet. Denique apud Aegyptum presbyteri consignant (hoc est, confirmant) se praesens non sit Episcopus.* Haec Ambrosius.

Quod si quis obijciat, potestatem istam Confirmandi, ad Ordinem spectare, & non ad iurisdictionem: nam solus electus Episcopus, qui iurisdictione non caret, confirmare non potest, sicut nec non sacerdos conficere: quod si ad Ordinem spectat, proculdubio Sacramentum est, Sacramentum autem nec ipse Papa sine certa forma & materia conferre potest: igitur sicut non potest baptizare sine aqua, & forma Baptismi, ita nec simplici verbo facere idoneum ad confirmandum quaequam potest, nisi certa forma tradat illi potestatem: nam Papa intactam relinquit materiam, & formam cuiusuis Sacramenti: respondendum est, Christum ipsum instituisse, ut ordinarius huius Sacramenti minister esset Episcopus, ut Concilia dicta generalia de finierunt: non ligando tamen manus summo Pontifici, quin causa vrgente, ex dispensatione sua sacerdos simplex possit illud administrare: accepta a Deo potestate per auctoritatem Pontificis: ita ut si sine commissione Pontificis tentet perficere, nihil efficiat. Ita B. Thomas in 3. part. q. 72. articulo. 11. sentit.

Alia sententia, & quidem probabilis esse videtur, ministrum videlicet ordinarium huius Sacramenti ex institutione diuina esse Episcopum; simplicem autem sacerdotem esse ex eadem institutione ministrum, sed non ordinariū, sed ex inunctione, vel commissione: quae si absit, peccat quidem sacerdos, sed factum tenet: quemadmodum in baptismo, cuius minister est sacerdos, potest tamen ex eius commissione baptizare Diaconus, aut etiam laicus. Et tantum est differentia, quod quia hoc Sacramentum Confirmationis non est necessarium de necessitate salutis, nunquam debet chrisma conferre sacerdos sine commissione expressa superioris: potest autem in casu necessitatis etiam Diaconus, & alij baptizare, ex com-

Quos presbyteri absente Episcopo de more consignabatur

Quare cum confirmatio ad Ordinem non ad iurisdictionem spectet, eius Ordinarium minister non sit sacerdos.

I. solutio questionis.

D. Thomas tom. 13.

II. solutio Sacramenti videlicet Confirmationis etiam extra ordinariū ministrum esse posse.

Qui sit ordinarius Baptismi minister.

sione,

F. Fran. Ferrariensis. Caie. apud Ruard. Tap per.

II. Argum. Sess. 8. Can.

III. Argum.

Conc. Tolet. I.

Vnctio que propria sacerdotis.

Innocen. I.

III. Argu.

Marti. Pap.

V. Argum.

Ambros. to. 5.

Augu. to. 4.

Greg. to. 2.

VI. Argum. & vltimum.

sione, & etiam sine illa, si necessitas urgeat. Hanc sententiam sequitur Fraciscus Ferrariensis lib. 4. contra Gentes, cap. 66. & Cafetano tribuitur à Ruardo Tapper Decano Louanien. in articulis suis, etsi Caietanus id dicere, alijs minimè videatur.

Deinde aduerte, Concilium Tridētinum cum dixit, Episcopum esse ordinarium ministrum, satis insinuasse, alium esse non ordinarium, & validū esse, si ab eo ministraretur: licet olim reprehensum sit, quando sine licentia maiorum fieret. Tertio certum est, atque indubitātū, olim sacerdotes simplices contulisse hoc Sacramentū iussu Episcoporum. Et probatur ex Concilio Toletano l. cap. 20. in fine, vbi dicitur: *Diaconus non chrismet, sed presbyter absente Episcopo; presente vero non, nisi ab ipso fuerit preceptum.* Nec potest hoc explicari de vnctio, quæ fit in baptismo in vertice baptizati, quia talis vnctio nunquā fuit prohibita presbytero, etiā presente Episcopo; imò illius est propria. Idē probatur ex Innocentio I. epist. 1. cap. 6. dicente, sacerdotes posse consignare, & manus imponere, si Episcopus præceperit. Et idem conijcitur ex his, quæ dixerat cap. 3. vbi docuerat, manus impositionem, & consignationem pertinere ad Episcopum. & id ex Actis Apostolicis comprobari. Quarto, faciunt ad hoc idem duo alij Canones, alter Dist. 95. cap. presbyter, alter verò de Consec. Dist. 3. cap. omni tempore, vbi Martinus statuit, vt presbyter nō signet infantes presente Episcopo, nisi de iussu ipsius.

Accedunt etiam Doctores, vt Ambrosius, qui (vt supra retulimus) docet in Ægypto morem fuisse, vt absente Episcopo, sacerdos consignaret: & B. Augustinus lib. Quæstionū Noui, & Veteris Testamenti, quæst. 101. vbi asserit, in Ecclesia Ægyptiorum, & Alexandrina, in quibus non erant Episcopi, sacerdotes solitos fuisse hoc dare Sacramentum, Gregorius quoque libro. 3. capit. 26. ad Ianuarium vt supra: Fauet postremo consuetudo Græcorum (quæ forsan ab initio ex cōstitutione Apostolica def

cendit) qui idem seruabant.

His positis, facile est argumenta Durandi, & Adriani contra hanc sententiam soluere, in quibus duo videtur facere negotium. Primum est caput Quanto, de consuetudine: vbi Innocentius III. postquā dixerat tutius esse, & sine periculo ex necessitate omittere, quā vt ab ijs, quibus ea conferri non licet, ex temeritate, nō sine graui periculo, inaniter conferatur; cum vmbra quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu. Vbi illud, *Inaniter, & vmbra quædam, sed non veritas*, ostendere videntur, illud Sacramentum collatum à simplicibus sacerdotibus, nullum extitisse.

Secundum est, Canon quidam ex epist. 3. Eusebij, & habetur de Cōsec. dist. 5. cap. manus imponis, vbi habetur: *Irritum habeatur, & vacuum, nec inter Ecclesiastica Sacramenta reputabitur: scilicet quod confertur per simplices sacerdotes.* Respondemus tamē, in his capitibus non haberi, nec dici, vt iterentur talia Sacramenta: quod si dixisset, tunc prorsus fuissent vana, & nulla. Deinde solum dicunt, quæ passim reperiuntur in alijs administrationibus sacramentorū, quæ quidem valida fuerunt: & tantum illa dicta sunt, vel in odium illorū, qui ea illicitē, & malè contulerunt; vel ad grauitatem delicti exaggerandā; vel quia carent effectu eiusmodi sacramenta, propter peccata admissa à dantibus, & recipientibus. Quod his exemplis probatur: nam l. q. 1. cap. qui vult. 1. & 2. dicitur de presbytero per symoniam promotō, quod sacerdos non est, sed inaniter tantum dicitur. Sixtus etiam II. epist. 2. de Episcopo ordinatē in aliena diocesi, ait, quod irrita sit ordinatio. Idem quoq; habetur l. q. 2. cap. in multis, & in Clemen. de elect. cap. in plerisque, statuitur, quod ordinatio Episcopi ad Ecclesiā quæ caret clero, & Christiano populo, sit nulla, & habeatur irrita, de elect. item lib. 5. cap. prouida, & in alijs per multis locis similia dicuntur, in quibus tamen nihil præcipitur de iterando Sacramento.

I. obiectio ad uerfariorum.

Innoc. III.

Altera obiectio.

Solutio

Sacerdotum sine iniunctio ne Episcoporum, cruce signantium, irritum est sacramentum. Sixtus II.

An propria Episcopi sit potestas confirmandi, an verò Romani Pontificis.

De illius potestate.

De illius potestate.

Petrus & Ioannis pro Samaritanis vt Spiritum sanctū acciperent, oratio duo cōprehendit.

Apostolorū Petri, & Ioannis pro Samaritanis vt Spiritum sanctū acciperent, oratio duo cōprehendit.

LUC. 11.

Quā necessarius sit hominibus Spiritus sanctus.

Quid, in nomine Iesu baptizari. Matth. vlt.

Altera solutio.

An verò Episcopi ex se ipsis, & ex propria auctoritate hanc facultatē cōferrent cruce signandi in fronte simplici sacerdoti, an ex Pontificia auctoritate, & delegata, certum non habeo, cum hæc decreta ex auctoritate Pontificia, vel synodi erint, vel confirmata sint. Probabilius tamē videtur, quod Episcopus hac auctoritate fungatur, nisi à summo Pontifice restringatur: Quod ex eo firmatur, quia Episcopi habent plenam auctoritatem in suam Ecclesiā, siue diocesim, perinde atq; Pontifex in Ecclesiam vniuersalem, nisi Episcopis ob aliquam iustam causam restringatur hæc potestas. Deinde hæc potestas conuenit Pontifici ratione consecrationis, non autē iurisdictionis. Cum autē eadem sit in quouis Episcopo, quæ in Papa, poterat illam auctoritatem in sacerdotes cōferre, vt videtur dicere Paludanus. Tamē si restricti sint Episcopi, non sunt excusandi sacerdotes id facere attentantes.

Sequitur in textu: *Orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum.* Ecce præcipuam legationis Petri, & Ioannis ad Samaritanos causam, precibus videlicet suis conferre in eos, & in alios Spiritum sanctum Vocat autem preces, non tantum illas, quas ministri de suo huic sacramento adiungunt, secundum illud: *Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester cælestis de celo dabit Spiritum bonū petentibus se: sed etiā formam ipsius Sacramenti, quæ cōceptis verbis exprimebatur.* Nihil autem magis necessarium hominibus Spiritu sancto ad omnia quæ desiderari possunt, & quæ, si opus est, consequuntur miracula. *Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu.* Baptizari in nomine Iesu, est, vt superius diximus, institutum à Iesu baptismum, & in eius sanguine validum, & efficacem cōferre, tamē in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Vel, vt recēs autor scripsit, erat dicer e: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij Iesu Christi, & Spiritus sancti, Amen.* Et si alij scribant hoc ad tempus concessum, vt ba

pizaret in solo nomine Iesu Christi, vt inualesceret nomen eius.

Obijcies, si Samaritani crediderāt, & baptizati erant, habebant ergo Spiritum sanctum: nam qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Quod si Spiritum sanctum nondū acceperāt, quomodo credere potuerūt? aut quomodo quisquam regenerari in filium Dei, per baptismum potuit sine Spiritu sancto, qui Spiritus est adoptionis? Dicendum est, per baptismum quidē accepisse ipsos Spiritum sanctum ad gratiam, & adoptionem internā; sed in signo sensibili, vt dono linguarū, & operatione signorum, non accepisse gratiam abundantem Confirmationis, dabaturq; ad gratiæ augmentum: quia enim excelsi, ac magni in gloria esse debemus, hinc opus fuit vitā spiritualem augeri, iuxta illud: *Qui iustus est, iustificetur adhuc*, vt solidum cibum, gloriæq; pondus portare valeamus. Datur etiam ad robur, vt non tantum corde, & ore, sed etiā opere atq; patientia, quæ summè Deum glorificat, cōfiteamur. Hoc verò robore Spiritus dæmones confunduntur, æterna confusio cauetur, caro maceratur, spiritus viuificatur, fidesq; honorificatur; & deniq; illo muniti, bella quæ contra nos ab omnibus creaturis, etiā à nostris cupiditatibus, & voluntatibus insurgant, superamus.

Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctū. *Varia est & anceps in sacris literis manuum impositio, & ad conferenda Dei dona frequenter adhibita.* Nam in Nouo Testamento, vt de illo tantū loquamur, ad sanitatem conferendam manus imponebantur: nam de Domino dicitur: *At ille singulis manus imponens curabat eos: & de fidelibus credentibus in Christū dixit: Super agros manus imponent, & bene habebunt: & Ananias vt Saulum à cæcitate liberaret, manus illi imposuit.*

Deinde hac eadem cerimonia utebantur Apostoli in ordinatione Ecclesiastica ad promouēdos ministros: vnde Diaconos impositione manuum creauerunt, vt vidimus: & Apostolus: *Manus, inquit, cirò nemini imposueris;*

Quomodo si Samaritani baptizati erant nondū in eos Spiritus sanctus venerat? Marc. vlt.

Rom. 8.

I. Ratio cur Samaritani denuo Spiritum sanctum acceperint.

Apo. vlt.

Altera, & ad quam multa confirmationis sit vtile sacramentū.

Manuum impositio multiplex vsus in Evangelio producit.

I. Vtus.

Luc. 4.

Marc. vlti.

Act. 9.

Alter.

Supra. 6.

1. Tim. 5.

Clericorū ordinatio- nem Hieronymus *Xiporovlay* cur nomi- ner. Hierony. in ca. 58. *Esa. circa finem tom. 5.* III. Vfus im- positio nisma- num. 2. *Cor. 5.* IIII. & po- stemus. *Act. 19.* Sacramenti Confirmatio- nis autor, at- que institu- tor quis, eius- que finis.

neque commanicaueris peccatis alienis. Vnde *Xiporovlay*, clericorum ordinatio- nem appellari tradit Hieronymus: eo quod non ad deprecationem tantū vo- cis adimpletur, sed & ad impositionē manuum. Tertio, vñus erat impositio- nis manuum in reconciliandis, & ab soluendis fidelibus à peccatis, & ob hoc vocatur à Paulo ministerium re- conciliationis; & à Patribus frequen- ter Sacramentum Pœnitentię nomi- ne impositionis manuum intelligitur. Quarto, manuum impositio peculia- riter accipitur pro Sacramento Con- firmationis, itaque dabatur Spiritus sanctus ad robur, & confirmationem fidei etiam in signo sensibili à princi- pio: de quo hoc loco, & *Act. 19.* ex- pressa fit mentio. Vnde hoc Sacramē- tum liquet institutum fuisse à Chri- sto, & vñsitatum in primitiua Ecclesia: quod propria autoritate fecisse Apo- stolos minimè est verisimile, sed in- structos atq; institutos de bona Dei voluntate ad hanc ceremoniam, quæ gratiam confirmantem ad fidem pro- fitendam conferebat.

Confirmatio- nem sacramē- tum esse No- ui Testamēt- I. Argumē. a Scripturis, *Concil. Flo- rent.* *Act. 19.* *Chryso. to. 3.* *Hiero. to. 2.* II. Argum. a Concilijs. *Concil. Eli- ber. tom. Cō- nclio. 2.* *Eodem.* *Conc. Trid. ses. 7. Can. 1. de Confr- matione.*

Quod autem hoc sit Sacramentum Noui testamenti, docet imprimis hic textus: Tūc imponebāt manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctū: quem etiam Concilium Florētinum in huius sacramenti comprobationē producit. Idem etiam habetur *Act. 19* vbi ad impositionē manus Pauli descendit Spiritus sanctus: quo in loco Chrysostomus homil. 49. Sacramen- tum Confirmationis agnouit, sicut & Hieronymus aduersus Luciferianos. Cū igitur ibi esset signū sensibile im- positionis manuum, & gratiam Spiri- tus sancti cōferret, & peculiarem mi- nistrum, nempe Apostolum, haberet; & accedētes essent iam baptismo tin- cti, proculdubio indicatur fuisse sa- cramentum, alioqui esset cultus vanus & superfluis. Idem comprobant Concilia magna. Nan Concilium Eli- bertinum Canone 77. *Baptizati*, in- quit, à Diacono per Episcopi benedictio- nem perficiantur. Adde doctrinam Cō- cilij Florentini datam Armenis, & po- stemam synodum Tridentinam. Vt nihil dicam de multis Concilijs Pro-

uincialibus. Ecce Læodicenum inter- alia, cap. 48. ait: Oportet baptizatos post baptismum, sacratissimum chris- ma percipere. Tertio idem stabilitur à doctrina Romanorum Pontificum. Nam ecce Clemens epist. 4. hoc ipsum tradit, & lib. 7. doctrinæ Apostolorum cap. 4. & lib. 3. cap. 16. habetur. Deinde autem tu Episcopo, aut probyter tuus, qui sub po- testate tua est, facta super eos nominatio sacra inuocatione Patris, & Filij, & Spi- ritus sancti, baptizabis. Et infra: Postea Episcopus baptizatos chrismate vngit. Præterea Fabianus epistola ad Episco- pos Orientales scribit in illa dicit Domi- nus postquam coenauit cum Discipulis suis, & lauit eorum pedes (sicut à sanctis Apo- stolis prædecessores nostris acciperunt, nob- isq; reliquerunt) chrisma conficere do- cuit. Ipsa enim lauatio pedum, nostrū sig- nificat baptismum, quando sancti chris- matis vinctio perficitur, atq; confirmatur. Præcipitq; ipsius sancti chrismatis conse- crationem per singulos annos esse agendam, & de anno in annum renouandam, & fi- delibus tradendam. Idem tradit Melcia- des epist. ad Episcopos Hispaniæ: De eis vero, ait, super quibus rogastis vos informari, id est vtrum maius esset Sacra- mentum, manus impositio Episcoporum, an baptismus: sitote vtramque magnum esse Sacramentum. Et sicut vnum à maio- ribus fit, id est à summis Pōtificibus, quod à minoribus perfici non potest; ita maiore veneratione venerandum, & tenendū est. Sed ita coniuncti sunt hæc duo sacramen- ta, vt ab inuicem, nisi morte præueniente, non possint separari, & vnum sine altero ritè perfici non potest. Hæc ille, quia il- la olim sacramenta coniunctim dari solebant, vt infra dicitur. Adde Da- masum epist. de Chorepiscopis, Inno- centium III. Cap. Quanto, de cō- suetudine.

Quarto loco his Patribus adiun- gimus Doctores veteres, vt Dionysiuū Areopagitam cap. 4. par. 3. de Eccles. hierar: sub finem dicentē: Sed & ipsi, qui in sacratissimo regenerationis myste- rio consecratur, aduentum sancti Spiri- tus consummans inunctio largitur vngue- ti. Item capit. 2. par. 3. eiusdem libri:

Com. Læo- dicenum. III. Argum. Romanis Pō- tificibus. Clem. Rom. Matth. 26 Ioan. 13. Quid Apo- stolorum, do- ctio pedū præ signauerit. Confirmatio- nis sacramen- tum cur a san- ctis manuum impositio no- minatur. Ambro. to. 4. Quam Inter se hæc duo sa- cramenta sine connexa, & quæ necessa- ria. III. Argum. a Patribus an- tiquis. Quid baptis- mo peracto chrismatista inunctio signet teste Dionisio.

Pontifex, ait, superne astans, cum rursus per aquas sub Pontificis manu sacerdotes eius qui initiatur, inelamauerunt nomen, ter illum Pontifex mergit, hæc vna illius mersione, & emersione, tres beatitudinis diuina personas inelamans. Assumētes au- tem illū sacerdotes, susceptores, suiq; acces- sus duci, consignant, & vnum cum ipso illū, vestem baptizati mundiciā congruam in- ducunt. Ille diuino, ac deifico prorsus vn- guento virum signans, sacratissima com- munionis participem facit. Hæc ille. Ex quibus habes, tria simul solita confer- ri sacramenta, nempe baptismi, & vñ- ctionis chrismatistis dantis Spiritū san- ctum, & postea Eucharistiæ, vt non nisi loti, & vñcti accederent ad Eucharis- tiam, vt olim ad cōuiuia profana. Vn- de Prudētius in Apotheosi: Cultor Dei mementote, fontis & lauacri rotæ subisse sancti, & chrismate inuouatum. Idē Ido- lolatras à sacrificijs suis Christianos summouentes, sic loquentes inducit. Lotus procul esse, & vñctus. Tertullianus etiam lib. de Corona militis, & lib. ad uersus Marcionem, & lib. de resurre- ctione carnis, Origenes quoq; homil. 7. in Ezechielē. Adde Cyprianū non tantū sermone integro de chrismate, verum etiam epist. 70. ad Ianuarium, & cæteros Episcopos Numidas de ba- ptizandis Hæreticis: idem lib. 2. epist. 4. ad Stephanum, vocat impositionē manuum, & baptismum sacramenta. Id ipsum Hieronymus in Dialogo cō- tra Luciferianos aperte tradit, teste vero in caput 2. Habacuc. Basilius li- bro de Spiritu sancto cap. 29. memi- nit Chrismatistis, & impressiois Cru- cis, & Cyrillus Ierolimitanus ca- techēsi tertia mystagogica, & Augu- stinus lib. 2. contra Petilianum, cap. 104. vbi in numero signaculorum po- nit symbolum chrismatistis. Idem libr. 15. de Trinitate capit. 26. Bernardus in vita Malachiæ Episcopi ait illum suo tempore renouasse Sacramentum Cōfirmationis, quod ferè exciderat. Vocatur autem hoc sacramentum à Patribus (& à Meltiade nomina- tum) à ceremonia qua celebratur, Ma- nus impositio: à Cypriano loco supra dicto, & ab Augustino, & ab Ambro-

siō lib. 3. de Sacramē. c. 2. & lib. de ijs qui mysterijs iniciantur, cap. 7. *Spirita- le signaculū.* Alloquitur enim baptiza- tū, & confirmatum: Repete, quia accepi- sti signaculum spiritale, Spiritum sapien- tiæ, & intellectus, Spiritum consilij, atq; virtutis, Spiritū cognitionis, atq; pietatis, Spiritū sancti timoris, & serua quod ac- cepisti. Dicitur ab elemēto, cuius in eo est vñsus, sacramentū chrismatistis. Deniq; ab effectu vocatur Sacramentū Cōfirma- tionis. Estq; re ipsa, distinctū à baptis- mo, quia nō nisi iā baptismū habenti- bus cōferri potest, vt habet Lucas ca. 8. & cap. 19. Actū. Eratq; olim in mo- re positū, vt statim post baptismū tra- deretur chrismatistis sacramentū: quod ostēdit Lucas Act. 2. vbi Petrus dixit: Pœnitentiā agite, & baptizetur vnusquis- que vestrū in nomine Iesu Christi in remis- sionem peccatorum vestrorum. Et subiun- git: & accipietis donū Spiritus sancti. Vo- bis enim est repromissio, & filijs vestris, &c. Vbi ait pertinere tale mysteriū ad credentes, & filios eorū. Ita Samarita- nis baptizatis à Philippo, Petrus, & Ioannes, & Paulus Ephesijs suo iussu baptizatis, statim contulerunt Spiri- tum sanctū. Idem etiā ad Heb. 6. post fundamentum pœnitentiæ ab operi- bus mortuis, & fidei ad Deum, & bap- tismū doctrinæ, facit mentionē im- positionis manus: & præterea nō sine ra- tione credi posset quod loquitur de Sacramento Confirmationis, quia ba- ptismum non præcedit, sed sequitur. Nota etiā, in huius collatione sacra- mēti cōsequi solita fuisse illa, quæ in die Pētecostes in Apostolis, & alijs qui acceperat Spiritū sanctū, quia loque- batur linguis, & prophē. abāt, vt dicitur Act. 2. & ita Cornel. cū suis idē fe- cisse legitur Act. 10. & Ephesij Act. 19 vt certā fidē habeamus, eūdē trad. Spi- ritū sanctū in Sacramento Cōfirma- tionis, qui in die Pētecostes traditus fuit in linguis igneis Apostolis. Fiuolū est autē, & omnino falsum, quod Caluinus interpretatur, nomine Spiritus sancti, donū ligarū esse ac- cipiēdū, & eorum manuum impositio- nē ipse stare ad gratiā miraculorū, de qua dicitur: Super agros manus imponet, & benè habebunt. Sed certè Apostolus

Idem ibidē. Cur etiā spi- ritale signa- culum sacra- mentum Cō- firmationis appelleretur. Re à bap- tis- mi sacra- mento rodifferre. Idem olim quando creden- tes susci- perent. Act. 8. Infra. 19. Supra. 2. Act. 8. & se- quen. Infra. 19. Heb. 6. Fideles primi- tui, præser- tim Apostoli in sacramēto Confirmationis duo con- sequebantur. Act. 10. Infra. 19. Supra. 2. Falsō Calui- nū, & impiē Spiritum san- ctum pro do- no linguarū intelligere. I. Argum.



vnctionem, preces, & porrectionem instrumentorum, & libri Euangeliorum super caput Episcopi consecrandi, & calicis cum sanguine, & patane cum corpore Domini in eo qui ordinatur ad presbyteratum: ita Apostolus in impositione manuum ad sacramentum Confirmationis, intelligit ea omnia, quibus more Ecclesie illud sacramentum adhiberi solet. Vnde in priorum ad Timotheum cap. 4. in fine Ambrosius: *Manus impositiones, inquit, verba sunt mystica, quibus confirmatur ad opus electus, accipiens auctoritatem teste conscientia sua, ut audeat vice Domini sacrificium Deo offerre.* Thomas quoque in tertia par. docet Christum instituisse hoc sacramentum, non exhibendo, sed promittendo. Item quoque ait, quod manus impositio erat materia, quam acceperunt Apostoli a Christo, qui pueris imponebat manus Mar. 10. Formam vero locum supplebat lingua illa ignea.

Ex quibus accipimus, sacramentum institutum a Christo quantum attinet ad chrisma quod in cena benedixit, testibus Fabiano, & Cypriano. Quod vero attinet ad manuum impositionem, si militer est a Christo institutum: nam imponens manus pueris, & illis benedicens, non quidem instituit sacramentum Confirmationis, cum nondum pueri illi essent baptizati: etsi Dominus cum potestate haberet excellentiam, effectum sacramenti, id est gratiam Spiritus sancti, sine sacramento sua bonitate illis contulit: sed indicauit, ac presignauit quod in Ecclesia futurum erat, ut Apostoli eorum successores Episcopi per manuum impositionem Spiritum sanctum pueris baptizatis conferrerent. Quemadmodum dum misit Apostolos ut oleo infirmos curarent, non instituit sacramentum Extremam vnctionis, sed delineauit, ac presignauit, illud sacramentum aliquando futurum in Ecclesia, quo infirmi ad mortem, oleo sancto vncti a presbyteris, sanitatem animae a peccatis, & interdum etiam ab ipsa corporea morte consequerentur.

Forma vero huius sacramenti, sunt illa verba, quibus vtitur Episcopus: *Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, &*

*Spiritus sancti. Que quidem intelligenda sunt in orationibus, de quibus: Orauerunt pro ipsis, ut acciperet Spiritum sanctum: quemadmodum Diaconi dum ordinati sunt, etiam orantes Apostoli imposuerunt eis manus. Cuius orationis etiam fit mentio in ordinatione Pauli Act. 13. & in his quos ordinabant presbyteros.*

Deplorandi igitur sunt infelices nostri seculi Heretici, qui tantum mysterium de numero sacramentorum sustulerunt, & se ipsos ac filios suos spiritali robore spote spoliant. Nec enim satis est semel accepisse Spiritum sanctum, nisi subinde iterum atque iterum suscipiatur, quod confirmet Deus, quod operatus est in nobis. Hinc Eusebius de Nouato heretico scripsit lib. 6. histo. Eccle. c. 33. quod signaculo chrismatism consummatus non fuerit, unde nec Spiritum sanctum vnquam promereri potuerit: unde factum etiam sit, ut in persecutione comprehensus presbyterum se esse metu mortis, ac vite cupiditate negauerit. Tempo re ergo Cornelij Papae ad hanc manus impositionem accedebat chrisma, ut nunc fit, & Melchides episto. ad Episcopos Hispaniae: *Quid mihi prodest, inquit, post mysterium baptismatis, mysterium Confirmationis? Aut, quantum video, non totum de fonte suscepimus, si post fontem adiectione noui generis indigemus. Non ita, dilectissimi. Attendant charitas vestra. Sicut exigit militaris ordo, ut cum Imperator quem cum in militum receperit numerum, non solum signet, receptum, sed etiam armis congruentibus instruat pugnaturum: ita in baptizato benedictio illa munitio est. Dediti militem, da ei adiumenta militum. Numquid prodest, si quisquam parentum magna paruulo conferat facultatem, nisi providere studeat & tutorem? Itaque Paracletus regenerationis in Christo custos, & consolator, & tutor est. Hec ille magnus Pater.*

Quare cum non satis sit corde credere ad iustitiam, sed opus quoque sit ore confiteri ad salutem, & confessio non tantum ore, sed operibus, atque persecutionum patienti tolerantia facienda sit: magni pedamus hoc sacramentum, illudque & amplectamur ipsi, & ut alij, quibus nostrae cure crediti sunt, amplectamur, suadeamus, atque cohortemur. Cum etiam Christi vestigia nos sequi conueniat, ac etiam

Act. 6.

Act. 14.  
Cotra Lutheranos praterquam vnus baptismatis sacramentorum omnium ceterorum contemptores, & expertes.  
Psal. 67.  
Euseb. Caesariensis. tom. 1

Melchides Papa.  
Per baptismum ad Christi militiam vocamur per confirmationem armis ad pugnandum instrumur: Melchides inquit

Qualis secretis Paracletus.  
Rom. 10.  
Quo loco habendum nobis sacramentum Confirmationis.

B. Ambrosius. tomo. 5.

Tho. 3. par. 9. 72. ar. 1. in solu. 1. ar. gu. tom. 13.

Art. 2. ad 1.

Sacramentum Confirmationis quando, & quatenus fuerit institutum a Christo.

Mat. 10.

Qualem Christus habuerit potestate excellentis.

Supra. 6.

Quenam huius forme sacramenti.

pugnare contra Diabolum, Mundum, & Carnem, gratiaque in baptismo parta conseruare, ac perficere: par est, ut ad tantum Spiritus praesidium in hoc Sacramento exhibitum, atque omnibus expositum, accedere non detrectemus, ne remedia

tam salutaria respiciamus, quae nostra ad salutem instituta sunt gratia & munificentia Domini nostri, cui cum Patre, & Spiritu sancto omnis est honor deferendus ab vniuersa creatura per infinita secula seculorum. Amen.



TRACTATUS XXVII.

In illa verba: *Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens, Date et mihi hanc potestatem, ut cuiuscumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est enim tibi pars neque sors in sermone isto, &c. Act. 8.*

**Q**UAM Facile sit, ea quae sunt spiritus ad inferiendum sensui ac genio conuerrere, exemplum Simoni Magi perspicuum ac manifestum reddit. Cum enim huiusmodi ac simulato animo ad Philippum gratia baptismi suscipiendi accessisset, ne alij Samaritanis inferior videretur, aut ut opinionem quam apud eos sibi comparauerat, tueretur, ac postea vidisset Apostolos manuum impositionem impertiri Spiritum sanctum, voluit quod hoc sacramento abuti, & oblata pecunia potestatem illam laudandi Spiritum sanctum in aucupium diuiciarum conuerrere, ut possit iure dici de illo: *Vendere iure potestatem eius ille prius.* Perpende quid sanctus, qui spiritua- lius ipso Spiritu sancto quid ex alia parte magis vile ac sordidum, quam bona haec fortunae, quae per se ipsa terrena sunt, corruptibilia, atque caduca, & a Propheta Iusto, a Paulo, stercori, a Christo vero Domino spiritus comparantur? Tamen tam insignis est hominis malitia, ut res tam pretiosas ac diuinas ad terrenam, & vilissimam bonam referat comparanda. Tale est, enim acta

depraua: um hominis ingenium, ut hanc detur imbecillam sibi & perniciosa alchimiam exerceat, nisi peculiari Dei munere subleuetur. Itaque Simon Apostolos mira impudentia aggressus est, ut oblata pecunia eius potestatis participaret. Sed ab alio Simone Dei sapientia, & gratia instructo digna se audivit. *Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri.* Gratia ista verba, & quae merito in ore omnium, quibus Petri locum, & gradum tenent, versari debent, quia nulli sunt, qui vitio simoniae magis, & expositi, quae quibus summam potestatem exercent spirituales, & semper Ecclesia hominibus istis Simoni Mago perfimilibus referta est. Et quemadmodum veniendi Petro Romae occasione & an- tiqui praesertim Simoni Magus, ut tradit Hieronymus in lib. Scriptorum Ecclesiasticorum, & Theodorus lib. Haereticarum fabularum: quae primum quidem ex Samaria, deinde ex Antiochia expulserat, ut ex vrbis etiam orbis domina deturbaret, ne illam suis demeraret magis, ita prima veri Pastoris Ecclesiae,

Quid Magi Simoni huiusmodi baptizatus doceret exemplum. Bona fortunae qualis Salomonis, Pauli, Christi, testimonio. Sap. 7. Philip. 3. Luc. 8.

Simoniae vitio in re caelos qui magis obnoxii. Petrus cur Romam venerit. Hiero. ro. 1. Theodo. li. 1. Haeretic. fabula. par. 2.



Cap. 13.

4. Reg. 5.

Simoniaci unde dicantur.

Diuini doni appellatione quæ censetur.

Fluis omnium consecrationum sanctarum.

Cardinalium munus quod

Cardinalatus spiritalem reffe, sacraque functione vn de constet.

errauerunt, secuti per viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit. Et Iudas in Catholica: Va illis, qui errore Balaam, mercede effusi sunt: deinde Ieroboam, vt in 3. libro Regum dicitur: Quicumque volebat, implebat manum suam, & fiebat Sacerdos. Vnde ab hoc vitio alienus non erat, sicut nec Giezi seruus Helisei: tamē Simoniaci potius à Simone Mago dicitur, quia Simon Magus rem maximè spiritualem, id est, Spiritum sanctum emere, & vendere voluit; alij verò re spiritualem, sed minorem Spiritu sancto aut vendere, aut emere tantum voluerunt. Sub appellatione ergo diuini doni non solum veniunt consecrationes & Sacramenta, quæ à solo Deo pendent, sed etiam officium, ac munus curandi animas, quod solum Dei donum est, & eo magis spirituale, quod ad salutem animarum omnes referuntur consecrationes: & propterea tale munus animarum aut emere, aut vendere, simoniacum est suapte natura, & non tantum quia prohibitum ab Ecclesia. Quare si quis consecratus Episcopus Papatum emerit, proculdubio aliud quam præfaturam vniuersalis curæ animarum non emerit, quoniã iã consecratus erat Episcopus: & similiter si quis emerit Ecclesiæ Romanæ Cardinalatus, munus merè spirituale emerit: nã assumitur Cardinalis Ecclesiæ Romanæ in partem sollicitudinis, hoc est, spiritualis curæ vniuersalis Ecclesiæ. Eadem autem est ratio partis, atque totius. Est autè munus Cardinalium eligere summum & spiritualement Ecclesiæ Pastorem, quod est maximè spirituale: eorundem est in Consistorio, dum grauissimæ Ecclesiæ causæ proponuntur, aut de Fide, aut de Sacramentis, aut de magnis Ecclesiæ ministris per totam Ecclesiam dispersis sententias suas dicere: causas etiam spirituales conscientiarum à Pontifice sibi commissas expedire. Hæc autem cum verè sint spirituales functiones, non video qua ratione aliquis tueri valeat, Cardinalatus officium posse pecunia redimi. Non video etiam, quo iusto prætextu, aut colore possit, qui Ecclesiæ præest, alio-

rum cõsilio adductus illa munera venalia facere, etiam si summa, atque extrema affligeretur calamitate: non tantum ob scandalum quod Ecclesiæ præberetur, iuxta illud Apostoli: Si esca scandalizat fratrem meum, nõ manducabo carnem in aeternum; ne fratrem meum scandalizem; verum etiam, quia rem per se malam, & omnino iure illicitam committeret. Non sunt etiam facienda mala, teste eodem Apostolo, vt inde scilicet veniant bona. Atque huius sententiæ est Caietanus in huc locum. Quod si rursus quis quærat, num licitum sit pro vsu potestatis spiritualis in soluendo, siue dispensando, siue spirituale aliquid administrando, commodum aliquod temporale percipere citra simoniæ vitium: respondendum est non, sine distinctione, licere quidem ministro sustentationem accipere, vt gratis possit vti potestate, non autem tanquam pretium vsus eius. Primum non obsecrare probatur. Nam in veteri lege dicitur: Omnia quæ sanctificantur à filiis Israel, tradidi tibi, & filiis tuis pro officio Sacerdotali, legitima sempiterna. Et infra: Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis: Et Dominus in Euangelio demittit discipulos ad prædicandum, ait: In eadem domo manere edentes, & bibentes quæ apud illos sunt: cognus est enim operarius mercede sua: & Apostolus ad Corinthios multa de hac re philosophatus; subiungit: Si nos vobis spiritualia seminamus; magnum est si nos carnalia vestra metamus? Et ad Galatas: Communicez is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Et ad Timotheum: Qui bene præfunt presbyteri; duplici honore digni habeantur: maxime qui laborat in verbo, & doctrina. Dicit enim Scriptura: Non alligabis os boni trituranti, & Dignus est operarius mercede sua. Sed vltra hæc opus est, vt etiam necessaria, & moderata sustentatio sine scandalo accipiat, dicente Apostolo: Si esca scandalizat fratrem meum, nõ manducabo carnem in aeternum.

1. Cor. 8. & Rom. 14.

Supra. 3.

Caietan.

An vsu potestatis spiritualis, licet commodum aliquod temporale percipere.

Quid liceat ex vsu potestatis sacre, commodi temporalis accipere.

Num. 18. Deuter. 10. & 18.

Iosue. 23. & Ezech. 44. Luc. 10. & Matth. 10. 1. Cor. 9.

Galat. 6.

1. Tim. 5.

Deuter. 25. & 1. Cor. 9. Luc. 10.

1. Cor. 8. & Rom. 14.

1. Cor. 9.

Pauli Apostoli Euangelium prædicantis merces quæ.

Expenditur illud Apostoli: Quis militat suis stipendijs vnquam?

Num. 18.

Pro quo olim ministerio decimas acciperent Sacerdotes.

Quod rei sacre vsus emit, aut vendit, aperitum simoniæ crimine incurrat.

num; ne fratrem meum scandalizem. Et infra: Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Et infra: Si nos vobis spiritualia seminamus; magnum est si nos carnalia vestra metamus? Et infra: Si alij potestatis vestra participes sunt, quare nõ potius nos? Sed non vsi sumus hac potestate; sed omnia sustinemus; nec quod offendiculum demus Euangelio Christi. Idem inferius docet: Quæ est ergo, ait, merces tua? Vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponas Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio. Vbi ergo scandalum abest, licet sumitur moderatus victus. Illud expende ex comparatione illa militiæ, milites nõ ab Imperatore stipendium accipere, siue obsonium, vt Græcè habetur: nam vt Imperatori laborat miles, ita Sacerdos in sacrificando, & prædicando, Christo Imperatori deseruit, & propterea à Deo accipit victum suum. Christus autè soluit, cuius sunt omnia quæcunque homines habent, & ipsi: quare cum imperat vt soluantur decimæ Sacerdotibus, de suo ipse soluit te soluente. Et ideo in loco superioris allegato: Omnia, inquit, quæ sanctificantur à filiis Israel, tradidi tibi. Pondera verbum, Tradidi tibi, sicut inferius ait: Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem, pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Nam propter ministerium quo seruibant Domino, capiebant decimas, nõ pro ministerio quod præstabant populo, licet vnum & idè esset, sed populo propter Deum gratis impendendum. Vnde liberalissimus Deus nequaquam passus esset illud absque mercede sibi ministrari, in qua includitur sustentatio. Alter sensus propositi dubij erat, an liceret accipere temporale commodum, quasi mercedem, siue pretium venditi, locati vè vsus spiritualis potestatis: atque hoc iniustum est, illicitum, & planè simoniacum. Quod satis indicat hæc Petri obiurgatio in Simonem Magum: nam obtulit Apostolis pecuniam, dicens; Date & mihi

hanc potestatem, vt cuiusque impo fuero manus, accipiant Spiritum sanctum. Cui Petrus respondit: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Vbi vides prohiberi venditionem, vel emptio-nem vsus spiritualis potestatis: nam hac potestate vtentes Apostoli, Spiritum sanctum credentibus conferebant; hac etiam creabant Episcopos, qui per impositionem manuum Spiritum sanctum alijs dabant. Idem cõfirmat Dominus, qui cum dixisset: Euntes prædicare, dicentes, Quia appropinquauit regnum caelorum. Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones eijcite, subiungit: Gratis accepistis, gratis date. Vbi aperte Dominus loquitur de vsu potestatis docendi, & edèdi miracula: gratis igitur ea vtimini. Hinc Hilarius exponens illa verba, ait: Et vt ex toto, secundum Genesis prophetiam, Dei similitudinem consequantur, dare gratis quod gratis acceperunt, iubentur; vt sit scilicet ministratio gratuita muneris gratuiti. Hæc ille, docens in hoc Dei ministros similes ei fieri, si benefaciant, idque gratis quod faciunt. Nam summi boni proprium est quod gratis se communicat, cum bonorum nostrorum non egeat. Accedit & his B. Petrus in priori sua Catholica epistola: Vnusquisque, inquit, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratia Dei. Si quis loquitur, quasi sermone Dei: si quis ministrat, tãquam ex virtute, quam administrat Deus: in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum. Vbi Petrus de illa gratia Spiritus loqui videtur, quam Deus ad utilitatem proximi largitur, qualis est gratia sermonis, & ministerij: & ideo de illa iubet vt in alterutrum administratur. Deinde aduerte, multis modis prohibere Apostolum, ne vsus gratiæ huius vendatur. Nam dicens, Vt sicut accepimus gratiam, in alterutrum illam administramus, præcipit proculdubio eam gratis administrari, quoniã nõ nisi gratis accipimus. Quod etiam præcipit, cum subiungit, Vt eam administramus, sicut boni dispensatores multiformis gratia Dei. Non est autè bonus,

Duplex Apostolicae manuum impositionis efficacia.

Matth. 10.

Explicatur illud: Gratis accepistis, gratis date.

Hilary. Can. 10. in Mat. sub initium.

Quid proprii summi boni

Psal. 115. 1. Petr. 4.

Quid acceptam gratiam in alterutrum administrare, vt ait Petrus.

Illo verbo idè quid veteri Apostolo.

Matth. 10.



Bonus & fidelis dispensator quis minime sit.

& fidelis dispensator, qui quod Dominus præcipit gratis dispensare, tãquam sibi proprium vendit, ac vendit. Quod ne fiat, iterum admonet: Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Si quis ministrat, tanquam ex virtute quã administrat Deus. Perpicuum autem est, quod qui verbum, vel ministeriũ vendit sacrum, non tanquam rem diuinam id administrat, sed quasi propriam: ideo ipse, & non Deus, in hoc datur, & honoratur. Idẽ cap. 5. eiusdem epistolæ Presbyteros alloquens, ait: Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè, secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè. Nullum autem turpius lucrum quàm id, quo venditur vsus potestatis Domini gregẽ pascẽdi. In quæ verba Beda ita philosophatur: Coactè pascit gregẽ Dei, & prouidet illi, qui propter rerum temporalium penuriam non habens vnde viuat, prædicat Euangelium, vt de Euangelio viuere possit. Et paulò post ait: Turpis lucri gratia prouidet gregi Dei, qui propter quæstum, & terrena commoda prædicat, cum religionis opera cuncta spontaneè fieri debeant. Hæc ille. Adhuc Paulus Apostolus docet, Episcopũ oportere esse irreprehensibilem, non litigiosum, non cupidum, &c. Et subdit de diaconis: Diaconos similiter pudicos, non bilingues, nõ multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes. Et ad Corinthios: Sic nos æstimet homo vt ministri Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Hic iam quaritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur: nõ est autem fidelis, qui auaritiæ, & mamonæ seruit. Et ad Theffalonicenses officium suum commendans, ait: Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ, Deus testis est: at de pseudapostolis alio loco dicit: Huiuscemodi enim Christo Domino nostro nõ seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentiũ. Et ad Philippenf. Multi enim ambulãt quos sæpe dicebã vobis (nunc autẽ & flẽs dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena

Nullum turpius lucrum quo non sit in mundo.

Beda to. 5. circa finẽ.

Coactè pascat gregem Dei quis, eique turpis lucri gratia prouideat, teste Beda.

1. Tim. 3. & seq. Tit. 1.

1. Cor. 4.

Dispensator quis minime fidelis.

1. Theff. 2.

Rom. 16.

Philip. 3.

sapiunt. Et ad Timotheum damnãt eos, qui existimant quæstum esse pietatem; cum quæstus magnus sit pietas cum sufficientia. Hæc ille, roties damnans eos, qui adulterant verbum Dei, siue cauponantur, dum eo quasi hamo vtuntur ad piscanda bonã temporalia. Hæc doctrina Patrum quocumque est. Nam Tertullianus in Apologetico de Sacerdotibus nostris ita loquitur: Præsentem probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti: neque enim pretio vlla res Dei constat. Hilarius in Psalmum. 52. Sed & sunt, inquit, comedentes populũ Dei vt cibum panis, quibus, vt idem beatus Apostolus ait, Deus venter est, qui ministerium deputant ad negotiationem, collationibus se plebis, & muneribus ditando; dum conuiuia sub obtentu religionis sumptuosa sectantur: dũ apothecas suas inutili religiosorum obsequio distendant, cum consuetudo ab Apostolis necessaria huius collationis ad diurnam tantum seculo renuntiantium, aut per inopiam indigentium, alimoniam fuerit instituta, de quibus scriptum est: Comedentes domos viduarum, & oratione longa orantes. Hæc ille. Adhuc Hieronymus super Matthæum: Et quia semper, inquit, dona spiritualia (si merces media sit) vitiora fiunt; adiungitur auaritiæ condemnatio: Gratis accepistis, &c. Ego Magister, & Dominus absque pretio hoc vobis tribui, & vos sine pretio date, ne Euangelij gratia corrumpatur. Ex Græcis verò Eusebius libro. 5. Historiæ Ecclesiasticæ refert verba Apollonij reprehendentis Montanum hæreticum, quod sub nomine prædicationis munera artificiosius acceperit, & salaria prædicantibus verbum suum præstiterit, vt per hæc inuitati enixius doctrinæ eius operam præberent. Basilus Magnus epistola ad Libanium Sophistam, qui ad eũ ioco scripserat, omnem Episcopum rem esse lucro valde intentam, illi serio respondens, ait: Considera quæso, præclare vir, vtra pars eius sit tenacitatis, vt agrè ab illa aliqui ducant emolumentum auferri. An nos, qui tenui ista, & in arctum reducta facultate obuallamur, an Sophistarum genus, quibus

1. Tim. 6. Quomodo adulteret quis verbum Dei, vt ait Apostolus.

2. Cor. 4.

Tertul. in Apolog. ca. 39. tom. 1: Pretio nullares Dei constat, ait Tertullianus.

B. Hilar. Psalm. 13. Philipp. 3.

Qui deuoret plebem Dei sicut escã panis.

Matth. 23.

Hier. in c. Matth. 10. sub init. tom. 9. initio.

Euseb. li. 5. Hist. Ecclesiast. c. 18. sub initio, tom. 1.

Montanus quare simonia us.

Basil. Mag. epist. 115. tom. ultimo prope finẽ.

quæstum

Lucrum ex verbis Dei sectantes, quales illi Basilio.

Idem epist. 76.

Chrysof. in Matth. homil. 33. circa meã. tom. 3.

Cur Dominus Apostolis tulserit quæ gratis accepissent, gratis darent.

Quæ citra simoniam vendi nequeant iuxta Canones, quænam illa.

Prima veditio simonica prohibita legibus Ecclesiasticis. Secunda, tertia, quarta.

Quinta.

quæstum facere, artis loco est? Quis Episcoporum quæstum ex verbis aucupatus est? Quis discipulos mercenarios constituit, nisi vos, qui lucrum ex verbis sectamini, quemadmodum placentas mellitas ij, qui melle delectantur? Vides vt senem etiam ad resulandum prouocaris? Hæc ille, aperte docens non esse consuetum in Ecclesia verbum Dei vendere, sicut a libi ad Episcopos euræ suæ commissos docet vsus potestatis eligendi ministros, vendi non posse. Chrysofostomus in Matthæum ita scribit: Nam vt ostendat absque nobilitate morum nihil signa valere, vt qua in nullum fastum animi, atque tumorem inciderent, Gratis accepistis, inquit. Deinde ne cupiditate percuratam moueretur, intulit, Gratis date. Nam ne quasi sua ipsorum potestate miracula facientes inde superbirent; gratis, dixit, accepistis: sic alijs quoque hæc beneficia, quorum nullum potest condignum pretiũ inueniri, gratis date. Hæc Patres. Canonibus quoque Ecclesiasticis cautum est, ne quis aliquod ex his decem venale faciat: videlicet, aut doctrinam, aut prophetiã, aut signorum editionum, aut legum sacrarum constitutionem, aut in eis dispensationem, aut Sacramentorum administrationem, aut benedictionem, siue consecrationem, aut electionem, aut ordinationem ministrorum Ecclesie, aut officiorum, vel beneficiorum distributionem, vel in eis ministerium. Primo enim non licet vendere doctrinam, siue prædicationem, vt habes. 1. q. 1. cap. Iuris. Secundo, neque prophetiam, vt in eodem titulo cap. Constat. Tertiò, nec vendere signa, vt ibidem, cap. Cito. Quarto, neque leges sacras condere, vel in eis dispensare: quia hoc ad doctrinam sacram spectat, vel ad iustitiã, quæ vendi non debet. Quintò, non licet venale exponere ministeriũ Sacramentorum, quia hoc in genere prohibetur extra de simonia, cap. cum in Ecclesia, & 1. q. 3. cap. Si quis præbendas. In specie autem de Baptismo prohibetur. 1. q. 1. cap. Baptizãdis, cap. Quicquid, cap. Dicitum est, cap. Sunt nonnulli. De Confirmatione habes cautum. 1. q. 1. cap. Baptizãdis, cap. Quicquid. De

Communionem. 1. q. 1. cap. Nullus, cap. Dicitum est. De Absolutione extra de simonia; cap. Nemo. De Matrimonio extra de simonia, cap. In ordinando, cap. Cum in Ecclesia, cap. Suam, & cap. Ad Apostolicam. De Ordinatione, extra de simonia, cap. Cum in ordinando, cap. Cum in Ecclesia. 1. q. 1. cap. Placuit, cap. Quicquid, cap. Dicitum est, cap. Ordinationis, cap. Sũt nonnulli. 1. q. 2. cap. Nullus Abbas. 1. q. 3. cap. Vendentes, cap. Non solum, cap. Si quis præbendam. Sextò, non licet vendere sacram benedictionem: nam id prohibitum est extra de simonia, cap. Ad nostrã, cap. Ea quæ, cap. Non satis, cap. In tantum, & 1. q. 1. cap. Placuit vt nullus. De benedictione Ecclesie, extra de simonia, cap. cum sit Romana, & 1. q. 1. cap. Statuimus, & 1. q. 12. cap. Placuit. De benedictione sepulture, & cadauere, jatq; exequijs defuncti, extra de simonia, cap. Non satis, cap. Cum in Ecclesia, cap. Suam, cap. Audiuius. De benedictione religiosi, eiusque susceptione, extra de simonia, cap. Non satis. c. De regularibus, cap. Dilectus. 2. cap. Quonia, cap. Audiuius. 1. q. 2. cap. Quam pio, cap. Nullus. Septimò, non licet vendere electionem, seu præsentationem ministrorum Ecclesie, quia id prohibitum est, extra de simonia, cap. De hoc, cap. Ex turæ, & 1. q. 6. cap. Ego autem, & cap. Sicut. Octauò, non licet vendere promotionem, siue consecrationem ministrorum: ibi enim cautum, vbi venditio Sacramenti ordinis prohibetur. Nonò, non conceditur venalem habere distributionem officiorum, vel beneficiorum Ecclesiasticorum: hoc enim interdicitur, extra de simonia, cap. Non satis, cap. Cum in Ecclesia, cap. Ex diligenti, cap. Etsi quæstiones, cap. Matthæus, cap. Ex insinuatione, & 1. q. 1. cap. Presbyter, capit. Si quis Episcopus, cap. Qui per pecuniam, & 1. q. 3. c. Audiuius, cap. Si quis Doctor, cap. Si quis Episcopus, & 1. q. 5. per totum, & 1. q. 7. Si quis, cap. Cauendum, cap. Requiritis. Decimò, non licet vendere facultatem, vt quis suo ordine vtatur, vt extra de

Sexta veditio.

Septima veditio.

Octaua.

Nona.

Decima.

simonia

simonia, cap. Non satis, cap. Ad nostram, cap. Qui aliam.

Quam foeda, ac turpis rei sacrae venditio, atque emptio sit, multis ostenditur.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Greg. VII. epist. 11.

Quintum argumentum.

Sextum & ultimum.

Constat igitur ex Canonicis decretis, non licere usum spiritualis potestatis vendere quouis modo. Hanc etiam venditionem vsus potestatis spiritualis foedam esse, ratio ipsa docet. Nam in primis Deo, eiusque liberalitati fit iniuria, cum venditur vsus donorum eius: non secus quam si Regia munificentia multos liberaliter inuississet ad conuiuium, & interim ministri conuiuij, exigerent a venientibus pretium, quod liceret eis ad mensam accedere, certe isti tacite vendendo conuiuium, denigrarent famam Principis, qui liberale illud esse voluit, ac gratuitum. Deinde fit iniuria ipsi potestati, quae tam sublimis est, vt pretio aestimari non queat: quare qui illam putat pecunia posse comparari, cum Simone Mago sentit. Tertio, qui ita vendit vsum potestatis, profecto quod suum non est, vendit. Vt enim fructus vineae ad dominum vineae spectant, & non ad dispensatorem, ita cum spiritualis gratia, vel potestas Domini sit, & nequaquam ministri, cuius tantum est dispensare iuxta voluntatem Domini, qui praeter Domini voluntatem illam vendit, Dei honorem furatur, ac se dominum huius esse mentitur. Praeterea iniuriam facit Ecclesiae, quam prodit, cum praesertim eius beneficia vendit, vt egregie ostendit Gregorius VII. in epistola ad omnes fideles, vbi de Gothifredo quodam conqueritur, quod Ecclesiam Mediolanensem pretio emere ausus fuerit. Mitto quod qui eiusmodi spiritualia vendunt ministeria, populum scandalizant, qui cogitur dona Dei existimare vilia esse, ac contempta. Denique si liceret vsum gratiae, vel potestatis spiritualis vendere, liceret & Sacramenta, & gratiam ipsam Sacramentorum venalem facere: res etiam consecratas, vt calices, & chrisma carius ratione consecrationis vendi possent. Quia vbi eunque licite venditur, vel locatur vsus alicuius artis, licite etiam vendi potest carius, quod ipsa arte elaboratum est: maiori enim pretio ven-

ditur tabella depicta, quam rudis, & argentum vel aurum ab opifice elaboratum, quam ipsa auri, & argenti informis massa. Non licet igitur pro vsu spiritualis gratiae, vel potestatis a Spiritu sancto infusae, vel concessae ad spiritualem Ecclesiae aedificationem, aliquid tanquam pretium accipere.

Quod si quisquam aliqua naturae dote polleret, vel humana aliqua potestate, vel acquisita arte, vel scientia, posset pro earum vsu pretium accipere. Nec enim nostrarum facultatum opera, vel sacra sunt, vel tam sublimia, vt non possint pecunia estimari. Dixi, ad spiritualem Ecclesiae aedificationem: quia etsi Deus infunderet cuiquam pro sua liberalitate rerum naturalium scientiam, vt infudit Salomoni, qui disputauit super lignis a cedro, quae est in Libano, vsque ad hyssopum, quae egreditur de pariete: licet etiam infunderet sapientiam alicuius artis mechanicae, vt infudit Be seleel, & Ooliab, non esset illicitum eiusmodi opera locare, vel vendere, quoniam ad spiritualem animarum aedificationem minimè spectant.

Nec obstat quod Num. 18. Dominus de decimis loquens, quae Leuitis tribuebat: *Et comedatis, inquit, eas in omnibus locis vestris, tam vos, quam filii vestri: quia pretium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij, hoc inquam mouere non debet: nec enim semper Scriptura proprietatem sermonis obseruat, ita nec hic seruaui vocando pretium. Sed quoniam in pretio alicuius rei duo sunt, nempe debitum, & aequalitas: pretium enim debetur pro re aliqua accepta illi, cuius est, & illi rei est aequale: Scriptura vocat decimas pretium ministerij, non quod ipsi sint aequales, ita vt eis quasi pretio aestimari possint; sed quia debita sunt ad sustentationem ministrorum, atque eius sustentationis sunt veluti taxatio quaedam, quae satis erant ad necessarium victum: vnde Dominus paulo ante dixerat: *Nihil autem possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsu eorum, & necessaria separauit: proprie ergo decimae non**

Quodnam Ecclesiasticum vel ministerium citra simoniam pretio valeat compensari.

3. Reg. 4.

Exod. 31.

Si vsus sacrae potestatis in pretium non venit, cur Dominus in lege decimas appellat pretium ministrorum?

Num. 18.

In pretio alicuius rei duo sunt.

sunt

sunt pretium ministerij, sed assignatio necessariorum ad vitam.

Nec secundo valet quod ex Veteri Testamento adfertur, quod Saul cum puero volens ire ad consulendum Samuelem, vt doceret vbi na essent perditae asinae, querebatur quod nihil haberent quod darent ei: respondit puer, Ecce inuenta est in manu mea; quarta pars stateris argenti; demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram: videtur ergo voluisse propheticum responsum emere a Samuele. Sic etiam vxor Ieroboam munere obtinere responsum voluit a Propheta super aegritudine filij sui: Benadab quoque Rex Syriae aegrotans, consuluit etiam cum muneribus Helisaeum: & habebat secum munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum: Naaman quoque Syrus obtemperante sanitate, obtulit illi aurum, & argentum; & vestes. Sed facile hoc dissoluitur, si dicamus; Prophetas non acceptasse praedicta munera, vel non vt pretia gratiarum spiritualium, sed vt spontaneas oblationes in signum benevolentiae, vel vt pias elemosynas gratis oblatas, quod eis sustentati Prophetae, gratis spiritualia ministrarent, acceperunt.

Neque tertio debet te mouere quod Dominus apud Lucam inquit discipulis: In eadem domo manete edetes, & bibetes quae apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua: & idem repetit Apostolus 1. Timotheo. 5. Sed hoc etiam eodem modo resoluendum est, vt primum: merces enim proprie & debetur operi, cuius est merces, & illi est aequalis, si iusta est: sustentatio autem ministri nullo modo est aequalis sacro ministerio, cui pecunia comparari nequit: ideo proprie non potest dici merces. Nec enim si excellens & peritus aliquis pictor solo victu, & vestitu contentus esset, quo posset arte suam exercere, sustentatio illa merces esset operis eius, sed potius stipendium, vt artem exercere posset. Ideo multo minus sustentatio ministri proprie merces erit ministerij: sed ita vocatur a Domino, non quia aequalis, sed quia debita est ministerio. Dominus siqui-

dem ordinavit his qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. Vnde apud Matthaeum non dicitur merces, sed cibus, siue Graece obsonium; ait enim, Dignus est enim operarius cibo suo. Quod verbum exponens Chrysostomus in Matthaeum, ait: *Vnde perspicuum fit a discipulis esse alendos: ne autem ipsi aduersus eos quos docebant, quasi omnia praebentes, & nihil vicissim accipientes insurgerent, aut illi qui audirent, quasi neglecti atque sprete decederent, ac ne eos pudeat, qui quasi mendicando viuere ipsos volebat, operarios vocauit: & quod eis datur, mercedem appellauit, vt rem debitam dari sibi ostenderet. Nam etsi verbis solum operari videbantur, res tamen non erat parui laboris, & beneficia collata non parua. Quare quod Apostolis datur, non gratis offerebatur, sed ad retributionem beneficiorum reddebatur. Dignus est enim operarius cibo suo: non quia tanti solummodo labores illi Apostolici fuerunt, nequaquam enim hoc cogitandum est; sed ne Apostoli plus aliquid querant, & qui sibi necessaria ministrabant, nulla iactatione liberalitatis tumerent, si debitum persoluebant. Haec ille, egregie asserens, sustentationem vocari a Christo mercedem, eo quod debita sit. Idem docet Augustinus in glossa Ordinaria 1. Timotheo. 5. in verba dicta: *Dignus est operarius mercede sua.**

Vidimus superius grande scelus Simonis Magi detectum a B. Petro, & magna libertate, & interminatione aeternae damnationis obiurgatum: quare Simon tanto verborum fulmine perterrefactus, saltim timore poenae se deiecit, dicens: *Precamini vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat super me horum quae dixistis.* Quod etsi ficto animo ab eo fit pronuntiatum, vt fere omnes interpretes exponunt, atque illius poenitentiam asserant similem fuisse illi Iudae: nam causa desperationis non ausus est ipse precari pro seipso, quia non credebat se exaudiendum, nec peccati petijt remissionem, sed tantum ne infligeretur poena: fieri tamen potuit, vt quemadmodum daemones credunt, & contremiscunt, ita Simon a splendore signorum, quae per Apostolos fiebant, conuictus, crediderit

Matth. 10.

Chrysof. homil. 73. in Matth. circa med. tomo 3.

Quare Dominus Apostolos operarios nominauit.

Quod Apostolis pro verbi Dei ministerio datur, cibum quam mercedem Dominus cur maluerit appellare teste Chrysostomo.

August. Luc. 10.

Quo animo Simo Magus ille perfidus poenitentiam ab Apostolis flagitauerit.

Matth. 27.

Iacob 2.

1. Reg. 9. Si quando Prophetae spiritualis benedictione beneficii quicquam accepisse legitur, cur id fecerint?

1. Reg. 14. 4. Reg. 8. Supra 5.

Luc. 10. Illud: Dignus est enim operarius mercede sua, quem sensum habeat. Merces cui proprie debeatur.

1. Cor. 9.

Tom. 12.

V. mala

mala illa æterna sibi impendere; ac timens quod ipse non esset par ad deprecandum tantum malum, rogauerit Apostolos, vt ipsi p se intercederēt, & quod interminati erant flagellum auerterent. Verum postea Simon, eorum, quæ hic dicta sunt ac gesta, immemor, redijt ad ingenium suum, & ad magicas artes suas, vt lib. 3. Recognitionum tradit Clemens: timens ne mala eius secreta quæ domi habebat, Petrus vt Propheta proderet, & omnibus quis esset, innotesceret, dixit ad Petrum: *Obsecro te Petre per illum bonū Deum, qui in te est; vt vincas malitiā quæ in me est: suscipe me ad pœnitentiam, & habebis me adiutorem prædicationis tuæ. Nunc enim verè rebus ipsis didici, quia Dei veri propheta es; & idè secreta hominum solus atque arcana cognoscis. Sic ille. Sed cum Petrus agnouisset ficto animo esse à Simone prolata, & illum propterea obiurgans, tunc Simo maledictis, & conuictis cœpit Petru inceslere, dicens, *O nefandissime omnium, & dolosissime, cui victoriam fortuna, non veritas dedit. Verum ego non pro penuria scientiæ pœnitentiam petij, sed vt tu, putans me per pœnitentiam discipulum tuū fore, omnia secreta professionis tuæ concederes mihi, vt ita demum te, cunctis agnisis, confutarem, &c. Sic ille pœnitentiæ simulator. Et infra: Nūc autem tibi ostendam diuinitatis meæ potentiam, vt repente procidas, & adores me. Ego sum prima virtus, qui semper, & sine initio sum. Ingressus autem vierum Rachel, natus sum vt homo ex ea, quò ab hominibus videri possem: ego per aerem volaui, igni commixtus vnum corpus effectus sum, sta-**

*tuas moueri feci, animam exanima, lapides panes feci, de monte in montem volaui, transmeaui, manibus Angelorum sustentatus ad terras descendidi. Hec non solum feci, sed & nunc facere possum, vt rebus ipsis probem omnibus; quia ego sum filius Dei, stans in æternum, & credentes mihi, similiter stare in perpetuum, faciam.* Hactenus ille nebulinum & magorū Princeps, vt eius simulatam agnoscas pœnitentiam. Sed Petrus non desistit & Antiochiæ, & Romæ illi bellum indicere; donec tandem eum volante, precibus suis in terram præcipitem dedit, & tantum scandalum de Ecclesia sustulit. ¶ Et illi quidem testificati. Paucis abrumpit hanc Apostolorum in Samaria historiam: & Apostolos Ierosolymam redijisse tradit, quia iam refrixerat Iudæorum persecutio, vt perficerent quæ ibi cœpta erant, donec completo tēpore à Domino præscripto, vale illi dixerunt, & ad Gentes diuerterunt: relicto tamen Iacòbo fratre Domini Apostolo, qui eorum curaret salutem, eius vrbis Episcopo. Interim tamen Petrus, & Ioannes, ne otiosi essent in reditu ex Samaria, per oppida siue castella Samariæ, quæ noster interpret vertit regiones, euangelizabāt, ac verbum Dei disseminabāt. Et ita parua Samaria Christo, describitur cōuersio Æthiopiæ per eunuchū, iuxta illud: *Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic: & alibi: Æthiopia præueniet manus eius Deo, & Christo eius, cui cum eodem Deo Patre & Spiritu sancto detur omnis honor, & gloria in seculis sempiternis, Amen.*

Apostoli Petrus & Ioannes à Samaria cur redierint Ierusalem.

Psal. 86.  
Psal. 67.

Simonis Magi durities & obitatio.

Clem. Roman.

Magi Simonis in Simonem Petrum conuicia.

Eiusdem Simonis Magi insolentissima tactantia, & superbia.



TRACTATUS XXVIII.

IN illa verba: *Angelus autem Domini locutus est ad Philippum, dicens, Surge, & vade contra meridianū, ad viam qua descendit ab Ierusalem in Gazam: hæc est deserta. Et surgens abiit. Et ecce, vir Æthiops eunuchus, potēs Candaces Regina Æthiopiæ, qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in Ierusalem: & reuertebatur sedens super currum suum, legensq; Esaiam Prophetam. Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Esaiam Prophetam, &c. in finem vsque capitis. Actorum 8.*

**D**escripsit Euangelista fictā Simonis ad baptismū conuersionē, & seueram Petri in eū Spiritus sancti donacionem: enarrat iam alterā Æthiopiæ eunuchi syncretiori, ac veniori corde factam conuersionem: quæ non sine Angeli monitione breui tempore facta est, vt miraculi instar esse videatur. Vbi primū perpende, quod post Iudæos proxime ad Fidem vocati sunt Samaritæ, qui ex parte Iudaizabāt, atq; ex parte legem Moyfi susceperant. Ab his ad puros Gentiles erat Euangelium traducendum. Sed inter eos quidam erant, qui peculiari religione templum Ierosolymæ venerari consueuerāt, librosq; legebant Propheticos: atq; isti aliquo modo propinquiores erant & suscipiendo Mesiæ paratiores, quàm reliqui Gentiles, qui aut religionem Moisaicam ignorabāt, aut illam vt superstiosam, & onerosam irridebant: atq; isti difficilius ad amplectendam fidem adducti sunt. Itaq; mira Dei providentia istæ cōuersiones non sine ordinis ratione describuntur. Rectè ergo dictum est per Prophetam: *Æthiopia præueniet manus eius Deo: hoc est: Filij*

Æthiopiæ current ad expandendū manus suas in oratione coram Deo. Deinde considera Angelū Domini locutum fuisse ad Philippum: Non enim ipse accessit ad eunuchum, forsassis quod obstupuisset potius, quàm credidisset eunuchus: erat enim hic perinde affectus, atq; Cornelius Centurio, de quo cap. 10. Mittitur ergo ab Angelo ad eum Philippus, inde, vt intelligas, quanta salutis nostræ sit Angeli teneantur, & quàm verè dictū sit de illis: *Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis?* Tertiò cogita, Angelos peculiare Apostolorum ductores, institutoresq; extitisse: nam prius Angelus eripuit Apostolos de carcere, præcepitque vt euntes in templum verba vitæ annuntiarent: Philippo suggessit, vt quæreret eunuchum, atq; eius currui se adiungeret: Petrum in carcere positum Angelus media nocte liberauit, & eripuit de manu Herodis: Paulo quoque Angeli frequenter additerunt, illūq; confirmarunt, ac de futuris admonuerunt, vt ex his colligas quanta esset Angelos inter & Apostolos consuetudo, & quomodo reliquas omnes Apo-

Quid illud Regij Propete: Æthiopia præueniet manus eius Deo.

Quanta salutis nostræ sit Angeli teneantur. Heb. 2.

Angeli quàm familiares Apostolis. Act. 5.

Infra 12.

Eunuchi ad Christū qualis fuerit ista conuersio.

Distin<sup>o</sup> ordo Gētium conuersionis ad Fidem.

Psal. 67.

lorum actiones suo ductu atq; auspicio gubernarent, etiam si in Scripturis non sint expressa.

Surge ( inquit ) & vade contra meridiem, ad viam, qua descendit ab Ierusalem ad Gazam: haec est deserta. Philippus in Samaria erat, quae respectu Ierosolymae Septentrionalis erat: at Gaza respectu Samariae & Ierosolymae, Meridiem versus vergebat. Gaza, Palaestinae ciuitas, vna ex quinque ciuitatibus Philistinorum, limes Chanaanae, olim in tribu Iuda fuit: quae & duplex est, vetus, & noua. Vetus a mari septem stadiis distat: cuius fores eunuchis imponens in montis vertice statuit. Hanc Alexander post bimestrem obsidionem occupans, in sempiternum vertit tumulum: ob id deserta hinc appellatur, & nunc dicitur Gazera. Haec Gazam fore destruendam praedixerat Sophonias. Noua postea in Gazae portu stadiis propè viginti a veteri distans tempore Constantini Imperatoris aedificatur, in cuius honorem Constantia appellata est: sed postea sub Iuliano pristinum recepit nomen. Notat Oecumenius, propterea Angelum dixisse, Haec est deserta; ne Iudaeorum occursum timeret Philippus. Mihi vero magis arridet, vt dixerit deserta, quoniam per illam ciuitatem iter erat rectum a terra Chanaan in Aegyptum; vt distinguat eam a quacumq; alia Gaza, quae sita esset in portu maris: quod per talem non esset illi emetiendum iter in Aegyptum.

Et ecce vir Aethiops, eunuchus, potens Candaces Reginae Aethiopum, qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in Ierusalem: & reuertebatur sedens super currum suum, legensq; Esaiam Prophetam. Multa obseruanda sunt in hoc homine. Nam more historico Lucas describit Principis personam a natione, a sexu, ab officio, & a religione. A natione quidem, dum dicitur Aethiops: qua in re specimen praebat vt Aethiopibus, & omnibus Gentibus salus Euangelica iuxta Esaiam vaticinium praedicaretur. Et hic vides certum argumentum, neminem esse in vlla gente, qui si pro suo captu recte viuat, non a

Domino curetur. Deinde sexum eius describit, vocando eum virum. Et vt considerauit Hieronymus, in epistola ad Paulinum, eunuchum vocauit virum magis propter fidei robur, & qui erat de illis eunuchis, qui se castrauerunt propter regnum caelorum, quam propter carnem. Pugnatur enim secundum naturam virum esse, & eunuchum. Sed non pugnat ijs qui sunt in Christo, vbi eunuchi maxime viri sunt. Tertio eum describit ab officio, dum ait, Potens Candaces Reginae Aethiopum. Olim enim veteri more apud Aethiopes mulieres imperabant. Verbu Potens, Graece dicitur, δυνατος, id est, praefectus, & qui potestate magna factus erat apud Reginam illam. Candaces autem, non est nomen proprium Reginae vnius, sed commune omnibus Reginae Aethiopum: quemadmodum Aegyptiorum Reges Pharaones dicebantur: vt testis est Plinius, Qui lib. naturalis historiae: Regnare, inquit, re-tulerunt feminam Candacen, quod multis iam annis nomen ad Reginae transiit. Sic ille. Vnde Aethiopes vnamquamque Regis matrem Candacen solent appellare, vt docet etiam Oecumenius: nam patrem eorum non agnoscunt, sed Solis filios esse eos tradunt, singulorum vero matrem Candacen vocant. Huius autem Reginae proprium nomen tradunt fuisse Iudith, & regnabat in Meroe insula magna, & celebri supra Aegyptum. Gregorius Nazianzenus oratione in sanctum Baptisma putat, Candace nomen esse ipsius Eunuchi: quod vel benigne interpretandum est, vel deserendum. Describitur ergo ab officio, quod praefectus conclauum regionum thesaurorum: qui non solet nisi fidelissimo cuiq; credi. Et nomen Gazae ciuitatis Hebraice dicitur גז, quod est Hebraea vox, & significat fortem aut captam. Gaza vero Graece, & Latine diuitias significat, siue thesauros. Estque vox a Persis accepta: vnde Curtius: Pecuniam Regiam, inquit, gazam Persa vocant. Est etiam Gaza nomen ciuitatis in Perside, ita dictae, quod Cambyfes eo, velut in minutissimam totius regni arcem, omnes opes, pecuniamq; coniecerat.

Eunuchus ille Aethiops cur appellatur vir.

Hierony. epistol. 1. lib. 3 ante med. tomo 3. initio & lib. 1. in Iouin. ante med. tom. 2. Matth. 19. Eunuchus in Christo, hi maxime viri sunt.

Olim veteri more mulieres apud Aethiopes imperabant.

Candaces quale erat nomen apud Aethiopes. Plin. lib. 6. cap. 29. in fine.

Aethiopes vnamquamque Regis matrem Candace cur soleant appellare. Candaces huius Reginae proprium nomen quod. Gregor. Nazianz. tom. 2.

Regij thesaurorum committatur quibus.

Gaza Graece, & Latine quid. Gaza quale nomen sit, quidq; significet.

Q. Curtius lib. 3.

Gaza quae ciuitas.

Duplex Gaza, vetus, & noua. Indic. 16.

Gaza cur dicta sit deserta. Sophon. 2. & seq.

Oecumenius in Acta. Cur Angelus Philippo dixerit de Gaza: haec est deserta.

Eunuchi quare pietas atq; religio.

Esa. 49. & Act. 13.

Cur hic Eunuchus venerit adorare in Ierusalem.

3. Reg. 8. 1. Esdr. & seq. 2. Mach. 3. & seq.

Eunuchus Aethiops ardens in studium sacrarum litterarum amor. Deut. 6.

Chrysol. De Lazaro homil. 3. non longe a principio tom. 3. in fine.

Hieronymus. D. Hieronymus modestia, & humilitas.

Quibus ille de causis Eunuchus Diuinae lectioni vacaret.

Quarto, describit illum a religione; dum ait illum venisse in Ierusalem ad adorandum: tanta enim erat apud omnes Gentes templi Iudaici gloria, & opinio, vt de remotissimis etiam terris religionis ergo Ierosolymam peregrinatio ab eis institueretur. Erant siquidem iam in Graecam linguam Hebraeorum voluminum scripta translata, quae legentes facile poterant intelligere quid promissum sit pietatem colentibus: maxime autem, quia Salomon precibus obtinuerit, quod etiam Gentiles in templo illo adorantes exaudirentur; atque ob eam causam Artaxerxes omnia ad sacrificandum necessaria de suo dedit, & Seleucus Syriae Rex, atque alij complures idem fecerunt. Cum autem tria per singulos annos essent solennia, & celebriora festa, ad quae Iudaei vniuersi venire cogebantur: verisimile fit, Eunuchum vno illorum trium venisse, & fortassis venit die Petecostes, vel Tabernaculorum, vel omnino ignarus non fuit eorum, quae gesta sunt ab Apostolis, & de aduentu Spiritus sancti, & de Christi discipulis, qui erant Ierosolymis. Non caret etiam sua laude, quod Eunuchus etiam per viam in curru ab studio, & meditatione Scripturarum non cessabat, quasi legisset illud Deuteronomij: *Ambulans in itinere, dormiens, atque confurgens.* Et si per viam legebat, quid domi faceret? Rursus si non intelligens legebat, quid fecisset intelligens? vt notat Chrysostomus homilia De Lazaro. Et Hieronymus in dicta epistola ad Paulinum: *Ego ( vt de me loquar interim ) nec sanctior sum hoc Eunuchis, nec studiosior: qui de Aethiopia, id est, de extremis mundi finibus venit ad templum, reliquit aulam Regiam, & tantus amator legis, Diuinae scientiae fuit, vt etiam in vehiculo Sacras literas legeret, &c.* Haec ille. Hoc etiam fecit; vt Scripturas idcirco non negligamus, sed legendae sunt sperantes aliquando nobis Diuinum lumen affuturum, quod eas digni simus intelligere. Denique hoc faciebat, vt discant Principes, & magistratus eruditionem E-

uangelicam amplecti, per quam tum suos, tum aliorum mores iustis legibus instituant. Hinc Moses praecipit Regibus, vt Deuteronomium secum habeant.

Dixit autem Spiritus Philippo. Hic est ille, quem supra vocauit Angelum: quippe Angelus sua natura est spiritus, a quo inferius dicitur, quod Spiritus Domini rapuit Philippum, non secus, atque olim Angelus rapuit Habacuc, & tulit illum cum prandio ad Danielem in lacum leonum. ¶ Et dixit, *Putas ne intelligis quae legis? Qui ait, Quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Graeca habet lectio: Si non aliquis mihi viam ostenderit? Sed in idem redit lectio nostra.* Prudenter Philippus illum interrogauit, quod occasionem communicandi Euangelij captaret. *Putas ne, inquit, intelligis quae legis?* quia multi saepe legunt ea quae non intelligunt, & vt dici solet, legere, & non intelligere, est negligere. Verum qui Scripturas religiose legit, ad sensum Spiritus proficere meretur, etiam studium ac deuotionem, qua agitur ad lectionem, non intelligens. Verum Eunuchus prudenter ac modestè respondit: non enim dixit, Tu quis es? non redarguit, non insolenter locutus est, non dicit se scire, sed sua proficitur ignorantiam.

Et quomodo, inquit, possum ( scilicet intelligere ) si non aliquis ostenderit mihi? Vult dicere, Quis, aut quantus ego sum, qui diuina valeam capere sine duce & praemonstratore? agnoscebat quod Philippus sciebat, ac se docere volebat. Vtinam nos omnes, sed praecipue Haeretici haec ipsa cogitent, neque assererent Scripturas tam faciles esse atque apertas, vt earum intelligentiam populis fidelibus polliceantur. Cum tamen Hieronymus in dicta epistola ad Paulinum tomo 3. scribat: *Agricola, camentarius, fabri metallorum, lignorum, ve casores, lanarius quoque, & fullones, & ceteri, qui variam superuectilem, & vilia opuscula fabricantur, absque doctore non possunt esse quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medicis.*

Deut. 17.

Angeli cuius sint naturae.

Dan. 14.

Quare Philippus Eunuchum interrogauerit, an quae legebat, intelligeret.

Scripturas religiose legentes, quid assquantur.

Eunuchus a Philippo sacrarum petens intelligentiam Scripturarum, vt confundat Haereticos nostri temporis atque conde-mnet.

Idem Hieronymus.

tractant fabrilia fabri. Sola Scriptura- rum arse est, quam sibi omnes passim vin- dicent. Scribimus indocti, doctiq; poema- ta passim. Hanc garrula anus, hanc de- lirius senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsument. lacerant, docent an- tequam discant. Hæc ille, heu nimis verè. Quia igitur Eunuchus suam pla- nè detexit ignorantiam, & Esaiam li- brum signatum esse cognouit, dignus factus est, qui per Philippum Spiri- tu sancto repletum erudiretur. Vnde rogauit Philippum vt ascenderet, & sederet secum, quò commodius colloqui, atque eius verba intelligere posset.

Vnde merue- rit Eunuchus, Philippus vt eum erudiret Esa. 29.

Diuinæ in Eunuchis ar- gumētū pro- uidentia.

Contra Iu- dæos caput E- saie 53. non ad Christum, sed ad popu- lum Iudæum asserētes per- tinere.

Luc. 23. & Esa. 53.

Eunuchus Cæ- daces. Philip- pus diaconus quid euange- lizauerit.

Erat autem locus Esaiæ, quem spe- ciali Dei prouidentia legebat: Tan- quam onis ad occisionem ductus est; & sicut agnus coram tendente se, sine voce, sic non aperuit os suum: quemadmo- dum Christo Lucæ cap. 4. occurrit lo- cus Esaiæ, & vterque de Messia lo- quebatur ad literam. Quamquam iu- niores Hebræi locum hunc de popu- lo Iudæorum scriptum asserant, & ve- rum dicant. Sed cum id dicant, vt Christum Iesum excludant, supinè errant. Iesus enim omnem prophe- tiam impleuit: & quicquid populus ille non præstitit, ipse præstitit. Ille enim populus afflictus est: vt ad eru- ditionem omnium instrueretur: sed remurmurauit, nec Deo paruit. At Iesus cum omnia tulerit, gratias sem- per egit Deo, & pro periecutoribus orauit, & ea omnia, quæ hinc dicun- tur: vt, Quod peccatum nõ fecit, nec dolus inuentus sit in ore eius: & quòd propter scelus populi sit percussus: & quòd oblatu- s est, quia ipse voluit, & reliqua omnia in illo solo imple- ta sunt. Nam si alteri, quàm Christo conuerterent illa omnia, discerni non posset prophetia quò tenderet.

Prædicauit ergo illi morbum pec- cati nostri, & medicinam per Chri- stum allatam, & certam gloriæ spem, si quis relicto peccato ad Christum confugerit. Et quia est lectio Septua- ginta interpretum, quam Lucas pro- ducit; videtur liber Esaiæ fuisse Græ- cus: nam Græcæ linguæ cognitio e- tiam per remotissimas Gentes, & na-

tiones iam penetrauerat. ¶ In humili- tate iudicium eius sublatum est. Id est, per humilitatem liberatus est à iudi- cio iniquo: vel, iudicium eius subla- tum est, id est, condemnatio ipsius re- cisa est, datumque illi nomen quod est super omne nomen. Ideo meruit multiplicari generationem eius, de qua subdit: Generationem eius quis e- narrabit? Quia subiungit: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum: renatos igitur innumera- biles filios sibi mortuo quis enarra- bit? aut quis credet? Quia incredibi- le videtur, vt mortuum tanta spiri- tualium filiorum soboles consecuta sit: sed ipse Christus satis aperuit, cū dixit: Nisi granum framenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum ma- net. Si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Ita tacitè indicat res- urrectionem eius, cuius virtute ho- mines regenerantur. Est ergo ser- mo de renatis per sanguinem Christi mortui, qui extiterunt sine numero: aliòquin generatio Verbi à Patre, & Christi hominis de Spiritu sancto ex Virgine, incarnabilis existit. Et quia hæc expositiones non tã ad rem sunt, quàm prior; ideo illa istis videtur præstabilior. Sed quia de hoc testi- monio libro secundo plenius locuti sumus, atque adeo de toto capite E- saie, nimirum 53. libro decimo, pro- pterea hinc supersedemus, ne actum agamus.

Illud certum est, Philippum, qui dicitur os suum aperuisse, tanquam de magnis, ac magni momenti re- bus locuturus, plenè explicasse hunc lozum, & incipiendo ab Scriptura ista, euangelizasse illi Iesum. Et vi- detur huic loco alios adiunxisse, qui- bus confirmaret ea, quæ docebat: quemadmodum & nos sumpto the- mate alicuius loci Scripturæ, soliti sumus euangelizare, atque in eius cõ- firmatione multas alias Scripturæ sen- tentias producere.

Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam: Et ait Eunuchus, Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Cum via illa per desertum raras habeat a- quas, & prædicatione Philippi ba-

Quid illud E- saie de Chri- sto: In humili- tate iudi- cium eius subla- tum est. Philipp. 2. Generatione Christi passim quis enarrare non valeat.

Ioan. 12

Tract. 9.

Aperire quã- do quis os suum dicitur, more Scripturæ.

Hæreticorū, satis esse ba- ptismum in- ternum Spi- ritus, nec ex- terna requi- ri, dogmati- zanā error excluditur.

In eos, qui sa- crum Baptis- ma differe- bant,

Ecclesiasti- ci 5.

Thren. 3.

Basil. Chrysoft.

Gregor. Na- zian. tomo 2.

Ioan. 20.

Vocationi Diuinæ sta- tim obtempe- randum.

ptismi desiderio inflammatus esset, nõ voluit tam honestam occasionem à Deo oblatam ad suscipiendum ba- ptismum prætermittere: ideo inquit, Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Quò verbo & hæreticorum sententiã iugulauit, qui fide, & interno Spiri- tus baptismo contenti, ceremonias à Christo institutas ad salutem adipis- cendam negligunt: at hic Eunuchus ob excellentiã interni baptismi, ex- ternũ ac sensibilem non neglexit, sed festinauit suscipere. Refellit etiã Ca- tholicorum quorundam negligentiã, qui olim in finem vsque vitæ differe- bant baptismum, vt interim maiori peccandi licentia potirētur: quòd in Scripturam erat, dicentem: Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te: & iterum: Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Patres quo- que vehementer illud reprehendunt, non solum vt periculosum, sed etiam tanquam perniciosum, maximè verò Basiliius homilia 13. à medio, tomo 1. paullo à medio. Chrysostomus ho- milia 19. in Acta, ante medium, tomo 3. hoc ipso in loco, Gregoriusque Nazianzenus, cusus in homilia in sanctum Baptisma hæc sunt verba: Ne in contrarium nitamur, ne mo- ram faciamus, Petrum & Ioannem æmulemur, ad Baptismum, vt illi ad sepulcrum, & resurrectionem, omni festinatione properemus, simul currentes, certatim currentes, omni contentione in id incumbentes, vt hoc bonum priores occupemus. Ne dixeris, Abi & redi, & cras bap- tizabor, cum hodie beneficium istud ti- bi accipere liceat. Adsit mihi pater, adsit mihi mater, fratres, vxor, libe- ri, amici atque omnes, quos charos habeo: & tũ salutem accipiam: nũc autem nondum mihi vacat splendi- dum fieri. Ne ad eiusmodi voces cõ- fugias. Verendum enim est, ne lucus socios accipias, quos lætitiæ socios fore tibi spe atque opinione finxisti. Quamobrem siquidem adsint, præ- clarè tecum agi puta: sin autem ab- sint, ne eos expectes. Et infra: Nihil

progressionem tuam reprimat, nihil animi alacritatem inhibeat. Quandiu acre & vehemens est desiderium, id quòd desideras, arripe: quandiu calet ferrum, frigida obduretur, ne quid interim accidat, quòd animi cupidi- tatem infringat. Philippus sum, esto Candaces. Dic ipse quoque, Ecce a- qua, quid me prohibet baptizari? tem- poris occasionem arripe: tanto bono exulta: atque hæc locutus baptizare, baptizatus, salutem accipe: ac si cor- pore atro sis, animo nitescere, cãdidus- que efficere. Salutem assequere, qua nihil sublimius præstantiusque est, duntaxat apud eos qui mente sunt sa- na, atque integra. Ne dicas, Baptizet me Episcopus, atque is Metropolitani- nus, aut Ierosolymitanus ( non enim locorum dignitas, sed Spiritus san- ctus gratiam adfert) isque etiam cla- ro & nobili genere ortus ( acerbum enim fuerit, nobilitatem meam bap- tistæ obscuritate dedecorari ) aut si Presbyter, saltem qui coelibatum am- plexus sit, qui continentia laude, at- que angelica viuendi ratione floreat. Pergrauè enim fuerit, si in ipso pur- gationis tempore inficiar atque for- descam. Noli concionatoris, aut bap- tistæ dignitatem excutere. Alius ho- rum iudex est, rerumque obscurarum explorator: quandoquidem homo fa- ciem, Deus autem cor intuetur. Tu verò neminem non satis dignum, at- que idoneum ad baptistæ munus ob- eundũ existima: qui modò inter pios censeatur, ac non apertè condemna- tus sit, atque ab Ecclesia alienus. Qui curationis indiges, de iudicibus tibi iudicium arrogare noli, nec eorum, à quibus purgaris, dignitates, pretia- que anxie, & morose disquire, nec progenitorum delectum habe. Ne alienum à dignitate tua putes, simul cum paupere baptizari, qui diuitijs affluus, cum obscuro patritijs, he- rus cum eo qui hætenus tibi feruus extitit. Nondum tantopere te de- mittis, quantopere Christus, cui ho- dierno die baptizaris, sese deiecit, qui salutis tuæ causa feruilem quo- que formam accepit. At tibi non de minimis periculum subeundum

Ministrorū baptis- mō dignitas in- quiri- enda non est.

1. Reg. 16.

Qui nam ve- rē baptizēt.

Quam se hu- milem & ab- lectum fecerit Christus pro nobis re- dimendis. Philip. 2.

est, si absque baptisate decesseris, cum solus corruptioni genitus sis, & non incorruptibilitatem indueris. Hæc ille, qui multa eleganti, & fusa oratione in hunc scopum perfectur.

Dixit autem Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait, Credo Filium Dei esse Iesum Christum. Interrogat de fide, sine qua nemo est baptizandus; atque ob hanc causam baptizans de more interrogat baptizandum, an credat singulos articulos Fidei: vt, Credis in Deum omnipotentem creatorem cœli, & terræ? Et respondet, Credo. Atque de hac interrogatione loquitur Petr<sup>o</sup> in sua Catholica epistola, dicens: Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisima ( non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum.) Dixit autem an crederet ex toto corde. Non fide, vt Simon Magus: nec solum ratione assentiendo ob signa, vel argumenta, quæ fides est coacta, sed voluntate etiam paratus obedire Fidei in omnibus, & dolendo de antea vita, & nouam vitam induendo. Vnde rogatus, qui baptizatur, Abrenuntias Satana? respondet, Abrenuntio. Nihil interrogat de moribus, sicut nec nos, sed tantum de fide: quia mores ante baptismum sordidos, & contaminatos esse constat. Respondet autem Eunuchus, Credo. Non dixit, toto corde, quia fat est non esse sibi conscium malæ voluntatis, & actu eam non habere, sed bonam: licet non requiratur perfecta ac viua fides, quia iam haberet gratiam ante baptismum, & baptismus nulli conferret primam gratiam. Credebat autem Iesum Christum esse Filium Dei naturalem, non autem esse adoptiuum solum, quia id esset minus naturali: nec partim adoptiuum, partim naturalem, quia vna est persona tantum Verbi in vtrâque natura. ¶ Si credis ex toto corde, licet. Fides, ianua est Baptismi, sicut Baptismus Sacramentorum omnium. Hæc verba Arator poëta egregie vertit, dicens;

Si credulus audis,

Et tibi nascetur (scilicet Messias) tuus, inde renasceris illi.

Et insit stare currum: & descendunt vterque in aquam, Philippus & Eunuchus, & baptizauit eum. Hic descensus in aquam, humiliationem Eunuchi, & renuntiationem Satanae significat: sicut ascensus dignitatem filiorum Dei, in quam velut alter Helias ascendit. Non erubuit coram familia sua nudari, qui peccata sua non erubescerat coram Deo propalari. Rara, & insignis fides meditantis in lege Domini dic, ac nocte. Non enim hæc, vt latro, vidit signa; non, vt Magi, stellam: & tamen credidit: tanta res est, ac tam utilis Scripturarum lectio. De situ huius fontis sic ait Hieronymus. de locis Hebraicis. Betsur in tribu Iuda, siue Benjamin, & est hodie Betsoron vicus euntibus nobis ab Heliac Hebron in vigesimo lapide, iuxta quem fons ad radicem montis ebulliens ab eadem, in qua gignitur sorbetur humo; & Apostolorum Acta referunt Eunuchum Candacis Regina in hoc esse baptizatum à Philippo. Hæc ille.

Cum autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum eunuchus. Angelus hic fuit, vt superius diximus. Et mirum esse non debet, si Angelus rapit Philippum, & Habacuc: postquam dæmon rapit lamias, siue maleficas, quæ sagæ vocantur mulieres. Et non sine causa rapuit Philippum Spiritus: nam vt scribit Oecumenius, voluisset fortassis cum eo ire eunuchus, & ipse renuendo, & negando, cum nondum esset occasio, molestiam ei attulisset: & simul Philippus ipse non parum erat lucraturus, cum id, quod de Ezechiele, & Habacuc audiuerat, sibi quoque euenisse esset visurus.

Ibat autem per viam suam gaudens. Etsi non nihil mœroris attulisset absentia Philippi, tanta tamen erat plenitudo Spiritus, tantaque pax conscientiæ, vt gaudium magnum conceperit. De quo Dominus dixit; Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Etsi enim Christi minister ab eo discessisset, manebat tamen Dominus cor eius per fidem inhabitans. Atque hi

Arator lib. 1. poematū, à med.

Quid in aqua descensus Eunuchi significet.

Reg. 2. Eiusdem ex aqua quid significet alius.

Psal. 1. Eunuchus quilibet fides extiterit.

Luc. 23. Matth. 2.

Dan. 14. Quare Spiritus Domini rapuerit Philippum.

Oecumen.

Ezech. 8.

Dan. 14. Eunuchus baptismo accepto, raptoque Philippo, cur ibat per viam suam gaudens. Ioan. 16.

Baptizandis cur interrogetur an credat.

1. Pet. 3.

Quare Eunuchum rogauerit Philippus an crederet ex toto corde.

Act. 8.

Fides quæ tantum sufficit ad baptismum.

Eunuchus Candaces Iesum Christum, an verum creditum esse Filium Dei, an verum adoptiuum tantum modo.

Quæ sit ianua baptismi, qui verum Sacramentorum omnium.

sunt

Quinam fructus baptismi.

Eunuchus vbi predicauerit.

Dorothe. Episc. Tyri.

Azotus quæ ciuitas.

sunt fructus animæ per baptismum iustificata, & à sordibus suis expurgata. Perrexit igitur eunuchus in Æthiopiam, vbi Christum predicauit, & baptismum: donec Marthæus Apostolus ea quæ coeperat ille, perficeret. Dorotheus in Synopsi sua scribit, Eunuchum in Arabia Felici predicasse, & in insula Taprobana, & vniuersa Erythra: vbi & gloriose martyrium tulisse fertur, ibique sepultus est.

Philippus autem inuentus est in Azoto: & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Casarea. Stauit Angelus Philippum in Azoto, quadraginta circiter milliariibus à Gaza distantie, versus Septentrionem, & eundem ab Ierusalem. Sita est hæc vrbs, prædicatione Philippi insignis, in tribu Dan, & erat vna ex præcipuis vr-

bibus Philistinorum. Philippus inde post multam prædicationem profectus est Casaream Palaestinae, quæ olim Turris Stratonis dicebatur, & patria erat Philippi, in qua domum habebat, de qua inferius cap. 21. atque illam domum ad sua usque tempora ibidem, Casaræ scilicet, ostendi solita, tradit Hieronymus. Consilium autem Spiritus sancti fuit, Philippum sistere in illis locis, quæ indigebant verbo Dei euangelico, quod salutem illorum promoueret, atque ipse otiosus talentum Domini sepultum non teneret, sed gloriam propagaret, atque illustraret Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto est omnis honor, gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

Casarea Palaestinae cuius nominis fuerit olim.

Hierony. in epist. Paulæ ad Eustoch. sub init. tomo 2.

Matth. 25.



TRACTATUS XXIX.

IN illa verba: Saulus autem adhuc spirans minarum & cadis in discipulos Domini, accessit ad Principem Sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad Synagogas; vt si quos inuenisset huius via viros, ac mulieres, victos perduceret in Ierusalem. Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de cælo. Et cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi, Saule, Saule quid me persequeris? Qui dixit. Quis es Domine? Et ille. Ego sum Iesus quem tu persequeris. Durum est tibi contra simulacrum calcitrare. &c. Actorum 9.

Quo tendit B. Lucas. Act. 8.



PERGIT LUCAS persecutionem in Ecclesia ceptam per Saulum, qui eam deuastabat, per singulas domos intrans, & trahens viros

ac mulieres, & tradens in custodiam, enarrare. Nam conuersionem Samariae per Philippum, & Simonis Magi historiam cum Petro, & Eunuchi Æthiopsis conuersionem, veluti per pa-

renthesin

renthesin descripserat: nunc verò ad inchoatam redit historiam Sauli, atque eius nobis singularem atque admirabilem commemorat conuersionem. In quo videtur Lucas gradatim à faciliõribus ac minoribus ad maiores & difficiliõres conscendisse conuersiones. Magnum quippè fuit, Iudæos Petri prædicatione ad fidem cõuerti: sed maius nata persecutiõne in Ecclesiã, Samaritas prædicatione Philippì Messiam agnoscere, & baptismo tingi; & multò maius hoc esse videtur, quod merè Gentilis eunuchus Æthiops à thesauris Reginæ Candaces tam prompto animo, ac tam breui tempore Christum didicerit, eiusque religionè suscepto baptismo fuerit amplexus. Iam hæc omnia superare videtur, quòd Saulum hostem Christi, & Ecclesiæ capitalem, & in Christi cultores vbicunque illi essent, etiam extra Ierosolymam, ferocitèrem, Dominus ad se pertraxerit, & ex persecutore reddiderit acerrimum fidei suæ defensorem. Quamobrem Ecclesia Spiritus sancti magisterio erudita, hanc Sauli conuersionem, quæ multis rationibus admirabilis ac prodigiõsa fuit, peculiari ac stato die solenni venerandam atque imitandam, inter tot alias conuersiones omnibus fidelibus proposuit: non solùm ob grande Ecclesiæ gaudium, quod de huius hominis cœlesti immutatione cõcepit, & gloriam Dei atque potètiã in eo mirabiliter declaratam; sed etiã quòd huius exemplũ efficax existat, calcariãque addat ingentibus etiam peccatoribus, in atrocibusq; delictis exercitatis, quò bonitatem, lenitatẽq; Christi agnoscant, singularẽque amorem, ac sitim, qua flagrat hominum salute, & ne quisquam suorum magnitudine peccatorũ, aut multitudine deterritus, cadat à spe Diuinæ misericordiæ atque clementiæ.

At verò, quoniam hæc conuersione contigit 25. Ianuarij, vt Ecclesia celebrat, & martyrologium Ecclesiæ Romanæ tradit; superest vt decimo à passione Christi mense hæc cõtingerit cõuersione Sauli. Quòd verò quidam illã narrant cõtingisse primo anno Domi-

nicae passionis, alij verò secũdo anno, neminem mouere debet: quia vnum & idem diuersis rationibus dicunt. Nam si computes primum annũ Dominicæ passionis more Romano à Kalendis Ianuarijs, tunc initio secundi anni conuersus est Paulus. Si autẽ enumeres ab ipso die passionis vsq; in sequentem diem passionis anno reuoluto, qui dicitur Annus emergens; sicut prior dicitur annus vsualis, siue initiũ numerandi capias more Hebræorum à prima luna plena vernali, quomodo præcepit Deus Exod. 12. esse numerandum; tũ primo anno Dominicæ passionis conuersione accidit.

Sed iam singula scrutemur verba: Saulus, inquit, adhuc spirans minarum & cadis in discipulos Domini. Hebræis Saul dicitur, sed inflexione Græca, Latinaque dictus est Saulus, vt à Iacob Iacobus: deinde ex consuetudine Romanæ vocis, Paulus: vt postea explicabitur. Et interpretatur Saul Hebræa lingua; peritus siue postulatus: quia pro eo preces fudit Stephanus, atque eum Ecclesiã à Domino postulauit. Quidam dicunt significare vllpienda erat, ne demoliretur vineam Domini. ¶ Adhuc, inquit, spirans minarum & cadis. Phrasin Græcam secutus est interpres, vbi in Genitiuo illa ponuntur; cum pro ratione linguæ Latinæ in Accusandi casu ponenda essent. Quid est, inquit Chrysostomus, quod dicit, Adhuc? Quid enim antea fecit, quòd dicit, adhuc? Sanè dicere, adhuc, de homine dicitur, qui antea mala multa operatus est. Quid ergo fecit? Quin tu mihi dicas, quòd malum non fecit? Sanguine Ierosolymas impleuit, fideles interfecit, Ecclesiã impugnavit, Apostolos persecutus est, Stephanum occidit, neque viris, neque mulieribus pepercit. Non enim sufficiebat ei forum, insiliebat & in domus: dicit enim: Domos ingrediens. Et non dicit, ducens, neque trahens mulieres & viros; sed vi rapiens mulieres & viros: sicut de fera dicere solemus. Hæc ille. Rectè ergo spirare dicitur minas citra mortem, & cædem etiam violentam, tanquam fumum quendam immoderati zeli, & iracundi furoris.

B. Pauli conuersione primo Dominicæ passionis anno, vel, vt alij volũt, seculo contigisse, vt constare possit.

Saul Hebræis quid sonet. Act. 7. Alter significatus quorũdam.

Cant. 2. Saulus, id est Paulus quantum olim Ecclesiæ persecutor. Chrysol. homil. 9. De laudib. B. Pauli paulo à med. tom. 4. in fine.

Act. 8.

Idem quare dictus est spiritus minas & cædes.

Etus artificiu in scribendo

Vnius Pauli Apostoli conuersione Ecclesia quorãnis celebrandam cur instituerit.

Quo die B. Pauli cõuersione accidit.

1. Reg. 15. & seq. Discipuli Domini qui dicebantur olim. Christi potètia.

Persecutio quem fructũ adferat.

Saul Ecclesiæ persecutoris arrogantia.

Pontifices olim Iudæorũ quid curaret

Act. 18.

Quales Sauli Ecclesiæ persecutoris, quales verò eiusdem Ecclesiæ fautoris.

2. Cor. 3.

Feruidæ namque naturæ erat; & tanquam Saul olim zelabat contra Amalechitas, ita iste in discipulos Domini: ita enim appellabatur quotquot Christi nomen profitebantur. Nec expectauit Dominus vt expleret furorem, vel extingueret flammam affectus sui, & fatigatus vagando mansuesceret; & tunc tandem traheret, sed dum vigeret in media insaniam, ipsum cepit, vt ostenderet potètiã suam. Enimvero medicum tunc maxime admiramur, quando febrem cum infestior est, & morbi vis vehementior, extingueret valet. Vox enim Domini quasi ros desuper descendens in ipso furore flammæ liberauit. Hæc autem persecutio utilis erat suis, quò magis à peccato recederent, & Christum amplecterentur, qui pro sua bonitate quibuscunque virgis nouit suos castigare vel ad salutem, vel ad meritum.

Accessit ad Principem Sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum, ad Synagogas. Accessit minimè vocatus, sed seipsum voluntate humana ingrens, aut fortè Satanæ impulsu excitatus. Et accessit ad Principem Sacerdotum: qui vel Annas fuit, vel, si impletus erat eius annus, is, qui eũ proxime consecutus est. Nam in his quæ spectabant ad legem, Pontifices cognitionem, & iudicium habebant: in alijs verò præerat Pilatus, atque alij terarchæ. Hinc Gallio proconsul Achaia causam spiritualem Pauli noluit cognoscere, sed dixit: Si quæstiones sunt de verbo, & nominibus legis vestræ; vos ipsi videritis: iudex ego horum nolo esse. ¶ Et petijt ab eo epistolas in Damascum. Pergebat Saulus armatus literis, & militibus, rabie, & minis, quia omnia humana præsidia comparat Satanæ contra Christum. Aliæ autem epistolæ scriptæ erant in die Pentecostes non atramento, sed Spiritu Dei viuũ; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, quæ alio modo salutariter vinciebant homines in obsequium Euangelij, & alterius erant verè summi Sacerdotis: erantque signis miraculorum communita, quò fidem maiorem obtinerent apud omnes. Pro his epistolis ad di-

uersas Synagogas, quas ad alligandum, & occidendum Christianos habuit Paulus, tot eruditissimas, & Spiritu Dei refertissimas literas ad diuersas Ecclesias scripsit, quò eas ad iugum Christi subeundum cohortaretur, eisque salutaribus consilijs ac monitis vitam præberet: pro illa tam ardenti animo assumpta peregrinatione in Damascum vt vinciret Christianos, peregrinatus est postea Paulus per vniuersum orbem, vt reti Euangelico inuolueret Iudæos; & Gentiles; & ita salubriter alligatos perduceret in Ierusalem cœlestè. Hinc Cyrillus Ierosolymitanus catechesi 10. inquit: Miratus sum certè sancti Spiritus dispensationem: quòd aliorum quidem epistolas paruo numero circumscripsit, Pauli autem, antea sui persecutoris, quatuordecim esse concessit. Non enim eò quòd minor esset Petrus aut Ioannes, pracidit gratiam, absit sed quòd dubia non esset doctrina illius, qui antea esset inimicus & persecutor, plura concessit illum scribere. ¶ Et omnes sic nobis facilius persuadeamus. Stupebant enim omnes de Paulo dicentes, Nonne hic est qui prius persequebatur? &c. Hæc ille. Damascus, ciuitas erat insignis in Syria extra Promissionis Terram: interpretaturque sacculus sanguinis, quem sitiebat Paulus. Erant autem ibi multæ Synagogæ. Et licet in causis siue forensibus, siue capitalibus subessent Romanis Iudæi; tamen in spiritualibus agnoscebant potèstatem summi Sacerdotis, qui erat Ierosolymis. ¶ Vt si quos inuenisset huius viros ac mulieres, vincios perduceret in Ierusalem. Religionem Christianam vocat viam: quia illa sola via est recta ad cœlum. Nos autem vt plurimum sumus viri nominis, non viæ: quia in via positi, sicut ipse Christus ambulauit, non ambulamus. Et quia paratus erat cõprehendere tam viros, quàm mulieres, planè ostendebat se metu omnium atq; misericordia vacare: Metu quidè, propter viros; misericordia verò, propter mulieres; quos omnes eo animo in Ierusalè adducere volebat, vt morte pleterentur. Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco. In portu naufragium faciũt omnes humanae

Qua de Pauli epistolis sciendũ præclarè.

Pauli quæ peregrinatio Ecclesiæ deinceps salutaris extiterit.

Cyriil. Ierosolym.

Pauli cur tot epistolæ, auctore Cyrillo.

Act. 9.

Damascus quales ciuitas, & quid significet.

Via cur dicitur religio Christiana.

Sauli audacia, & immiter cordia.

Humana vires corã Den quàm debiles, & infirmæ





quis seruet mandata, & nihil suum quærat, nec tentet Deum: tunc enim per superiorem indicabit voluntatē suam, aut per alios meliores consiliarios eadem deteget. Quid ergo me vis facere? Non ait, quid me vis dicere? Et quis referat quid acciderit in corde eius, antequam id Domino obtulerit, & quomodo vicerit omnia impedimenta, quæ à Christi sequela auocabant? Atque hæc verba protulit tremens, ac stupens. Tremēs quidem ob calorem deficientem præ metu; stupens verò, ob rigorem quod ad membrā attinet, & quantum ad mentem; ob rei insolitam magnitudinem: itaque timor præcessit amorem.

Et Dominus ad eum, Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Rectè Casianus explicauit hunc locum: Paulum quoque per semetipsum vocans, & alloquens Christus, cum posset ei perfectionis viam referare confestim, nequaquam fecit, sed dirigit illum ad Ananiam, & ab eo iubet viam veritatis agnoscere, dicens: Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Mittit itaque & hunc ad seniore, eumque illius potius doctrina, quam sua censet instrui, ne scilicet quod rectè gestū fuisset in Paulo, posteris malum præsumptionis præberet exemplum: dum vnusquisque sibimet persuaderet simili modo se quoque debere Dei solius magisterio, atque doctrina potius, quam seniorum institutione formari. Hæc ille. Similia quoque nos possumus hæreticis dicere, vt si velint veritates Catholicas intelligere, prius in ciuitatem Ecclesiæ ingrediantur, eiusque se sibi tradat instituendos, ac regendos. Præterea docet Dominus, qua ratione sint illi, qui extra Ecclesiam sunt, recipiendi. Neminem enim Deus ad gratiæ consortium admittit suæ, quem non velit per ministros Ecclesiæ reconciliari. Ita enim nunc facit cum Saulo, & fecit paulo antè cum Eunuchò, & facturus est paulo post cum Cornelio Centurione.

Viri autem illi qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem

vocem, neminem autem videntes. Similia legimus accidisse Danieli, qui capite decimo ait: Vidi autem ego Daniel solus visionem; porro viri qui erant mecum, non viderunt, sed terror nimis irruit super eos, & fugerunt in absconditum. Non intelligas audiuisse vocem Iesu, sed Pauli dumtaxat. Dicit enim inferius capite vigesimo secundo: Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum. Vult ergo comites Pauli responsonem quidem suam, quam Christo dedit, audiuisse, Christi autem vocem non audiuisse: scilicet vocem illam audiissent, vt ait Oecumenius, nequaquam in diffidentia, & perfidia perstitissent. Lucas ergo sensit de voce Pauli, quæ audierunt, Paulus autem Actor. 22. de voce Christi expressè loquitur. Sed certè verius videtur, quod de voce Christi intelligantur verba Lucæ hoc capite posita, dicendo quod eam audierunt, nam de voce Pauli quid mirum quod audirent, quem & videbant? Quod ergo hic stupefacti vocem audierint, & neminem viderint, eius vocem significare voluit, qui loquens non videbatur. Nam sic etiam prædixit, quod Paulus ipse audiuit ipsam vocem dicentem sibi, de qua voce subdit: Viri autem illi qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes: hic enim erat stupor, quod vocem audirent, viderent neminem. Ideò dicendum, quod licet vocem audirent, non tamen cum vocis intellectu, & quod esset Christi vox: quare non dixit simpliciter, quod non audierunt vocem, sed cum adiuncto, eius qui loquebatur. Fortè enim sonum tantum, non distincta verba, aut si verba, non tam sensum acceperunt, quod est propriè audire. Ita vt Paulus eruditius locutus sit in concione, vt oportebat, quam Lucas simplici narratione historiæ. Et qui comitabantur illum, ministri erant executionis. Et pedibus ibant, vt videtur, aliò qui grauitè fuisset læsus Saulus cadens ex equo in terram, nisi

Qui Saulum comitabatur Christi, an Sauli vocem audierunt.

Si Christi vocem audierunt, (vt quidam sinxit) quid inde. Oecumenius in Acta.

Altera opinio probabilior.

Propriè quis audiat.

mira-

Vnde Sauli tremor, ac stupor dicitur, Dominus, quid me vis facere?

Casianus collat. 2. capite. 15.

Quare Christus cum per se ipsum id posset, Paulum Ananiam tradiderit instituendum.

Catholicorum dogmatum intelligentiam vbi tantum habeatur.

Qua ratione sint illi, qui extra Ecclesiam sunt, recipiendi.

Act. 10. & seq.

Errare eos, qui Paulum equitem, non peditem fingunt.

Cur Paulus à Deo primò uocatus visu amiserit.

Sauli quare percussus fuit, cæcitas an naturalis fuerit, nec ne. Naturalis cæcitas vnde sit.

Deus rationem quam tenet in conversione peccatoris.

miraculum ponas: id etiam ostendit, quod ad manus eum traxerunt post casum. Eratque meridies, vt capite vigesimo secundo dicitur. Vnde quidam dixit:

Meritur pictor, Paulum qui pinxit equestrem;

Cum clarè constet quod fuit ille pedes.

Quamquam hæ rationes solidam demonstrationem non faciunt.

Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Quod miraculo factum est in pœnam eius salubrem; tum vt ex ductu res magis euulgaretur; tum quia hæc est multa, qua illi, qui resistunt lumini, plecti merentur. Atque hæc ipsa vultus est ipse Paulus in Elymam magum lucem impediens inferius capite decimo tertio. Deus etiam tales intus cæcat reprobos, etiam si sibi exterius sapere videantur. Sed Paulus nihil videbat, vt ostenderetur in corpore quod animo patiebatur: exterior lux ad tempus subtrahita persecutori, vt redderetur interior prædicatori. Et si fuit lux corporis gloriosi Christi, vt quidam volunt, quæ plurimum delectat, & cuius calor non agit subito, & in instanti, naturalis non fuit cæcitas, quæ contingit ex auocata, ac desiccata humiditate: ac proinde cogimur confiteri, illam diuinitus accidisse.

Iam, bone lector, perpende rationem, quam in peccatorum conversione obseruat Deus pro sua bonitate. Lux de cælo venit: quia primum opus est à Deo illuminari, vt quis se ipsum valeat salutariter agnoscere. Deinde prosternit hominem in terram, dum videntes peccatorum nostrorum sordes humiliamur. Tertio additur vox, quæ declarat nos esse persecutores: nam Christum persequimur omnes peccantes, qui venit vt peccata tolleret, & offerimus nos eius beneplacito voluntatem nostram abnegantes. Et surgentes apertis oculis nihil videmus: omnia enim nobis pro nihilo habenda sunt, quæ carnalibus oculis subiiciuntur, comparata his, quæ fidei oculis videmus: conuersi ad Dominum. Ad extremum

mittitur ad Ecclesiam, vt per eius ministros de via salutis edoceatur. Sed quidam obijciunt: Si nos talem, ac tantam vocem Domini Iesu de cælo audiremus, planè conuerteremur, quia eius vox efficax est, & illi resistere nemo valet. Verum his respondet Chrysostomus, vocem consimilem edidisse Christum, cum illis, qui ad se comprehendendum venerant, dixit: Ego sum Iesus Nazarenus, atque illo verbo in terram prostrati sunt illi non minus quam Paulus; & tamen à mala voluntate sua reuocati non sunt. Elymam quoque magum quis ignorat à Paulo fuisse excæcatum, & tamen à sua perfidia minimè est reuocatus. Vox ergo neminem cogit, sed quemque suæ voluntati relinquit: quare pro cuiusque dispositione, ac bona, vel mala voluntate, vocationes Dei aut recipiuntur, aut respuuntur.

Ad manus autem illum trabentes, introduxerunt Damascum. Quam diuersus ingressus ab eo quem putabat: nam qui alios vincis manibus volebat perducere, ipse ad manum quasi vincis ductus est: & qui venerat Damascum fidem impugnare, fidem in ea disceret. Ac meridie introductus est, vt dicitur Actor. 22. vbi per triduum cæcus permansit, & non manducauit, neque bibit. Per hoc triduum natura ex visu transmutata, & anima eleuata, ita vt parum vegetanti facultati vacaret, raptus putatur à quibusdam ad tertium cælum, & audiuisse arcana verba, quæ non licet homini loqui: propterea & à cibo, & à potu abstinuit. Verum cum raptus sedicat Apostolus in epistola posteriori ad Corinthios ante annos quatuordecim, & hic annus sit decimus septimus ante scriptam illam epistolam, non hoc anno contigit ille raptus, sed post tres sequentes annos. Creditur etiam tunc à Christo percipisse Euangelium, de quo ipse ad Galatas testatur: Neque enim ego ab homine accepi illud, nec didici, sed per revelationem Iesu Christi. Quod coactus fuit dicere, quia imponebant ei pseudopostoli, quod edoctus esset ab Ana-

In eos, qui ideo nolunt conuerti, & similia quæ Paulus à Christo vocem sibi factam non audiant.

Chrysost. h. 19. in Acta.

Act. 13.

Expenditur, quod trahentes manibus Saulus est introductus Damascum.

Qualis Sauli raptus extiterit in tertium cælum, quæque illi triduum quadrauit inedia, cæcitasque.

Joan. 18. Act. 13.



1. Tim. 2. & infra. 14.

Eligi ad patiensdum pro Christo, quāta fit gratia Dei.

Quid tanta Martyres faciebat sustinere tormenta.

Apostoli Pauli labores pro Christo.

Pati pro nomine Iesu, olim quid nouum, & inauditum.

Qua vna re maxime Christum imitari, promereriq; valeamus.

IACO. 9.

indicato ingenti suo amore, quo crucis supplicium, & ignominiam propter nos pati voluit: declarata etiam magnitudine præmij cœlestis, atque coronæ, quam recipiunt, qui pro se patiuntur. Perpende etiam, quosquodā peculiariter eligi ab eo ad patiendū, & patientiæ exemplum alijs præbendum: quæ summa Dei est gratia. Paulus etiam dum persequeretur Ecclesiam, & affligeret fideles, magnoperè admirabatur de tanta, tamq; hilari illorum patientia: quia ignorabat dulcedinem crucis; ac meritum, quod tanta sustinere tormenta fideles faciebat. Promittit ergo hic illi, se ei causam patefacturum tanta sustinendi, experientiaque edoctorum quāta pro se pati sit gloria. Si vis nosse trophæa Pauli Apostolica, labores, atq; cruciatus, quos pro Christo pertulit, lege vndecimū caput posterioris ad Corinth. In quo quis audeat (in insipientia dico) audeo & ego. Hebraei sunt; & ego. Ministri Christi sunt; & ego. Vt minus sapiens dico, plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinque, quadragenas, vnaminus, accepi. Ter virgis casus sum. semel lapidatus sum, ter naufragium feci, & reliqua, quæ ipse fusiori oratione persequitur. Namque diuersa sustinere, aut propter gloriam bellicam, aut propter fortunæ bona comparanda, aut propter charam patriam, aut propter alias humanas rationes, hominibus non erat ignotum, neque obscurum: at pati pro nomine Iesu, id nouum erat, atque inauditum; cum summa tamen gloria, & honore coniunctum. Quare si discipuli Christi sumus, non negligamus hanc aduersa quæque pro Christo alacriter perferendi disciplinam, qua vna re mirum in modum Christum imitamur, nobisque promeremur. Nam patientia opus perfectum habet.

Et abiit Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit, Saul frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas; ut videas, & implearis Spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam

squama, & visum recepit. Paruit tandem Ananias verbo Domini. Et Saulum fratrem vocat, nimirum & carne, & spiritu, & statim admonuit illum de Iesu, qui apparuit ei in via: quod etiam Iesus Ananias non reuelasset, didicerat tamen ab Spiritu sancto. Et aperiendo ei gesta, quæ solus ipse sciebat (quia alijs non viderant) disposuit eum ad credendū se à Christo missum. Et potest commodè dici, quod Dominus ei apparuerit, & non tantum sit locutus: nam ita ipse dixit; *Nouissime autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi*. Vocat autem se abortiuum, id est, factum cum alijs non formatum in die Pentecostes, sed cum violentia in lucem emissum in meridie, non suauiter, vt alijs Apostoli, ventre adhuc Synagogæ periclitante. Et peius est post tempus partum abortire, quam ante. Ac subdit, *Vt videas, & implearis Spiritu sancto*. Visus receptus disponebat eum ad lætitiā, ac copiam spiritus accipiendam. Quare cum dicitur, quod imposuit ei manus, nō intelligas collarum Sacramentum Confirmationis, quia non datur ante Baptismum: sed de illa impositione manuum est sermo, de qua in Euangelio; *Super agros manus imponet, & bene habebunt*. Quāquam dici non incongruè possit, quod vt capite sequenti prædicante Petro apud Cornelium, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, & postea iussit eos baptizari; ita hic sit illi manus imposta ad sanitatem, & cōfirmationem. Quod si obijcias, Ananiā fuisse Diaconū, & nō potuisse, sicut nec Philipus Samariæ, manus imponere. Iussu tamen Dñi potuisse illud Sacramentum conferre, si dispensatione summi Pontificis simplex sacerdos illud valeret conferre. Et ad hoc asserendū vni habet illud quod ait; *Vt videas, & implearis Spiritu sancto*: nam plenitudo Spiritus non nisi per mysterium impositionis manuum solet conferri. Sed hæc etiam subtiliter diserantur, & comprobentur, soliditas tamen, & probabilis est, tunc Paulum sacramentum Confirmationis non suscepisse,

Saulum cur fratrem vocet Ananias.

1. Cor. 15.

Cur se abortiuum Paulus nominauerit Act. 2. infra. 22.

Ananias cū Paulo manū imposuit, quid ei contulerit.

Marc. 16.

Quomodo Ananias, quæ tantum erat Diaconus, Saulo potuerit manus imponere.

Altero solutio magis probabilis.

Grego. Nysseni. Squamæ Pauli oculis quæ cecidere, quid significauerint, teste Nysseno.

Squamæ quorum propriæ. Matt. 3. & 23.

Paulus à quo doctus suum Euangelium. Gal. 1.

Chry. hom. 20. in Act. sub init. tomo. 3.

Quo præsertim fuerit ei bo recreatus atq; cōfirmatus post baptismū ab Anania.

Quot diebus fuerit Damasci Saulus cū discipulis secundu Chrysofostomum. idem ibidē.

sed tantum beneficium illuminationis: post quod baptizatus fuit, & altero Sacramento imburus. Vnde & replentur interdum Spiritu sancto, qui non confirmantur: vt Stephanus Act. 6. & 7. & Petrus Act. 4. & Paulus Act. 13. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squama, & visum recepit. Quo verbo significatur, & vehementia cecitatis, & indubitata sanatio: atq; hæc squamæ diuina vi effectæ fuerunt in externa oculi superficie. Gregorius Nyssenus oratione, qua laudes fratris tui Basilij celebrat, ita inquit: *Squamæ signum erant tegumentum, quo cor eius obductum fuerat, quo tegumēto Iudæorum animarum acies perspectiua obducta atq; obligata cecos effecit ad veritatem. Nonne posteaquam straxerat, in mystico lauacro deposuit, proinus ad augustiorem conditionem natura transformatus est? & velut exuto hoc crasso atq; carneo amictu, in ipsis calorū adytis versabatur? &c.* Sic ille. Sunt etiam squamæ serpentum; & Iudæi erant genimina viperarum. Ita vt videatur Saulus toto veteri homine spoliatus.

Et surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Surrexit de lecto, in quo lacebat Saulus, primum accepto oculorum lumine, vacauit spiritalibus, nempe baptismo, deinde corporalibus, vt cibo emēdo: nā per triduum nec ederat, nec biberat, & confestim baptizatus est, nulla præcedente instructione humana, siue catechismo: quia, vt ipse ait, *Nō ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem didicit Euangelium*. Et cum cibum accepisset, confortatus est, siue vt Græcē legit Chrysofostomus, conualuit: quia, vt ipse exponit, infirmus factus erat ex itinere, & ex metu, & ex ieiunio, & ex tristitia. Hic autem cibus non tantum fuit materialis, qui corpus corroborauit, sed etiam Eucharistia, quam fideles frequenter tunc sumebant, & qua maxime corroboratur spiritus. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot. Chrysofostomus legit per dies tres, post quos statim profectus est in Arabiam, vt ipse

Quare fugit in Arabiam.

Pauli zelus ardēs, siue ipsius contemptus.

Qualem Deum Filium in Synagogis ille Christū prædicaret.

Pauli libertas.

Quæ res Paulum à conversione, vel omnino auocare, vel certe retardare plurimū posse videbatur.

Nobilitate carnis quid parere soleat.

Gen. 8.

Luc. 15. & seq.

Act. 22.

1. Cor. 1.

Infrā. 3.

Act. 23. Philip. 3.

Act. 9.

Mira in Pauli conuersione Domini Spiritus efficacit.

Signum vere conuersionis quid.

nihil se scire iudicauerit nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Habebat & quandam status sanctitatem. quia erat ex Pharisæis, & secundum iustitiam quæ ex lege est, conuersatus sine querela: nam tales difficiliter permouerentur ad vitæ commutationem. Denique à timore non erat alienus, ne obijceretur inconstantiae vitium, quod edificaret ea, quæ prius destruebat: unde confundi poterat, & erubescere. Metuebat quoque multa pati, vt Dominus illi dixerat, & quia videbat quid alij qui Christum colebant, paterentur, & sibi maiora parata tormenta, si Christum persequeretur. Cumque horum singula per se factis essent, vel ad auocandum, vel certe ad retardandum hominem à conuersione: tanta tamē fuit vis Spiritus sancti, vt nihil horum, neque omnia simul eum à sequela Christi impediunt amplectenda. Vera enim conuersio

omnia impedimenta de medio tollit. Quare nemo iure potest excusari, si minoribus impedimentis præpeditus, & à Christo vocatus, venire renuat ad eum, aut aduentum suum retardet: maxime cum tanta sit dignitas eorum, qui Christum sequuntur, & pro illo laborant, & patiuntur; tantæ Paracleti consolationes, tantumque celo repositum præmium, vt omnes huius temporis labores & passiones, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, non sint cōdignæ. Si ergo quis quæ oculos in cælum attollat, & per fidem respiciat ea quæ non videntur, facile omnia quæ hic videntur, cum temporalia sint, & momentanea, contēnet, & gratificari in omnibus actionibus, & passionibus contendet Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit æterna laus, imperium, atque gratiarum actio per infinita secula seculorum. Amen.

Christum sequendi rationes quot, & quantæ se offerant. Rom. 8.

2. Cor. 4.



TRACTATVS XXX.

In illa verba: Cum autem implerentur dies multi, consilium fecerunt in unum Iudæi, vt eum interficerent. Nota autem facta sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte, vt eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli eius nocte, permurum demiserunt eum, submittentem in sporta. Cum autem venisset in Ierusalem, tētabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, & c. in finem vsque capitis Act. 9.

V. A. M. Molestè ferat Satanæ præclaros concionatores atque Doctores in Ecclesia Dei exoriri, quique potentem sint in doctrina sana, & eos qui contradicunt, valeant arguere, manifestè nobis tum Stephani, tum Sauli exempla demonstrant. Nam cum vterque & in disputationis palæstra plu-

rimum eniteret, & in Scripturarum cogitatione, & concionandi munere acerrimus existeret: Christi vindex & assertor, magnum in Ecclesia bellum communis hostis inuidia suscitatum est, quò videlicet eorum impedirentur progressus: semper tamen Dei munere his persecutionibus Ecclesia Dei & aucta est & multiplicata.

Iudæorum per Satanam in Stephanum, & Saulum Christi discipulos persecutio quid doceat. Tim. 1.

Quare cum Deus Stephanum ad se statim in cælum euocauerit, Paulum tamen diu voluerit esse suipertitem.

Quando facte sunt insidiæ Paulo.

Gal. 1.

Quomodo Saulo notæ factæ sunt Iudæorum insidiæ.

Quorum peculiare gerit curam & prouidentiam Deus Gen. 37.

Et quamuis Stephanum confestim extingui permiserit Deus, & ad coronam, quamprimum peruenire voluerit: in Saulum tamen tanquam organum electum, turbamque; Evangelicæ prædicationis, etsi à principio suæ conuersionis efferatis animis exarserint Iudæi, insidiasque illi ad necem molirentur, illum tamen in diuturnum tempus Deus voluit asseruari, vt prius disceret quanta eum oporteret pati pro nomine Iesu, qui pro illo plures pati fecerat, ac quamplurimos ad eandem usque fuerat persecutus.

Ait igitur: Cum impleveretur dies multum mansisse cum discipulis Damasci, vt habet Græca litera, vel per dies aliquot, vt habet lectio nostra, non posunt hæc insidiæ facte post multos dies, vt textus hic habet, intelligi, sed necessario intelligendæ sunt factæ post triennium à reditu suo ex Arabia, vt ipse explicauit in epistola ad Galatas, dicens: Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret Filium suum in me, vt euangelizarem illi in Gentibus, continuo non acquieui carni, & sanguini. Neque veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos; sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Hoc est ergo quod hic ait: Cum impleveretur dies multi.

Consilium fecerunt in unum Iudæi, vt eum interficerent. Iam non secretis cuniculis subornando falsos testes, vt contra Stephanum, sed aperto Marte contra Saulum procedunt, & homicidæ illi ad consueta occurrunt homicidia. Verum irritæ fiunt vniuersæ illorum machinæ, quia insidiæ notæ factæ sunt Saulo, siue à Deo reuelante, siue, quod est verisimilius, à nonnullis fidelibus, cum ex excircumcisione essent, atque cum illis sanguine iuncti, quos eiusmodi latere non potuerunt insidiæ. Nemo igitur, qui utilis est ministerio Evangelico, pertimescat hominum consilia, sed speret aduersariorum omnium machinas infringendas, si id ad Dei gloriam illustrandam magis spectauerit. Ita enim Ioseph fratrum suorum manus euasit; ita Mo-

ses, quem lapidare voluit Synagoga, incolumis permanfit: ac Dauid toties ad mortem à Saule quæsitus, ope diuina hostiles effugit manus. Ita hic Saulus, cum magna diligentia mortem illi inferre cogitarent, nec putarent illum posse euadere, ecce humanæ prouidentie consilio per sportam demissus è muro Damasci seruatus est, vt ipse late enarrat 2. Corinth. 11. Vides igitur illum iam non gratia aliqua peculii seruari, aut miraculis, sed humana prudentia: nec enim deceteruos Dei, vbi præsidia non desunt humana, ea contemnere, & statim ad diuina, & quæ supra naturam sunt posita, confugere.

Quod verò dicitur in textu: Accipientes eum discipuli eius, verbum Eius, in Græco non est, nec in correctioribus Latinis codicibus, & Paulus non habebat discipulos, & discipuli omnes, Christiani dicuntur. Qui igitur muro aduersitatis alicuius se cinctum viderit, aliorum preces, meritaque non contemnat, sed in sporta fidei, & spei in Deum erectæ demitti sinat per humiliationis virtutem, vt ita recia Satanæ euadat. Cum autem venisset in Ierusalem, tentabat se iungere discipulis. Hic verò merito dubitat Chrysostomus, & post eum Oecumenius, quomodo conueniat quod hic dicitur, cum eo quod ipse ad Galat. 1. scribit: Neque veni, inquit, Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum, manam apud eum diebus quindecim. Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Hic verò contrarium docet, quod Barnabas scilicet duxerit illum ad Apostolos. Respondet Chrysostomus ad propositum dubium his verbis: Vel igitur hoc dicit, Non abij, vt moram facerem. Dicit enim illic, Non acquieui carni & sanguini, neque abij ad eos, qui ante me erant Apostoli. Vel si non hoc, quia insidiæ erant in Damasco, postquam ille venit ab Arabia, factum est, inquit. Deinde iterum ascendit postquam inde venisset. Sanè ipse abijit ad Apostolos, sed discipulis adherere tentabat, vt puta non Doctor, sed discipulus existens. Igitur non

1. Reg. a 18 cap. vsq; ad 30.

Vbi humana non desunt, diuina non sunt expectanda præsidia.

Act. 11.

In aduersitate aliqua quis positus, quid consilij capiat.

Chry. homi. 21. in Acta, initio. Oecumen. ibidem.

Quomodo nunc Paulus per Barnabam ductus ad Apostolos dicitur, qui Gal. 1. ad Apostolos ex Arabia se venisse commemorat?

Galat. 1.

propter hoc ascendit, ut abiret ad eos, qui ante se: neque enim ab illis quicquam didicit. Vel hunc ascensum non dicit, sed relinquit: & cum sic esset, abiit in Arabiam, deinde venit in Damascum, postea in Ierusalem, postea in Syria. Hæc ille, adiungens alias quoque solutiones, sed altera ex prædictis est satis.

Pauli insignis modestia

Hic autem primo considera modestiam Pauli, qui cum veniret Ierosolyma, tantum se discipulis adiungebat, neque audebat ad Apostolos accedere. Unde Barnabas eum apprehensum duxit ad Apostolos, & narrauit illis quomodo in via vidisset Dominum, & quod locutus est ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egit in nomine Domini. ¶ Si quis querat an hæc Barnabæ actio apprehendentis Saulum, & adducetis ad Apostolos, sit eadē cum ea, quam ipse narrat ad Gal. 2. quando ascendit Ierosolyma cum Barnaba assumpto, & Tito. Dicendum est, hanc & illam eandem non fuisse: quia illa, de qua meminit Gal. 2. facta est post quatuordecim annos, ut ibi Apostolus testatur, quo tempore non iam Saulus tantum erat notus discipulis Domini, sed etiam Apostolus, & Doctor Gentium: at hic accessus Sauli ad Apostolos paulo post conuersionem suam, aut certe post triennium à baptismo videtur contigisse. Quod ex eo colligitur, quod discipuli timerent se illi adiungere, quem olim nouerant persecutorem. Cuius rei causam ipse assignat Gal. 1. dicens: Erat autem ignotus facie Ecclesijs Iudeis, quæ erant in Christo: tantum autem auditum habebat, quoniã qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat. Deinde idē indicant verba Barnabæ enarratis quomodo illi Dominus in via apparuisset, & quod strenuè se habuisset in Damasco in nomine Domini. Quare hic aduentus Sauli ad Apostolos, ille idem est, de quo ad Gal. 1. licet in eo loco non fiat mentio Barnabæ adducetis eum ad Apostolos, quod ex hoc loco suppleendum est.

An hæc actio Barnabæ apprehendentis Saulum, & adducetis ad Apostolos, sit eadē cum ea quâ ad Gala. 2. idem Paulus commemorat.

1. Tim. 2.

Act. 7.

Gala. 1.

Si Barnabas Saulum duxit ad Apostolos, ille ut Apostolorum vidit neminem nisi Petrum, & Iacobum fratrem Domini.

Quod autem hic dicitur, Barnabam adduxisse eum ad Apostolos, & ad Gal. 1. dicat se non vidisse nisi Petrum, &

Iacobum: nequaquam sibi contradicunt. Quia Petrus tanquam caput reliquos omnes continebat: & Apostolos censetur vidisse, qui Petrum Apostolorum Principem viderat.

Mirabitur fortasse quisquam, cum Apostoli per duodecim annos Ierosolymis hæserint ex Domini mandato, quomodo Saulus ad Galat. 1. testetur se præter Petrum & Iacobum alios non vidisse? Sed hoc facile dissoluitur, si consideraremus, post persecutionem Stephani Ecclesiam totam fuisse dispersam per ciuitates Iudææ & Samariæ, & Phœnicie, & quandoque ad tempus missos fuisse à Petro Euangelij gratia ad aliquas illarum ciuitates: quemadmodum ipse Petrus cum Ioanne passus fuit se mitti in Samariam, atque munere suo perfunctus reuersus est Ierosolymam. Ita quoque Apostoli pro re nata ad tempus diuertebant à Ierosolyma, & tunc accidit quod ait, se non vidisse nisi Petrum, & Iacobum fratrem Domini, qui peculiaris Ierosolymorum erat Episcopus, neque ita facile à sua diocesi discedebat. Et ita contigit, quod Apostolus in illo ascensu Ierosolymam, præter illos duos, aliorum viderit neminem. Porro Barnabas mitis ingenio, & blandus, ut pote filius consolationis, & qui gesta Sauli magis nota habebat, eius erat amicus, vnde & cap. 13. simul ordinati mittuntur ad Gentem. ¶ Et erat cum illis intrans & exiens in Ierusalem. Id est, familiariter & liberè conuersans: quia, ut ipse ait, mansit apud Petrum diebus quindecim.

Cum Apostolis præceptum fuerit ante annos 12. ab Ierosolymis ne discederet quomodo Paulus asserit, præter Petrum, & Iacobum, se alium non vidisse. Act. 8.

Ibidem;

Barnabas qualiter erat ingenio præditus: quid sonet nomen eius. Act. 4.

Quid est quod Paulus erat cum Apostolis intrans, & exiens in Ierusalem. Gala. 1.

Ibidem. Quibus cum Græcis in Ierusalem, disputaret Saulus.

Loquebatur quoque Gentibus, & disputabat cum Græcis: illi autem querebant occidere eum. Quod cum agnouissent fratres, deduxerunt eum Caesarem, & dimiserunt Tarsum. Quemadmodum Damasci disputando cum Iudæis, eos confundebat, ob quam causam illum interficere meditati sunt, & opera discipulorum euasit demissus in sporta: ita eum Græcis, quos non Iudeos, sed Iudeos vocat, hoc est, Iudæos natione, & religione, sed inter Græcos, siue eos qui idiomate Græco utebantur, natos, & Satanam molestè ferret veritate con-

fundi

De qua hic Caesarea sit sermo, ad quâ Apostoli deduxerunt Paulum.

Glos. ordin.

Tarsus quid.

Paulus ubi natus atque educatus duplex opinio. Hiero. in Catalogo scripto. Eccle. initio tom. 1. circa fin.

Paulus Tarsensis cur ciuis Romanus. Act. 22. & supra. 16.

Literarum olim studijs clarissima Tarsus.

fundi, illius necem designarunt: quod ubi fratres cognouissent, deduxerunt eum Caesarem, & dimiserunt Tarsum, metuentes ne idem quod Stephano acciderat, illi contigisset: & humana quoque prudentia in hoc vti esse videntur. Et per Caesarem absolutè intelligo Caesarem Palestine, quæ non longè distabat à Ierosolyma: ubi consensa naui faciliè potuit venire Tarsum, sicut ex Epheso navigatione in eandem Caesarem venit, ut dicitur Act. 18. longus alioqui fuisset labor fratrum deducendum illum in Caesarem Philippum, quæ longè distat à Ierosolyma: etiam si hoc de Caesarea Philippi exponat Glossa ordinaria. Et ita hæc maxime sunt consona his, quæ ad Gal. 1. de se ipso narrat: nam ubi dixisset se Ierosolymam venisse videndi Petri gratia, continuo subiungit, se venisse in partes Syriæ, & Ciliciæ: nam potuit fieri, ut nauigando Tarsum, prius Syriam attigerit, ut propterea ipse ad Gala. testetur se venisse in partes Syriæ, & Ciliciæ.

Est autem Tarsus, metropolis Ciliciæ, patria Pauli, ut ipse Act. 22. docet: Ego sum, inquit, vir Iudæus, natus Tarso Ciliciæ. Quamquam verò Hieronymus innuere videatur illum natum in oppido Galilæe Gischalis, atque inde migrasse Pauli parentes Tarsum: non tamen constat, an ante nauitatem Pauli, vel an postea. Et cum ipse asserat se natum Tarsi, & nunquam meminerit Gischalis, verisimilius est illum Tarsi ortum, & Gischalis esse oriundum asserere. Cum autem Tarsus libera esset ciuitas, ac Romano iure gauderet, hinc factum est, ut Paulus ciuitate Romana gauderet. Hanc urbem præterfluit Cidnus admodum frigidus, in quem Alexander præ calore se proiciens, grauissimum incurrit morbum. Fuit autem Tarsus olim literarum studijs clarissima, ut olim Tarsenses, Atheniensis, & Alexandrinos studio sapientiæ superarent.

Ecclesia quidem per totam Iudæam, & Galileam & Samariam habebat pacem, & edificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus replebatur. Ex recessu Pauli, qui dispu-

tando molestus erat Iudæis, infert, pacem Ecclesiam habuisse, hoc est, congregationem fidelium disperforum per illas regiones. Explicat autem hoc, ut redeat ad ordinem historiarum, & describat pacem Ecclesiæ restitutâ: quod que illo tempore occasio persequendi Ecclesiam, Christi esset disputatio: siquidem Stephano disputante, prima persecutio nata est Ierosolymis, & hæc Pauli disputatio secundam excitabat, nisi fratres præuenissent emittendo Paulum Ierosolyma. Ex quo elici videtur, Iudæos non tam egrè tulisse fieri Christianos, quam disputationibus vinci: vnde alijs Apostolis non disputantibus, sed euangelizantibus Christum, & miracula edentibus, pax erat in Ecclesia. Et edificabatur ambulans in timore Domini. Qui mundi timorem, & amorem pellebat. ¶ Et replebatur consolatione sancti Spiritus. Vnde spes uita, & desiderium cælestium, & patientia in tribulationibus: ut per timorem Domini declinarent à malo, per consolationem Spiritus operarentur bonum.

Factum est autem, ut Petrus dum transiret vniuersos, deueniret ad sanctos, qui habitabant Lydda. Ex his constare potest, Apostolos, qui remanserunt Ierosolymis, non semper ibidem permanisse, sed discurrisse euangelizando per Iudæam, & Samariam, & Phœnicem; quod etiam Paulus indicauit, cum dixit, Ierosolymis se non inuenisse nisi Petrum, & Iacobum fratrem Domini, non autem quod illo tempore facta esset diuisio Apostolorum ad prædicandum per vniuersum orbem, ut existimat Caietanus, quæ non nisi post duodecim annos commorationis in Ierusalem facta est: tunc autem tantum ad proxima Iudæorum, & Samaritanorum opida diuertebant, & iterum reuertebantur. Et cum inde discessisset Petrus esset dicturus, ne præ timore factum id existimares; Ecclesias omnes ibi in pace esse dixit. Quando enim belli vis ingreuebat, Ierosolymis morabantur Apostoli: quâdo autem pax, alijs quoque prædicabant. Dicitur verò Petrus transire vniuersos videlicet fideles, quia ut pastor

Ecclesiæ pacis post recessum Pauli de Ierusalem, cur hic meminerit Lucas. Act. 8.

Iudæorum inuidia, & superbia.

Consolatio sancti Spiritus quid patriat.

Prou. 15.

Apostolus r m ineffus ad prædicandum Christi Euangelium cursum, & labor. Gal. 1.

Caietanum de tempore exitus Apostolorum ab Iudæa in orbem terrarum Euangelij gratia refutatur opinio.

Quid est quod Petrus transire dicitur vniuersa?

oues





enim Deum verè, & ante baptismum non crediderat, quid orabat? vel quomodo hinc omnipotens Deus exaudierat, si nō ab ipso se in bonis perfici petebat? sciebat igitur creatorem omnium Deum: sed quod eius omnipotens Filius incarnatus esset, ignorabat. Neq; enim poterat bona agere, nisi antè credidisset. Scriptū namque est: Sine fide impossibile est placere Deo. Fidē ergo habuit, cuius orationes & eleemosyna placere potuerunt. Bona autem actione promeruit, vt Deum perfectè cognosceret, & incarnationis eius mysterium crederet, quatenus ad Sacramentum Baptismatis perueniret. Per fidē ergo venit ad opera, sed per opera est solidatus in fide. Hæc ille, quæ mihi loco commētarij sunt ad intelligenda verba eiusdem Gregorij in altera homilia eiusdem libri, vbi habet: Vnū enim sine altero nil prodesse valet, quia nec fides sine operibus, nec opera adiuuant sine fide; nisi fortasse pro fide percipienda fiant, sicut Cornelius antè pro bonis operibus meruit audire quàm fidelis existeret. Qua ex re colligitur, quia bona opera pro fide percipienda faciebat. Hęc ille, in quibus nequaquā sibi aduersatur, cum ait quod pro fide p̄cipienda bona opera faciebat, quasi opera præcedant fidem, sed quia pro fide explicita Euāgelica omnia opera ex fide communi vnius Dei profecta plurimum adiuuenti adferebant. Augustinus quoque libr. de Prædestinatione Sanctōrū, ponderās illud Pauli: ait: Fides est donum Dei, & non ex nobis, ait: Et iam fides non ex operibus, inquit, ne forte quis extollatur: solet enim dici, Ideo credere meruit, quia bonus vir erat & antequam crederet. Quod de Cornelio dici potest, cuius accepta sūt eleemosynæ, & exaudita orationes, antequam credidisset in Christum: nec tamen sine aliqua fide donabat, & orabat. Nam quomodo inuocabat in quem non crediderat? Hæc tamen ille. Erat igitur iustus, ac per fidē sanctificatus Cornelius, etiā antequā à Petro audiret Euangelium, & susceperet baptismum, quamuis peculiari Christi incarnati cognitione necdū adhuc cumulatus esset.

Hebr. 11.  
Idem hom. 9. procul ab initio.  
Iacobi 2.  
Gregorius quo sensu dixit Cornelium per opera ad fidem venisse.  
Aug. libr. 1 de Prædest. Sanctōrum cap. 7. to. 7. circa finem Ephes. 2.  
Rom. 10.

primū peruenit ad fidē, vt exponit Oecumenius, & alij nonnulli; non tantū Patribus quos produximus, aduersantur, sed etiam manifestè verbis ipsis Spiritus sancti repugnare videntur. Nam dicitur simpliciter Vir religiosus, ac timens Deum, & infra Vir iustus: dicuntur eius orationes, & eleemosynæ ascendisse in memoriam in conspectu Dei. At quomodo eiusmodi opera Deus respexisset, nisi prius ipsum vt iustum ante oculos habuisset? præsertim cum Dominus respiciat primò ad Abel, deinde ad munerā eius. Hæc enim tanta Spiritus sancti testimonia docent illum iustum fuisse: sed quia, vt dixit Dominus: Omni habenti dabitur, & abundabit; ita Cornelio donis naturalibus, & alijs Dei muneribus superadditis ex gratia bene videnti, dedit peruenire ad manifestā Euangelij lucem. Eri enim non negemus, bonis operibus, quæ à peccatoribus non sine aliquo præuenientis Dei auxilio fiunt, vt ab incredulitate, & à peccato, quasi à quadam Ægypto mystica, egrediantur, à Deo respici, quò donet fidē, & remissionem peccatorum, vt respexit opera Niniuitarum poenitentia agentium, & humilem deprecationē Publici tudentis pectus, & non audētis oculos in cælum leuare: nunquam enim nuda natura nostra, quæ peccato Adæ infecta est, per seipsam à Deo respici promeretur, nisi aliquo dono gratiæ superaddito vestiatur. Si enim Abraham ex operibus Legis iustificatus est, vt ait Paulus; habet gloriam, sed non apud Deum: & sine fide impossibile est placere Deo, ac proinde extra fidē nullum opus placet Deo. Hanc tamē doctrinam veram, & Catholicam nequaquam habere putamus locum in hac historia Cornelij, qui iustus erat, ac proinde opera eius ex fide proficisciebantur, sed tantum illud: vt probabilius, & Scripturis ipsis cōgruentius tradimus, quod vt ignis prius à sicciore lignis incipit, & inde ad incendenda humidiora progreditur; ita inter Iudæos quidam erant iusti, & religiosi, ac expectantes Messiam, qui facili negotio Christo audito,

Oecum. in Act. cap. 10  
Cornelij Certurionis (vt quidam opinantur) opera ante Baptismū mortua non fuisse.  
Genes. 4.  
Matth. 25.  
Luca 8.  
Ione 3.  
Luca 18.  
Rom. 4.  
Hebr. 11.

& visis miraculis eū amplexati sunt, vt tradit B. Ireneus martyr: alij verò, vt peccatis contaminati, & cupiditatibus ad bonā huius mundi implicati in Christi necem conspirarunt, difficiliusque ad Christum conuersi sunt, & per fidem, siue Sacramentum iustificati à peccatis, vt habes cap. 2. & 4. huius libri: & præterea quosdā alios in perfidia sua obstinatores, & a nitē fidei veritati quasi rebellātes, virtute sua ad se traduxisse. Quanquā huius generis præter vnum Saulū neminē alium legamus conuersum; quò intel ligamus, rarā esse, & non nisi paucorū eiusmodi gratiam. Ad eū penè modū cogitandū est de Gentibus: inter quas quidam puri erant, ac mundi, non tamen sine Dei gratia, aut aliqua fide; qui vocati ad Euāgelium, nulla mōra interpositā confestim crediderunt; quales fuerūt Eunuchus ille Cædaces, & hic Cornelius. Alij verò erant increduli; ac magni peccatores, & vitiōrū sordibus referti, qui & fidē, & remissionem peccatorū in baptismo adipiscēbātur. Vocati sunt & nonnulli ex Gentibus, qui in medio cōtra Christum belli conflictu, & feruore persecutionis non sine miraculo Christum agnoverunt, & confessi sunt, & pro eius fide occubuerunt: quemadmodū illi quinquaginta Philosophi; ac sapientes à D. Catherinā in disputatione superati; qui subito à perfidia ad fidē immutati libenter pro Christo sanguinem profuderūt. Sicut ergo inter Iudæos pij quiq; ac iusti primi fuerūt ad fidē cōuersi; ita inter Paganos qui pietatis erant cultores, ac naturali cognitione non sine aliquo fidei dono Deum ex operibus huiusmodi admirabilibus notū cōlebant, prōprius ad Christum amplectendum conuertebantur. Atque horū typum gerit hic Cornelius. Vnde nullum eius vitium, aut peccatum, nulla mentio compositionis, aut poenitentia, sed pia religionis opera in Deū, & charitatis in proximum enarrantur. Et prius in eū descendit Spiritus sanctus quàm baptizaretur. Et cum de baptismo est sermo; nihil de iustificatione, aut remissione peccatorū, quemadmodum

Ex Iudæis qui crediderint in Christū, qui uou, secundūm Ireneum: B. Ireneus li. 2. aduer. hæres. c. 34.  
Act. 9.  
Act. 8.  
Cornelius hic quorum typum erat, eiusdem cū tantū virtutes enarrantur, vitia sup primantur.  
Act. 2.

Act. 2. narrat: Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, cum de Iudæorum baptismo locutus est. Dices; Cur igitur ad Christi fidē, & baptismum vocatus est, si sine illis saluus fieri poterat? Respondeo: Quorsum Deus vocavit iustos, ac sanctos viros ex circumcissione? Nam vt illi salutem adipisci poterant, si Christus illis iam venisse prædicatus non fuisset, sed in fide quam de futuro Messia habebant, & obedientia Legis ex fide ad vitam peruenissent; ita etiam & Cornelius, & Eunuchus; & iusti quotquot essent Gentiles, ex fide illa vnius Dei, & religioso cultu, ac bonis operibus, ad salutem æternam vtique peruenissent, si nullum illis p̄uenire de aduentu Christi lumen affulsisset. Ex quo tamen vtrisque euangelizatus est Christus, necessariò ad legem Christi amplectendam cogebantur; non vt à peccato, quo ponim⁹ illos carere, iustificaretur, sed vt in Dei cognitione, & gratia auerentur magis, & Spiritu Dei locupletarentur. Nā aliòqui illis contingeret quod Dominus dixit: Ei autem qui non habet (id est, qui donis acceptis bene non vitur) & quod videtur habere, auferetur ab eo. Ita certè Dominus dixit: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Venit enim, vt peccatores, qui mortui erant per delicta, vitam haberent; & vt, qui iusti erant, & spiritualement vitam habebant, abundantius haberent. Et iterum Dominus: Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili. Vt ergo oues habebat actu ex Iudæis, ita etiam actu ex Gentibus quosdā nouerat ad se spectare, qui in via salutis positi erant; & ideo fide, & gratia omnino destituti non erant, vt alij permulti. Hinc Gregor. Nazianz. oratione funebri in laudem patris sui mortui habita præsentē Basilio, referens parētes Gregorij patris sui solum Deum adorasse sine eirēumcisione cum quiete Sabbati, delectuq; cibi, idolis, & sacrificijs reiectis, igne autē, & lapidibus veneratis; seq; gētē illā Hypōstarios, id est, sublimes appellasse, subdit: Nā quemadmodum ex

Cornelius Centurio ait: cur ad fidem, & baptismū sit vocatus, si sine illis seruari potuisset.  
Fides in Christi explorata quando primū necessaria corpore esse.  
Matth. 25.  
Luca 8.  
Ioan. 10.  
Cur venerit Christus in mundum.  
Ibidem.  
Greg. orat. 14. nō lōgè à principio.  
Hypōstarij quoniam illi.



nostris plerique nobiscum non sunt, quos scilicet à communi corpore flagitiosa vita ratio separat: sic contra permulti exterorum à nobis stant, quicunque nimirum fidem moribus anteuertunt, ac solo Christiani nomine carent, cum rem ipsam habeant. Quo in numero meus quoque pater erat, ramus quidem ille alienus, caterum morum honestate ad nos propendens. Hæc ille. Et intelligo opera præcessisse fidem explicitam scilicet, & apertam, non simpliciter sine aliqua Dei fide, sine qua opera bona non sunt. Rursus Dominus ipse dixit apud Matthæum de Matthæo loquens; Non veni vocare iustos, sed peccatores: quod interpretatum est à B. Luca, scilicet ad pœnitentiam. Ita etiam in oratione Manassæ Spiritus sanctus explicauit: Tu autem Domine secundum bonitatem promissisti pœnitentiam iustis Abraham, Isaac, & Iacob, his qui tibi non peccauerunt. Quæ admodum etiam duplex accessus ad pœnitentiæ Sacramentum constitui solet: nam alij iniusti accedunt, & primam gratiam, & remissionem peccatorum virtute Sacramenti percipiunt; alij verò iam iusti & iustificati per fidem, & perfectam contritionem veniunt; & isti gratiæ, & donorum Spiritus sancti accipiunt incrementum: ita etiam cõtingit ad Baptismum homines hac duplici via, & ratione peruenire, & vna alteri minimè repugnat, aut aduersatur. Præterea & illud his accedit, quod ut à Paulo ad Galatas scribitur: Postquam venit fides, iam non sumus sub pedagogo; & alibi: Apparuit gratia Saluatoris nostri omnibus hominibus, &c. Et dicitur missus Spiritus sanctus, postquam Iesus fuit glorificatus; vbi asseritur, per Christum venisse fidem, & apparuisse gratiam. Cum tamè prius non essent sine fide, vel gratia, vel Spiritu sancto mundus, vel Ecclesia Iudeorum; sed propterea quod illa fides & gratia si conferatur cum plenitudine earundem virtutum, quas Dominus attulit, vix fidei, vel gratiæ habent rationem: ita dicimus de Cornelio, & Eunuchò, sine fide, vel gratia non fuisse, orantes iugiter ad Deum, vel Ierosolymam adorationis gratia venientes, vel legentes. Scri-

pturas, vel eleemosynas his, qui inopia premitur, porrigentes, sed operibus illis ex fide profectis peruenisse ad magnam lucem, & fidem Euangelicam.

Illud certè importunum, quod quidam asserere non verentur, Cornelium, si ante baptismum discessisset, minimè salutem consecururum fuisse. Quod mihi non solum durum videtur, quia quod iustus in iustitia Dei perseverans, & in ea extinctus remuneratione cœlesti frustretur, cum Dominus dicat, *Ibunt iusti in vitam æternam*, & habetibus opera misericordie dicatur: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*: repugnat etiam quod filio non detur hæreditas, contra illud: *Si filij, & heredes, heredes quidem Dei; cohæredes autem Christi*: sed etiã, quia eadem est ratio iustorum, qui in Lege, & qui extra illam erant. Quod si illi in fide sua implicita de futuro Messia seruabantur; ita Gentiles in fide vnus Dei, quam tantum habere poterant citra peculiarem reuelationem, salutem consecutos quis negare valeat? cum enim Dominus duo haberet ouilia olim, habebat & in quolibet illorum ques, & à pastore suo in salutem suam regebantur: aliòquin ouile proprium non esset, vbi nulla ouis seruari posset.

Illud quoque durum est, quod huiusmodi viris iustis inter Gentiles, si qui fuissent, misisset Deus aut Angelos, aut homines prædicatores, qui Christum explicitè annuntiarent, & qui salutis eorum essent veluti conciliatores: quemadmodum misit Philippum ad Eunuchum, & Petrum ad Cornelium. Sed profectò ex vno, vel altero exemplo non rectè colligitur vniuersalis regula, cum non valeamus ignorare, Deum multas homines seruandi rationes habere: & his quidem dedit quinque talenta, istis duo, alijs verò vnũ. Præterea hoc videtur coarctare Christi sanguinem, si nullum vnquam seruauit aut ex Iudæis, aut ex Gætibus nisi per explicitam, & claram Christi fidem; cum tamè Paulus dicat venisse fidem per Iesum Christum: & est sermo

In dictum quorundam Cornelium si ante baptismum obisset, salutem minimè adepturum fuisse.

Matth. 25.

Ibidem.

Rom. 8.

Ouilia Christi duo. Ioan. 10.

Damnantur dicentes, si qui boni inter Gentiles fuissent, eos de Christo fore diuinitus erudiendos.

Prima ratio.

Matth. 25. Secunda ratio

Galat. 3.

Vita Gregorij Nazianzenis parètis in paganis inlaudabilis.

Matth. 9.

Luca 5.

2. Paral. 36.

Quibus non posuerit Deus iustis pœnitentiam.

2. Paralip. 7.

Galat. 3. Tit. 2.

Ioan. 7.

Quomodo ante Christi aduentum mundus fuerit fide, & gratia destitutus.

de Cornelio Tertiaratio.

de explicita fide; per quam factum est, ut amplius non simus sub pedagogo. Ad hæc, si nunc utilis est ad salutem Fides Christi implicita, ut in pueris, amentibus, & simplicibus, qui rationis vsu destituuntur: quidni magis eiusmodi Fides conducibilis fuisset illis, qui lucem Euangelicam sibi minimè auditam, vel cognitam non perceperunt? Quare suauius est, diuinæque misericordie, & Christi meritis congruentius, si asseramus, sicut plerique asserunt, inter quos est B. Thomas, etiam inter Gentiles, & Iudæos plerosque per fidem implicitam Dei salutem consecutos. Quanquam non defuerint omni tempore, qui expressam Messia venturi notitiam haberint, ut Patriarchæ, Prophetæ, & inter Gentiles Iob, atque Sibyllæ, & Magi illi Euangelici, qui ex traditione Balaam, & maiorum suorum nouerant orituram stellam, quæ Regis Iudæorum natiuitatem præsignaret. Atque illorum fides explicita, aliorum implicitè credentium salutem promouebat, ut verè dici possit, nunquam mundum sine Christo, & fide eius explicita extitisse, etiam si non omnes & singuli eiusmodi fidei dono eminerent: sed qui tanto munere gaudebant, per communionem sanctorum, quæ fidei est articulus, non habentibus mutuabantur, comunicabaturque. Atque hæc mihi dicta sint ad huius loci explicationem, de quo lib. 2. meminime plura scripsisse: iam ad Textum reuertamur.

B. Tho. lect. 2. in cap. 11. epistola ad Hebr. sub finem, & alibi, tom. 11.

Iudeorum qui, & Gentiliū per fidem Christi explicitam fuerint salui.

Matth. 2. Num. 24.

Cornelij Centurionis visio qualis.

Matth. 27.

Luc. 2. Colos. 1.

Act. 9.

Is vidit in visu manifestè, quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad se. Imaginarius fuit iste visus, & in vigilia, non in somno, aut nocte, ut Iudæis solebat: idè dicitur, manifestè. Et subdit, *Hora nona*, qua Dominus in cruce emisit spiritum; cuius merito hæc Cornelij iustificatio facta est, & facta pax inter Angelos, & homines, & inter Iudæos, & Gentiles in vnum & idem Ecclesiæ ouile reductos. Fuitque hæc visio non dissimilis illi, quam Saulus habuit, cum dicitur: *Et vidit in visu virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem sibi manus, ut visum recipiat*: quod ad solam

tium sibi fuit reuelatum: ita etiam & hæc visio facta Cornelio. Quod viso Angelo Cornelius timuit, id humanæ imbecillitati tribuendum est: & bonorum Angelorum est in initio perterrefacere. Quod verò Cornelius idola coleret, cum orabat, aut quod preces ad Angelos malos funderet; falsum est omnino, & à verbis Lucæ alienum, qui eum vocat religiosum, ac timentem Deum cum omni domo sua.

Dixit autè illi, *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei*. Sub his duabus vocibus & pietatem in Deum, & charitatè in proximum comprehendit. Et dicitur ascendisse in memoriam Dei; ut Deus recordatus illa ampliori gratia remuneraret. Ascendunt autem ad Deum illa opera, quæ facere terrena, & peccati sordibus carent; eriguntur autem à duabus pennis, Fidei, & charitatis. Vnde de lacrymis viduæ testatur Sapiens: *A maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, & Dominus exauditor delectabitur in illis*; Et rursus, *Oratio humilantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet, non consolabitur: & non discedet, donec Atissimus aspiciat*.

Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersis Simonem, qui cognominatur Petrus. Rectè dictum: *Omni habenti dabitur, & abundabit*. Noluit per se ipsum Dominus instituire, nec per Angelum, cum utròque modo potuisset, sed per Petrum. Suauiter enim regit hominè, & quædam suo ipsius regimini seruauit, ut sunt opera conditionis, conseruationis, & iustificationis: quædam Angelis commisit, ut suggererent bona, à diabolo custodirent, in periculis & aduersis corroborarent, & similia: quædam verò per homines exequitur, & adhibet verbum Dei, & Sacramentum: quanquam peculiari ratione per se ipsum Saulum docere voluerit, & non per homines.

Et expende quod ait: Accersis Simonem quendam, qui cognominatur Petrus: vbi apparet quod nomen Simonis erat proprium, Petri verò cognomen: quia Græcè dicitur, *ἰσὴν ἀδώνου Πίπρον*, id est, eum Simonem;

Angeli boni in initio perterrefaciunt.

In eos, qui Cornelium Centurionem idololatriam atant fuisse cultorem.

Cornelij Centurionis bona opera curdicantur ascendisse in memoriam Dei, & quænam illa.

Ecclesi. 35.

Ibidem.

Matth. 25. Quare, cum per se ipsum posset, vel per Angelum Deus Cornelium instituire, per Petrum maluerit.

Sap. 8.

Simon proprium nomen, Petrus cognomen principis Apostolorum.

qui cognomen habet Petri. ¶ *Hic*, inquit, *hospitatur apud Simonem quendam*. Signa certa, & facilia inueniendi Petri tribuit Angelus, designans & ciuitatem, & nomen, & cognomen Petri, & domum in qua hospitabatur, & in qua parte ciuitatis sita esset domus, nempe iuxta mare: nam coriarij domos non longè ab aqua ad commoditatem artis habere solent. Ita superius Dominus, quando misit Ananiam ad Saulum, designauit domum Iudæ hospitis Pauli, & vicum, in quo sita erat domus, nempe rectum. Et vide consilium Dei: Cornelius humili animo ueniens, accessit ad se Simonem Petrum, cum tamen Saulus, quia persecutor Ecclesiæ missus sit ad Ananiam: esset enim infirmorum scandalum, si tam citò magnis associaretur Apostolis. ¶ *Hic dicit tibi quid te oporteat facere*. Infra dicitur: *Qui loquetur tibi verba, in quibus saluus eris tu, & vniuersa domus tua*. Non quòd ille tunc esset extra viam salutis, qui iustus, & religiosus Dei cultor perhibetur; sed quò certior, & abundantior sit salus per Christum, sicut per illum dicitur aduenisse fides, apparuisse gratia, ac dari Spiritus sanctus; ita etiam salus, & vita.

Et cum discessisset Angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum ex his qui illi parebant. Quibus cum narraisset omnia, misit illos in Ioppen. Cornelius non ut fabulam accepit Angeli verba, sed ut monita Dei, atque consilia: proinde non differt, aut procrastinat, sed oblatam gratiam amplectitur. Mittit igitur quamprimùm duos famulos, siue domesticos cum milite metuente Deum, qui mandatum Domini diligenter expedirent, & ne quoquo pacto negotium salutis impeditur. Nec sine mysterio tres misit ad Petrum adducendum; quò significaret Apostolicæ Fidei, & cathedræ, Gentes Europæ, Asiæ, atque Africæ fore subigendos. ¶ *Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret, circa horam sextam. Et cum esuriret, voluit gustare. Iter illud à Cæsarea*

in Ioppen distat per sexaginta millia passuum. Proponit Lucas aliam visionem, quia Petrum Cornelio preparauit Dominus, quo cum in Ecclesiæ corpus inferere non formidaret. Ascendit autem in partem superiorè domus, ut oraret, & liberò potiretur cœlo ad meditando, & quò magis esset ab impediendis studium orationis semotus. Sexta hora, hoc est, in meridie orationem fundebat: quia in oratione commemoranda est passio Domini (hora enim sexta crucifixus fuit) quò maiori cum fiducia deprecemur: & per Angelos parat Deus menti cibum.

Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus: & vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam velut linteam magnum, quatuor inijs submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia: & serpētia terra, & volatilia cœli. Hic mentis excessus est ille, quò mens eleuatur, & rapitur ad diuina, & quem Græci vocat extasim, id est, ut ait Augustinus, mens alienata à presentibus ex admiratione, & intēta spiritualibus. Ac Dominus, quò magis menti Petri & Apostolorum tantam veritatem imprimeret, quemadmodum cum Prophetis agere cōsueuerat, quos imaginarijs quibusdam, siue externis ac sensibilibus signis erudiebat, ut & tenacius visa, quàm audita retinerent, & facilius intelligerent, atque alijs suauius proponere possent: ita cum Petro fecisse videtur. Porro cœli apertio (quæ per crucem facta est) quò olim omnibus peccato clausum erat, nihil est aliud, quàm commoda quædam diuinæ voluntatis, aut maiestatis reuelatio. Nam Petrus manifestum redditur hætenus omnibus absconditum mysterium: Gentes esse cohæredes, & concorporales (ut ait Paulus) & cōparticipes Euangelij: Ita & Ioannes Baptista vidit cœlos apertos, quia cognouit per Baptismum hominibus cœlum patere: & Stephanus vidit eodē cœlos ad remunerationem Martyrum patentes: & sæpè Ioannes in Apocalypsi, propter diuersa mysteria patefacta, vidit cœlos apertos.

Cæsarea ab Ioppe quantum distaret.

Petri ascendit in superiora, ut oraret, circa horam sextam, mysterio explicatur. Matth. 27.

Extasis quid Augustino.

August. in Psal. 103. conc. 3. sub initium, & in Psal. 115. in init. tom. 8.

Quid cœli apertio mystice significet.

Ephes. 3.

Marc. 7.

Act. 7.

Vbi ferè coriarij soleat habitare.

Act. 9.

Ibidem.

Infra. 11.

Si iustus Cornelius erat, eur et ab Angelo præcipitur discere viam salutis à Petro. Pal. 3. Tit. 2. Ioan. 7.

Cornelij erga Angelum fides, & obedientia.

Quod Cornelius tres viros ad Petrum destinauerit, quid mysterij habeat.

Quid vas illud tanquam linteam quatuor inijs de cœlo visum submitti in terram, in quo omnis generis erant animantes, portenderet. Primus sensus. Alter sensus. Ezech. 1. & seq.

Ioan. 12.

Tertius sensus conuenientior.

Aug. 10. 3. de Genes. ad literam, libr. 12. cap. 11.

14. circa finem, & 32. tom. 10. in in libr. 50. Hom. hominibus. 14. & 17.

Cur hoc linteam quatuor angulis submitsum, ter remissum fuerit, secundum Augustinum. Psal. 18. & Rom. 10.

Esus piscium Iudæis lege concessus. Leuit. 11. & Deuter. 14. Ibidem, & seq.

Quid illud: Surge Petre, occide, & manduca.

Hoc autem vas tanquam linteam alligatum quatuor extremis angulis visum de cœlo descendere, in quo erant omnis generis animantia, variè exponitur. Alij enim sic interpretantur; ut ad hunc crassiores mundum referant, in quo quatuor initia quatuor elementa significant: diuersa animalia, varias hominum cōstitutiones. Alij verò referunt ad ipsum Christum, cuius quatuor sunt initia, id est, vita per quatuor Euangelistas contexta intelligi potest: vel quatuor facies sunt, quas illi tribuit Ezechiel. In eo sunt bestia, id est, omnis gradus, sexus, & conditionis, homines, secundum illud: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*. Vel postremo aptius applicatur ad Ecclesiam, quæ verè de cœlo descendit. Et quatuor linteis subnixum ter remissum est, ut ait Augustinus: quoniam per quatuor orbis cardines Orientem, Occidentem, Austrum, & Aquilonem quatuor Euangelia in nomine Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti disseminanda erant. Ideo non frustra duodenarium Apostolorum numerum aggregauit Christus, qui ex quaternario numero per ternarium multiplicato confurgit. Ideo in omnem terram exiit sonus eorum: quoniam per ipsos Apostolos, & sequaces medijs quatuor Euangelij in Fide Trinitatis patet ad cœlum aditus. Quod ergo factum sit ter, significat Baptismum, quò ter immergimur. Vnde dicitur; *Et statim receptum est vas in calum*. Nulla mentio de piscibus in hoc linteo, quò piscibus Iudæorum gens significata erat, ut quidam volunt. Quod tamen satis solidum non videtur: cum etiã inter pisces quidam sint concessi; alij verò prohibiti non minus quàm terre quædam animalia.

Et facta est vox ad eum, Surge Petre, occide, & manduca. Iacebat Petrus, do nec iussus est surgere, id est, dimissa anima, corporis officia exercere, ut gladio verbi Dei possit veterem hominem occidere, siue mactare, id est, tanquam sacrificium immolare, ut vox Græca indicat, & incorpora-

re peccatores Christi Ecclesiæ per Sacramenta, siue in vitam suam conuertendo, ut vitam quam vivebat Petrus, communicaret manducatis. Prius enim terrendus est peccator, deinde consolandus, & inferendus corpori Christi. Et non satis est dicere: Christus mortuus est pro me: quia debet quisque illi commori, & mortem eius participare. Cum autem Petrus talè cibum horreret, ac dixisset: *Abstine Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum*, prius dixerat linteam demissum, in quo erant omnia quadrupedia, & serpētia terræ, & volatilia cœli: postea respondit Petrus: *Nunquam manducaui omne commune, & immundum*. Ex quo apparet, quòd cum in linteo apparuerunt omnia animantia terræ, & cœli; intellige omnia impura, & immunda animalia. Sicut cum Paulus ait: *Omnis viri caput Christus est*. Verbum, Omnis, non complectitur fidelem, & infidelem virum, sed fidelem tantum: ita cum ait, Omnia, non complectitur munda, & immunda: nam Petrus mundis vesci iuxta legem solitus erat, sed immunda dum taxat. Hec Iustinus in libro questionum, & responsionum. Petrus ergo necdum à lege ablactatus, immunda illa animalia, ac legem prohibita nondum gustauerat. Et commune dicitur, profanum, vel immundum; quia plus sacro abundat, vel quia sanctus est, solius Dei est, non communis alteri. Olim Deus legem tulerat de delectu ciborum, primo, ut Iudæi se Dei benignitate à malis segregatos intelligerent: & segregandas esse virtutes à vitijs. Deinde ut his occupati Iudæi, ad ritus non deficerent Gentiles. Tertio, ut rudis ille populus in salubres cibos fugeret. Quò non eget iam Christianus, quia sine abstinentia nouit eorum significationem: & ideo Gentium more non viuunt, atque ex medicina, & ratione cognita nouit noxia animalia, ut possit illa cauere. Iudæus autem occasione illius prohibitionis errabat, putans aliquam immunditiam naturalem in eis delitescere, quæ immundam redderet animam: cum tamè natura omnia

Gal. 2. Ut nobis profit passio Christi, quid facto opus sit.

In linteo illo Petrus omnia animalia cum videret, an munda, & immunda viderit. Cor. 11. Ephes. 5.

Iustin. lib. quest. & respons. quest. 98. tom. 3. Leuit. 11. & seq. Deut. 14. & seq.

Commune quò ob causam dicitur immundum. Certi olim etiam Iudæi in lege cur vetiti. Quare Christiani ciborum delectu animam vtantur.

Quam rudis olim populus Iudæorum.

sint munda, licet cum immundi peccato fumus, omnia nobis fiant immunda. Ideo cum mundamur, omnia nobis munda efficiuntur, secundum illud Apostoli: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens, & conscientia.

Tit. I.

Huic simile ad Petrum vocem: Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris, quam olim protulerint Rabbi ni.

Leuit. II. & seq. Ibidem.

Qua lege Iudaei quaedam gentes poterant ad Iudaismum admittere.

si Deus omnia purificauit, cur homines iam purificati aqua baptizantur.

Et vox iterum secundo ad eum, Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc est, quod diuinarunt Iudaei glossatores, dicentes, Messias tempore porcina uti posse: quoniam porcus mundus futurus tunc esset. Et licet Deus ciborum delectum lege praescriptum auferre videatur: tamen hic praecipue de hominibus loquitur per crucem sanctificatis: nam animalium naturam Deus nequaquam mutauit. Atque olim quidem genera quaedam animalium concessa sunt Iudaeis, & certa genera prohibita: quia quaedam gentes in suas colonias admittere Iudaei poterant, nonnullas autem excludere oportebat: sed admittere nisi circumcidarentur, & eisdem legibus viuere profiterentur, non potuerunt. Occidebant ergo illos, quos proprijs eorum legibus, moribusque priuabant, & suis, hoc est, Iudaeis imbuebant institutis. Nunc autem Christi tempore nihil immundum est, Deus cuncta mundauit: quisquis ergo priorem vitam depositurus accedit, suscipiendus est. Dices; Si Deus omnia purificauit, cur homines iam purificati aqua baptizantur? Respondeo: Baptizantur quidem aqua, cum prius Spiritu sint baptizati: ut hic de Cornelio videmus, quem prius Spiritus sanctus imple-

uit, quam a Petro praeciperetur baptizari. Prius ergo Deus fide purificat corda eorum, deinde per aquam foris id factum esse vult ostendi, ut eorum obedientia nota fiat exhibitam illi, qui intus purificauit: quandoque tamen simul concurrit ablutio aquae, & Spiritus.

Act. 10.


Obserua, quod de caelo submissa animalia in linteo sunt: quia Iesus non accipit nisi quos Pater prius illi obtulerit, & accedunt cum suis orationibus, & elemosynis in memoriam in conspectu Dei, atque ita eos ad Christum suum in quocumque fidei ministro viuentem demittit occidendos, & in suum corpus traiciendos, & vita sua meliori viuificandos. At neque mundorum quidem animalium sanguine uti Iudaei poterant: qui etiam si bonas gentes cum bonis suis ritibus, moribusque admisissent, ipsi quoque Iudaei e moribus eorum aliquid acceperunt, quod eos posset contaminare. Sanguinem igitur pro vita, morteque accipi Deus dicebat, & totam eorum vitam effundi volebat, aliter non edi, ne vita eorum vitae Iudaeorum admixta aliquid immutaret. Utinam igitur nos tales esse contingat, qui multos occidere peccatores, & manducare valeamus, eos vitae nouae, & spiritualis participes efficiendo: nam ita Dei gloria illustrabitur, & virtus purificandi immunda omnia, quae in Christi pretioso sanguine sita est, propalabitur, cui cum Patre, & Spiritu sancto omnis gloria, honor, atque potestas in secula seculorum, Amen.

Quid est, quod de caelo submissa animalia in linteo sunt.

Ioan. 8.

Iudaei mundorum etiam animalium sanguine vesci non poterant. Leuit. 17. & Gen. 9.

Quomodo nos Petri instar occidere peccatores, & manducare valeamus.



TRACTATUS XXXII.

In illa verba: Et dum intra se haesitaret Petrus quid nameret visio quam vidisset: ecce viri, qui missi erant a Cornelio, inquirentes domum Simonis, astiterrunt ad ianuam. Et cum vocassent, interrogarunt, si Simon qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium. Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei: Ecce viri tres quaerunt te. Surge itaque, & descende, & vade cum eis, nihil dubitans: quia ego misi illos, & reliqua in finem vsque cap. Act. 10.

Dan. 10.

Quid opus est in visione prophetica.

Ephes. 1. & Colos. 1.

Quis ille Spiritus Petro qui nuntiauit trium virorum a Cornelio ad se missorum aduentum.

Quam vera sit illa sententia Danielis: Intelligentia est opus in visione, scilicet prophetica, tum alia multa, tum hoc Petri exemplum nobis abunde suppeditat. Nam cum in visione linteam demitti de caelo vidisset cum animalibus, & anceps animal haesitaret, quod tenderet illa praedicta visio: Dominus re ipsa potius, quam verbis declarare dignatus est, atque illi indicare, Gentes non minus, quam Iudaeos in Christi corpus, quod est Ecclesia, esse inferendos. Ecce, inquit, viri qui missi erant a Cornelio, inquirentes domum Simonis: quasi dicat Spiritus sanctus: haec est intelligentia & interpretatio visionis. Vnde recte subditur: Dixit Spiritus ei, Ecce viri quaerunt te. Vel hic Spiritus, Angelus erat qui admonerat Cornelium, vel ipse Spiritus sanctus, cuius est visiones exhibere, & earum sensum declarare. Ecce, inquit, viri tres. Vidisti triplicia animalia ad te lapsa: ecce isti tres viri quaerunt te. Audisti vocem, Occide, & manduca: hoc est, surge, & descende, & vade cum eis. Vidisti animalia, quae horrorem, & nauseam generabant: nunc nihil dubita, an sis contaminandus, & an liceat habere commercium cum illis: quia ego mi-

si illos. Habemus in hac visione Cornelij ad Petrum, spontaneum Gentium ad Euangelium aduentum: habemus & promptum Apostolorum ad eos fide imbuedos accessum. Vnde subditur: Descendens autem Petrus ad viros, dixit, Ecce, ego sum quem quaeritis: qua causa est propter quam venistis? Qui dixerunt, Cornelius Centurio, vir iustus, & timens Deum, & testimonium habens ab vniuersa gente Iudaorum. Quod hic Cornelius iustus dicitur, obseruandum, est ex ore suorum domesticorum profectum: sed in principio capitis ab ore Spiritus sancti dictum est. Iustus autem simpliciter, ut alias annotauimus, omnium cumulatum virtute significat. Nec minus illud est, quod dicitur habere testimonium ab vniuersa gente Iudaorum: quoniam Iudaei tantum sua admirabantur, & in pretio habebant, reliqua, etsi illustria, Gentium facta despiciebant. Atque haec verba, Iustus, & timens Deum, & testimonium habens, &c. de suo domestico addiderunt: nec enim ita se ausus fuisset appellare Cornelius, qui modestia, & humilitate conspicuus erat, & qui se ad pedes Petri venientis proiecit. Sed haec est natura humilitatis amplectentium, ac delitescere volentium, ut per alios etiam nolentes detegantur, & eorum virtutes

Iustus quem denotet more Scripturae

Cur dicatur Cornelius testimonium habere ab omni gente Iudaorum.

His qui humilitatis studium colunt, amantque nec se circi, quid solear vsuere.

Angeli sancti quid suggerant hominibus.

Petri humanitas & obedientia.

Cæsarea ab Ioppe quantum distaret.

Cornelij Cæturionis qualis fides, atque religio.

Cornelius quibus propositus sit in exemplum.

Cornelius quare non solus, verum cum amicis etiam & cognatis Petrum expectabat.

prædicentur, adiunxerunt domestici isti, responsum accepisse Cornelium ab Angelo sancto, ut accerferet eum in domum suam. Non enim erat Petro ignotum, Angelos curandæ salutis hominum præfectos, has suggerere hominibus cogitationes, ut querant audire verbum Evangelicum.

Introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequenti autem die surgens, profectus est cum illis: & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum. Altera autem die introiit Cæsaream. Petrus homines ad se à Deo missos, comiter & urbanè excepit, & hospitandi gratia, nec se maculari existimavit commercio Ethnicorum, quos Deus ad se miserat, & quos purificaverat: nec mora, sequenti die profectus est cum eis, comitantibus illum tanquam pastorem, & Pontificem nonnullis ex his, qui crederant in Ioppe, ac secunda die à professione peruenit Cæsaream. Nam etsi iter illud equitans vno die emetiri possit, tamen Petrus Apostolus pedibus iter conficiens, duobus venit.

Cornelius verò expectabat illos, convocatis cognatis suis, & necessarijs amicis. Et factum est, cum introisset Petrus, obvius venit ei Cornelius: & proci-dens ad pedes eius, adoravit eum: Petrus verò eleauit eum, dicens, Surge, & ego ipse homo sum. Cornelij fides, atque pius desiderium describitur in eo, quod dicitur, quod Simonem Petrum expectabat, verbi diuini audiendi avidus. Est & aliud pietatis eius argumentum, quod non tantum solus expectaret, sed cum cognatis, & necessarijs amicis, ut communis esset verbi Dei, ac salutis participatio. Discant ergo parentes, aut domini commissos sibi filios, aut populos ad Deum adducere, salutemque illorum, quoad eius fieri potest, procurare: quando & Cornelius rationem amicorum habuisse visus est. Fuit quoque Spiritus sancti consilium, ut hoc nobile factum plures haberet testes, quo plus Fidei promeretur, & in alios euulgaretur. Tertio, introeunti Petro ob-

uius sit Cornelius, ut honorem deferret Apostolo ad se venienti: ac Doctori obviam procedit auditor, dum mundo corde, attentisque auribus verbum vitæ suscepit. Quarto, proci-dens se ad pedes eius, adoravit: rara, & singularis humilitas militis erga Ecclesiæ ministros, Adoratio cum homini tribuitur in Scriptura, nihil aliud significat quam prostrationem corporis, aut simili quodam gestu exhibitam reuerentiam. Ita Abraham adoravit populum terre, & Iacob adoravit Esau. Quando autem tribuitur, significat verum Dei cultum, qui latría dicitur. Vnde Eunuchus venit in Ierusalem adorare Dominum, & Samaritana; Patres nostri in monte hoc adorauerunt. Cornelius igitur bono Spiritu Dei actus, Petrum ut Apostolorum principem, & Christi vicarium adoravit: quia honor vicarij in dominum ipsum redit. Neque verisimile est, Cornelium tantum virum, & qui religiosus dicitur, ac timens Deum, cultum Deo debitum in creaturam transferre: sed adoravit ut seruum Dei, aut ut Christi, ut diximus, vicarium. Vnde Petrus cum dixit, Surge: & ego ipse homo sum; non improbauit adorationem: sed ea facta iubet comites surgere, & doctrinam vitandæ ambitionis successoribus suis docet. Dixitque: Et ego ipse homo sum: insinuans, se, quatenus homo est, adorationem non acceptare, sed quatenus Christi vicarius, ac minister. Iaddus etiã, qui & Simon, Alexandro Philippi filio, capta Gaza, Ierosolymam petente, cogitavit aufugere quasi in illum contumax: sed admonitus est in somnis, ut in habitu Pontificio cum cæteris Sacerdotibus ornatus, & cum populo in albis vestibus obviam prodiret, aperta porta ciuitatis, & coronata: quod & fecit. Alexander autem occurrens ut hyacinthinam stolam, atque aurea ornatam conspexit, & cydarim & aureã laminam gestantem, in qua Dei summum nomen erat inscriptum, mox ruens in terram, mirantibus omnibus Syriæ regulis, adoravit Dei nomẽ, & ipsam

Cornelij Cæturionis modestia.

Aliam hominis, aliã Deum adorationẽ, & cultum Scripturæ agnoscunt, & exprimunt.

Gen. 23. Infra. 33.

Act. 8. Ioh. 4.

Cornelius ut Petrum adorauerit.

Iaddo Hebræorum summo Pontifici quantum honorem detulerit Alexander Macedo.

Quæ causa eius honoris extiterit.

Ioseph.

Caligula & Diocletianus diuinis affectu voluerunt honoribus.

Luc. 22. & Matth. 20. Quis sit eius dicti sensus: Vos autem nescite: sed qui maior est vestrum, fiat sicut minor, &c.

In eos qui dicunt, Cornelium necdum catechizatum, honorẽ Deo debitum in Petrum transulisse.

Act. 14.

Gregor. lib. 21. Moral. c. 11. tomo 1.

veneratus est. Ausus etiam Parmenio interrogare causã adorationis huius. Et respondit: Deum in hoc Principe Sacerdotum adoravi, & non hominẽ. Hunc autem cum essem in Macedonia, vidi oblati mihi in somnis huiusmodi habitu venerandum; & cum de Asiæ expugnatione mecum decernerem, hic me hortatus est, ac Persarum regna mihi pollicitus: quod factum esse tali numine non dubito. Lege, si vis, Iosephum lib. II. cap. vlt. Antiquitatum hæc fusius narrantem. Quod si Rex tantus summum veteris legis Sacerdotem tanto honore est profectus, & Deum in illo agnouit; quid ni fidelissimus, & religiosus Cornelius in Petro Christum & agnouerit, & adora-uerit, & nos quoque agnoscere, & adorare debeamus? Etsi autem Caligula & Diocletianus Imperatores ita sibi iusserint adorationis honorem impendi, non tamen Pontifices Christi vicarij id vnquam præcepto villo indixerunt. Sed Christiani exemplo Cornelij reuerentiam exhibent, ipsi autem prostrationem, & osculum pedum in persona Christi, ne in seipsis intumescant, accipere debent; quia osculum pedibus pauperum, quos ad Christi imitationem lauat, exhiberi solet.

Quod verò Dominus dixit: Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: non prohibet reuerentiam Vicario Christi debitam, sed superbiam eius: quæ si est in aliquo, non debet tollere quod est Dei, id est, honorẽ Christi Vicario debitum, nec debemus occulta Patrum iudicare. Quare non placet quod quidam dicunt, Cornelium necdum catechizatum, honorem Deo debitum in Petrum trãtulisse. Quod etiam ex eo videntur probare, quod Paulus, & Barnabas in Iconio similem sibi honorem deferentes, grauitè ob iurgarunt. Sed profectò grandis est differẽtia inter homines idololatrias, quales illi erant, & Cornelium Centurionem, qui tantum habet Spiritus sancti testimonium. Et Gregorius lib. Moral. docet: Quia ergo humiliari sibi plus, quam debuit, proximum vidit, ne ultra humanitatis metas mens intumesceret, esse se hominem recognouit, quatenus illati

sibi honoris elationem frangeret ex considerata aequalitate conditionis. Hæc ille, qui cum ait humiliatum sibi Cornelium plusquam debuit: hoc est, quia Petrus considerabat se non ut Christi legatum & vicarium, sed ut hominẽ; atque ea ratione timuit insolescere.

Dixitq; ad illos, Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus, neminem communem aut immundum dicere hominem. Tandem ergo Petrus intellexit visionem, & parabolicum illum sermonem, Occide, & manduca. Atque hac præfatione usus est, ne Iudæi qui aderant, scandalizarentur, videtes Petrum Iudæum accessisse ad Cornelium Gentilem; & ut Gætes cognito sibi Deo propitiõ animentur ad Euangelium suscipiendum. Prudens itaque, his quæ dicenda sunt, principium assumit, quod & Iudæis & Græcis satisfaciat.

Interrogat autem Petrus, quam ob causam à Cornelio sit accersitus: quã etsi ipse non ignoraret, ex narratione militum, qui dixerant ab Spiritu sancto Cornelium admonitum, ut accerferet Simonem in domum suã, ut audiret ab eo verba salutis: voluit tamẽ consultò à Cornelio causam coram omnibus explicari, ut omnes qui aderant, & præsertim Iudæi, intelligerent & pietatem Cornelij, & suggestionẽ Angeli; atque ita diuino consilio vocationem Gentium geri cognoscerent.

Et Cornelius ait, A nudius quarta die, usque ad hæc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste candida, &c. Beda annotat, Græcam lectionẽ habere: A quarta die usque ad hanc horam eram ieiunans, & orans a sexta hora usque ad nonam. Quibus in verbis apparet, Cornelium totum ieiunasse quatrduanũ. Illi autem dies sic enumerandi sunt: quia primo die vidit Angelum, & milit nuntios: secunda nuntij peruenerunt Ioppen: tertia profectus est cum eis Petrus: quarta venerunt Cæsaream: quarta ergo die ante præsentem testatur se ieiunio vacasse, & ab hora sexta ad nonam præcationi incubuisse. Et testatur Chrysostomus hoc loco: Videtur mihi Cor-

Quo sensu Gregorius dixerit, Cornelium plusquam debuerat, humiliatum.

Petrus apud Cornelium verba facturus, quæ se ratione præmunerit, & quare.

Quare cum Petrus ad Cornelium aduentus sui causam non ignoraret, illam percontetur.

Beda in Acta tom. 5. Cornelij Cæturionis quatrduanum ieiunium, miraquæ præcãdit assiduitas.

Chrysost. homil. 23. in Acta, sub init. tom. 3.

Angelus quo habitu frequenter appareat. Apertant qui os in Scripturis. Act. 9. Math. 5. Cornelij Ceturionis opera ante Baptismum qualia forant. Vbi fit acceptio personarum posita & quid sit. Deut. 1. Qualis velut cum Iudæis olim ostenderit acceptio personarum Deum aduersus Gentem. Rom. 9. Ephes. 2. Iudæi se solos per Christum fere saluandos, puta uere rudes. Act. 11. Quare nunc primum Deo Gentium uocationem Iudæis manifestauerit.

melius & tempora uita religiosa sibi confituisse. Et in aliquot diebus: propter hoc enim dixit, a quarto die. Hæc ille. Vide etiam quanta esset vis orationis illius; ut etiam Angelum recipere dignus fuerit in candido vestitu: ita enim solent frequenter Angeli apparere. **Aperies autem Petrus os: sicut dixit:** Quoties magna euangelizanda sunt, ministri dicuntur os aperire, ut Philippus euangelizaturus Eunucho, & Dominus Matth. 5. **En ueritate comperi, quia non est personarum acceptio Deus: sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.** Pulchrum a nouitate rei utilis ac maxime salutaris assumit exordium Petrus, quod attentos, & bene uolos reddat sibi auditores. Ex his uerbis constat opera Cornelij iusta, & a iustificato profecta fuisse: quia acceptio personarum proprie non est in gratuitis, sed in debitis. Est autem acceptio personarum vitium quo in iudicando ad externas uitæ, uel operis, uel conuersationis causas, & non ad merita ipsius causæ respicitur. Vnde in Deuteronomio Dominus ait: **Nulla erit distantia personarum: & declarans quid hoc sit, subiungit: Ita paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est: & paulo ante dixerat: Audite illos, & quod iustum est, iudicate: siue cuius sit ille, siue peregrinus.** Videbatur quidem Deus tempore Veteris Testamenti sui solius populi curam habere, quia solis Iudæis loquebatur, solis Iudæis factæ erant promissiones; Gentibus cū Iudæis nihil prorsus uoluit esse commune, de quibus Apostolus ad Ephes. **Eratis, inquit, illo in tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo.** Vnde pius Iudæus in hac erant sententia, quasi salus per Christum solis Iudæis esset missa, & prædicanda. Vnde cap. sequenti dicitur: **Nemini loquentes uerbum, nisi solis Iudæis.** Voluit autem Deus hoc mysterium ad tempus celare, etiam Euangelio euulgato, ut eo arcano postea reuelato, admirabilior, & illustrior esset gratia, & misericordia Dei: de quo my-

sterio temporibus æternis tacito. Paulus Roman. 16. Galat. 3. & Ephes. 3, uerba facit. Sed hæc uisione, & facto Cornelij baptizati cum tota familia sua maxime patefactum est. Quod ergo Apostoli in die Ascensionis iussi sunt ire in mundum uniuersum, ut prædicarent Euangelium omni creaturæ: fortassis nomine uniuersæ creaturæ intelligebant Iudæos per uniuersum orbem dispersos. Vel nouerat quidem Petrus, iustos, aut iniustos, cuiuscunque essent conditionis, aut nationis, ex operibus iudicari, & bonos quidem seruati, malos uero puniri, sed quod ex his faceret filios populi sui non ante circumcisos, ut iam non amplius uilla esset inter Gentes, & Iudæos distinctio, nondum adhuc sciebat. Non ergo est acceptio personarum apud Deum, neque qui colunt iustitiam, illi pereunt, seu Iudæi sint, seu alterius nationis. Non est etiam acceptio, uolens saluare hanc personam, uel gentem, non illam. **Verbum misit Deus filijs Israel annuntians pacem per Iesum Christum: (hic est omnium Dominus) euangelizat Petrus,** atque hac concione præcipuos Fidei articulos complectitur, & incarnationem, & prædicationem, mortem ac resurrectionem, ac reditum illius tanquam summum iudicis ad iudicium. Inuoluitur hic etiam mysterium Trinitatis: nam Deus Pater Verbum suum misit, qui pacem etiam his qui longè, & pacem ipsis qui propè annuntiabat. Quoniam omnium est Dominus. Et non tantum Iudæorum: quemadmodum etiam Deus, de quo Apostolus: **An Iudæorum Deus tantum? nonne & Gentium? Imò & Gentium.** Infra quoque fit mentio Spiritus sancti, qui cecidit super omnes, qui audiebant uerbum. Obserua etiam, uerbum, esse accusatiui casus, quia Græcè dicitur **ῥῆμα ἴδωμεν ὑμῖν κηρῶν**, & ponitur pro nominandi casu, ut illud: **Sermonem quem audistis, non est meus, ut conueniat cum uerbo annuntians, quod Græcè est κηρῶν κηρῶν:** quia Græcè non est uox, Deus, & ita habet Syriacalectio. Est autem Dominus omnium, non tantum

Marc. 16. Apostoli per uniuersa, ut prædicandum erat Euangelium, creaturam quid olim intellexerint. Quam uere dicatur, Deo personarum non accipere. Petrus Cornelium quæ doceat Christi mysteria. Eadem ut inuoluet mysterium Trinitatis. Ephes. 2. Rom. 3. Ioan. 14.

Christus Iesus est omnium Dominus duplici ratione. Verbum quod nam hic dicitur factum per uniuersam Iudæam. Luc. 2. Matth. 3. Luc. 4. & Esai. 61. Quare Christus. Galilæa primum incepit prædicationem suam. Matth. 13. Ioan. 2. Esai. 9. & Matth. 4. Idem cor post Ioannis baptismum prædicauerit. Iesus quare dicitur a Nazareth. Luc. 1. & Supra 2. Iesus cur dicitur unctus Spiritu sancto, & uirtute. Psal. 44.

iuere creationis, sed etiam quia Iesus, id est, homo Christus uerbo est unctus, & omnes suo sanguine redemit, & suos alia ratione fecit: cum tamen, si esset purus homo tantum, cogitari poterat tantum suæ gentis Saluator. **Vos scitis, quod factum est uerbum per uniuersam Iudæam.** Vel Hebraismus est, ubi uerbum pro re sumitur, quæ sermone uulgi iactabatur, uel, ut superius dixit, **λογος,** id est, uerbum internum missum à Deo: hic uero quæ quatenus uerbum per incarnationem, & actiones ostensum est, de quo dicitur: **Videamus hoc uerbum (quæ) quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis.** **Incipiens enim à Galilæa, post baptismum quod prædicauit Ioannes: Iesum à Nazareth quem modo unxit cum deo Spiritu sancto, & uirtute, qui pertransiit benedicendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo.** Dominus Iesus à baptismo Ioannis cepit se ipsum manifestum prodere à Galilæa contempta regione: quia à paruis initijs cepit Euangelium, ut parabola de grano sinapis, & fermento docent. Et ibi primum signum edidit ad nuptias, & cepit prædicare, iuxta Prophetam dicentem: **Primo tempore alienata est terra Zabulon, & terra Neptthalii, & nouissimo aggravata est uia maris trans Iordanem Galilæa Gentium.** Et rectè post baptismum Ioannis, ut & eum qui humilis ueniebat, indigebatque aliquo teste, ac indice probato proderet, & ut prius uiam sterneret populo, ut crederet, prædicando non tantum morbi, id est, peccati cognitionem, uerum etiam Penitentiam, & Baptismum. Dicitur Iesus à Nazareth, quia ibi conceptus, & educatus, licet in Bethlehem sit natus. Adiungitur: **A Deo unctus Spiritu sancto, & uirtute.** Quoniam ut olim uengebantur Reges, Sacerdotes, & Prophetæ; ita Iesus eminentissimus Rex, summus Sacerdos, & magnus Prophetæ, singulariter inunctus fuit Spiritu sancto tanquam oleo lætitie. Non quidem in pondere, & mensura, & per partes, ut nos, quia angustiora nostra uascula non recipiunt gra-

tiam nisi pro capacitate, & secundum mensuram donationis Christi: at Christus in plenitudine suscepit, hoc est, sine uilla mensura, & tanquam caput, quod oleum debebat emittere in barbam, & usque ad oram uentimenti eius, ut omnes qui de Spiritu eius participant, Christiani fiant, hoc est, Prophetie suæ per fidem, Sacerdotij sui per spem, ac Regni sui per charitatem participes: & non solum ut sibi ipsis sint prophætæ, Sacerdotes, & Reges spirituales, sed ut etiam alios tanquam prophetæ docere, ac tanquam Reges gubernare, & tanquam Sacerdotes pro eis preces fundere, & impetrare ualeant. Hanc autem uindictam Christi intelligi oportet secundum humanitatem. Unctus est etiam uirtute, siue potentia, siue potestate. Cum enim seipsum exinanitisset, & non secus ac nos carnis, & sanguinis particeps fuisset effectus, qui ex natura sua tanquam Deus habebat, ea quatenus homo dicitur accepisse. Quare unctus est potentia, non solum ut uinceret peccatum, mortem, ac dæmonem; sed etiam ut signa ederet admiranda. Vnde subdit: **Qui pertransiit benedicendo, & sanando omnes oppressos à diabolo.** Benefaciebat non tantum à morbis corporis subleuando, sed etiã peccata remittendo, ut cum peccatrice, paralytico, & adultera fecit: sanabat oppressos à diabolo, eum de corporibus pellendo, ac de animis, ubi maiori cum nostro damno, & Dei ignominia regnabat. Porro Deus dicitur fuisse cum illo: quia hæc non uilis magicis artibus, sed Diuina faciebat uirtute. Erat ergo Deus in Christo non tantum per gratiam, siue peculiarem Dei assistentiam, & auxilium, sicut est cum cæteris, sed etiam quia per unionem hypostaticam habitabat in eo plenitudo diuinitatis corporaliter, ut ita quæcumque uellet, posset. Et de his ait: **Vos scitis, tanquam horum omnium oculati, & auriti testes.** Subdit: **Et nos testes sumus omnium.** Munus Apostolorum erat testari mortem, & resurrectionem Iesu; ut superioris sæpe uidimus. Nam et si ipse propter se testimonio non egeret, cum

Qualis Christi fuerit sancti Spiritus plenitudo. Ephes. 4. Ioan. 3. Psal. 132. Quid fieri, & esse Christianos. Christus quatenus unctus. Philip. 2. Heb. 2. Idem unctus uirtute dupliciter. Christi in homines qualia extiterint beneficia. Luc. 7. Supra 5. Ioan. 8. Deus cur dicitur fuisse cum Christo. Deus quot modis esset cum Christo. Colos. 2. Apostolis quæd incubaret.

Ioan. 5. Christus vt Apostoloru eguerit testimoni-  
onio.

Luc. 3. Marc. 6. & Matth. 13.

Luc. vlt. & Ioan. 21. & Act. 1.

In quo suum erga nos amo- rem Christus maxime de- clarauerit.

Ioan. 15.

Christi signo- rum omnium maximum & summum qd.

Quid Deo de- beamus.

Scripturano- bis cur tradi- te.

Quare Chri- stus suscitatus non omnibus apparuit.

Quale sit re- gnum Chri- sti.

Ioan. 12.

2. Cor. 4. Regnu Chri- sti cu regno mudano qua similitudine gerat.

veritas seipsa contenta sit: nobis tamen necessaria erant Apostolorum testimonia, quia Christus nulla diuinitatis specie extrinsecus fulgebat: imo imbecillitate carnis, & humilitate Crucis vestitus erat. Vnde cum triginta esset annorum, faber, & filius fabri esse putabatur. ¶ *Quem occiderunt suffidentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri. Non omni populo, sed testibus, praeordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis.* Non erubescit Petrus mortem aut crucem Christi, atque inter eius laudes crucem recenset. Nam et si Christus Iudæis benefecerit, suosque ægrotos sanauerit, & oppressos à diabolo liberauerit; ipse tamen gloriosam pro nobis mortem sustinuit, animam pro amicis suis ponendo. Prædicat & resurrectionem consecutam: qua in re etiam ostendit Christum mortis victorem. Addit, eius resurrectionem non latuisse, sed manifestam redditam non alijs miraculis, quia resurrectio, summum est omnium miraculorum: neque per seipsum, cum id maxime posset. Neque omni populo se manifestum reddidit, hoc enim honoris à nobis exigit Deus, vt ei credamus, eiusque mandata seruemus: atque hanc ob causam cum presentiam visibilem à nobis abstulit, Scripturas reliquit, quò fide eum honorificemus. ¶ *Sed testibus praeordinatis à Deo.* Voluit Dominus, qui cunctis se crucifixum ostendit, paucis suis Apostolis reuiuus apparere: quoniam minime expediebat vt omnibus familiariter appareret, ne carnale regnum cogitarent: regnum autem Christi spirituale est, & non de hoc mundo. Si autem ipse gloriosus apparuisset, & docere humilia vellet, etiam si per illa ipse transisset prius, tamen insolens videri posset. Quare præordinauit suos, qui sint in eadem infirmitate, paupertateque, qua ipse fuit, vt circumferant Christi mortificationem: & hoc in finem vsque seculi, per tales docet ministros. Habet tamen aliquem regni corporei splendorem in summo Pontifice, Cardinalibus, Episcopis, & alijs Prælati,

item in Cæsare, & alijs Regibus, & Magistratibus: sed per hunc splendorem, & potestatem ederet quidem aliquos, & continet in officio, sed maiora, & solidiora quædam operatur per prædicatores suos, & pauperes quosdam, ac simplices Sacramentorum ministros. Per humilitatem etiam, & vitæ sanctitatem Pontificum, Episcoporum, ac Regum plus, quam per multos exercitus operatur Christus. Et quanquam externa omnia illi deseruiant; tamè ex minimis, & paucis honorat seipsum Christus magis ad hoc regnum spirituale. Signum autem certum resurrectionis erat, comedere, & bibere cum Apostolis, vt fecit cum discipulis Emmaumentem profectis, ad quorum mensam sedit, & cum vendicim, quando dixit: *Habetis hic aliquid quod manducetur?* Et obtulerunt ei partem piscis asii, & fauam mellis. Et quando ad mare Galilæe piscantibus Apostolis apparuit, & dixit illis Iesus: *Venite, prandete.* Denique quando die ascensionis suæ recumbentibus vndecim Apostolis, apparuit illis Iesus: & de hac visione dicitur Act. 1. *Et conuolens præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent.* In quibus quidem visionibus includatur alia probationes. ¶ *Et præcepit nobis predicare populo, & testificari quia ipse est, &c.* Producit Christum iudicem vniuersorum, vt non tantum diligant Deum vt redemptorem; sed etiam timeant vt iudicem. Vnde Apostoli libenter prædicabant hoc iudicium, vt Paulus Athenis, & ad Corinthi. *Omnes nos, inquit, manifestari oportet ante tribunal Christi.* Dicitur autem iudex viuorum, & mortuorum: non quòd in die iudicij quidam sint assistendi mortui, & quidam nondum mortui, vt putat Caietanus; sed ita dicitur, respiciendo ad tempus præsens, quod excurrit vsque ad diem iudicij. Nam vniuersi homines in viuos, & mortuos distinguntur: in ipso vero die iudicij omnes erunt viui, & omnes prius fuerunt mortui. Possunt etiam dici viui, qui Deo per gratiam viuunt: & mortui, qui gratia Dei destituti sūt. ¶ *Hinc omnes Propheta testimonium perhibent. Religioni Christianæ, ac Euangelio*

Ministri Christi præcipui quina.

Christi ingenium.

Luc. 24. & Ibidem.

Ioan. 21.

Mar. vlt.

Quale Christi iudicium Apostoli scriptus inculcabant.

Act. 17.

2. Cor. 5. Christus quo modo iudex viuorum, & mortuorum sit, contra Caietanium.

Vni mystice dici possunt qui; & qui mortui.

Quamfirmis, ac solidis testimonijs innitatur religio Christiana.

Remissio peccatorum quibus detur tantummodo.

In Cornelio Centurione, ac eius domesticos necdum baptizatos Spiritus sanctus quare descendit.

2. Cor. 3.

Judæorum inuidia de salute Gætilium.

Rom. 9.

Propheta omnes attestantur, signa, virtutes heroicæ, atque martyria testificantur; vt propterea omni acceptione dignum existat, & solidam præbeat peccatorum remissionem, quæ omnibus fidem adferentibus datur. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Prorogante sermonem Petro, fidei lumen promouebat ingens affectus: at vbi acceperunt, baptismo fieri remissionem peccatorum propter Christi passionem, maiorem conceperunt fidem, & tunc in eos descendit Spiritus sanctus, non tantum communi via, sed etiam vt linguis vterentur nouis, attonitiq; redderentur fratres qui erant ex circumcisione. Nec mirum cuiquam esse debet, si ante susceptum baptismum descenderit in eos Spiritus sanctus: quia Deus non est alligatus regulis, quas ipse nobis præscripsit. Et hoc factum est consilio Spiritus sancti, qui præuenit ministerium Petri, ne illum cauillis ac calumnijs Iudæorum obijceret. Sciri enim voluit, penitus à Deo esse vocationem Gentium, & non tantum ab Apostolis ministris: & vt conuersi ad Deum ex Iudæis cognoscerent se non ex lege, aut circumcisione, sed ex fide in Christum accepisse Spiritum sanctum: nam & sine baptismo, & circumcisione donatus est Cornelio Spiritus sanctus. Adhæc, vt tam ipse Petrus, quam alij Apostoli, non dubitarent etiam incircumcisos vocare ad Christum. Denique vt probetur doctrina Petri productis testimonijs Scripturarum, atque confirmetur. Et aliqui sunt Christiani spiritu, licet non baptizati, qui iubentur baptizari, vt etiam litera Christiani sint, & sub eodem pastore. Et quia Iudæi se solos putabant seruandos, eo quod haberent prærogatiuas sibi factas (quæ tamen alios non excludebant) ægre ferebant alios sibi adiungi.

Tunc respondit Petrus, Numquid aqua quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Præcepit Petrus eos baptizari, quia ipsi per se non baptizabant Apostoli, sed per alios: quæ admodum ipse Christus dum viueret, non per se, sed per Apostolos baptizabat. Ita inquit Apostolus: *Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare.* Ita etiam ministerium mentarum, & distributionem Eucharistiæ in humeros septem diaconorum reiecerunt, quò ipsi liberius deprecationi, atque prædicationi vacaret. Iussit autem eos baptizari, ne scilicet quos iam Deus mundauerat, ipse pollutos duceret, sicut in visione monitus fuerat. Docet etiam, ne quisquam sanctitate eminens externa & humilia sanctificandi instrumenta pro salute nostra instituta contemnat. Ecce hic post remissionem peccatorum, sicut & Saul, baptismum accepit. ¶ *Tunc rogauerunt eum vt maneret apud eos aliquot diebus.* Petrus in more habebat, vt in illis locis, vbi aliquos Christo lucrificerat, per aliquot dies moram trahe- ret, quò susceptum verbi semen coalesceret, ac radicaretur magis, Christi- que doctrinam commodius imbiberent. Nec enim natura nostra cuncta simul addiscere nata est. Rogatus ergo est id facere, quod ipse maxime cupiebat, vt eos confirmaret in Christo. Atque hoc est munus Episcopo maxime proprium, vt oues suas visitet, & diligenter vultum agnoscat pecoris sui, suosq; greges consideret, & cognoscatur vultus pastoris ab ouibus; vt mutua cognitione ac dilectione tantum pastor, quam oues salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu Domino nostro, cui cum Patre & Spiritu sancto perpetui habeantur honores, laudes, atque gratiarum actiones per omnia secula seculorum. Amen.

Cur Petrus non ipse Cornelium, sed per alios baptizauerit.

Ioan. 4. 1. Cor. 1. Act. 6.

Cur Petrus iussit eos baptizari, quod Spiritum sanctum accepissent.

Act. 9.

Petrus vbi aliquos Christo lucrificerat, ibi cur aliquandiu harere solebat.

Episcopus quid maxime curare debeat.

1. Tim. 27.

2. Tim. 2.





TRACTATUS XXXIII.

IN illa verba: Audierunt autem Apostoli, & fratres qui erant in Iudæa, quoniam & Gentes receperunt verbum Dei. Cum autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circumcissione, dicentes, Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducaisti cum illis? Incipiens autem Petrus, exponebat illis ordinem, dicens, Ego eram in ciuitate Ioppe orans: & vidi in excessu mentis meæ visionem: descendens vas quoddam velut linteum magnum: quatuor inijs summitti de cælo, & vsque ad me, &c. vsque in finem cap. Act. 11.

Rerum veritates quæ ferè mentibus humanis firmiter inhæreant.

Act. 10.

Quamobrem ex circumcissione Iudæi Cornelij Centurionis, non itè Eunuchi Candaces conuersionem tam grauitè molesteque turbauerint.

Act. 8.

**N**A Natura comparatum est, vt illa, de quibus diu hæsitauius, vel acriter cū alijs disceptauimus, postquam illorum veritas comperta est, atque explorata, firmiter retineantur, & constantius asserantur: quamobrem cū Spiritus sanctus animaduertet vocationem Gentium ad Euangelium, rem esse grauisimi, ac maximi ponderis, non contentus visione linteæ, illam Petro indicare, ac descensu Spiritus sancti in Gentiles confirmare, voluit illam in disceptationem vocari à credentibus ex circumcissione; vt quo magis controuertetur, agereturque, illustrius magis redderetur, ac perspicua, cordaq; aliter sentientium pacarentur, agnitaque veritate acquiescerent.

Sed obijciat aliquis, Quid est quoddam ob baptismum Eunuchi non sunt tumultuati, aut non cœperunt obstrepere ex Iudæis credentes? nam & ille non minùs erat Gentilis, quàm Cornelius: imò quare ipse Philippus iustus accedens ad currum Eunuchi, nõ

horruit Gentilis commercium? Dicendum est rem illam occultam fuisse, & cum homine peregrinante factam, nec ita ad aures credentium ex Iudæis peruenire potuisse, vel si ad aliquem peruenerat, existimari poterat à ministro Philippo in ea re erratum fuisse. Ipsam autem Philippum satis excusat præceptum Angeli, internaque Spiritusq; sancti suggestio, vt nõ declinaret à colloquio cum Eunuchò. Verùm factum Petri gestum cū fuerit in insigni ciuitate non longè disita à Ierosolyma, & publicè coram Iudæis, & Gentibus, & cū Cornelio Centurione viro nominato, ac celebri, totaq; eius familia, quæ post susceptum Spiritum sanctum baptizata est: idque iam non ab aliquo ex diaconis vel Apostolis, sed à primario Apostolo, & omnium pastore Petro sit effecta: inde murmurandi causa, & expostulandi profecta est: quæ sedata, atque composita, tum facillè Philippus detegere potuit sine offensione Iudæorum, qua ratione impulsu Spiritus sancti Eunuchum præfe-

rum

Apostoli cur interdum ab Ierosolymis aliò diuertent.

Verbū Dei, qui recipiāt: & quid promerentur illi.

Ioan. 1.

Qui fuerint isti Iudæi disputantes cum Petro.

Iuuen.

Qui in potestate constituti sunt, quatenus suis subditis satisfacere debeant, exemplo Petri.

Gregor. lib. 9. Regist. epist. 39. circa med. tomo 2.

Fratres nostri vel infimi, cur minime despiciendi. Matth. 16. Supra 14. Act. 5.

rum gazæ Candaces Reginae Euangelio, & Baptismi Sacramento donasset.

Ait ergo: Audierunt Apostoli, & fratres qui erant in Iudæa, quoniam & Gentes receperunt verbum Dei. Ex quo primum habes, Apostolos non tantum in Ierosolyma remansisse, sed etiam per oppida Iudææ diuertisse: quoniam & fratres, propter quos diuertebant, dispersi erant extra Ierosolymam. Dicuntur autem recipere verbum Dei; qui Dominum Iesum, & doctrinam eius in eo contentam per fidem recipiebant. Qui vero Christum cum Euangelio amplectebantur, digni prorsus erant, qui filij Dei fierent, & per baptismum regenerarentur, secundum illud: Quotquot autem receperunt, eum dedit eis potestatem filios Dei fieri.

Cum autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circumcissione, dicentes, Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducaisti cum illis? Isti qui disputabant cum Petro, videntur ex fidelibus Iudæis fuisse: quia alij Iudæi non curarent quæ fierent à Petro. Et quantum expulsi essent omnes credentes: verisimile tamen est multos alios fuisse conuersos, & ex eiectis aliquos reddidisse. Quærentque oues rationem rei à pastore factæ: & quia ex infirmitate illam exigebant, debebat, vt fecit, illis satisfacere, non dicere ex iactantia: Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Intellegat ergo quicumque potestatem habet, vt non ea abutatur, cum in primis ratio ab eis exigitur factorum, quatenus scandalum amoueat ab infirmis. Vnde B. Gregorius ad Theotistam Patritiam eam ahortatur quomodo se gerere debeat cum detractoribus, his verbis: Omnes etenim fratres sumus, vnius Imperatoris potestate conditi, & sanguine redempti. Et idè fratres nostros quantumlibet pauperes & abiectos, in nullo despiciere debemus.

Cerrè etenim Petrus potestatem regni caelestis acceperat, vt quæque in terra ligaret, vel solueret, essent in cælo ligata, vel soluta, supra mare ambulauit, agrotantes umbra curabat, peccantes vero occidebat, mortuos oratione suscitabat. Et

quia ex admonitione Spiritus ad Cornelium Gentilem fuerat ingressus; contra quem quaestio à fidelibus facta est, cur Gentiles intrasset, & comediasset cum eis, cur eos in baptismo suscepisset. Et tamen idem Apostolorum primus tanta donorum gratia repletus, tanta miraculorum potestate suffultus; querela fidelium non ex potestate, sed ex ratione respondit, causam per ordinem exposuit: quomodo vas quoddam velut linteum, in quo quadrupedia terra, & bestie reptilia, atque volatilia inerant, de cælo submitti viderit, vocemq; audierit, &c. Humili ergo eos ratione placauit, atque in causa reprehensionis suæ, etiam testes exhibuit. Sic ille, qui etiam ad Bonifacium quendam scribens, de se asserit: Nos licet in omnibus causis, in his tamen præcipue, quæ Dei sunt, ratione magis stringere homines, quàm potestate festinamus. Hactenus Gregorius. Cuius dicta debent omnes Principes tam seculares, quàm Ecclesiastici magnipendere, atque imitari. Redeo ad rem. Videbantur ergo iuste Petrum arguere, quod dupliciter in legem deliquisset. Primo, quod introisset ad Gentes præputium habentes. Deinde quod cum eis manducaisset. Nesciebant enim legem sublatam esse per Euangelium: nesciebant legem tantum pedagogum fuisse, donec veniret temporis plenitudo: nesciebant adhuc charitatem vnam esse omnium rerum regulam. Ideò Gentes vt profanos, & impuros auersabantur, aded vt nec congressu dignarentur, & templum pollui crederent, si quis in illud ingrederetur: vnde & Paulus accusatur inferius, quod Gentiles induxisset in templum.

Incipiens autem Petrus, exponebat illis ordinem. Rationem facti sui egregiè reddit, & prudenter, ne quemquam offenderet: tota huius rei causam reijcit in Deum, & nihil ipse nisi præmonitus, aut iussus fecerat. Visio enim ter ei fuerat exhibita, ac per Spiritum didicerat legationem ad esse à Cornelio, & iussus cum eis ire. Deinde missos à Cornelio non recipit hospitio, nisi cognita causa; ne Iudæis videretur commercium affectum cum Gentilibus. Ideò pro fori-

Infra 9.

Infra 10.

Idem lib. 3.

Regist. epist.

41. in fin.

Quibus in causis præcipue Gregorius ratione stringere homines, quam potestate festinabat.

Iudæorum Petrum arguentium imperitia.

Gal. 3.

Infra 4.

Iudæi de Gentibus quomodo sententiam haberent.

Act. 21.

Petri de baptizato Cornelio, & domesticis eius rationes grauisimæ.

Secunda.

bus

bus compellat, & adhibitis testibus rogat cur venissent: quod Iudæis potius qui aderant, quam sibi suscitabatur. Tertio non proficiscitur nisi adiunctis Iudæis aliquot, ac probatae fidei fratribus sex, quibus testibus, quorumque consensu res gereretur, & quibus se aduersus obmurmurantes muniret. Adhæc Cornelio non statim loquitur nisi cognita causa: cum enim ventum esset ad ædes Cornelij, non statim tanquam audis colloquij ingressus est, sed misit qui denuntiarent Petrum adesse, vt per occurrentem Cornelium introduceretur. Præterea iisdem præsentibus rogat cur esset accersitus, vt plus haberet fidei apud comites narratio ex ore Cornelij audita. Denique etiam emisso Spiritu sancto ante precationem effusam, aut impositionem manuum, non eos baptizat nisi cõpellatis prius his qui aderant ex circumcissione: ac ostenso quod baptismum negare non poterat, quibus Deus impertisset Spiritum sanctum. Hæc est summa totius responsionis Petri, vt placaret eos, qui sibi ob pelliculam præcisam placebant, & incircumcisis aduersabantur: atque ita conatus est scâdalum ex infirmitate natum remouere.

Et subiungit: *Si ergo eadem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, &c. ego quis eram qui possem prohibere Deum?* Quasi diceret, Iussus, non statim curri; missus, non statim baptizari: Spiritu me agente prædicaui, meque adhuc loquente descendit Spiritus sanctus: ex quo constat, Deum totum fecisse, misisse, baptizasse, & conuertisse: denique res ipsa satis loquebatur, illos iam esse baptizatos eo baptismo, quem promiserat Dominus Iesus, cû dixit: *Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.* An igitur à Domino iam baptizatis Spiritu, negari debuit baptismus aquæ, qui signum est conferendæ gratiæ? Sanè baptismum aquæ negare nihil aliud fuisset, quam improbare quod Dominus fecisset.

*His auditis tacuerunt: & glorificauerunt Deum, dicentes, Ergo & Gentibus*

*pœnitentiam dedit Deus ad vitam.* Piorum est, cognita Dei voluntate, non reclamare, sed captiuare intellectum in obsequium fidei, seu Christi, & glorificare Deum, cuius misericordia, & potentia in suscipiendis peccatoribus per pœnitentiam redeuntibus maxime illustrantur. Dicebant ergo illi, *Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.* Tandem agnitum est mysterium à seculis absconditum, Gentes scilicet esse cohæredes regni Christi non minus quàm Iudæos. Et rectè ait, dedisse pœnitentiam ad vitam: quia sunt quidam impij qui pœnitentiam agunt, & præangustia spiritus gemunt, sed sine fructu. Cùm autem audis pœnitentiam illis ad vitam vtilem fuisse, non intelligas exclusa fide, aut excluso Sacramento Baptismi: quem admodum & cum aliquos recenserit iustificatos per fidem, non excluditur pœnitentia.

*Et illi quidem, qui dispersi fuerant à tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt vsque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis.* Capite 8. narrauerat persecutionem magnam factam fuisse illa die, qua Stephanus fuit lapidatus; ac proinde omnes discipulos, qui erant Ierosolymis, dispersos fuisse per regiones Iudææ, & Samariæ: hic autem additur, quod etiam vsque ad Gentes peruenierint: vt persecutio Stephani occisi non tantum fuerit occasio prædicandi Iudæis extra Ierosolymam in locis Iudææ, sed etiã in regionibus, & ciuitatibus Gentium, inter quas erant multi Iudæi: quia hic dicitur, quod nemini loquebantur verbum, nisi solis Iudæis. Putabant enim legem etiam cum Euangelio obseruandam, vel neminem dignum Euangelio, qui prius lege non esset imbutus. Sed hoc ad tempus factum est, vt solis Iudæis prædicarent: donec audierunt Eunuchi conuersionem à Philippo, & Cornelij à Petro. Interpret noster videtur legisse, ἐν τῷ Στεφάνῳ, sub Stephano, siue tempore Stephani; modo verò legimus in Dãdi casu ἐν τῷ Στεφάνῳ, & significat propter Stephanum, & Syriacus codex

Piorum quid proprium. 2. Cor. 10.

Ephes. 3. Deus cur dicitur dedisse Gentibus pœnitentiam ad vitam.

Sap. 5.

Quemadmodum peccatores à Dei pœnitentiã ad vitam accipiunt. Act. 8.

Quid est quod discipuli dispersi, in regiones Gentium vsque penetrantes, nemini loquebantur verbum Dei, nisi solis Iudæis. Act. 8. Infra 10.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta & postrema.

Altera Petri purgatio apud Iudæos super baptismum Cornelij, & aliorum Gentium.

Act. 1. Matth. 3.

Baptismus aquæ quid.

hanc lectionem probat enim ob Stephanum, & vtraque lectio vera est. Phœnix siue Phœnicia, maritima tota ferè regio est: sic dicta vel à Phœnice Agenoris filio, & Cadmi fratre, qui Phœnicibus imperauit, vel à Phœnice fructu palmæ his locis abundante. Hæc regio Galiliæ est contigua, quoadusque Libano appropinquat; iamque ad Syriam spectat, vt bona pars, incolarum Syrophœnices dicuntur. Habet multas ciuitates, Ptolemaidem, Tyrum, & Sidonem, Sarepatham, & Decapolis partem. Cyprus autem, insula est satis celebris, quæ aliquando nouem regnorum sedes fuit: inter Ciliciæ, Syriæque littora iacet. Ceraistis aliquando dicta, quod multis promontorijs seu cornibus infestis assurgat vndique. Antiochia duplex est, altera Cœlesyria, quam Orontes insignis fluius mediam fecit, Pauli & Barnabæ, qui in ea ordinati sunt, memoria insignis: olim dicta Emath, & à Seleuco Nicanore primo Syriæ Rege condita, & Antiochi filio, vel potius restaurata Olympiad. 28. vt Eusebius testatur, & vocata Antiochia, in qua discipuli primùm cognominati sunt Christiani. Altera est Antiochia Pisidiæ condita ab Antiocho, cui Satur nomen erat: Pauli, & Barnabæ prædicatione, & mora celebris. Hic Paulus Synagogam ingressus, præclarum habuit sermonem, cuius capite decimotertio huius libri meminit Lucas: damnataque Iudæorum obstinatio est: primumque omnium excusso puluere in ea vrbe ad prædicandam Gentibus fidem sese accinxit.

*Erant autem quidam ex eis viri Cyprij, & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes Dominum Iesum.* Istos Cyprios & Cyrenæos verisimile est fuisse Iudæos genere, natiuitate tamen Cyrenenses, vel Cyprios. Et hi ad Græcos, siue potius ad Græcanicos loquebantur: Græcè enim non Iudæos, sed Iudæos vocabantur, id est, ordine, & religione Iudæi, sed in Græcia nati, & Græca lingua videntes. Et quia isti erant ex discipulis creditibus dis-

persis à tempore persecutionis ortæ propter Stephanum, quo tempore nullus adhuc ex Gentibus ad Fidem fuerat vocatus, constat, illos fuisse reuera Iudæos, licet natiuitate, & lingua Græci essent. Constat etiam, Græcanicos illos, ad quos loquebantur, similiter Iudæos fuisse religione, sed inter Græcos natos; vnde lingua prædicantium illorum, hoc est, Græcam, rectè callebant: nam de istis ad prædicandum dispersis dictum est paulo antè, quod nemini loquebantur verbum, nisi solis Iudæis. Erat autem efficax horum prædicatione, quia signis coniuncta erat admirandis, quibus cõfirmatam doctrinam multi amplectebantur. De quibus ait: *Et erat manus Domini cum eis: multusque numerus credentium conuersus est ad Dominum.* Manus Domini in Scripturis, quandoque vindictam significat, siue Domini vltionem, quandoque verò auxilium, siue præsidium ad opera quæ sunt supra naturam. Prioris significationis sunt testimonia plura: nam Iudic. 2. dicitur: *Quocumque pergeat voluissent, manus Domini super eos erat: &c.* Regum 5. *Fiebat manus Domini per singulas ciuitates, interfectionis magna nimis, & Job: Manum tuam longè fac à me: & alibi: Miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* In secunda significatione ait Ezechiel: *Facta est super eum ibi, manus Domini, scilicet ad prophetandum: &c.* Non est abbreviata manus Domini vt saluare requerat: & de Ioanne Baptista: *Etenim manus Domini erat cum illo.* Atque in hoc sensu videtur hic locus accipiendus: ita vt sit sensus: Deus per eos, virtutem suam exerebat, miracula in doctrinæ illorum confirmationem edendo. De hac manu Lucas paulo antè dixerat: *Et nunc Domine respice in minas eorum, & da seruis tuis, cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod nomen tuum extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen sancti Filij tui Iesu.* Potest etiam intelligi hoc de manu Dei vindicante hostes, & aduersarios Euangelij, quales sunt demones quos pellebat de corporibus, & pseudo-propheta, qualis erat Elymas magus,

Manus Domini in Scripturis duo significat.

Job 13. Infra 19. Alter significatus. Ezech. 1. Esai. 59.

Luc. 1. Manus Dei quid hoc loco.

Act. 4.

Alter sensus.

Infra 13.



quem excæcavit Paulus, atque alij, qui se Euangelio opponere audebant. Nam in his vindicta quædam Diuina erat, ad utilitatem tamen credentium instituta.

Peruenit autem sermo ad aures Ecclesie que erat Ierosolymis, super istis? & miserunt Barnabam vsque ad Antiochia. Tantus exitus numerus credentium, ut rei tam insignis rumor ad Ierosolymam vsque perueniret, vbi ut plurimum versabatur Apostoli; ad quos, tanquam ad supremos Ecclesie Christi ministros, ea, quæ vbiq; accidebant, referebantur. Iudicantur autem dignos esse Antiochenos, ad quos legationem aliquam instituerent, confirmandorum gratia eorum: quippe ea res non mediocriter corroborare poterat recens conuersos, cum cernerent etiam Apostolorum peculiarem prouidentiam ad eos protegendos extendi. Barnabas autem cum venisset, ac vidisset gratiam Dei, quæ peculiariter in profectu fidelium splendebat (nam ipse est, qui operatur in nobis & velle, & perficere, pro bona voluntate) singulariter gauisus est, & quod reliquum erat, hortabatur omnes, ut constanti corde pergerent adhærere Domino. Nec enim satis est viam Domini agnouisse, si post semel positam manum suam ad aratrum, retro postea respexerimus: nec satis est cum hoste certare, nisi legitime certes, de certationem ad victoriam perducendo. Porro verum est illud: *Est multis certare datum, sed vincere paucis.*

Attexuntur præconia Barnabæ, videlicet quod esset bonus vir, id est, beneficus, & in charitatem propensus, quod magnam est Apostolorum encomium. Deinde quod erat plenus Spiritu sancto, & fide: vnde potens erat sermone, per cuius os loqueretur Spiritus sanctus, & fide emineret ad signa edenda. Quare factum est, ut eius præsentia, verbisque appositâ sit multa turba hominum: vbi enim adsunt tales ministri & Doctores, facitæ tanquam ignis stipulas alios incendunt.

Profectus est autem Tarsum, ut quere-

ret Saulum: Quem cum inuenisset, perduxit Antiochiam. Fortassis & hoc Barnabas in mandatis habebat ab Apostolis, ut è Tarso, quæ ciuitas est non longè disita ab Antiochia, eum ad se reuocaret, ut vnâ ambo operam impenderent Antiochenæ Ecclesie. Erat autem Paulus ad hoc idoneus præcæteris, quia potens erat disputator, & quia à Christo delictus erat, ut nomen suum illustraret apud Gentes, & Reges terræ; denique quia Barnabas solus omnia exhibere non poterat. Et Moses conqueritur se non posse solum onus populi ferre, & Christus queritur, quod in mensis sit multa, operari autem perpauca. Videtur quod multo tempore Saulus Tarsi fuerit otiosus, otiosus inquam, si eum ad se ipsum conferas reliquo tempore: nunquam enim fuit otiosus, sed implebatur tunc ab Spiritu sancto, ut haberet postea vnde alijs præferret sermonem: ac de illo dici poterat: *Nunquam minus otiosus, quam cum otiosus esset.* Ille vero quamprimum vocatus est à Barnaba singulari suo amico, & magno Ecclesie Dei ministro, vocationem suam, maxime Apostolorum nomine factam, non est aspernatus.

Et annuum totum conuersati sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochie discipuli, Christiani. Dicitur Lucas, qui primum cognominati sint Christiani, præmittit doctores ac prædicatores, qui necessarii sunt ad hoc ut Christiani efficiamur. Non enim nascimur Christiani, quia non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nascuntur filij Dei. In hac autem regeneratione semen est verbum Dei, de quo: *Voluntarie genuit nos verbo veritatis: & rursus; In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* Prædicatores & parætes magni atq; insignes extiterunt Barnabas & Saulus: nec breui aliquo tempore, sed per annum integrum conuersationis ac vitæ exemplo, & doctrina turbam multam docuerunt: adeo, ut ibi primum discipuli, cognominati sint Christiani, iam Christi nomine, quod olim odiosum erat, dulci, & scambili reddi-

Cur Barnabas Tarsum profectus sit ut Paulus Antiochiam deduceret.

Act. 9.

Num. 11. Luc. 10.

Tarso ut otaretur Paulus.

M. Tull. lib. 3. De offic. initio.

Vbi primum cognominati fuerint discipuli, Christiani.

Ioan. 1. Christiani quomodo non nascantur, sed fiant.

Iac. 1.

1. Cor. 4. Barnabæ, & Pauli quam fructuosus in vrbe Antiochie prædicationis labor extiterit.

Oecumene in Acta.

Act. 9. Antiochenæ vrbis eximia privilegia.

B. Chrysof. hom. 17. ad pop. Antioch. Quæ rãdem est ciuitatis nostra dignitas? Contigit primum Antiochia discipulos appellare Christianos. Hoc autem ciuitatum qua sunt in mundo cunctarum habet nulla: nec ipsa Romuli ciuitas: propterea contra omnem terrarum orbem oculos erigere potest: quoniam erga Christum amoris ignem habet propter fiduciam, propter virtutem illam. Et infra: Hac ciuitatis dignitas, hoc ipsam facit Metropolim, non in terra, sed in cælo. Sic ille. Merito autem, cum in hoc libro Ecclesie nascentis exordia, & infantia celebrentur, Ecclesie ipsi, siue discipulis Christi nomen imponitur, quod à cæteris distinguantur, & Christi nomē inclatescat. Atq; in hoc nomine impleta est propheta Esaiæ: *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit:* quod de nomine Christiani interpretatur Ignatius epistola ad Magnesianos, & Cyrillus Ierosolymitanus. At verò Athanasius in disputatione illa in Arrium admonet, discipulorum nomen commune fuisse Christi, Ioannis, Positæ ac Theodæ sectatoribus; ad quorum differentiam, ut illi qui Christi erant, distinguerentur, vocati sunt Christiani. Tradit Epiphanius in hæresin Nazæorum, illos prius vocatos fuisse de nomine Iesu Iesseos: & sub tali nomine celebratos fuisse Christi discipulos in Ægypto, probat ex Philone: qui in libro de vita contemplatiua notos celebrans, & commendans, Iesseos, vel, ut alij, Esseos appellauit. Sed illud nomen breui tempore durauit, atque illi Christianorum successit nomen. Ter autem in Scriptura Canonica habetur hoc verbum: videlicet hoc loco, & Act. 26. vbi Agrippa dixit Paulo: *In modico suades me Christianum fieri.* Et rursus 1. Pet. 4. *Nemo vestrum patiatur ut homicida, aut fur, aut*

Esai. 62. Quod sit illud nomē nouū iuxta Prophetã, quod os Domini nominauit. Ignat. epist. 6. circa fin. Cyril. Ierosolym. cateches. 10. Athanas. tomo 4. ante med. A quibus distingueretur, Christi discipuli vocati sint Christiani. Epiphanius in hæres. 29. initio. Iessai Christiani dicti. Philo tomo 2. longè à med.

to, ut olim nomen Iudæ, & Israël. Ob quam potissimum causam docet Oecumenius dignam habitam Antiochiã Sede Pontificia, quoniam non in Iudæa, vbi hæc prædicatio, via dicebatur tantum, sed ibi primum statuerunt discipulos cognominari Christianos: quod studio prædicationis Pauli per annum prorogato tribuendum est. Hinc B. Chrysofomus rectè inquit: *Quæ rãdem est ciuitatis nostra dignitas? Contigit primum Antiochia discipulos appellare Christianos. Hoc autem ciuitatum qua sunt in mundo cunctarum habet nulla: nec ipsa Romuli ciuitas: propterea contra omnem terrarum orbem oculos erigere potest: quoniam erga Christum amoris ignem habet propter fiduciam, propter virtutem illam.* Et infra: *Hac ciuitatis dignitas, hoc ipsam facit Metropolim, non in terra, sed in cælo.* Sic ille. Merito autem, cum in hoc libro Ecclesie nascentis exordia, & infantia celebrentur, Ecclesie ipsi, siue discipulis Christi nomen imponitur, quod à cæteris distinguantur, & Christi nomē inclatescat. Atq; in hoc nomine impleta est propheta Esaiæ: *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit:* quod de nomine Christiani interpretatur Ignatius epistola ad Magnesianos, & Cyrillus Ierosolymitanus. At verò Athanasius in disputatione illa in Arrium admonet, discipulorum nomen commune fuisse Christi, Ioannis, Positæ ac Theodæ sectatoribus; ad quorum differentiam, ut illi qui Christi erant, distinguerentur, vocati sunt Christiani. Tradit Epiphanius in hæresin Nazæorum, illos prius vocatos fuisse de nomine Iesu Iesseos: & sub tali nomine celebratos fuisse Christi discipulos in Ægypto, probat ex Philone: qui in libro de vita contemplatiua notos celebrans, & commendans, Iesseos, vel, ut alij, Esseos appellauit. Sed illud nomen breui tempore durauit, atque illi Christianorum successit nomen. Ter autem in Scriptura Canonica habetur hoc verbum: videlicet hoc loco, & Act. 26. vbi Agrippa dixit Paulo: *In modico suades me Christianum fieri.* Et rursus 1. Pet. 4. *Nemo vestrum patiatur ut homicida, aut fur, aut*

maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat: gloriificet autem Deum in isto nomine. Est autem Christianus, qui Christi vnctionis est particeps: vnde Christianus ter vngitur extrinsecus. Primum per baptismum, vbi in vertice inungitur. Deinde in progressu, per Confirmationis Sacramentum in fronte. Postremo in exitu, per Extremam vnctionem, ad pugnandum contra postremos mortis agones: interius verò Spiritus sancti gratia frequentissimè perungi debet, ut Christi moribus ac vitæ conformari queat: qui enim dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulare, & ipse ambulare. Dicebat ille: *Ego non quero gloriam meam: Ego quæ placita sunt ei, facio semper: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde:* item, *Mandatum nouum do vobis Vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos, ut & vos diligatis inuicem: &, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Debet igitur verus Christi cultor & gloriã Dei querere, & humilitatem sectari, & mandata Dei, quantum per Dei gratiam concessum est, perficere, ac dilectionem proximis impendere, à qua inimicos minimè excludat: denique crucem suã patiendi animo gestare. Quod si secus agat, etiam si maxime: nomine Christiani gloriatur, de eo tamen dici potest illud: *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.* Verum illud minime est tolerabile, ut cum turpe sit. Platonicis, aut Stoicis, aut Peripateticis eorum, quos sectantur, dogmata ignorare, inter Christianos tamen permultos liceat reperire, qui ne dogmata quidem Christi teneant: tanta est rerum salutarium ignorantia. Alij verò, quod magis est deplorandum, fide notam eius doctrinã, moribus ac vita infami conculant; ut propterea nomen Christi pollutum apud Gentes existat, & ipsi plagis habeant multis vapulare, qui notam Domini voluntatem haud impleuerunt. Illud etiam magis deplorandum, Lutherum nomen Christianorum extinctum esse volentem, noua nomenclatura, id est, hæretica, suos vocasse Evangelicos.

Christianus quis: trina e. vnctio exponitur.

Quid ei faciendum, qui dicit se in Christo ambulare.

1. Ioan. 2. Ioan. 8. Matth. 11. Ioan. 13. Matth. 16.

Matth. 5.

Apocal. 3.

Nomine qui tantum Christiani sint.

Rom. 2. Luc. 12.

Lutherus suæ factionis homines, quales appellare ausus est impudens.

In his autem diebus superuenerunt ab Ierosolymis Propheta Antiochiam: Et surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum. famē magnam futurā in vniuerso orbe terrarum, quae facta est sub Claudio. Hoc in praeconium Antiochia dicitur, quod multi indies perfecti ad eos confluere: cum em prius doctores ad eā venisse scripsisset, nūc Prophetas, qui futura praedicebāt, ad eam accessisse recenset. Si quis ergo obijciat verbum Domini: *Lex, & Propheta, vsque ad Ioannem*: de prophetantibus venturum Christum accipiendū est: nam de alijs, qui aliquid futurum praedicunt, capi minimē potest. Pseudoprophetae autem cauedi, qui vana, & inutilia docent: vnde cōtentiones, & inanes curiosorum hominum spes oriuntur. Praedictio autem Agabi de futura fame per vniuersum orbem; & vera fuit, quia non casu, aut vehemēti cogitatione, aut ex siderum configuratione, sed ex Spiritu prauidit famem; quae inter quatuor Dei plagas, siue flagella numeratur ab Ezechiele propheta, & propter peccatum infligitur. Fuit etiam vilis: non solum vt puniretur Iudaeorum peccatum, quod Apostolos Domini persequebantur; sed etiam vt pauperes Christi fideles, qui Deo vacabant, tempestiue iuari, & praemuniri cōtra eam possent. Hae famae accidit sub Claudio V. Romanorum Imperatore, quarto eius anno, & fortassis deses ac negligens in causa fuit, nō suo tēpore necessitati prospiciens futurā. Et cum hae veniunt aduersa, Dominus verē suis prouidet, aut eos probat, vt alij emēdentur, vel puniantur. Cum autem Princeps malus nascitur, ei flagella minimē sunt tribuenda: quemadmodū nec illa magna Dei iudicia, quae post Christi Euāgelium in orbe euenisse narrantur, Euāgelio Christi sunt adscribēda, nisi prius constet, legem Euāgelicam iniquam esse, & idololatriā bonā. Quod

cum sit omnino falsum: constat peccatis hominum, & non sanctae Christi legi flagella quae eueniunt, esse assignanda. De hac fame sub Claudio meminuit Iosephus in lib. Antiquitatum, dicens: *Helena Adiabenorū Regina desiderio capta est visendi Ierosolyma, templūq; illud apud omnes mortales famosissimum, vt ibi Deum adoraret, variuasq; victimas redderet. Et paullo post: Accidit autem peropportune eius aduentus ciuibus: cū enim per id tempus ciuitas graui fame premeretur, & multi perirent alimētorum inopia; Regina Helena ex suis alios misit Alexandriam comparaturos vim magnam tritici, alios in Cyprum, qui copiam ficuum passarum inde adueherent: quibus omnibus breuē reuersis, cibos egenis distribuit, atque hoc beneficio memoriam immortalē sibi apud nostram gentem peperit.* Hae ille. Sed quia Dei est futura praedicere, famē praedixerat per Prophetam. Et ne crederetur, magis propter Christianismum accidisse, quam propter illius oppugnationem; praedixit in Iudaea magis seuiturā, quam in alijs prouintijs, & per Prophetam Christi cultorem. Quamobrem factū est, vt discipuli, siue fratres qui erant Antiochia, fratrum qui erant in Iudaea miseri, collectas miserint ad eos per manus Barnabae & Sauli. Non enim omnibus committenda est cura pauperum: hinc Apostoli viros eligunt mensis viduarum deputandos, plenos Spiritu sancto: & Paulus ad Corinthios scribit se ad hoc negotium non adhibuisse, nisi qui essent spectatae fidei. Quare nobis diligenter perspicendum est, vt & pauperum curā habeamus: elemosynas non nisi per illos administremus, qui fideliter eas erogare atque dispensare nouerint; vt gratiam nobis conciliemus eius qui Sapiencia est, Iesu Christi Domini nostri, cui cum Patre, & Spiritu sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Ioseph. lib. 20. Antiq. cap. 2. circa med. Helena Adiabenorū Regina in Iudaeos beneficentia qualis.

Proprium cuius futura praedicere.

Quibus cura pauperū committenda.

Act. 6. 2. Cor. 8. & seq.

Quam celebris Christi nomine Antiochia.

Luc. 16. Illud: Lex, & Prophetae vique ad Ioannem, quomodo accipiendum sit. Pseudoprophetae cauedi.

Fames inter quatuor flagella quorū locum obtineat apud Ezechielem.

Ezech. 14. Quorū hae Agabi de fame per vniuersum orbē futura praedictio.



TRACTATVS XXXIII.

De priuilegijs ac prerogatiuis, quibus olim Iudaei Gentibus antecellebant, si forte conuerterentur ad eorum religionē: quae omnes in Christo terminatae sunt, & Gētiles Iudaeis per omnia meritō adaequati.

Huiusce digressionis occasio quānā illa fuerit.

Eius ordo, ac dispositio secūda proponitur.

Quemadmodū olim cum Iudaeis egerit diuina sapientia.

Quānā olim priuilegia Iudaeis concessa; Gentibus ad Iudaismū conuersis fuerint denegata. I. priuilegiū.

**O**C CASIONE eorum, quae praecedenti tractatu explicauimus, Iudaeos putantes ad se solos Messia spectare, grauitate, ac molestē tulisse Gētilium vocationem, & Baptismum; atque ob eam causam cum Petro expostulasse: Quare introisti ad viros praeputium habentes, & manducasti cum illis? operae pretium esse existimaui, si ex Sacrae Scripturae fontibus aperuero excellentias, ac prerogatiuas, quibus Iudaei secundum carnem Gentibus ad Iudaismum conuersis olim praestabant: easque omnes iure in Euangelio cessasse. Vt igitur hoc ostendamus, non est ignorandum, Deum pro sua sapientia cum Iudaeis non aliter egisse, quam soliti sint parentes cum filijs suis, dū pueri sunt, agere: nam ruditati illorum, ac tarditati se accomodantes, blanditias, ac peculiare quosdam fauores illis exhibent, quos natu grauioribus, ac maioribus filijs nō impendunt. Ita Deus prudenter multa concessit Iudaeis ipsis ab Abraham sanguine descendentibus, quae alijs in religionem Iudaeorum intrantibus noluit esse communia. Nam tales in primis non habebant portionem in terra promissionis, quia terra Chanaan tantum promissa, ac data fuit Iudaeis: proinde opus erat illos ex honestis artibus viuere, aut ex mercatura. Hinc in constructione templi per Salomonem omnes ferē lignorū

fabri, ac lapidum cesores erant Gētiles; Iudaei verō erant praefecti operum, vt habes 2. Paralipom. 2. vel viri bellatores, vt. 3. Regum. 9. explicatur. Deinde ex his magistratus creati non poterant, saltem vsque ad aliquam certam generationem: quare Deuter. 23. Eunuchos, & manzeres, hoc est, de scorto natos, in Ecclesiam Domini vsque ad certam generationem prohibet intrare. Et subdit: *Ammonites, & Moabites etiam post decimā generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in aeternum.* De Idumaeo verō, & Aegypto ait: *Non abominaueris Idumaeum, quia frater tuus est: nec Aegyptiū, quia aduena fuisti in terram eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in Ecclesiam Domini.* Est autem intrare in Ecclesiam, vel posse nubere Israelitidi, vel magistratum gerere in republica. Tertio, poterant tales dare ad vsuram Iudaeis, & ab eis recipere: quia lex tantum prohibebat: *Nō sanerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, &c.* Et frater proprie erat, qui eiusdem sanguinis erat: non autē profelytus, & qui insitus erat in religionē Iudaicā. Quarto, poterat tales perpetuo effici serui Iudaeorū, at Iudaei nō poterat, vt decernit Dominus Leui. 15. vbi ait: *Seruus & ancilla sint vobis de nationibus quae in circuitu vestro sunt. Et de aduenis qui peregrinatur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos, & hereditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis*

II. priuilegiū.

Māzeres qui nam.

Intrare in Ecclesiam Domini, iuxta legem quid.

III. priuilegiū.

Deute. 23.

III. priuilegiū.

in aeternum: fratres autem vestros, filios Israel ne opprimatis per potentiam. Hæc ibi. Deinceps decernit, vt si quis Iudæus se aduenæ, aut peregrino vendiderit, vt liceat ei se ipsum per se, aut per alios, redimere: quod si non potuerit redimi, saltem anno iubilæi liber egrediarur cum liberis suis. Quinto, talis à regno excludebatur: ita enim statuitur: *Non poteris alterius gentis hominem Regem facere; qui non sit frater tuus.* Postremo, quod maximum erat, ex eorum sanguine non debebat descēdere Mesiās, quoniam promissio Dei facta erat femini Abraham, quæ postea coarctata est ad tribum Iuda, & in illa ad familiam Davidis. His igitur, atque similibus alijs priuilegijs potiebantur Iudæi secundum carnem descendentes ab Abraham, præ alijs Gentibus etiā profelytis.

Quanquàm Deus præciperet, ne Iudæi peregrinos, aut profelytos contristarent, aut eos affligentes percuterent, quemadmodum Saul persecutus est Gabaonitas. 2. Regum. 21. Præceperat quoque Deus, vt agros septimo quoque anno non colerent, & fructus sponte venientes permitterent incolis, & peregrinis: hortabatur quoque, vt in eos erogarent elemosynas, & inuitarent ad sacrificiū pacificorum. Et Dominus eos laudabat in Euangelio: *Non est, inquit, inuentus qui rediret, & daret gloriā Deo, nisi hic alienigena; Et rursus: Samaritanus autem quidam iter faciens, & cætera: & de Centurione: Non inuenit tantam fidem in Israel, & de Chananea, O mulier, magna est fides tua.* Quod autem hoc esset æquum iudiciū, non est difficile ostēdere, nam terra promissionis, teste Hieronymo ad Dardanum, centū sexaginta millib<sup>9</sup> passuum constabat: longitudo à Dan vsque Bersabee; latitudo verò constabat, quadraginta quinque ab Ioppe vsque Bethleem. Primò siquidē terra promissa parua erat, & si plures cōuersi haberent partem in illa, non eis sufficeret: reseruatis autem hæreditatibus, aduenæ, qui tot non erant, ex artibus, negotiationibusque, vt

diximus, viuere poterant: erantque Regum amici, vt Doëg Idumæus, vocaturque potentissimus pastorum Saul. Deinde cum ratione erat coniunctum, vt ob patrum suorum sanctitatē puerilibus illis priuilegijs donarentur, & alijs veris, ac solidis in nouo cumulati fuissent propter Mesiam, & patres primitiuos. Nam copiosiori lumine & gratia perfusi fuissent, si per eos non stetit. Tertio, cum essent rudes, carnalesque, ac proinde inuidi tanquāni pueri, aut scijssent in aduenas, si essent pares; aut in Reges, & maiores insurgerent, si ex illis creati essent, & perturbaretur respublica. Nam qui dicebant, *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiumus vnquam*, quid postea dixissent? Hinc odia illa inueterata inter Herodem alienigenam, & populum Iudæorum, qui illum per triginta duos annos in Regem acceptare noluerūt: quia Regem ex suis tantum fratribus habere iubebantur. Rursus hinc nata illa quæstio seditiosa, *Si licet census dare Casari, an non?* quam cum fouisset Iudas quidam Gaulonites, male periit. Quarto, non erat Dei mens, omnes aduenas, & peregrinos ad Iudaismum conuertere, quasi sine illo salui fieri non possent: neque enim Mosaiica lex Gentiles arctabat, aut illis tanquāni necessaria ad salutē prædicabatur: ideo non erant ita allicienti ad Iudaismum, in quorum arbitrio id relinquebatur. Ita enim Exod. 12. in fine statuitur: *Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere phasē Domini; circumciderur prius omne masculinū eius, & cætera.* Et cum fertur lex circumcissionis, eos tantum stringit, qui erant ex genere Abraham: *Circumciderur, inquit, ex vobis omne masculinum, & circumcideris carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circumciderur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris.* Expende verbum, *Ex vobis, &, In generationibus vestris:* quia tantum illi genti loquitur. Secūds autem est de lege Euangelica, quæ omnes arctat nationes: *Nisi quis, inquit, renatus*

Quintū priuilegium.  
Dent. 17. Sextum priuilegium.  
Gen. 12. & 22. & Ro. 4.  
Iudæi quales cū Ethnicis se præstare debeant, lege diuina.  
Exod. 22. & Leuit. 19.  
Infra. 25.  
Luc. 17.  
Supra. 10.  
Matth. 8.  
Infra. 15.  
Hier. to. 3. sub initiū.  
Quam equū, ac rationi cōsonū fuerit, Iudæos quā Gentiles cōuersos pluribus à Deo donis ornari, at que cumulari.  
Prima ratio.

1. Reg. 21. Ibidem. Secunda ratio.  
Tertia ratio.  
Ioan. 8.  
Deut. 17.  
Matth. 22. Act. 5.  
Quarta ratio  
Cur Deus olim Gētes ad Iudaismū minime arctaret.  
Ad quos tantum spectaret lex circumcissionis.  
Gen. 17. & Leuit. 12. Luc. 2.  
Lex Euangelica genus hominū omne complectitur, ad sui que obseruātam stringit.  
Ioan. 3.

Marc. vlt. fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, ac rursus: *Euntes in mundum vniuersum, predicate Euangelium omni creatura. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* Quare olim Gentes Iudaismum amplexæ non opus fuit, vt omnibus prærogatiuis potirentur, quibus Iudæi ex sanguine Abrahamæ nati gaudebant. Ab initio autem legis Euangelicæ cum nonnulli ex Iudæis fidem Christi essent amplexi, id est, fidem suam antiquam ad Iesum tanquāni verum promissum Mesiam extendissent, existimabant non solum præ alijs se vera priuilegia habituros, vt vera olim habuerunt, sed etiam quod vt Gentiles olim partem non habebant in testamentis, hoc est, temporalibus promissionibus, ita non essent habituri in nouis promissionibus gratiæ, & gloriæ, nisi saltem circumcisi prius fuissent. Quanquàm paulo post à Petro Apostolorum principe instituti, ac deinde capaces redditi, glorificauerint Deum, vt Actorum. 1. dicitur: *Nam adhuc loquente Petro, cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circumcissione fideles qui venerant cum Petro, quia & in Nationes gratia Spiritus sancti effusa est, ac dicebant: Ergo & Gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam.* At in posteriori, hoc est, circumcissione carnali omittenda, quidam duriores, ac proteruios extiterunt: qui cum legem minimè obseruassent, quando illa vim, ac ligandi vigorem habebat, postquam tamen cessauerat, & robore obligandi destituta erat, eam mordicus retinere contendebant. Quare contra supercilium credentium ex Iudæis, gloriantium, quod à duobus millibus annorum, hoc est, ab Abraham, conuersi essent, Paulus Apostolus ostendit, Gentes eas nunc melioris conditionis esse in Christo quā olim: quia olim si conuersæ fuissent ad Iudaismū, pares illis nequaquam esse possent, & nunc in Christo factos esse per omnia æquales, hæredes Euangelij,

Fidelium Christi Iudæorum de Gentibus ad Christum cōuersis opinio per Petrū correctā.  
Act. 10.  
Infra. 11.  
Iudæorum quorum runda in inutili, & vana post Christi fidem circumcissione retinenda duritia, & proteruita.  
Gentes meliore statu & conditione nunc esse sub Christo, quā olim sub lege fuissent.  
Ephes. 2.

& participes testamentorum gratiæ & gloriæ, iuxta Christi electionem, ac donationem, vsuque donorum eius.

Nec sanè decebat conuersos ex Gentibus dispari, aut inferiori gradu à Iudæis recipi à Deo. Primò, quia Testamentum hoc Nouum de bonis est spiritualibus, & incorruptilibus, quæ pro omnibus nationibus sufficient, hoc est, de gratia, & gloria, siue de Spiritu sancto, siue de Christo, qui toti mundo sufficientissimus extitit. Vnde de illo prædictum est: *Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terra.* Deinde, quia gloriæ Patrum intererat, vt parentes essent non tantum præputio carentium, sed etiam credentium per præputium, vt Abraham promissum fuit: *Quia patrem, inquit, multarum gentium constitui te.* Opus etiam erat, Prophetas veridicos inueniri, iuxta illud, quod vnus ex eis dicebat: *Da pacem, Domine, sustentibus te, vt Propheta tui fideles inueniantur.* Quia in re etiam de Dei fidelitate, ac promissorum eius veritate agebatur: nā in eius nomine, & spiritu loquebantur Prophetæ. Est autem Deus, vt Prophetæ loquuntur, fidelis in omnibus verbis suis; & sanctus in omnibus operibus suis: at in Prophetis frequentissimum est, & omnibus obuium de vocatione Gentium loqui: nec sine admiratione, & singulari lætitiæ significatione. Vox est enim Esaiæ illa: *Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in splendore oris tui.* Et intra: *Et mirabitur, inquit, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi, inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Eph. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes.* Et iterum: *Lauda sterilis, que non parit: decanta laudem, & hinni, que non paribas: quoniam multi filij deserta magis quā eius, que habebat virum.* Tertio, iam tempus erat adultioris ætatis, & cognitionis, vt vnuerfi

Prima ratio, cur Gētes Iudæis in Christo per omnia æquari debuerint.  
Esa. 49. & Act. 13.  
Secunda ratio.  
Gen. 17. & Rom. 4.  
Eccle. 36.  
Dei fidelitas promissorum quanta.  
2. Pet. 1.  
Psal. 144.  
Propheta futuram Gētiū conuersionē quā aperte prædixerint.  
Esa. 60.  
Supra. 54. Gal. 4.  
Tertia ratio cum Iudæis Gētiū equādarū in Christo.

Rom. 3. agnoscant quod Deus est omnium, & quod Christus est mediator Dei & hominum, quodque eius sanguine animæ & corpora redempta sunt. Ideo propter pauculas oves Iudæorum infirmas non erant à salute pretiosæ animæ innumerabilium Gentiliû deferendæ, atque arcendæ. Quarto, cû lex Christi iam ad salutem necessario requiratur, ac dixerit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: & Petrus dixerit, *Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oportet nos saluos fieri*. Et Paulus: *Sine fide impossibile est placere Deo*: ideo alluciendæ erant Gentes ad amplectendum Euangelium, & ideo tractæ sunt ad adorandum Christum puerum, in signum futurorum. Dedit præterea tantum zelum, & animi fortitudinem Apostolo Paulo, vt etiam in negotio salutis Gentilium Petro in faciem restiterit, illumque reprehendere ausus fuerit. Ad hæc ausus est dicere; *Quandiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo*: Et ad Timotheum: *In quo positus sum ego prædicator & Apostolus, (veritatem dico, non mentior) doctor Gentium in fide, & veritate*: id est, non in syllogismis, aut Rethoricis persuasionibus, aut inanibus philosophiæ cognitione, sed fide, quæ veritate tantum nititur. Petro quoque Apostolorum principi, primum mysterium vocationis Gentium in visione lintei de cælo demissi detexit: primusque Gentibus ausus est prædicare, & Baptismum conferre: vrbemque Romanam Gentium caput tanquam sedem propriam sibi assignauit, successoremque ex Gentibus sibi in Pontificatu delegit, nimirum Clementem: deditque ex eis tam pretiosas columnas Apostolos, Doctores, Pontifices, Martyres, Virgines, vt vnum corpus ex vtrisque coalesceret, cuius caput fit Christus, & Christi vicarius. Quare Apostolus frequenter hanc doctrinam nos docuit, maxime vero in epistola ad Romanos: cuius scopus est populos inter se dissidentes,

ac de primatu contententes in vnum coniungere, atque copulare. Vnde ait: *An Iudæorum Deus tantum? nonne & Gentium? Imò & Gentium*. Et rursus: *Gloria & honor, & pax operanti bonum, Iudæo primum & Græco*. Non est enim acceptio personarum apud Deum; & iterum: *Non est distinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum*. Et ad Corinthios: *Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem*. Et si cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus. Hoc est: Et si quandoque, quando persequeremur Christum, illum non secundum spiritum agnosceremus mundi vniuersi à peccato, & captiuitate dæmonis redemptorem, iustificatorem, & glorificatorem, spiritualiumque bonorum, atque æternorum largitorem, sed secundum carnem, siue affectu carnali, tanquam regnaturum temporaliter, & redempturum Israël à iugo Romanorum, & Iudæos dispersos per vniuersum orbem in sedes suas reuocaturum, & in suos tantum Iudæos beneficia, opes, gloriam, & imperium collaturum: iam non amplius, inquit, cognoscimus. Ad Galatas quoque testatur: *Omnes filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu*. Quicumque enim in Christo baptizati estis; Christum induistis. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque femina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem heredes. In quæ verba beatus Hieronymus lib. 2. in epistola ad Gal. scribit: *Nec Iudæus idcirco melior est, quia circumcisus est: neque Gentilis ideo deterior, quia præputium habet: sed pro qualitate fidei, vel Iudæus, vel Græcus, melior, siue deterior est*. Sic ille. Rursus idem Paulus in eadem epistola: *In Iesu Christo neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed noua creatura*. Et tamen paulo antè dixerat: *Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed fides, quæ per charitatem operatur*. Et epist. i. ad Corinthios:

Rom. 3. Supra. 2. Infra. 10. 2. Cor. 5. Quid illud Apostoli: Et si cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus. Gentium cû Iudæis æqualitatem Apostolus quam sepè & agnoscat, & prædicet. Gal. 2. Rom. 6. Gal. 6. Supra. 5.

Quarta ratio Matth. vlt. Act. 4. Hebr. 11. Matth. 2. Pauli Apostoli pro salute Gentium zelus, & emulatio sancta. Gal. 2. Rom. 11. 1. Tim. 2. 2. Cor. 2. Doctor Gentium in fide & veritate quo modo Paulus. Act. 10. Quam Ecclésiæ columnam. Ephes. 2. Ioan. 10. Quod tendat Pauli epistola ad Romanos.

1. Cor. 7. Ephes. 2. Colof. 2. Quid per medium parietem maceræ Apostolus sibi velit. 3. Reg. 8. Ioan. 12. Apoc. 8. Iudæi Gentes quanto pre æuerarentur. Leuit. 21. Act. 21. Thren. 1. Deut. 23. Ephes. 2. Ephesij olim hospites quæ renus essent, & aduenæ.

*Circumcisio nihil est, & præputium nihil est; sed obseruatio mandatorum Dei*. Præterea idem Apostolus ad Ephesios: *Nunc autem, inquit, in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi*. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceræ soluens, inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipsum. Vides quanta verborum energia, & quanta spiritus efficacitate vnitatem, & equalitatem Iudæorum & Gentium ostendat. In eo vero quod dixit: *Medium parietem maceræ soluens*: alludere videtur ad atrium templi, in quo Gentiles adorabant, & Iudæi: sed Gentes in atrio distincto ab illo Iudæorum per medium quandam parietem. Nam cùm. 3. Reg. 8. Salomon deprecatus esset Dominum, vt Gentes ad templum orationis gratia confluentes exaudiret, & Ioan. 12. legamus plures Gentiles adorationis gratia eo venisse, & Eunuchus Cædæces Reginæ eius rei gratia templum accessisset: verisimile est, locum quandam illis assignatum fuisse ad orandum. Nam simul cum Iudæis orasse, piaculum grande se facere Iudæi existimassent, cùm omne etiam commercium cum Gentibus esset eis interdictum. Quare accusatus est Paulus, & induxisset Gentiles in templum, & violasset sanctum locum illum. Et Ieremias, *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit Gentes ingresses sanctuarium tuum, de quibus præceperas ne intrarent in Ecclesiam tuam*. Quod nequit intelligi, nisi asseramus, distinctum locum habuisse Gentiles à Iudæis in templo. Subdit autem Apostolus eodem loco: *Ergo iam non estis hospites, & aduenæ; sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superedificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum*. Quibus verbis Apostolus solatur Ephesios Gentiles, qui olim erant hospites, qui ad templum, si qui veniebant, more hospitem recipiebantur:

vel si qui ex Gentibus vocabantur ad Iudaismum, profelyti vocabantur, hoc est, aduenæ, & incolæ, & multis alijs erant inferiores: sed iam per Christum annuntiat omnem hospitalitatis, & inæqualitatis rationem sublatam esse. Sed estis, inquit, ciues sanctorum, & domestici Dei, id est, conciuies eiusdem iuris, & dignitatis in ciuitate Dei: non carnalis Israël, sed celestis Ierusalem, & facitis vnam rempublicam cum sanctis Apostolis, cum Abraham, Mose, & cum cæteris spiritu, & carne circumfusis, verisque non in litera tantum, sed etiam in spiritu Iudæis. Et fortassis etiã videtur alludere Paulus ad ciuitatem Romanam, quam qui assequerantur, magna dignitate præditi erant, & ciuis Romani, tanquam excelsum, & honorificum titulum possidebant præ cæteris nationibus, quæ illo erant destitutæ. Estis etiam domestici Dei, id est, Deo magis familiares, & plus permanentes in domo cultus nunquam abolendi, quam olim in Iudaismo: sicut domestici magis familiares existunt, & amplius nouerunt secreta patrisfamilias: & sicut magis vñiti sunt domestici, quam ciues. Et ciues dicuntur respectu militantis Ecclesiæ, sicut domestici respectu triumphantis, vbi arctius cum Deo copulantur, atq; coniunguntur. Quantum vero præemineret natio Iudæorum cæteris nationibus nondum Baptismo initiatis, non est ignotum, nec in Scripturis celatum. Nam ait Paulus: *Quid ergo amplius Iudæo est? aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum*. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei: quod singulare fuit beneficium, quo Dei veri vnitatem, potentiam, sapientiam, atque bonitatem agnouerunt: mundi ex nihilo productionem, eiusq; singularem de rebus omnibus prouidentiam acceperunt: per legem, & Prophetas morbi, hoc est, peccati, & medici illud curantur. Hinc illæ voces: *Non fecit taliter omni nationi; & iudicia sua non manife-*

Ephesios Paulus cur vocet ciues sanctorum, & domesticos Dei. Rom. 2. Alter sensus. Tertius sensus. Quam olim Iudæi cæteris Gentibus Deum ignorantibus antecellerent, teste Paulo. Rom. 3. Quid credita olim Iudæis fuissent eloquia Dei. Illustria hæc de re testimonia Scripturarum. Psal. 147.

*Psal. 75. stavit eis; & iterum, Notus in Iudæa Deus: in Israël magnum nomen eius; & Dauter. 4. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Exod. 19. & 1. Pet. 2. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta, & similia multa in Scripturis inuenies. Sed nos propterea ab his producendis abstinemus; quia non tam ad rem nostram facere videtur: quia non disputamus, an fideles, qui Christum profitentur, præsentem Paganis, ac cæteris sectis, quæ Christum ignorant, sed an inter ipsos Christi cultores Iudæi qui ex circumcissione sunt vocati, præsentem his, qui ex Gentibus conuersi: an è conuerso ducentes originem ex Gentibus, his qui Indaismo conuersi sunt, antecellant. Magnifica ergo, atque excelsa dona, quæ olim Iudæis tantum conueniebant, per Christi-*

*stum facta sunt cumunia Gentilibus. Demus igitur operam, ne nostra ignauia, aut oscitantia à tanta dignitate cadamus, ut Iudæi fecerunt; quibus dictum est: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius: scientes eiusmodi dona esse ampliora, atque illustriora, quominus illis digni eramus, & mera Dei gratia nobis sunt communicata; ut illis ad Dei gloriam opera nostra propagandam, nomenque eius sanctificandum utamur. Et ut ciuitate Romanam donati, cuiusque alteri ciuitati renuntiabant: ita mundo huic cum omni suo splendore, thesauris, & gloria ad nos allicienti nuntium mittamus, ut ad indissolubilem illam, & non manufactam ciuitatem, quæ in cælis uiuis ex lapidibus construitur, pertinere tandem mereamur, præstante eius artifice, & conditore Iesu Christo Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto: omnis gloria defertur per infinita secula, Amen.*

*Ad bona nobis per Christum comparata perpetuo conferenda, vtilis adhortatio. Matth. 21.*

*Quorum exemplo sit huic mundo nobis renuntiandum*

*2. Cor. 5. 1. Pet. 2. & Ephes. 2. Hebr. 11.*



TRACTATUS XXXV.

*In illa verba: Eodem autem tempore misit Herodes Rex manum, ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere & Petrum. (Erant autem dies Azymorum) Quæ cum apprehendisset, misit in carcerem, tradensque quatuor quaternionibus militum ad custodiendum eum, volens post Pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo, & reliqua in finem vsque cap. Act. 12.*

**E**VANGELISTA Lucas ad res Petri gestas, & Ierosolymitanæ Ecclesiæ historiam, quæ propter gesta in

Antiochena Ecclesia exponenda. c. 11. suspenderat, reuertitur. Petri vero acta per totum hoc caput protrahit: nam à principio. 13. in finem vsque voluminis

historiam Pauli persequitur. Porro duo hoc loco dubia euacuanda sunt: alterum est, quis sit iste Herodes Rex Ierosolymæ; alterum, quid sit illud quod dicitur, Eodem tempore: nam non satis constat, ad quod tempus sit referendum.

Ad primum igitur, Herodes hic, non est ille Ascalonita, qui primus regnavit in Iudæa, & infantes sustulit, qui multis ante annis erat extinctus: Neque rursus Herodes Antipæ, prioris Herodis filius tetrarcha, qui Ioannem Baptistam decollauit, & Dominum in passione alba veste indutum illulit, & qui proprie Rex non erat Ierosolymæ, sed tetrarcha tantum, etiam si Matth. 14. Rex dicatur, & Marci 6. quoniam fortassis ita à populo ac vulgo (qui solitus est honoris gradus attollere, & amplificare) vocabatur. Quare falsum est quod tradit Hippolytus martyr libro de duodecim Apostolis, & sepruagintaduo- bus discipulis, Iacobum fratrem Ioannis ab Herode tetrarcha gladio sublatum in Marmarica Achaia: nam hic cum Romam venisset Herodiadis incitatione & impulsu, iam priuatus dititione, cum vxore sua Herodiade, relegatus fuerat per Caium Imperatorem Lugdunum: vbi & obiit.

Hic igitur Herodes fuit Agrippa filius Aristobuli filij Herodis magni, & frater Herodiadis vxoris Herodis Antipæ, ac proinde Herodis illius ex parte quidem nepos, ac ex parte vxoris cognatus Herodis Antipæ: hic proprie, & verè regnavit in Iudæa, & Ierusalè, sublati procuratoribus mitti solitis, opera Caligulæ in principio principatus sui. Huius Agrippæ historiam si diligenter nosse velis, lege Iosephum libr. 18. Antiquitatum cap. 8. & libr. 2. de Bello Iudaico cap. 8. vbi causam aduentus eius in urbem inuenies, & quomodo peculiariter se in amicitiam Caij nepotis ex Germanico fratre Tiberij Imperatoris insinuauerit, neglecto Tiberio ex Druso Imperatoris Tiberij filio progenito. Hic Agrippa ob verba quædam parum grata Tiberio Cæsari, iussu eius in carcerem fuerat coniectus: sed inter-

ueniente morte Imperatoris, & Caio in imperium substituto, protinus à carcere liberatus est. Philippi defuncti tetrarchiam, & alteram Lyfaniæ ab eo dono accepit: & imposito in caput eius diademate, Rex ab Imperatore declaratus est; qui pro ferrea catena dedit ei auream pari pondere: & sequenti anno principatus Caij Cæsaris, facta sibi ab eo potestate venit in Iudæam ordinandi regni gratia: quo peracto, pollicitus est se in urbem reuerfurum. Hic Agrippa suo opte ingenio munificentissimus, immodicis largitionibus in Caium, & omnes eius seruos, eos sibi vehementer demeruerat, vnde sibi aditum ad regnum fecit, quemadmodum & auus eius Herodes Magnus, cuius ingenium & nomen ræquam hæres egregie expressit. Ipso igitur Agrippa ab urbe absente, Herodes tetrarcha Galilææ, sollicitante Herodiade vxore, & Agrippæ sore, in Italiam nauigauit, ut dignitatem Regiam Agrippæ, Aristobuli patris supplicio traditi filio, concessam, sibi impetraret. Sed Imperator literis Agrippæ præmonitus, Herodem ad se delatum, quod cum Artabano Partho consentiret contra imperium Caij, in exilium perpetuum apud Lugdunum urbem Galliarum relegauit: & ademptam illi tetrarchiam ad Agrippæ regnum adiecit. Hic ex Cypride vxore duos habuit filios, Agrippam & Drusum, quorum posterior ante pubertatis annos obiit, & tres filias, Bernicen, Mariamnam, Drusillam. Hoc loco dicitur à Luca Herodes Rex: nam etsi eo nomine Iosephus illum nunquam appellet, sed semper Agrippam, tamè verisimile est propter auum, qui primus regnavit, ita fuisse vocatum. Etsi Oecumenius admoneat, quod pro Agrippa scriptoris lapsu contigerit ut poneretur Herodes, Caietanus vero asserat se in authentico aliquo autore non legisse quod Agrippa fuerit vocatus Herodes. Sed quis, quæso, magis authenticus ipso Luca huius voluminis autore, per quem locutus est Spiritus sanctus? Durum enim est, quod quinquies nomen Herodis pro nomine Agrippæ vitio scriptoris in-

*Quis hic Herodes fuerit, qui Petrum coniecit in vincula. Matth. 2. Infra 14. Luca 23.*

*Vulgi quid proprium.*

*Hippolyti martyris de hoc Herode traditio quædam minime probatur.*

*Dicitur Herodes qualem aditum sibi ad regnum Iudææ fecerit apud Caium Caligulam.*

*Herodis tetrarchæ, qui Ioannem decollauit, exitus. Matth. 14.*

*Herodes hic cur ita vocatus.*

*Oecumen.*

*Caietanus.*

*Suidas.* hoc capite sit positum. Suidas etiam non ignobilis, neque nouus autor, ita de Herode scribit: *Herodes, primus Rex Iudaeorum, habuit filios sibi cognominis, & binominis, tres. Herodem Antipam, qui & Praeforem sustulit; & sub quo Christus crucifixus est; & Herodem Philippum, cui primum Herodias matrimonio iuncta filiam Salomen habuit: qua & saltauit: & Herodem Agrippam, qui Iacobum Zebedaei interfecit.* Hæc ille, binominem appellans Agrippam: quemadmodum etiam plerique alij senserunt, sed præsertim codex Syriacus, qui habet: *Herodes ille Rex, qui cognominatus est Agrippus.* Et Eusebius Cæsariensis, qui libro Ecclesiasticæ historiæ sic habet: *Quod de Herodis, nece tradit Iosephus, Lucas tribuit Agrippa, quia binominis erat.* Hæc ille ferè. Verisimile quoque est, nomine Agrippæ in gratiâ Agrippæ, qui Cæsari charus erat apud Romanos, vsus fuisse; apud Iudæos verò, quibus plausibilius erat nomē Herodis, Herodē se nuncupari voluisse. Huic postea successit fili⁹ Agrippa iunior, de quo postea in hoc volumine fit mentione cap. 25. qui simul cum Tito ac Vespasiano præfuit excidio Ierosolymitano. Adde Iosephum libro de Bello Iudaico, qui loquens de Claudio Imperatore, ad imperium opera & industria huius assumpto: *Agrippam quoque, inquit, protinus donat regno paterno vniuerso, adiciens ei etiam illam, quam Augustus Herodi donauerat, Trachonitidem scilicet, & Auranitidem: præter hæc autem, aliud quoque regnum, quod Lysania vocabatur. Et populo quidem donationem hanc per edictum indicauit. Patribus autem præcepit, vt incisam arcis tabulis in Capitolio collocarent. Donat autem etiam fratrem eius Herodem, qui gener eiusdem erat, Berenica iunctus Regina Chalcidis.* Rursus de morte Agrippæ loquitur Cornelius Tacitus libr. 12. scribens: *Ituræ & Iudæi defunctis Regibus Sohenio atq; Agrippæ Prouincia Syriæ additi.* Hæc ille. Constat enim, Claudium puero Agrippæ alterius filio regnum Iudææ non contulisse, donec adoleceret: de quo habes Iosephum 2. libr. de bello Iudaico cap. 10. Herodes Agrippa moriens, reliquit filias tres &

Cypride natas, Berenice, Mariamnen, atque Drusillam; filium autem ex eadem ipsa coniuge, nomine Agrippam, qui cum admodum paruulus esset, Claudius regnum in Prouinciâ redegit, in cuius procuracionē missus est Cestius Festus. Quem idem Iosephus libr. 19. Antiquitatum cap. 8. Culpium Fadum appellat: & cap. 7. paullo antè scribit in hæc verba: *Vitam finijt, annum natus quartum supra quinquagesimum, postquam regnasset per septennium: quatuor enim annos sub Cæsare obtinuit regnum: primum in Philippi tetrarchia per triennium, cui quarto demum anno accessit & Herodis tetrarchia, tribus deinde annis sub Claudio Cæsare præter iam dictam ditionem in Iudæa quoque regnauit, & Samaria, simulq; Cæsarea.* Hæc ille. Ex quibus habes quatenus ille Rex fuerit, & quomodo potuerit munus Regium exercere Ierosolymis.

Deinde ex his verbis habes tempus, quo hæc historia contigerit: nam cum paullo post secuta sit eius mors, quæ tertio accidit Claudij Imperatoris anno, duodecim iam anni elapsi intelliguntur à Christi morte. Quare quod dicitur, *Eodem tempore, non est referendum ad Cornelij conuersionem, quæ antiquior fuit, sed ad id quod paullo antè præcesserat.* Scripsit enim Lucas, Antiochenos qui in Christum crederant, instante fame ab Agabo prædicta, miseros fratrum, qui erant in Iudæa, misisse ad eos per manus Barnabæ, & Sauli, quas fecerant collectas. Cuius rei meminisse videtur ipse Apostolus in Epistola ad Galat. cap. 2. vbi se cum Barnaba, assumpto & Tito, ascendisse testatur Ierosolymam: vbi cum Apostolis contulit Euangelium, ac dextras dedisse sibi & Barnabæ societatis, vt ipsi in Gentibus, Apostoli verò in his qui è circūcisione Apostolico fungerentur munere. Et subiungit: *Tantum vt pauperum memores essemus:* quo verbo insinuat se de illo ascensu cum Barnaba mentionem facere, quo collectas Antiochenorum in subsidium pauperum deportabat.

Verum si res prædictas discutiamus, non videtur hic ascensus: Sauli &

Idem.

Quo tempore Petrus ab Herode fuerit missus in carcerem.

Prima opinio. Act. 11.

Ibidem.

Altera opinio.

Barnaba

Barnabæ in Ierosolymam deportatæ eleemosynæ gratia, esse ille idem, de quo ad Galat. 2. quia ille videtur decimo octauo anno à Christi in cælum assumptione contigisse. Quod sic ostendo: quia Paulus conuersus fuit sub finem anni primi à Domini assumptione: deinde post triennium ascendit Ierosolymam videre Petrum: apud quem mansit diebus quindecim, vt ipse docet cap. 1. ad Galat. & cap. 2. subiungit: Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito: qui anni si in vnum colligantur, efficiunt octodecim. Hic autem ascensus accidit anno ad summum duodecimo à passione Domini, & pluries solebat huius rei gratia Paulus Ierosolymam redire: nam Rom. 15. collatione facta in Macedonia & Achaia in vsu pauperum qui Ierosolymis erant, scribit se deferre. In eo etiam quod addit, assumpsisse Barnabam cum Tito, constat aliam esse ab ista, in qua tantum fit mentio Barnabæ: non autem in priori, quia nondum forte erat conuersus, cum esset Gentilis genere.

Sed quicquid sit de hac re, illud est exploratum, vnde decimo, aut duodecimo anno à Christi in cælum assumptione hanc historiam contigisse. Chrysostomus in huc locum ita scribit: *Qualem tempus dicit? omnino quod mox sequebatur. Et hic quidem scio intelligere conuenit, alibi autem aliter: Quando enim Matthæus dicit: In diebus illis, adest Ioannes predicans: non mox sequentes dies intelligit, sed illos, in quibus futura mox erant ea quæ narrabat. Mos enim Scripturæ est hoc tropo vti, & aliquando quid exponere per ordinem, iuxta quem eueniunt, aliquando autem quæ posterius contingunt, enarrare; quasi mox fierent.* Hæc ille, aliam insinuans dubij solutionem. Sed nos priorem, vt potest textui congruentiorem amplectimur, iuxta quam hoc accidit, Saulo & Barnabæ subsidium charitatis Ecclesiæ Ierosolymitanæ deferentibus, vt vno & eodem tempore qui affligebantur ob vexationem Regis Herodis, accepta quoque eleemosyna consolarentur. Et vt tunc adfuerint illis Saulus, &

Galat. 1. Tempus conuersionis B. Pauli.

Eius pietas in fratres fideles.

Act. 16.

Tertia opinio probabilior.

Chrys. hom. 26. in Act. in it. tom. 3.

Mos Scripturæ in rerum narratione.

Barnabas Apostoli, illorumque præsentia recrearetur, quando alij duo, vnus per mortem, alter per carcerem sibi erant præcepti. Erat etiam tempus famis illius ingentis sub Claudio ab Agabo prædictæ. Vnde Eusebius lib. Ecclesiasticæ historiæ refert in idem tempus prædictionem famis sub Claudio ab Agabo, & ascensum Sauli & Barnabæ in Ierusalem, vt Sanctis ministraret, atque eo tempore Herodem insanis se in Iacobum, quem decollauit, & Petrum, quem in carcerem misit. Et famis argumentum est, quod anno septimo Herodis, quo & obiit, persuaso Blaſto conati sunt Herodem conciliare Tyrij, & Sidonij, eò quod alerentur regiones eorum ab illo. Idem non ignorauit Beda, etiam si in quartum annum Claudij reijciat famem illam, quæ in tertium reijcienda erat.

Dicitur autem misisse Herodes Rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia: per manus exercitum suum intelligens, vt non raro accipi solet apud Latinos autores, vnde illud:

*Iuuenum manus emicat ardens Littus in Hesperium.*

Et alter:

*An nescis longas Regibus esse manus? Et illud in persona Pharaonis dictum: Euaginato gladium meum: interficiet eos manus mea, hoc est, exercitus, cuius viribus fidebat. Et ita Petrus euadens à quatuor quaternionibus militum, quibus traditus erat in custodiam, dixit: Eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudaeorum.*

Dicitur autem iniecisse manus in quosdam, cæteris videlicet fortiores, ac meliores: nam in infirmos manus iniicere non permisisset pro sua benignitate Deus, qui non permittit quenquam tentari supra id quod potest. Et si autem extutere summa paupera, timorem non mediocre incutiat in humanis; in diuinis tamen aliter euenit, vt virtus Dei magis illustretur, & qui remanent, roborentur magis. ¶ *Vt affligeret quosdam de Ecclesia.* Dæmon illos, qui in Ecclesia sunt, tãquam in arca Noë, & in ouili Christi, quærit deturbare, vt eos perdat. Mundus enim tantum amat eos

Act. 11.

Euseb. li. 2. Eccl. histo. cap. 8. & 9. tom. 1.

Act. 12.

Beda tom. 5 in Act. cap. 12. initio.

Mittere manus in aliquem quid sit.

Virg. lib. 6. Aeneidos initio. Ouidius.

Exod. 15.

In quos iniecerit manus Herodes.

1. Cor. 10.

Dæmon, & mundus quos perdere, & affligere querant.

qui

qui sibi similes sunt: in reliquos sequi solet.

Occidit autem in Iacobum fratrem Ioannis gladio. Nominatim enumerantur, qui primi pro Christo sanguinem fuderunt, nimirum Stephanus, deinde Iacobus, qui primus inter Apostolos coronam meruit martyrii; & ita calicem Domini bibit, & baptismo sui sanguinis est baptizatus, ut olim Dominus prädixerat. Deinde, quod occisus quidem dicitur, sed crimen non additur, expresse indicat quomodo debeant pati Christiani, absque omni videlicet culpa, & demerito, sed propter Christum, eiusque confessionem. Summa enim laus est pati pro Christo, pro innocentia, pro iustitia veritatis, ut recte dixerit Paulus: *Vobis donatum est, non solum ut in eum credatis; sed ut etiam pro illo patiamini.* Adiecit, *Fratrem Ioannem*, ut non tantum distingueret Iacobum hunc à Iacobo Alpei fratre Domini, sed etiam, quod ut Iacobus inter Apostolos primus pro Christo occubuit, ita ut quod ad tempus attinet, primas sedes obtinuerit in regno, quas ipse olim cum fratre suo & matre affectabant, nescientes quid peterent: ita inter illos creditur postremus futurus Ioannes, ut diximus aliàs: & quia ex gratia supplantans mundi gloriam, dignus est martyrio. Quantum ad mortis genus, occisus est gladio, quo sanguinem suum spargeret pro gloria eius, qui suum pro nostra salute in cruce profuderat. De tempore, dicitur in Græcorum Menologio pridie Kalendas Maij eum insum occidi. Hieronymus etiam in 43. Ezechielis refert quorundam sententiam, afferentium Iacobum immolatum die secunda Paschatis. Sed non sine probabilitate creditur quod mortuus fuerit die 25. Martij, ut non solum in mense, sed etiam in die mortem Domini videretur æmulari: etsi Ecclesia diem natalis eius transferat in diem 25. Iulij commodè celebrandam, & quod, ut pie creditur, tali die corpus sit Compostellam translatum. Sicut & liberationem Petri à vinculis Herodis celebrat in die prima Augusti (quanquam octava die Azymorum con-

tigerit) ob allatas ex Ierosolyma catenas urbem, atque illis templum illa die dedicauerit Theodosius: ut tradit Durandus. In morte autem, planè se Christi discipulum, & Apostolum ostendit. Nam ut Clemens Alexandrinus testatur: *Quoniam quidem, inquit, & is qui obtulerat eum iudici ad martyrium, motus etiam ipse confessus est se esse Christianum. Ducti sunt autem ambo ad supplicium: & cum duceretur in via, rogavit Iacobum dare sibi remissionem. At ille parumper deliberans: Pax, inquit, tibi, & osculatus est eum. Et ita ambo simul capite plexi sunt.* Hæc ille, ut producit ab Eusebio Cæsariensi libro secundo Historiæ Ecclesiasticæ cap. 9. Et ut quidam scribunt, antequam decollaretur, rogavit spiculatorem, ut aquæ sibi facultas fieret: & allata lagena aqua plena, dixit ad illum, *Credis in nomine Iesu Christi Filij Dei?* Qui dixit, *Credo.* Et perfudit eum Iacobus, & postea ceruicem spiculatori porrexit: ac deinde Iosias ille Phariseus, qui accusauerat, martyrio cum illo coronatus est.

Causam autem conversionis huius Iosias fuisse tradunt: quod cum duceretur ad locum supplicij, vidit paralyticum iacentem, & ad se clamantem; Vir sancte, libera me à doloribus, quibus omnia mea membra cruciantur. Ad quem Apostolus conuersus; *In nomine Domini mei Iesu Christi, pro cuius Fide ducor ad mortem, exurge sanus, & benedic Saluatorem tuum.* Et protinus exurrexit, & cepit currere, & benedicere nomen Domini Iesu. Hoc autem fuit insigne solatium Iacobo exhibitum, ut confortem haberet sui martyrii.

De loco; Ierosolymæ videtur interfectus: vbi & Petrus fuit in carcerem missus. Quod autem tradit Isidorus in dicto loco, in Marmarica Achaia ab Herode tetrarcha caesum occubuisse; nescio unde acceperit, & quomodo in illo loco Herodes haberet potestatem, aut quomodo viveret Herodes tetrarcha in exilium missus, paullo ante à Caio Caligula, & quomodo cogit occidere & placeret Iudæis. *¶ Videns autem quod placeret Iudæis, ap- pasuit apprehendere & Petrum. Vides*

Duran. li. 8 Rationalis.

Clem. Alex. lib. 7. Dispositionum.

Martyrium Iacobi Apostoli quale fuerit.

Euseb. to. 1.

Iosias quidam Phariseus Apostoli Iacobi virtute ad Christum conuertitur, cumque eo pariter martyrio coronatur.

Iacobus morti proximus paralyticum sanat.

Vbi martyrio coronatus sit. Act. 12. Isidorus.

Act. 7. Apostolorum primus pro Christo sanguinem fudit Iacobus.

Marci 10.

Christiani ut pati debeant

1. Pet. 3. Pro Christo pati quam laudabile.

Philip. 1.

Matth. 20.

Quando Iacobus occisus fuerit.

Act. 12.

2. Tim. 3. Impij quomodo proficiant teste Apostolo.

Philip. 1.

Aug. lib. 22 de ciuitate Dei, cap. 8. tom. 5. & 1. 10. serm. 7. de S. Stephano. Impietissimi Regis propterea. Psal. 52.

Iose. lib. 11. de bell. Iud. cap. 10.

Petrus Apostolus in diebus Azymorum cur captus.

Matth. 26.

Quatuor quaternionibus militum Petri custodiendus cur traditus.

quomodo impij proficiunt in peius? A nobili igitur membro sublato progrediebatur: ad caput Apostolorum omnium. Et Agrippa cum nouus venisset ex Vrbe, subditorum animos sibi conciliare volebat. Et videbat quidem quod hoc esset gratum Iudæis, sed non videbat quod plus esset gratum ipsi Iacobo, quam Iudæis: nam desiderabat dissolui, & esse cum Christo, nisi quod propter fratres, & nomen Domini propagandum, diutius esse in terris voluisset. Sed huic desiderio annuit Deus: nam dedit ei Deus, ut post mortem non minora faceret, quam si in carne fuisset: & signa innumera & admiranda fecit, præsertim in Hispanijs, vbi magna religione corpus eius asseruatur, & colitur: quemadmodum Stephanus mature sublatus, multa signa edidit mortuus, ut testatur Augustinus. Est autem summæ impietatis plenum, quando Rex gratificandi alteri studio ius administrat, & tamquam regula quædam Lesbia ad parietis vitia se accommodat, & non potius paries ipsi regulæ. Nam de hoc aptè intelligitur illud; *Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.* Nec multo post eius acerbissimum interitum, & confusionem enarrat Euangelista: de cuius morte vniuersi summo gaudio sunt ex hilarati, ut Iosephus testatur in anteprefato loco: vsque adeo, ut Imperator Claudius iusserit animaduerti in eos, qui publica lætitiæ signa in morte eius ediderunt.

(Erant enim dies Azymorum.) Hoc dictum videtur: tum ut indicaret aduentum Regis Ierosolymam ad celebrandum festum Paschæ, ut Lege tenebatur; tum ut agnoscas eius impietatem non dissimilem ab illa Iudæorum, qui in die festo Dominum comprehenderunt: qui etiam in die festo à malitia, & odio non vacabant. In diebus quoque Azymorum Dominus comprehensus est. Et in festis suadet demon peiora operari, quam in pæstis.

Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum ad custodiendum eum. Quatuor

erant quaterniones militum illius custodia assignati, ut singulis vigilijs, id est, ternis quibusque horis essent quatuor custodes vigilantes; ut docet Oecumenius; ne vel arte, vel populi elaberetur auxilio; vel, teste Simeone Metaphraste Oratione de adoratione venerabilium catenarum S. Petri in quatuor quaterniones militum custodiam distribuit, non vno in loco, sed pluribus, sed paululum à se distatibus, ut custodia ipsa tutior, ac munitior foret, ut si forte Apostolus ipse à vinculis effugisset, & custodes qui propius manerent, latuisset, ab alijs deprehendi, & capi posset. Et semper Dei serui in carcerem conijciuntur, ut olim Ioseph, & Ieremias, & in Euangelio Ioannes Baptista, & Paulus Romæ vincus, & hic Petrus, & ut superior vidimus, Petrus & Ioannes, & iterum omnes Apostoli; & Papæ potestas, atque ministrorum verbi Dei impediri potest non perimi: personæ Dei possunt alligari; verbum Dei non potest.

Quæres; Cuiam Apostolorum magis accommodauit Deus? Iacobone, an Petro? Videtur quod Iacobo, quia eum citius in cælum subduxit, ut gratum esset spectaculum sanctis Angelis suis cupientibus iam secum aliquem Apostolorum Christi videre. Apparet etiam quod Petro, quia eo usus est in fratribus conuertendis. Oportuit tamen in Apostolis esse & qui citò interficeretur, & qui serò; ut sciremus patiendum esse nostris, sed eos non tam pati hominum potestate, quam permissu Dei. ¶ Volens post Pascha producere eum populo. Hoc loco apparet nomen Paschæ vsurpatum pro septem diebus Azymorum, de quibus dixerat: *Erant autem dies Azymorum.* Et vide religionem hypocriti velatam: nam propter festi solennitatem Herodes illi ad tempus parcebat. Et videtur voluisse illum puniendum exhibere populo, quod erat agnum lupis committere, & qui facile de eo acclamarent, Tolle, crucifige eum.

Et Petrus quidem seruabatur in carcerem Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Herodes

Oecumen. Simeon Metaphrastes.

Genes. 39. Ierem. 32. Matth. 14. Act. vlt. Supra 4. Infra 5.

2. Tim. 2.

Viri Deus magis profuerit, Iacobo, an Petro, huc liberando à carcere, illum occidendo.

Herodiana hypocritis.





Cur se nobis subtrahat in terdum Dñs. 1. Cor. 5.

Iudæi quoq. cur Petri Apostoli necesse expectarent

Quæ similes plebes plebi Iudæorum Petri mortis expectantiss.

Actor. 5. Perrus è vin cultis per Angelu ereptus quo terit ad prædicandū. Matth. 10.

Quid Petrus liberatus ad domū Mariæ veniens, matris Marci, considerabat.

tur: quia nodum per speciem, sed per fidem ambulamus. Docet etiã Petrus, vt post pericula agamus gratias, confiteamur Dei beneficia, ipsumq. glorificem⁹, quod nos pro bono nostro, siue fratrum, vel pro gloria sua liberauerit. Ex hoc autem elicitur, plebẽ Iudæorum vehementer exoptasse Petri mortem, de quo cogitabant: Si de Petro, qui solus istius factionis dux est, actum erit, de reliquis quoq. actũ fuerit. Adhuc igitur plebs Iudæorum infensa erat discipulis Christi: non hoc faciebat plebs Galilæorum, aut Samaritanorũ, qui cæteras ciuitates habitabant, sed plebs Iudæorum Iero solymis habitas. Nam tales sunt ferẽ omnes plebes ciuitatum Regalium bonis moribus inimicæ, qui non ferunt veraces prædicatores: quæ cum omni luxu, & licentia corruptæ existant, nihil non sibi licere volunt. Et obseruandum, Angelum non dixisse Petro, vt iret, & prædicaret in tẽplo, vt alias fecit: & propterea Petrus, tacitè hoc sibi ab Angelo indicato, discessit, & abiit in alium locum iuxta Domini dictum: Cum persequetur vos in ciuitate ista, fugite in aliam, vt scilicet thesaurum hunc meum, & lumen alijs ciuitatibus adferatis, ex quibus possitis ad eam etiam vnde fugistis ciuitatem redire. Nam interim illa fermentabitur ad nos excipiendum: & si non aliud, certè inexcusabilis reddetur. Vnde Petrus extincto Rege Herode, liberè in ciuitatem reuersus est, vt habes cap. 15.

Consideransq. venit ad domum Mariæ matris Ioannis qui cognominatus est Marcus, vbi erant multi congregati, & orates. Pulsante autem eo ad ostium ianue, processit puella ad videndum, nomine Rhode, &c. Primum verbum, Consideransq., vel Græcè *ὀψιδώων*, id est, cū cognouisset, siue considerasset beneficiũ, & gratias egisset Deo, re considerata venit ad domum Mariæ. Vel etiam, considerans locum vbi erat, & ad quem vellet ire, decreuit visitare domũ Mariæ, in qua erant fideles congregati, & orantes, & preces fundentes pro liberatione Petri. Gregorius Nazianzenus in Tragedia Christi patientis, ostendit,

dit, domũ huius sancte femine communem fuisse, & hospitalẽ Apostolis, & credentibus mulieribus. Ita enim inducit sanctam Mariam Deiparam comites suos alloquentem ea nocte, quæ resurrectionis diem præcessit:

*Eamus hinc citis silentes gressibus, Aedes peredo femina, in quibus manet Vt hospites cum matre Marci Maria, Quo & conuolauit, vt reor, sacer chor?*

Hæc ille. Oecumenius in vitimũ caput prioris Catholicæ epistolæ beati Petri, producit quosdã qui ausi sunt dicere, Marcum fuisse D. Petri filium iuxta carnem, & Mariam eius matrem vxorem legitimam fuisse B. Petri. Vt propterea dicat: *Salutat vos Marcus filius meus*: & eductus de carcere continuo venerit ad domũ matris Ioannis, tanquam ad suam ipsius domum. Sed an hæc Maria, quæ Apostolorum, & aliorum fidelium erat hospita, & mater Ioannis, qui cognominatus est Marcus, vxor extiterit Petri legitima, nõ satis est exploratum. Et si Marcus filius fuisset secundũ carnẽ B. Petri, nequaquã illud Scriptura Noui Testamenti, aut traditio silentio suppressisset. Dicitur ergo Marcus filius Petri à baptismo, vt exponit Damasus in vita B. Petri. Scribitur de Marco Act. 12. & 15. in fine, & 1. Pet. 5. *Salutat vos Marcus filius meus*; & Paulus: *Salutat vos Marcus consobrinus Barnabæ*, alibi; *Marcũ assume, & adduc tecum; est enim mihi utilis in ministerio*. Et si verò non desint, qui hæc omnia de vno, & eodẽ Marco Euangelista, contendant esse intelligenda, vt facit Alexander Monach⁹ in Homelia, quæ habetur apud Simeonẽ Metaph. & Sixtus in Bibliotheca, & F. Henricus Mauroi in Apologia sua: certius tamẽ est, & planius, quod Marcus ille Act. 12. & 15. non sit idem qui Euangelista: quod his rationibus persuadetur. Primo, quia Euangelista nomen proprium habet Marci: at ille alter nomen habet Ioannis, cognomen verò Marci. Deinde, quia ille Act. 12. nõ fuit ex numero septuaginta: at Euangelista, vt testantur Dorotheus, Hippolytus, Origenes, & Theophylactus, vnus ex his discipulis fuit, qui simul cum Luca retrocessit,

Gregorius Nazianz. tom. 11.

Oecumen. Ioannem cognomento Marcum cur quidam assererint filium Petri secundũ carnem fuisse. 1. Petri 5.

Actor. 12. Refellitur hæc opinio.

Colos. 4. 2. Tim. 4. Alexander Monachus. Frater Sixtus.

F. Henricus Mauroi. Euangelistã Marcum nõ eundẽ fuisse cũ Ioanne, qui cognominatus est Marcus, quæ rationes ostendant. Prima ratio. Secũda ratio Dorothei in Synopsi. Hippolytus. Origenes. Theoph.

Tertia ratio Actor. 12.

Marci Euangelium vbi conscriptum & approbatũ 1. Pet. 5.

Quarta ratio

Quinta ratio Actor. 15. Sexta ratio. Idem Alexandria quã diu sederit, quando mortuus. Hieron. lib. de scriptor. Eccle. to. 1. Euseb. libr. Eccl. Historia. & in Chronico. Simeon Metaphraustes in vita beati Marci apud Lippom. par. 2. historiali. 2. Tim. 4. Septima ratio, & vltima Hippolytus martyr.

serant à Christo, dum prædicaret de carne sua manducanda, Ioan. 6. vt tradit Hippolytus tractatu de 70. discipulis. Tertio, cū primũ sit sermo de Ioanne, qui dicitur Marcus, & narratur cũ Apostolis Paulo, & Barnaba profectus in ministeriũ prædicationis, iam decem ferè anni ascensionis Christi in cœlum præterierat: & anni decem & sex, quando contenderunt de secum eum adducendo Act. 15. tamen Patres tradunt, Marcũ scripsisse Euangelium anno decimo, vel duodecimo, vt necessarium sit asserere, cum Petro tempore Claudij Romam venisse, & illum secum duxisse: quia ibi scripsit Euangeliũ, & Petrus illud Romæ probauit, & inde salutes eius ad Ecclesias misit: *Salutat vos*, inquit, *Marcus filius meus*, imò inde in Alexandria missus est, vbi vsque ad octauum Neronis annum, vt constat ex Chronico Eusebij, decem & nouem annos eam rexit Ecclesiam, vt iã non licuerit Barnabam sequi. Quarto, si vnus solus esset Marcus, & ille Euangelista, vt quidam volũt, Marcus nõ diceretur comitatus Barnabam, sed potius Barnabas eius comes diceretur Act. 15. cū ille esset ex discipulis Domini, & illo antiquior in fide. Quinto, Paulus non se tam durũ præstitisset in recipiendo Marco Euangelista, sed faciliẽ se antiquiorem discipulum suscepisset, maximè scriptorẽ Euangelij. Sexto, Marcus Euangelista fertur per decẽ & nouẽ annos sedisse Alexandria, & octauo Neronis anno interfectus fuisse: vt testes sunt Hieronymus, Eusebius, & Simeon Metaphraustes: at Marcus ille reiectus à Paulo, & iussus recipi postea Colos. 4. & rursus vocatus per Timoth. à Paulo, eod quod ei utilis esset in ministerio, ostenditur propè ad extrema vsq; tempora cũ Apostolis Romæ fuisse, & peculiariter à Paulo designat⁹, cũ dixit: *Salutat vos Marcus consobrinus Barnabæ*, ad differentiã alterius Euangelistæ. Postremo Hippolytus martyr, & Dorotheus in tractatibus de Apostolis, & 70. discipulis, diuersos faciũt istos duos Marcos, & Euangelistã quidem Alexandria Episcopum, Ioannẽ verò

Apolloniadis, & Hieronymus lib. de Script. Eccle. de istis quasi de diuersis mentionem facit in vita Marci, & in vita Barnabæ: *Hic*, inquit, *postea propter Ioannem discipulum, qui & Marcus vocabatur, separatus à Paulo, nihilominus Euangelicæ prædicationis iniunctum sibi opus exercuit*. Non suppressimã tamẽ quod idẽ Hieronymus in Comment. Epist. ad Philemonem, in illa verba: *Salutat te Epaphras conceptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, cooperatores mei*, putat, Marcum ibi nominatum, fuisse Euangelij conditorem; cū tamen esset alter quem ipse prius iusserat ab Ecclesijs nõ suscipi: postea verò ad Colos. 4. suscipi mandauerat: ac demũ in posteriori ad Timotheum dixerat: *Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio*. At eo tempore quo Paulus hæc scripsit, Marcus Euangelista Episcopus Alexandria agebat. Adhæc Dionysius Episcopus Corinthiorum, vt est apud Eusebiũ lib. 6. Hist. Eccl. cap. 20. distinguit inter hos Marcos, & alium esse tradit Ioannem cognominatum Marcum, & alium proprio nomine nominatũ Marcũ. ¶ Voluit autẽ Petrus eos adire, vt primos, qui propter se afflictĩ erant, & pro eo deprecabatur Deũ, sua præsentia consolaretur, quod eos de beneficio à Deo accepto ad gratiarũ actionẽ excitaret. ¶ Additur processisse puella, siue vt Græcè dicitur, ancillula, vt sicut mulier primò vidit Christum post eius è morte letã resurrectionẽ, & Apostolis annuntiauit: scriptũ est enim: *Abcondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*: ita & hic mulieris sexus Petri liberationẽ à carcere, ceteris renũtiet. Dicta est hæc ancilla nomine Rhode, id est, rosa, quæ cognouit tanquã ouis vocẽ pastoris sui, quæ sæpè audierat prædicantẽ. Quæ non statim aperuit præ gaudio, sed prius intrò currẽs nuntiauit stare Petrũ ante ianuam. Hæc est virtus fidei, exigens perseverantiã, quæ vt rosa odorat heroicis virtutibus, & rubet martyrio. ¶ At illi dixerũt ad eã, *Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant, Angelus eius est.*

Dorotheus Episcopus. B. Hieronymus tom. 1. Actor. 15.

Idẽ tom. 9.

Dionysius Corinth. Episcopus. Euseb. t. 11

Cur Petrus de custodia liberatus primũ Marcũ Ioannis domum sese cõtulerit.

Quid quod eundem mulier primã vt dere promeruit. Marci 16. Matth. 11.

Rhode quid.

Fides quid requiratur: etus priuilegium.

Humilis indoctus inter dum maiorē fidem habet, quā doctior alter.

Quid illud de Petro dicitur: Angelus eius est. Isidorus Clarius. B. Chryf. hom. 26. in Act. tom. 3. Alter sensus probabilior.

Vbi hæc historia Petri contigerit.

Matth. 10. Petrus est custodia liberatus quod se receperit.

Petrus non perseverabat pulsans. Non mirum est, si illi, qui intus erant, non statim crediderunt, si vix ipse Petrus credebatur ab initio vera esse quæ fiebant per Angelum. Nec mirū si puella crederet, alijs dubitantibus: quia plerunque humilis aliquis maiorem fidem habet, quā alius, qui doctrinæ eminentia polleat. Erat igitur puellæ negotium, & cum his qui intus erant, qui putabant illam insanire; & cū Petro, qui ad ostium pulsando perseverabat. Illi putaverunt Angelum eius esse. Pro quo aliqui, inter quos est Isidorus Clarius, vertunt, nuntium, ad eos scilicet missum. Quæ lectio non placet Chrysostomo, qui ex hoc loco probat, vnicuique Angelum esse deputatum ad custodiam. Ad hæc nouerant Petrum in tam arcta custodia positum, ut non posset nuntium mittere; neque, si potuisset, illud erat aptum tempus mittendi. Ideo præstantior est nostra lectio. ¶ Cum autem aperuissent ostium, viderunt eum; & obstupuerunt. Non iam ancilla sola, sed omnes ad ostium aperiendum conuenerunt, cupidi intelligendi an vera essent quæ aiebat puella, & quis ille esset qui instabat ad ostium. Videntes autem præ gaudio obstupuerunt. Quibus Petrus manu indicens silentium, congregatis intus omnibus, explicuit modū, quo Dominus eum per Angelū eduxisset de carcere, ut illis gratiarum actionis materiam præberet, ac se liberatum esse non ignorarent.

Dixitq; Nuntiate Iacobo & Fratribus hæc. Et egressus, abiit in alium locum. Ex his perspicuum redditur quod hæc gesta sunt Ierosolymis, vbi erat Iacobus frater Domini, & vbi erat domus Mariæ matris Marci. Subdit, quod Petrus egressus abierit in aliū locū, ad tempus se subducens. Nec enim semper Deus vult signa facere: sed sequendum est humanum consiliū, vbi Dei voluntas in oppositum non apparet: & de ciuitate non persequente, fugiendum in aliam. Quod autem abierit Petrus, non explicauit Lucas, & non est improbabile quod tunc Romam sit profectus, ut quidam tradunt, quarto anno Claudij Imperatoris, ve-

lit nolit Beza homo hæreticus, qui debacchatur sine vlla causa in eos qui docent ex hac vinculorum dimissione in urbem profectum. Et quanquam Hieronymus & Eusebius doceant secundo anno Claudij peruenisse Petrum ad Urbem: verisimilius tamē, & probabilius videtur, si vera sunt quæ diximus ex Eusebio, & Iosepho, Herodē tertio anno Claudij completo diem suum obiisse, & Petrum à vinculis liberum factum: quod anno sequenti, id est, quarto, in urbem venerit. Et ita Petrus Comestor in historia Actuum Apostolorum cap. 81. docet, & Ioānes Nauclerus volumine secundo Generatione secunda scribit: Anno Domini nostri Iesu Christi 46. Claudij verò anno quarto Petrum Romam venisse, fere omnes sanctorum temporum scriptores testantur. Hæc ille. Et confirmatur: quia Agabus Propheta Actor. 11. prædixerat famē ingentem per vniuersum orbem futuram: illam verò non nisi quarto anno Claudij accidisse testantur Historici, ut recte anno tertio prædicta fuerit, ut præueniri posset. Idem testatur Abbas Regino in suo Chronico. Et Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus in Catalogo Sanctorum libro 2. cap. 95. loquens de cathedra S. Petri Romana; in quam asserit sublimatū anno quarto Claudij Cæsaris, & illam tenuisse 25. annos. Agnosce in hac historia diuinam potētiam, cui carcer, catenæ, milites, & portæ ferreæ cedunt. Agnosce sapientiam Dei illudentem Satanæ, & Herodij, ac Iudæis. Perspice eius bonitatem, Petrum, & fratres Ierosolymæ, & nos omnes cōsolantem. Obserua peculiarem Dei prouidentiam in sustentando Papa Petri successore. In hanc petram qui recalcitrant tanquam in stimulum, seipfos pungunt, non duram petram. Inspice etiam, in his corporeis Petri vinculis spiritualia nostra designari. Ut enim duas habebat catenas in manib; quarum munus est apprehendere: hinc quisq; peccator in Petro designatus, duas spirituales manus habet, Intellectum scilicet, quo verum, & Voluntatem, qua bonū apprehēdit. Nec enim nouum est in Scripturis, in factis bo-

Beza Caluini successor

Hieron. lib. de scriptor. Eccl. tom. 1 Euseb. libr. Eccl. histo. cap. 14.

Petr. Lomb. Ioannes Nauclerus.

Actor. 11.

Abbas Regino. Petrus de Natalibus. In hac Petri historia quæ licet cōtemplat.

Petri vincula quid mysticè.

Mos Scripturarum.

Iacobi 3.

Herodes quid denuciat.

Militum Herodianorum mysterium & custodia.

Esaiæ 9. iuxta 70.

B. Ambros. in Lucam.

Ephes. 6.

Psal. 131.

norum mysticè designari peccatores; aut in peccatorum malefactoribus bonos, ac virtutis studiosos adubrari. Et has manus quisque habet ligatas catenis duabus, nimirum ignorantia, & malitia. Quippe sapientia nostra tota terrena est, animalis, & diabolica, quæ terrena bonis, & carnis commodis, superbia, atque pompis inhiamus. Catena verò voluntatis malitia est, quæ multis constat annulis, ut cogitatione, delectatione, consensu, opere, consuetudine, necessitate, gloriatione, ac desperatione. Est etiam Herodes, mons arrogantia, siue spiritus ambitionis, qui Petri fidem ligatam tenet, manus operū, & pedes affectionū, & dormire ad diuina facit inter duos milites, id est, inter considerationē diuinorū iudiciorum, & æternorū desperationem. Milites verò, sunt hostes domesticæ, qui nos seducunt, ac bene habere suadent, terrentque crucis stultitia. Carceris verò vilis locus corpus est ignobile. Sed remedium in promptu est: nam Angelus magni consilij, qui Christus est, cum lumine fidei ad nos illuminandos venit: & ita cadit prima catena intellectus. Deinde percutione lateris, hoc est, reprehendendo vitia nostra, & timore cor tangendo, hortatur ut surgat à vilitate peccati: & hoc velociter, quia nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Facit præcingi castitate, motus carnis reprimendo, & calciari pedes geminæ charitatis in præparatione Euangelij pacis. Facit etiam circumdare vestimentum iustitiæ exemplaris, de quo: Sacerdotes tui induantur iustitia. Denique & sequi diuinas inspirationes Angelorum facit, ut ita à peccati carcere liberemur: & facit cedere seras & portas ferreas, quando prauas, & inueteratas cupiditates, & nostris viribus insuperabiles, demonum quoque tentationes, hominumque fraudes & insidias, eius qui nobiscum est, gratia peruincimus: ad quod aliorū preces pro nobis ad Deum effusæ maximè conferunt. Denique liberati venire debent ad domum Mariæ, hoc est, ad Ecclesiam, atque in eam ministerio Sacerdotum introduci, eamque recu-

perata sua salute exhilarare: non fecus atque filius iunior rediens è regione longinqua, per ministros patris sui fuit in domo paterna exceptus, & magno cōuiuio recreatus est. Sed hæc satis sit insinuasse prudenti Lectori. ¶ Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro. Turbantur qui prius alios turbauerunt; & impij opera Dei excelsi etiam ante oculos proposita non agnoscunt. Putabant Petrum cōuersum in aliquod numen, eò quod sic ab eorum manibus euauerat. Videbant enim ostia omnia suis feris oclusa, & custodibus munita: vnde milites illi cum Herode, qui cogitabat illo die Petrum morti tradere. Illud certū est, magos, siue eos qui magicas artes cōsecratur, cum admirabilia multa edat opera, si capti à Magistratu in carcerē includantur, eos euadere nunquam: siue quod à dæmonibus pro eorum meritis decipiantur; siue quod malignis spiritibus volentibus eos eripere, à bonis Angelis impediuntur; quod iustitia Dei illustretur, & mali in peccato non proficiant. Ter autem Petrus iam per Angelum est de carcere liberatus. Primo solus cum Ioanne, Actor. 4. & cum vndecim Apostolis, Actor. 5. & hic modò solus: quod argumentum est profectus eius, ac diuinæ virtutis, nequaquam artium magicarum.

Herodes autem cum requisisset eum, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci. Molestè tū lit Herodes se illudum à Petro, vnde & in custodes se iussit, sicut & olim auus suus illusus à Magis, sequerat in infantes à bimatu & infra. Causa igitur diligenter agitata, iussit eos duci. Græcè est verbum ἀνάγειν, quod ut aliàs annotaui, non simpliciter ducere significat, sed abducere, id est, ad iudicium rapere, ut notat Budæus. Et posterior significatio hæc videtur magis congruere: quanquam Rabanus hic tradat, Herodem Regem aliò vocatum descendisse in Cæsaream Palaestina, ne Petri solutio vlli noceret: nec permetteret Deus Herodem in custodes innocentes animaduertere, qui libertatis Petri causa extiterant.

Luca 15.

Impiorum quid propriū sit.

Cur qui magis operā cōsecratur, à Magistratu comprehēsi, eius manus nunquā euadant.

2. Tim. 3. Petrus quiescit fuerit per Angelum è carcere liberatus.

Matth. 2.

Abducere quid. Budæus in comment. lingua Græca. Rabanus.

Petrus Alexandrinus martyr.

Plin. lib. 10 epist.

Cur Petrum Deus vincit cum custodibus, cum facile posset, noluerit tamen eripere

Matth. 28.

Simeon Metaphrastes.

An hi custodes nullo suo vitio propter Petrum occisi, salutē Ant adepti.

Herodis in Cæsareā quæ causa descensus fuerit, secundum Iosephum. Iosephus Iudæ.

Profecto tamen verisimilius est iuxta vim verbi Græci, & Chrysofomi hoc loco sententiā, iussu Herodis ad mortē raptos fuisse. Petrus Alexandrinus martyr in quodā suo Canone tradit, illos custodes suffocatos. Nec ignota est vis huius verbi Ducēdi, scilicet in hac significatione rapiendi ad supplicium, bonis autoribus. Ait enim Plinius de Christianis loquens, epistola ad Traianū: *Confitētes iterum ac tertio interrogavi, supplicium minatus, perseuerantes duci iussi.* Sic ille. Et si autē Deus cum Petro potuisset milites eripere de manu Herodis: nō tamen fecit, ne putaretur fuisse fuga ex Petri pacto cum custodibus. Consilium autē Herodis fuit, vt custodes culparentur, vt non agnosceretur miraculum Dei: & ita miseris Iudæis nihil prodesset. Permisit autē hoc Deus, quia liberationis Petri ex carcere sicut & testimonium resurrectionis à custodibus, noluit filio suo, quia non essent idonei testes ad verum comprobandum: nā posset opponi eos ita dicere, quod excusaret negligentiam, aut peccatum suū, qui nō bene custodissent, aut prodidisset custodiam. Simeon Metaphrastes in dicta oratione tradit, custodes nō fuisse à Deo liberatos à morte, quia inhumanē & ferociter se gesserant adversus Apostolum, verborum plagas vinculis acerbiores inferentes: nec solū in Petrum, sed & in reliquos Apostolos, & fideles homines contumeliosi, & iniurij extiterant: & ita veteris, & insanabilis malitię pœnas dederunt.

Interrogabis, nū hi custodes salui facti sunt, quia sine culpa sunt occisi sua propter Petrum? Respondeo, hoc nobis prorsus esse ignotū: nam alijs fortē tenebatur peccatis. Præterea in Christum nondum credebant: quod post prædicatum Euangeliū non erat excusandum. *Descendensq; à Iudæa in Cæsaream, ibi commoratus est.* Huius descensus à Iudæa in Cæsareā Palestinę vicinam, causam describit Iosephus lib. Antiq. 19. cap. 7. dicens: *Iamq; tertium Iudæa totius regni annum exegerat, cum pervenit in urbem Cæsaream, quæ prius Stratonis turris dicta est, vbi solennes ludos celebrauit pro salute Cæsaris:*

*ad quam festiuitatem magna multitudo nobilium, ac procerum conuenerat, ex tota Prouincia. Hæc ille.*

*Erat autem iratus Tyrus & Sidonij. At illi vnanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculum Regis, postulabant pacem, eò quod alectur regiones eorū ab illo. Agnosce ingeniū tyrannorum, qui & ciuibus suis, & extraneis molesti sunt. Non pepercit Iacobo, neque Petro, irruere volebat in vicinas & nobilissimas vrbes. Aspicere mores eorum, qui tyrannide premuntur, non esse in arma ruere, & potentiori se opponere: sed salubre captant cōsiliū pacē petendi, tametsi non sibi satis honorificis conditionibus. Petebant autem, vt liceret ex suo regno ad regionem Sidoniorum, & Tyriorum extrahere frumenta, & annonam: quam extractionē si subtraxisset, carerent victu Tyrus, & Sidonij. Atque ad hoc facilius impetrandum, subornauerat Blastum, qui erat super cubiculum Regis, eumque magnis muneribus, vt est verisimile, cumulauerūt, vt moris est, quod autoritate sua & gratia apud Principem hoc obtineret. ¶ Statuto autē die Herodes vestitus veste Regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat, Dei voces, & non hominis. De hac die, & veste Regia, qua indutus est, ita philosophatur prædicto loco Iosephus: *Eius celebritatis die secunda processit mane in theatrū amictus veste tota ex argento mirabili opere contexta, quæ radijs exorientis Solis percussa, & diuinū quendam fulgorem emittens, venerationem cum horrore incutiebat spectantibus: moxq; adulatores perniciosi illius aliunde acclamantes, Deum consalutabant, rogantes vt faueret propitius. Hactenus enim vt hominem reueritos, nunc agnoscere, & fateri in eo quiddam mortali natura excellentius. Hæc ibi: quæ idem sunt cū eo quod Lucas ait dixisse, Voces Dei, & non hominis: quod est dicere, Herodes est Deus, non homo, vel plus quam homo. Vel quod est verisimilius, acclamabant adulando ob eminentem in ipso eloquentiam, quia dicitur, Concionabatur ad eos, siue Græcè & Iudæicè. Rectè autē hoc loco Oecumenius**

Tyrannorum ingenium.

Populus, cum premuntur tyrannide, quid consilij capiendum.

Iosephus.

Herodis superbia.

Cur populus Herodi acclamauerit, dicens, Voces Dei, & non hominis.

menius

Deus Herodem, nō eius adulatores quare supplicio affecerit.

Ioan. 7. Matth. 26.

Qualis extitit Herodis extiterit teste Iosepho.

Idem.

Regni Herodis, finisque eius auguriū

menius annotauit, dicens: *Ceterum cur non etiam adulatores puniuntur? vtri que quidem digni pena erant, sed quia hic iudicij non est tempus, ille tantum, qui crimini maxime erat obnoxius, supplicio afficitur. Quod si hic eo quod acclamationem eam (vox Dei, & nō hominis) tantum audierat, & nihil ipse insolenter fuerat locutus, tam grauius est ictus: quanto magis Christus, si Deus non fuisset, perpeius huiusmodi percussione esset, cum ipse semper diceret, Verba hæc non sunt mea, & Angeli mihi ministrant.* Hæc ille.

*Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus, expirauit.* Hoc etiam pulchrè explicat Iosephus immediatè ad ea, quæ produximus, subiungens: *Hanc impiam adulationem ille nec castigauit, nec repulit: paulloq; post suspiciens vidit supra caput suū bubonē fani extriso insidentē: moxq; vt sensit hunc esse calamitatis nuntium, qui olim felicitatis fuerat, ex intimis præcordijs indoluit. Secuta sunt vtristormina, statim à principio vehementia. Conuersis igitur in amicos oculis: En, inquit, ego ille vestra appellatione Deus vitam relinquere iubeor, fatali necessitate coarctante vestrum mendacium: & quem immortalæ salutastis, ad mortem rapior. Sed ferenda est voluntas cælestis numinis. Neq; enim malè viximus, imò tantæ felicitate, vt omnes me beatum prædicent. Hæc locutus, crescente dolore dis cruciatur. Cruciatu deinde per continuos quinque dies nihil se remittente, confectus vitam finijt.* Hæc ille. In quibus verbis quod scribit de bubone, alludit ad id, quod lib. 18. cap. 8. Agrippæ vincito & incubenti præ mœrore in quandam arborem, cui infederat bubo, quidam alius ex vincitis Romæ natione Germanus prædixit ei illis ex vinculis liberationem, & assumptionem ad regnum: *Memento, inquit, quando hanc alitem iterum videris, quantum ex eo diem fatalem tibi futurum.* Deinde aduerte, Iosephum nō meminisse vermium, siue morbi pedicularis. Sed satis in eo insinuat, quod ait, illū torminibus excruciatum, atq; dolore illo vehementi compressum vitā termi-

nasse. Atq; hac eadē morte, aut certè valde simili fuisse peremptum auum suum Herodem Magnum, lib. 3. ex Iosepho docuimus, vt illum agnoscas & regnum, & nomen Herodis, atq; impietatem eius, mortisq; genus, quasi hæreditario iure suscepisse. Obserua autem dignum superbiæ illius supplicium, vt qui supra homines diuinos honores volebat, à vilissimis vermibus se tueri minimè potuerit, vt olim contra superbum Pharaonē per cinyphes bellū intulit, & vt Propheta ait: *Locusta, bruchus, & rubigo, & eruca fortitudo mea magna quam misi ad vos.* Tali morte extincti sunt tyranni, vt Antiochus, & Sylla, & Maximinus Galerius, qui cum Chloro Constantini patre imperium tenuit vermibus præcordia rodentibus, & sub vitæ exitum etiam eructatis miserè perijsse. Eutropius Constantini temporibus vicinus autor prodidit, & Latus Pomponius in Chloro idem referens. *Incidit, ait, in morbum, vel vlcus inguinibus innatum virilia exedit, marcescente tota illa corporis parte, vermes pullularunt: remedia deerant: medici desperauere.* Et infra: *Ex eo morbo periit homo gloria rei militaris illustris, verum scuitia in Christianos crudelis: vnde fædum exitum habuisse creditus est.* Et ex nostris Tertulianus refert, Claudium Herminianū in Cappadocia præsidem, cum indignè tulisset, vxorem suam ad Christi religionē transisse, crudeliterq; Christianos tractasset, solusq; in prætorio suo (idest, villavrbana) vastatus peste, cum viuus vermibus ebullisset: *Nemo sciat, aiebat, ne gaudeant Christiani.* Digno ergo suo crimine supplicio interiit, vt qui Iacobum pro veritate per homines interfecerat, & in cœlū miserat, ita ipse pro mendacio, & per vermes extinctus in infernum mitteretur.

Tertio aduerte, quod ait consumptū à vermibus expirasse: quod non intelligendū est, postquā fuit percussus: quanquā vt assentatorias illas voces audiuit, cōfestim fuerit percussus ab Angelo. Percussum intellige corrosione, ac dolore intestinorū, vnde putrefactio, & vermium germinatio.

Idem Herodis infantici dæ qualis heres fuerit.

Iste Herodes quo non Dei iudicio à verbis consumptus expirauerit. Exod. 8. Ioel. 2. 2. Macha. 9

Idē qui præterea Reges & tyranni subierint iudicium Dei.

Latus Pompon.

Tertull ad Scapulā, sub initium.

Herodes quomodo percussus ab Angelo.

Quarto

Assentatio-  
nes non mo-  
do querere,  
sed etiā illas  
admittere  
quam impiū  
fit & iniquū.  
*Epsi. 42.*

*Gal. 6.*

*Q. Curtius*  
*lib. 4.*  
Alexander Ma-  
cedo qualem  
se voluerit  
appellari.

*C. Caligulae*  
superbia.

*Iose. lib. 2.*  
*de bel. Iud.*  
*cap. 9.*

*Augusti Ce-*  
*saris mode-*  
*sti a.*

*Iuue. saty. 4.*

*Psal. 113.*

Si quādo ab  
hominib<sup>9</sup> lau-  
damur, quid  
agere debea-  
mur.

Quarto perpēde, quā sit iniquum & sceleratū non solū querere, sed vel tātū assentationes impias admittere. Nā Deus vltus est iniuriam, qui honorem suū alteri dare non vult. Et profecto quicūq; opera, aut verba bona sibi tribuit, aut tribui sibi ab hominibus finit, is percutitur ab Angelo Dei, & vermibus consumptus expirat: quia relinquitur sibi ipsi, vt computrescat in se ipso. Ex carne enim quid metere possumus nisi corruptionē? Itaq; expirat, id est Spiritū sanctū amittit, quo opera illa bona, verbaq; faciebat. Quid igitur dicemus de Alexandro Magno, qui, vt *Q. Curtius* est testis, non solū passus est, sed etiam iussit se Iouis filium vocari, & more Persarū se voluit a suis Macedonibus adorari, vt fortassis ob eā causam in medio iuuetutis flore fuerit sublatus? C. quo que Caligula quamprimū imperium attigit, se Deū vocari voluit, ac filiam suā ad Iouis genua, tanquam eius filiā ponebat, vt testatur Iosephus: imagnesq; suas in tēplo Ierosolyme, & per omnes synagogas Iudaeorū poni voluit, vt colerentur: qui & breui tēpore à Deo extinctus est. De Augusto legitur, quod modestius se gesserit, & à nomine etiam Domini abstinerit, seq; ab alijs ita appellari interdixerit. Imminet ergo Regibus & Principibus ingens & blandū periculū ab assentatoribus, nisi molestos, & seueros se ipsos illis opponant. Nam vitio naturæ corruptę ingratae sunt vituperationes, dulces & blandae laudationes, & vt Poëta quidam dixit: Nihil est tam excelsū & magnificū de nobis dictū, quod non nostro merito datum nobis, deceptis tamen, existimemus.

*Nihil est, inquit, quod credere de se Nō possit, cū laudatur dijs aqua potestas.* Nos igitur neq; quaramus gloriā ex hisq; bene facimus, neq; expectam<sup>9</sup>, illā soli Deo debere agnoscentes, atq; cum Propheta dicentes: *Non nobis Domine, nō nobis, sed nomini tuo da gloriā.* Quod si quandoq; contingat illam ab alijs nobis inuisis, aut nescientibus exhiberi: confessim in cœlum oculos erigamus, & censū hunc glorię, di-

uinę maiestati pēdamus, atq; illo clypeo refundēdi in Deum laudes, quas cunq; quas nobis offerunt homines, aut propter virtutem, aut propter doctrinam, aut propter aliam, aliquā, siue naturę, siue gratię dotem, vtamur. Verbis etiā eos, qui nos laudant, cōpescentes, aut saltē fidem nostrā prōtestantes, & vitiū ambitionis atq; inanis glorię quasi grauissimum animi nostri vulnus repellētes: assentatores omnes & palpones pro capitibus hostibus habeamus, qui vt vermes per adulationes pascūtur, & scēdant laudatos: quoniā nos ad crimen diuinę læsę maiestatis, & ad gloriā, quę solius Dei est vnica spōsa, ac legitima vxor, nobis vsurpandā adhortantur: quemadmodū Ioseph olim sollicitatus ab vxore domini sui fuit. Sed quod ille tūc respōdit, & nos tentāti de gloria Satanae obijciamus: *Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua: nec quicquā est, quod nō in mea sit potestate, vel nō tradiderit, mihi prater te, quę vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malū facere, & peccare in dominū meum?* Audi Chrystomū sermone de inanis glorię cupiditate, eos qui humanas laudes contēdunt, celebrantē: *Tibi itaq; ait, diuinā gloriā affectanti, humanae sunt laudes fugienda: quibus euitatis, apud Deū, & homines quitūnis fama, & nominis vēdicabis. Nihil enim magis admirantur mortales, quā eum qui gloriā aspernetur: nec quēpiā maiori laude, & admiratione prosequuntur, quā qui laudari se pro nihilo duxerit, aut magni fieri. Quod sanē si homines ipsi id agimus, quāto magis cunctorū Deus gloria te, & laudibus extollet, si eas te cōtemptui habere cognouerit? Quid ergo te dici beatius potest? si quidē quatū inter gloriām videtur ignominiaq; distare, tantū dē sit, longē magis humana huius, mortalisq; laudis, & supernę discrimen? Et paullo post: *Etenim vt mulier prostituta in domo fastigio adstans, se se cunctis visendā prabet: sic homines inanis glorię seruitute capti, ad ostentationē omnia molliuntur: quos equidē impudica dixerim impudētiore: quod meretricula nonnullos sepe amārium aspernetur, cū ipse (vt has omittā) vnuerfos fugitiuis, in quā pradonibus,**

Gloria culus  
propria.

*Gen. 39.*

Quid nos de  
gloria tentā  
ti Satanae,  
no bis respondē  
dum.

Chrystoml  
ad glorię, &  
laudis contē  
ptum adhor-  
tatio.  
*Chry. tomo  
5. circa fin.*

Quid magis  
admirantur  
mortales, di-  
gnū que glo-  
ria ducant.

*Similo.*

Quales Iu-  
anis glorię cu-  
pidi Chryso-  
stomus.

*furun-*

Inanis glo-  
rię quales cō-  
tempores ei-  
dem.

*Idem.*

Imperij ina-  
nis glorię  
per eundem  
pulchra def-  
criptio.

*furunculis, & bursarū praeursoribus tui copia facies: ex his enim, vel horū similibus constant in tuam laudē spectacula: negligēsq; liberali, & præstanti ingenio viris, pradonum collegium, quorum te arguis loquē inferiorē, tuę salutē anteponis. Et infra exhortans ad eā contemendā: *Nā quemadmodū is qui feminā quāpiā ad amauerit, alia visa, quę pulchritudine priorē excedat, intermissa hanc deperibit: sic terrena glorię sectatores, vt primum diuinę illuxerit, eā facile contemnēt. Idē in principio hui<sup>9</sup> sermonis, imperiū inanis glorię describens, ait: *Cumq; & reliqua cum morte vnā vicia dissoluantur, hic tamē iactantia morbus post mortem etiam omni conatu contendit suam, vel in ipso caduere naturam proderet: quippe hac vita excessuri, & statuas insignes, vel eorum substantiā omnem consumpturas, erigi sibi, & atrolli demādāt, præsumuntq; plurimum suo funere luxum: quiq; dum in terra viuere, nummi vnus, aut panis gratia aduerti egeno conuitiati sunt, mortui verē vermibus mensam præbent, & abundāt. Quid reliqua dixerim, quę ex inani hac gloria mala emergunt? Optarem equidē quibusuis barbarorum hominum potius in seruitutem dari, quā semel eius subire iugum: nec enim à barbaris talia captiuis iniunguntur, qualia sibi morigeris hoc pacto inquitur: *Exhibe te cunctorum seruum, siue te fuerint infirmiores, siue clariores: animam aspernare: virtutē negligē, libertatem irride, ac tuā demum salutē aduersare: tūc si quid erit per te benē gestum, non Dei oblectandi gratia id egeris, sed ad ostentationem duntaxat & iactantiā. Hactenus Chrystomus.****

Verbum Do-  
mini quod-  
nā multipli-  
cabatur, &  
quomodō in  
Ecclesia pri-  
mitiua.  
*Exod. 1.*

Sequitur in textu: *Verbū autē Domini crescebat, & multiplicabatur. Ecce fructū, quē elicit Dominus ex tribulationibus, & ex morte Iacobi, & fuga Petri: nā verbum Domini inquit, id est, Christus, in pectore credētū plurimū roborabatur, & multiplicabatur, quōd attinet ad numerū fidelium, qui Christum amplectebantur: non secus atq;*

olim filij Israël, quō magis à Pharaone opprimebantur, & angariabantur, eo magis corroborabantur, ac multiplicabantur. ¶ *Barnabas autem & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis expleto ministerio, assumpto Ioanne qui cognominatus est Marcus. Ex his habes, Paulum, & Barnabam mansisse Ierosolymę, dūm Iacobus fuit extinctus, & Petrus in carcerem missus, ac liberatus. Dein de habes, probabile esse, illos hospitatos fuisse in domo Marię matris Ioannis, qui dictus est Marcus, atque ibidem preces fuisse pro Petro, eumq; postea vidisse. Tertio habes, expleto fideliter ministerio elemosynarum, rediisse in Antiochiā, vnde missi fuerant, & de qua in principio cap. sequentis fit mentio. Quod verō dicitur: *Barnabas autem, & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis, Græcē sic legitur, Latini verō quidam codices, Paulus, habent. Sed lectio Græca, quę est in Syriaco, præstantior est, quia sequēti capite ex Saulo primū cœpit dici Paulus, & facile fuit elementum Sigma mutare in literam P, & multa Latina habent Saulus, sicut etiam quędam exemplaria corrupta habent, Reuersi sunt Ierosolymam, cū legendum esse ab Ierosolyma, ratio ipsa textus indicet. nam adiungit reuersos expleto ministerio, scilicet elemosynarum, intellige Antiochiā, de qua cap. proximē sequenti: *Erat autem in Ecclesia, quę erat Antiochia, &c.* Græci etiam codices habent: *Reuersi sunt expleto ministerio in Antiochiā. Fugimus igitur tanquā pestem, inanis glorię studium, patientiam in tribulationibus amplectamur, precatōnis institutum consecemur: elemosynas & per nos ipsos, & per alios ad subleuandum fidelium inopiam fieri studemus, vt nobis demereri valeamus gratiam Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto sit sempiterna laus, honor & gloria in secula seculorum. Amen.***

Barnabas, &  
Saulus à ca-  
de Iacobi, &  
Petri in car-  
cerem conie-  
cti, vbi mor-  
abantur, &  
apud quos.

Quō se po-  
stea contule-  
runt euange-  
lizandi gra-  
tia.





TRACTATUS XXXVI.

In illa verba: Erant autem in Ecclesia, qua erat Antiochia, Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas & Simo, qui vocatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos, &c. Act. 13.

**R**EDIT Lucas ad historiã Barnabæ, & Sauli, quam in terruperat Petri in vincula coniecti liberationis narratione. Cumq; hætenus quorundã illustrium virorũ facta perstrinxerit, vt pote Petri, Stephani, Philippi: nũc alijs omisis, Pauli historiam narrare exorditur: non quod aliorum facta indigna iudicaret, quæ scriberentur, sed quod Pauli comes fuerit indiuiduus Lucas; ob id magis cõpertum habuit quidnam docuerit, & fecerit, ideo tãtũ certa scribere voluit, ne de suis scriptis dubitaret aliquis. Ex his verò Pauli gestis licet cætera Apostolorũ facta colligere, cũ similiter vt Paulus, missi sunt ad prædicandũ: & illi profecti prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermonẽ confirmante sequentibus signis. Et paulatim Christus diuertẽs à Iudæis ad Gentes, omnibus ad eam necessarijs præsidijs Ecclesiam Gentium muniebat. Nã cum Apostolus dicat: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autẽ Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autẽ pastores, & Doctores ad consummationẽ sanctorum in opus ministerij, &c. Hos omnes voluit primã Gentium Ecclesiã, hoc est, Antiochenam habere: nã post Apostolos, qui in ea versati sunt, erãt quoq; Prophetæ. Qui non tantũ sunt

qui futura prænouerunt, & præloquũtur, sed etiam & qui præterita, & præsentia prædicant, & veteris Testamenti libros interpretãtur. Doctores verò sunt, qui in præsentia vitia arguũt, & corrigunt, præterita Christi, & sanctorũ acta in memoriã reuocant, atq; super futuris pœnis terrent ac minantur, & præmijs, gaudijsq; futuris consolãtur. Inter hos Prophetas atq; Doctores primus nominatur Barnabas, qui interpretatur, Filius cõsolationis; quia spe æternorum præmiorum proposita debet prædicare concionator, & ea allicere ad fidem auditores. Secundus, est Simon, qui interpretatur audiens, vel obediens: quia audita tantũ à Deo, & non sua docere debet. Hic vocabatur Niger: quia æstu tribulationum extra niger sit oportet, qui veritatem prædicat, sed intus formosus, iuxta illud Sponsæ in Canticis: Nigra sum, sed formosa. Tertius nominatur Lucius, id est, qui lucem obscuris ac densis Scripturarum tenebris ingerit, & tenebrosa, ac obscura corda luce prædicationis illustrat: & Laodiceæ Syriæ Episcopus constitutus fuit teste Dorotheo in Synopsi. Meminit etiã Paulus huius Lucij Rom. 16. hic erat Cyrenensis, qui interpretatur paries: quia parietem se opponebat in hæreticos pro Ecclesia, & in murũ

Duplex genus Prophetarum.

Doctores qui.

Act. 4. Barnabas quid sonet.

Quod minus concionatoris.

Simon quid.

Præco veritatis qualis sit oportet.

Can. 1. Hæc nomina: Lucius Cyrenensis; Manahen, Collactaneus, quid significant. Rom. 16.

pro fidelibus ab ira Dei seruãdis. Ad dicitur Manahẽ collactaneus Herodis: qui conuersus fuerat ab errore ad veritatem: & interpretatur consolator, qui partem lactis sui alijs præstat. Et forte non tam significatur communicatio lactis, quam educationis: nã solent in pueritia Regum adungi filijs pueri simul educandi. Sed recte hoc loco Oecumenius: Ecce mores vniuscuiusq; non educatio à pueritia est, qua salutem afferat. Vide enim Manahẽ cuiusnam esset collactaneus, prophetia tamen dignatus est. Hęc ille. Atq; hic vel Herodis Antipæ, vel Herodis Agripæ, de quo superiori capite, collactaneus fuit. In hoc autẽ & Herode maxime vera redditur sententia Christi: Duo erunt in lecto, vnus assumetur, & alter relinquetur. Vltimo loco ponitur Saulus, quod fortassis vltimus fuerit vocatione alijs prænominatis. Isti ergo præ cæteris, erant Prophetæ, & Doctores.

Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus, Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod ego assumpsi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos. Ecce qui vltimo loco nominatus fuerat, supra omnes, quia super primũ, id est, Barnabam ponitur. Quale autẽ esset illud ministeriũ quod impendebant, non est satis liquidum, aut exploratum. Verũ ipsa vox Græca, quæ hoc loco ponitur, λειτουργία, vt pleriq; ex nostris expederunt, qui contra Hæreticos pro fide decertarunt, & circũstantiæ quæ, apponuntur, satis indicat, de quali ministerio sit sermo. Nam verbũ λειτουργία proprie est ministrare in sacris seu sacrificare. Vnde Erasmus, & alij noui interpretes hæc verunt: Sacrificantibus autẽ illis Domino: etsi ab Hæreticis negetur, & à quibusdã ex nostris scienter locum hunc perpendentibus.

Quod autem hoc de sacrificio Missæ intelligendum sit, ex multis ostendo. Primũ, quia cum hic sit sermo de Apostolicis viris, qui prophetæ erãt, & Doctores, atq; illi non Gentium more Ioui, aut Marti, aut Veneri, sed Domino sacrificarent: nec sacra etiã mo-

re Iudæorum facerent, quia Christiani erant, & extra Ierusalem non licebat facere sacrificia: super est, vt more aliquo à Christianis obseruato sacrificauerint. Non fuit autẽ alijs quã iste, qui modo in Ecclesia obseruatur, scilicet in Eucharistiã, siue Missæ oblatione. Deinde idẽ probatur ex ipsa voce. Nam Græci hodie non aliter Missam vocant, quam λειτουργία; vnde Liturgia Basilij, Liturgia Chrysoctomi, Liturgia B. Iacobi, &c. & Suidas: Λειτουργία κυρίου μιν ιορασην καταχρησας δὲ λαμν, hoc est Liturgica, proprie est ministerium in sacris, improprie autem ministerium feruile. Et post hæc subdit: Liturgia est publicum ministeriũ. Imò ex ipsis Scripturis de propria huius vocis significatione edocemur. Nã Luc. c. 1. Et factũ est, inquit, vt impleti sunt dies officij eius. Græcè dicitur, τὸς λειτουργίας αὐτοῦ, id est functionis, seu operationis in sacris. Et ad Hebr. ca. 10. Et omnis quidẽ sacerdos præsto est quotidiè ministras, vbi Græcè dicitur, καθ' ἡμέραν λειτουργῶν. Et frequenter illam vocem vsurpat Paulus in epistola: nam vocat vasa ministerij, quæ ad sacrificium erant necessaria. Et Gregorius Nazianze. in oratione de funere patris sui, refert de illo: Ἄπο μόνου ἰδὲ δυνὸ λειτουργίας; id est, à solo sacrificio corroborabantur. Tertio idẽ persuadet nomen ministerij publici: quia nullum ministeriũ publicum hoc dignius, & excellentius. Et in sacrificio Missæ proprie Christus est, qui offert, & sacrum facit, sacerdos autem proprie est minister. Vnde in primitiua Ecclesia, nostri non sacerdotes, sed ministri vocabantur: & verbum ipsum Hebræũ ἱερός, vnde Cohem, id est sacerdos, proprie est λειτουργία, siue ministrare in sacris. Quarto accedit, quod Antiochiæ expediebat fideles perseverare in fractione panis, quemadmodum in Ierosolymis faciebant: nam institutores Ecclesiæ Antiochenæ à Ierosolyma profecti erant: & verisimile est, eos ritus illis impertisse, quos Apostoli credentibus Ierosolymitanis tradiderant, vt essent perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis & ora-

II. Ratio.

Luc. 1.

Heb. 10. Vasa ministerij quæ Paulo. Supra. 9.

III. Ratio.

Sacerdos qui vocarentur olim, Cohem Hebræis quã.

III. Ratio.

Act. 2. Antiochenæ Ecclesiæ instituta vnde manauerint.

Quò tendat hic B. Lucas.

2. Cor. 8.

Apostolorũ assiduũ studium quod erat. Marc. vlti.

Christi erga Ecclesiã suã ex Gentibus collectã cura, & sollicitudo. Ephes. 4. & 1. Cor. 12.

Oecumen. in Acta.

Manahen cuius fuerit Herodis collactaneus: de illo quid verè dictum sit à Christo. Matth. 24.

Paulus vltimus vocatione, dignitate primus.

Erasmus.

Ministerium illud, de quo Act. 13. initio sit sermo, de Eucharisti co solũ debere intelligi sacrificio, probatur. I. Ratio.

tionibus. Quod indicatur per verba participij presentis, cū ait: Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus. Vbi non de aliquo actu peculia-ri, sed de cōsuetō, & in more posito loquidetur. Quinto mirificē quadrat, vt Missæ sacrificio Saulus, & Barnabas ordinati fuerint, sicut modō ordinationes fiunt post Missarū solēnnia: quod ex Apostolica traditione profectum fuisse, indubitanter est asserendū. Quod confirmat Dionysius Areopagita lib. de Eccle. hierar. dicens: *Neque enim ferme fas est sacerdotalis muneris sacerdotium aliquod peragi, nisi diuinum istud Eucharistia, augustissimumq; sacramentum compleat.* Hæc diuinus Dionysius. Sexto probat etiam, quod die Dominico hæc ordinatio sit facta: quia vt habet textus: Tunc ieiunantes, scilicet Dominico die, vt interpretatur Leo epistol. 79. Distinct. 75. cap. Quod die, & Anacletus cap. Ordinationes Episcoporum, & ipsemet Petrus lib. 8. Constitut. Apostol. cap. 2. *Primus ego Petrus dico, Episcopum ordinari debere (vt supra simul omnes constituimus) ex omni parte reprehensione carentem, ab omni populo delectum, qui nominato, & approbato, conueniens populus cū collegio presbyterorum, & Episcopis, qui adsunt in die Dominico, & cætera.* Quod verō hic sit sermo de ordinatione Sauli, & Barnabæ, paulo post fusius indicabimus.

Ex hisigitur colligimus, verbū illud *Ministrantibus*, Missæ sacrū ministeriū cōtinere, vt egregie Episcopus, Roffensis & Martyr in libro de sacerdotio vifibili aduersus Lutherum explicauit.

Ruunt ergo falsi quorundam sensus, legentium, sacrificantibus, sed intelligentium, de sacrificio spiritali laudum, aut precum: quia de his sacrificijs, vox illa surpāri nō solet. Et hic præter ministerium dicitur, quod ieiunantes, & orātes, imposuerunt illis manus. Et in sacrificio Missæ non de sunt preces, & Dei laudes, & inuocationes nominis eius. Et ita non potest intelligi de talibus sacrificijs, ita vt excludatur ipsa Missa, in qua maxime sacra, & preces, & laudes offeruntur.

Erasmus, & Caietanus interpretan-

tur de ministerio prædicandi. Nullum (inquit Erasmus) *gratius sacrificium, quam impertiri doctrinam Euangelicam.* Maxime quia præcessit: *Erant autē Propheta, & Doctores.*

Sed huic sensui de prædicatione repugnat textus, dicēs in datiuo: Ministrantibus autē illis Domino, vbi insinuat aliquid actio immediatē Domino exhibitā, qualis non est prædicationis, quæ immediatē respicit populū qui instituitur. Deinde iugitur ministeriū ieiunio; quod nō ita est adpositū prædicationis, quemadmodū Missæ. Nā prædicare & verbū Dei audire possumus, & præsi, & impræsi: at cultū sacrificij Eucharistici Deo exhibere, & de illo participare nō possumus nisi ieiuni. Adhęc subditur: *Tūc ieiunantes, & orātes, imponētesq; eis manus:* Quæ nō videtur prædicationi respondere, sicut sacrificio Missæ, in quo oratioma gnā habet partē: & manū impositio, id est ordinatio, nihil ad prædicationē, multū ad sacrificiū Missæ facit, sine quo fieri illa in Ecclesia nō cōsueuit.

Et licet præcesserit quod erāt in Antiochia Prophetæ, & Doctores, nō propterea euincitur, hoc ministerium de prædicatione esse intelligendum: cū illi etiam ministri essent Eucharistia, siue sacerdotes.

Obijciūt nōnulli, vocem illā Liturgiæ ad alia, præterquā sacra extendi, vt Rom. 23. dicitur de potestatibus gladii portatibus: *Ministri enim Dei sunt,* Græcē *κλῆροί.* Et ad Heb. 1. idē Paulus vocat Angelos *κλῆροί,* cū ait: *Et ministros suos flammā ignis;* & *Nōne omnes sunt administratorij spiritus,* &c. Itē Philippē. 2. Epaphroditū vocat ministrū necessitatis suæ, id est, *κλῆροί.*

Respondemus, proprie verbū illud esse operatū munus publicū, & sacrū, rranslatē autē, siue per metaphorā extēditur ad significandū aliud quodcunque ministerium publicū, modo illud ad Deum per homines referatur. Hinc Magistratus, & Angeli dicuntur *κλῆροί;* quia Magistratus, & Angeli nobis, & Epaphroditus Paulo non ministrabat nisi propter Deū. Ita etiā metaphorice Rom. 15. in prædicatione vocat se *κλῆροί,* ac etiam

Illud etiā ministeriū, iuxta Erasmus, & Caietani sensum, ad prædicandi officium nō potest referri. I. Argum.

II. Argum.

III. Argum.

Quid ad Missæ sacrificiū requiratur.

Solutur obiectio Erasmi.

Rom. 13.

Heb. 1.

Ibidem.

Philipp. 2.

Magistratus, & Angeli Liturgiæ cur ab Apostolo nō ministrantur. Rom. 15.

Ratio. V.

Diony. Areop. lib. Eccl. hierar. par. 1. c. 2. circa med.

VI Ratio. & quo die Saulus, & Barnabas fuerint ordinati. Leo Papa. Anacle. Papa.

Clem. Rom.

Episcopus quā illis ordinandus.

Roffen. Martyr.

Dicitur ministeriū, spirituale sacrificium laudum, aut precum præterantium sensus.

*Εἰς τὸ εἶναι μὴ λειτουργοῦν τὰ ἔθνη ἱεραρχοῦντα τὸ εὐαγγέλιον.* Id est: *Vt sitim minister in Gentibus, sacrificans Euangelium.* Vbi vt metaphorice est sacrificare Euangeliū, ita etiam esse liturgon. Et pro eodem videtur accipere *κλῆροί,* & *κλῆροί:* quia Euangelium ad Dei honorē populo ministrabat. Similiter etiam in eodem capite Paulus ait quod Gentes debent in carnalibus ministrare illis: vbi Græcē *κλῆροί.* Et 2. Corint. 9. de elemosyna ait: *Quoniam ministerium huius officij: vbi Græca habent: Ὁσι ἡ διακονία τῆς κλῆροίας τῶν ἁγίων.* Vbi elemosynæ, quia vt res sacræ Christo dabantur ad subleuendam membrorum eius inopiam, vocantur liturgia, seu sacrificia. Et Chrysostomus interpretans locum dictum ad Corinth. vult illam, & aliam quamcunque elemosynam esse sacrificiū: cuius altare sunt pauperes. Sed talis verbi vsus est metaphorice. Tam potēs autem veritas est, vt Pellicanus, & Oecolampadius Ecclesiæ hostes, enarrantes hunc locū, & laborantes vt fugiant dictam catholicam de sacrificio Missæ expositionē, & interpretātes de ministerio Verbi, & elemosyna, & oratione, addunt à veritate victi, quod dispensabant Dominicam cœnam, seu panem Dominicum. Et hætenus de illo loco, quo sacrificiū Eucharisticum continere euicimus.

Iam de altero Sacramento à Caietano hic ignorato, & à nugatoribus perfidē denegato differendum est. Cū enim dixerit Spiritus sanctus per aliquē ex illis prophetam, verbo videlicet mentali: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos, siue aduocauit eos, hoc est ad Euangelium Gentibus prædicandum, vt ipse Paulus in principio epistolæ ad Romanos interpretatur: Segregatus, inquit, in Euangelium Dei, quod ante promiserat, &c.* & quia illi statim ieiunio, & oratione, & impositione manuum vsi sunt: profectō aliquod Ordinationis Sacramentum susceperunt. Tūm quia superius Act. 6. sacri Diaconi oratione, & impositione manuum Apostolorū promoti sunt: quæ hic quodque inueniuntur. Et additur ministe-

B. Chrysof. in 2. ad Corinth. homil. 20. sub init. tom. 4.

Pellicanus, & Oecolampadius hæretici, catholice de hoc loco quid sentiant.

Ex eodem capite Act. 13. ordinationis Sacramentum aperte deduci.

Vt dixerit Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum, & Barnabam. Rom. 1. I. argum.

Act. 6.

rium sacrificij Missæ, & ieiunio: quæ illic quoque obseruata fuisse, verosimile est atque rationi consentaneum. Deinde accedit verbū illud: *Segregate:* Nam per sacram ordinati onem homines à cæteris ministerijs segregantur, & vni alicui deputantur, vt illud dignè exercent; vt alij ad Diaconatum, alij ad Presbyteratum, alij ad Episcopatū; vt ita quisq; suo ministerio deputatus, & applicatus, rectè dici possit segregatus.

Verū hoc posito, dubium est, ad quem ordinem Saulus, & Barnabas per impositionem manuum sint promoti. Certè non est imposita manus ad Sacramentum Confirmationis, quā antea accepisse Saulum est verisimile, vt diximus cap. 9. Saulum ab Anania & baptizatum, & cōfirmatum fuisse. Idem credendum de Barnaba, qui Apostolatus munere fugebatur. Rursus nō est illis imposita manus ad Apostolatū, vt Græci, & Lyra tradūt. Primō quia Apostolatus, vt talis, non est ordo: quare nec Matthiæ ad Apostolatū vocato Act. 1. imposita est manus: & Discipuli prius creati fuerunt Apostoli Luc. 6. *Vocauit, inquit, discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis quos & Apostolos nominauit:* nec tamen vllō Sacro ordine initiati erant: nam in cœna creati sunt Sacerdotes, & post resurrectionem, Episcopi per illam Domini inspirationem, vt Augustinus voluit. Vel certè post Domini Ascensionem Petrus reliquos Apostolos in Episcopos sanctificauit. Vel vt alij nō improbabiler asserunt, in ipsa cœna Dominica simul & in Presbyteros, & in Episcopos à Domino sunt ordinati. Quod ex eo deducit, quod Christus illis dixerit: *Hoc facite in meam commemorationem:* Vbi non tantum conficiendi Eucharistiā, atq; illam Patri offerendi, sed etiam ministros eius instituendi potestātē acceperunt: nā iussi sunt facere quicquid ipse fecit: ipse autem ministros Eucharistiæ tunc instituit. Præterea Paulus gloriatur de suo Apostolatu, quod fuerit immediatē à Deo, non ab hominibus, neq; per hominem, sed immediatē per Iesum Christum. Ante hanc

II. argum.

Ad quid Saulo, & Barnabæ Act. 13. man⁹ fuerint impositæ.

Act. 9. Quod nō ad Confirmationem.

I. ratio, quod non ad apostolatū, secundum aliquos.

Act. 1.

Luc. 6.

Infra 22. et 1. Cor. 11. Apostoli à Domino quā do facti fuerint Sacerdotes, & Episcopi.

Ioan. 20. D. August. lib. 99. Veteri & Noui Testamē. q. 93. tom. 4. Altera opinio, & quā probabilis.

Luc. 22. & 2. Cor. 11.

II. ratio. Gal. 1.

III. ratio.

Gal. 1.

Act. 9.

Chrysoft. ho  
mil. 27. in  
Acta sub ini  
tium tom. 3Oecum. ibi-  
dem.III. ratio.  
Nemo dar al  
teri quod nō  
habet.

Heb. 7.

Saulū & Bar-  
nabā per di-  
ctam manū  
impositiōē  
fuisse Epifco  
pos ordina-  
tos, probatur  
1. Tim. 5.  
Ratio prima.Quod magis  
proprium E-  
pifcopi mu-  
nus fit.

II. ratio.

etiam ordinationem iā prędicauerat, & apostolatus officiū exercuerat. Dicitur em̄ Act. 2. quod Barnabas venit Tarsum, vt quæreretur Saulus: Quē cū inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annum rotum conuersati sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt turbam multā, ita vt cognominarentur primū Antiochię discipuli Christiani. Et vt nō pugnat, Paulum esse Apostolū non ab hominibus, neq; per hominem, & tamen fuisse baptizatum, & confirmatum per hominem Ananiam: ita non pugnat per homines ad sacros ordines fuisse promotum. Pugnaret autē, per homines ad Apostolatū fuisse vocatū. Vnde Chrysoftomus in pręsentem locum, quem tractamus, & Oecumenius, testatur Paulum per homines fuisse ordinatum; sed à Spiritu sancto vocatum ad Apostolatū, & missum. Ad hęc illi qui imposuerunt Saulo, & Barnabę manus, non erant Apostoli, vt possent creare Apostolos, sed Doctores tantū erant, & prophete: nemo autem sacro ordine alterū initiās, illam confert ei potestatem, qua ipse careat, quia sine cōtrouersia quod minus est, à meliore benedicatur.

Dicendum igitur est, quod imposita fuit illis manus, vt crearentur Epifcopi, & ad dignitatem illam promoveretur: qua de manuum impositione crebra fit mentio in Nouo Testamento. Vnde illud: *Manus cito nemini imposueris: neq; communicaueris peccatis alienis.* Hoc autem probatur, Primò, quia Spiritus sanctus dixit: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos, scilicet ad Gētibus prędicandū, vt ipse interpretatur ad Romanos 1. Et subiungitur hęc, quod dimissi venerunt Salaminam, vbi prædicabant verbum Dei.* Ita profecto Epifcopi dum ordinantur, audiunt verbū illud: *Accipe Euangelium, & vade, & prædica verbum Dei.* Nullum enim magis proprium munus Epifcopi, quā sacrum docere Euangelium: etsi nostro vitio factum sit, vt nihil modò apud multos magis videatur impropriū, aut nouum. Deinde quia Acto. 14. de Paulo, & Barnaba legitur: *Et cū constituerent illis per singulas Ecclesias*

presbyteros, & orassent cum ieiuationibus, commendauerunt eos Domino. Vbi videre potes, illos fuisse ordinatos ad hoc vt possent per Ecclesias constituere Epifcopos, & presbyteros. Hinc Oecumenius in hęc verba scribit: *Notandum verò, quod Paulus & Barnabas Epifcoporum dignitatem habebant: neque enim solum diaconos creabant, verumetiam presbyteros.* Hęc ille. Tertio, ad Gal. 2. testatur: *Cū vidisset quod creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis: Qui enim operatus est Petro in Apostolatū circumcisionis, operatus est & mihi inter Gētes, &c.* Vbi quod subdit: *Dexteras dederunt mihi, & Barnabę, societatis; vt nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem, scilicet prædicarent, ostendit non minus apostolatū suū esse à Deo, quā Petri, aut aliorum: & promotionem hanc tantū fuisse, vt sacros, & supremos ordines susciperent, quod alios in Gentibus possent ministros constituere, tum verbi, tum Sacramentorum, quod prius neuter illorum poterat efficere, etiā si vterq; doceret, ac prædicaret.* Quarto, Leo Pōtiffex epistola ad Diocorū Alexandrinum, de tempore ordinationis loquens, quod vult esse Dominicam diem, ita scribit: *Nam præter autoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica nouimus venire doctrina, etiam sacra Scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulum, & Barnabam ex precepto Spiritus sancti ad Euangelium Gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes, & orantes imposuerunt eis manus; vt intelligamus quanta & dantium, & accipientium deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletū.* Hęc ille: Leo verè Magnus, agnoscens hęc Sacramentum benedictionis esse ordinationis, quam quidam ex nostris nō agnouerunt, & illos fuisse promotos ad Euangelium Gentibus prædicandum, id est, ad Epifcopatus gradum, communem tamen ac vagum, ad omnesque gentes extensum, & vilo loco nō circumscriptum. Quemadmodum etiam Apostoli, qui in vniuersum Ecclesiam regendam susceperant, Epifcopatus gradum habebant, sed communem: quā

Ad quid Saulus, &amp; Barnabas fuerint ordinati tantummodo.

Oecum. in Acta, c. 22.

III. ratio.

Gal. 2.

III. ratio.

Leo Papa epist. 81.

In decret.

Irenę lib. 3.

Ordinatio presbyteri,

aut diaconi

quando celebra

branda.

Petrus Apostolus quartus particularium Ecclesiarum Epifcopus.

Clem. Rom.

Quo senta Chrysoftomus Paulū &amp; Barnabam asseruit in Apostolos ordinatos.

Chrysoft. homil. 27. in Acta.

B. Hieronymus tom. 1. circa finem.

Psal. 108. &amp; Act. 1.

Ephes. 4. Apostolus, &amp; Epifcopus in quo differat.

Ecclesie antequam ordinationes ministrorum confuetudo ieiunandi vnde profecta.

Vnde nam Ecclesia totius salus pendeat.

Dionysius Iohanno dicto.

D. Clemens. Cap. vlt. in fine.

quam quidam ex illis peculiares sibi Ecclesias delegerint gubernandas tantquam Epifcopi, vt Petrus primo Ierosolymitanam tenuit Ecclesiam: quare relicta, & assignato Epifcopo peculiari, nempe Iacobo fratre Domini Apostolo, Antiochenam deinde sibi peculiari ratione assignauit Ecclesiam. Sed coactus illam deserere, consignauit illam Euodio ordinato in Epifcopum à se ipso: post cuius mortem Ignatius ordinatus à Paulo est Epifcopus Antiochię: vt tradit Clemens lib. 8. Diatæxon cap. 46.

Hic aduertenda sunt duo. Alterum, B. Chrysoftomum asserere hoc loco, Paulum & Barnabam in Apostolatū ordinatos: & B. Hieronymū in libro de Ecclesiasticis scriptoribus affirmare, Barnabam cum Paulo, Gentium Apostolū ordinatum fuisse. Sed hi Patres nomen Apostoli vsurpant pro Epifcopo: quemadmodum è contrario Epifcopatus accipitur pro Apostolato, cum ait Scriptura: *Et Epifcopatum eius accipiat alter, & Paulus, cum ait: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, interpretatur Ambrosius, id est, Epifcopos.* Et revera manus Epifcopi perinde est prædicare, atq; Apostoli: nisi quod ille docet tantū in propria dicecesi, & creat Sacramentorum ministros; hic verò vtrumq; præstat per vniuersum orbem, cum nulli sit adstrictus loco. Secundo annotandum, ex hoc loco, & Act. 14. accepisse Ecclesiam consuetudinem illam ieiunandi, dum ordinationes sacre ministrorum fiunt: quod ob hanc causam quater in anno in Quatuor Temporibus diligenter obseruat. Nam cū ex bonitate, & sanctitate ministrorum, id est, Epifcoporum, Presbyterorum, atq; Diaconorum totius Ecclesie salus pendeat; merito in his Quatuor Temporibus ieiunium indixit. Accepit quoque Ecclesia ex hoc loco, sacras ordinationes non nisi inter Missarum solennia esse celebrandas. Quod præter testimoniū Dionysij allatum docet etiam Clemens Petri discipulus lib. 8. Diatæxon Apostolicarum: *Nos, inquit, oblatum secundum eius ordinationem sacrificio puro, & incruentum, constitutum Epifcopos, Presby-*

teros, & Diaconos numero septem. Et hęc tenus de altero Sacramento nobis deputatum sit. Illud tantū addam, quod Arator in sui Poëmatis principio lib. 2. insinuat, Saulum & Barnabam ordinatos fuisse Antiochię à B. Petro dicens: *Spiritus accensam verbo radiante lucernā sub modio lucere vetans, scernite Saulū Dixit in oris opus: quem mox sacravit euntem* Imposita Petrus ille manu. Cui sermo magistri Omnia posse dedit. Quæ si vera sunt, colligimus, Petrum post liberationem carceris Antiochiã venisse, quæ extra Herodis Agrippæ ditionem posita erat, & vbi Marus Syrię Præses parum grauis Agrippæ gubernabat. Quod si ille non adfuit; profecto non deerant iam multi Epifcopi per Apostolos promoti, qui Paulum, & Barnabam possent ad sacros Presbyteratus, & Epifcopatus ordines promouere. Vnde & Oecumenius existimat Saulum & Barnabam accepisse manuum impositionem à Lucio, & Manahen. Et cum Spiritus sanctus tantū iussisset segregari Barnabam, & Saulum; at illi a Miderunt ieiunia, & preces, & imposuerunt manus, docerentq; in ipsis Ecclesie exordijs quid posteris esset faciendum. Autor historia Scholastica refert, illos qui erant Antiochię, audito illo Spiritus sancti verbo: *Segregate mihi Saulum & Barnabam, remississe Saulum, & Barnabam in Ierusalem ad Petrum, & Iacobum, & Ioannem, qui erant ibi: & illos, cognito Domini mandato, cum ieiunijs & orationibus imposuisse illis manus in modum ordinandorum.* Quod mihi sanè verisimile non sit, quia Petrus à carcere per Angelum liberatus fuerat, & inde iam Romam abierat. Præterea potestas ordinandi non solum erat in illis tribus, sed in omnibus, qui iam acceperant manuum impositionem, & Antiochię potuit ab illis, qui ibi agebant, accipere manuum impositionem, vt textus ipse aperte testatur: nā postquam ordinati fuerunt, venerunt Seleuciam, & inde Cyprum.

Et ipsi quidem missi à Spiritu sancto

Arator.

Petrus à carcere liberatus quod primum venerit.

Oecumen.

Hist. Schol. lib. vlt. c. 70.

Saulum, & Barnabam Antiochię, & non in Ierusalem, neque à Petro, Iacobo, & Ioanne ordinatos fuisse, dupliciter.

Quare Lucas Paulū & Barnabam iterum esse missos affert ab Spiritu sancto. Gal. 1. Seleucia que ciuitas, a quo condita.

Abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum. Iterum inculcat illos ab Spiritu sancto missos, ut Apostolatus eorum intelligatur non esse ab hominibus, neque per hominem, ut Paulus ait ad Gal. Est autem Seleucia, ciuitas in promontorio maris posita, ad quam usque, peruenit nemus Daphnes: condita à Seleuco Nicanore Rege Syriae, & aliquando dicta fuit Pieria, ex qua, teste hic Luca, commodus est ac breuis in Cyprum insulam traiectus. In hac vrbe non morantur, cum non ignorarent ex vicina vrbe Antiochia magnam utilitatem esse consecuturos, vel iam consecutos.

Et cum venissent Salaminam, predicabant verbum Dei in Synagogis Iudeorum. Habebant autem & Ioannem in ministerio. Salamina, altera est insula inter Cyclades non longè contra Athenas, in qua est vrbs eiusdem nominis, quæ certabat cum alijs ciuitatibus de Homerio in illa ortu. Alia vero est Salamis, siue Salamina in Cypro insula in amœno Orientalis litoris situ posita, de qua hic est sermo, & in hac Barnabas natus, & passus fuit: nunc autem Constantia dicitur: Cuius ciuitatis Episcopus extitit Epiphanius sanctissimus Doctor, & Hæreticorū acerrimus insectator. In hac vrbe primum predicauerunt Apostoli illi: sed ita ut primum in Synagogis Iudeorum proponerent verbum Dei, ac deinde ad Gentiles progredere. Nam ut ignis sceleriora ligna prius incendit, quam viridia: ita Iudæi per legem instructi erant de aduentu Messiae, & propterea propter legis catechismum capere poterant doctrinam Euangelicam: et si vitio suo difficiliore ac duriores se redderent, & Gentiles facilius amplecterentur Christum.

Et cum perambulassent vniuersam insulam usque ad Paphum, inuenerunt quendam virum magum pseudopphetam, Iudaicum, cui nomen erat Bar-Ieu. Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, viro prudente. Paphus, ciuitas erat in eiusdem insule lictore Occidentali sita: ita ut è Salamina parte Orientali Paphum usque totam peragrauerint insulam. Et vtrique tradunt, duplex fuit Paphus,

altera erat vetus, quæ olim totius insule metropolis fuit, & à vetustis Scriptoribus, & Poëtis celebrata, in qua erat templum Veneri dicatum, ob quæ vocabant Deam Paphiam. In hac septem Machabæi fratres cum matre martyrio coronati sunt: in quorum honore adhuc fanum superest septem facellis distinctum. Altera Paphus est noua, à veteri per decem stadia distans, & in lictore sita, à qua in Alexandriam est traiectus 360. stadiorum. Videtur autem hoc loco sermo esse de priori, quia in ea manebat Sergius Paulus Proconsul, qui vniuersam illam insulam administrabat, ut ita in nobiliori ciuitate & metropoli totius insule maneret. At vero ut lucis est detegere fures, proditores, ac adulteros, de qua: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis: ita Dei est reuelare impietates, superstitiones, & mendacia. Ita igitur inuenerunt Iudæum quendam magicis artibus, falsisque augurandi studijs præditum, qui apud Proconsulem Paulum manebat. Solent enim huius generis homines magnatum, & Principum domos frequentare: non tantum ut habeant vnde honestè uiuant, & nummos emugant, sed etiam ut gratia, & autoritate, apud alios inferiores valeant. Nam illud est Sathanæ consilium, capita, hoc est, primaries viros dementare, quod facillè alijs popularibus possint imponere. Hic vocabatur Bar-Ieu. Et ut B. Hieronymus, & Beda admonent corruptè legitur in quibusdam codicibus Bar-Iesu, quales nos hodie multos habemus. Erat autem proprium nomē illius magi, quod idem sonat quod filius Ieu, vel Iesu, si legitur Bar-Iesu, sicut Petrus Bar-Iona, id est, filius Ioannis. Lectio Syriaca habet Barschumo, id est, Filius nominis. Alij vero dicunt Bar-Ieu significare maleficū; vel magum, vel in nequitia. Proconsul hic vir prudens dicitur. Et prudentes possunt gubernare Prouintias; iuxta illud: Intelligens gubernacula possidebit. Et prudentiæ symbolum est, querere sapientiam quæ à Deo est, quam in idolis, & sapientia Romanorū aut Græcorum non inueniebatur. Pulchrè

Venus olim cur Paphia vocaretur. 2. Machab. 7. & seqq.

De qua hic Papho sermo sit.

Psal. 118.

Quid prius lucis, ac Dei.

Magi quibus ferè domicilijs aluerit.

Sathanæ astus qualis. Legendū ne sit Bar-Ieu, an Bar-Iesu. B. Hieronymus. lib. De nominibus Hebræa. tom. 3. Beda, tom. 5.

Bar-Ieu quid Matth. 16.

Ioan. 1. Bar Schumo quid.

Bar-Ieu quid secundum alios.

Præsentia. Ad quos spectet Prouintiarū administratio. Ecclesiastici 1.

Salamina quid: de qua hic Salamina sit sermo.

Barnabas unde oriundus, vbi passus, quæque fuerit sedes Epiphanijs.

Quare primum Iudæis verbum Dei fuerit proponendum, tū Gentilibus.

autem Chrysostomus in hac verba scribit: Iterum magus Iudæus sicut Simon: & vide hunc quando alijs quidem predicabant, non valde indignante; quando autem accesserunt Proconsulem, tunc indignati sunt. Miraculum autem est in Proconsule, quod preoccupatus illius magia, voluit audire Apostolos. Ita & Samaritani fecerant: & à comparatione victoria apparet, dum magia vincitur. Vbi que vana gloria & amor principatus cause sunt malorum. Hæc ille. Dionysius Areopagita libro De diuinis nominibus meminit huius Elymæ magi contra nostros disputantis: ait enim: At qui (inquit) Elymas magus, si est omnipotens Deus, quomodo à vestro Theologo aliquid non posse dicitur? Beatus insinuas Paulum, qui ait, Deum seipsum negare non posse. Et infra subdit: Nempe enim se ipsum negare, à veritate decidere est. Porro veritas Deus est, & à veritate cadere, à Deo est cadere. Si igitur Deus est, veritatis negatio, est à Deo prolapsio, à Deo cadere Deus non potest, & non esse (ut sic dixerim) non est, & non posse non potest, & non nosse secundum priuationem non nouit: id sapiens ille non intellexit. Hactenus Dionysius. Sequitur: Hic accersitis Barnaba, & Saulo. Ita habent vniuersa Græca exemplaria, & Syriacus codex, cum Latini codices omnes ferè habeant Paulus. Quæ lectio etiam defendi queat, quia quasi explicando adiungitur: Saulus; qui & Paulus: ostendens, quæ nominauerat Paulum, eundem esse cum Saulo: tamen præstare videtur lectio Græca, & Syra. Et Saulus semper dicitur usque ad illum locum, ex quo semper dicitur Paulus: & facillè est mutato vno elemento, ex Saulo facere Paulum. Cum ergo Paulo, & Barnabæ accersitis consideraret audire verbum Dei, Sathanas per hunc suum ministrum dabat operam Proconsulem iam ad credendum propensum à Fide auertere: eo quod non ignoraret illo Christum amplectari, fore, ut à fraudibus illius magi deficerent ceteri, & ad Fidem conuerterentur. Et addit Lucas: Resistebat autem illis Elymas, magus, sic enim interpretatur nomen eius. Incertum est ad quod nomen eius referat, an ad

Chrysost. homil. 28. in Act. initio, tom. 3. Act. 8. & seqq. Vbi que vana gloria, & amor principatus; quid pariant. Dionys. lib. De diuin. nomin. cap. 8. paulo ante med. 2. Tim. 2. Deum negare seipsum non posse, quid refert Dionysio. Veritate negare quid sit.

Cur Elymas magus Paulum proconsulem à fide prohiberet.

Bar-Ieu, quod maleficum significare diximus: & ita quod dixit, Elymas magus, interpretatus est nomen Bar-Ieu. Alij vero referunt ad nomē Elymas, quod quidam significare dicunt magum, aut præstigiatozem, vel corruptorē. Si à Græco deriuet *ελυμας*, Græcis nigrum, vel pannosum, vel perniciosum significat. Et ita habebat nomen inditum à moribus. Si autem Elymas ab Hebræa voce deducas, cæcum denotat, qui Paulo, & eius resistens monitis, excæcatus est, Hieronymus verò dicit significare, ad transgressionem, vel transgredi faciens. Si ergo Elymas est nomen proprium, nomen Bar-Ieu, vel Bar-Iesu cognomen fuit, ut apud Proconsulem fauorem sibi magis conciliaret. Interpretatur enim primum nomen Bar-Ieu, filius Iouis: sicut secundum nomen Bar-Iesu, filius Saluatoris.

Saulus autem, qui & Paulus. Paulus hæcenus semper dicitur Saulus: ab hoc autē loco perpetuo vocatur Paulus. Varia est inter Patres sententia, & quando fuerit illi hoc nomen inditum Pauli, & quid significet. Ad primum, existimat Origenes cum quibusdam alijs, binominem extitisse à circumcissione, ita ut vtròque nomine gauderet: & Pauli propter Romanos; nam & ipse natus erat ciuis Romanus; & Saul, eo quod esset Hebræus, & ex tribu Benjamin, ex qua Saul primus in populo Dei regnauerat. Cui sententiæ illud aduersatur, quod semper usque modo dicitur sit Saulus, & nunquam Paulus; ab hoc vero loco postea semper Paulus, & non Saulus. Et si vtròque nomine gauderet, indifferenter nunc hoc, nunc illo nuncuparetur. Damasus Papa, qui etiam eleganti carmine Pauli conversionem celebrauit, asserit à baptismo, quem suscepit ab Anania, veterē Sauli nomine se spoliasse, & Pauli nouum nomen induisse, dicens: Vt lotus, placuit sancto de nomine Paulus.

Idem sensisse videtur noster Ambrosius, dum ait: Postquam credidit, ex Saulo Paulum se dicit, hoc est, immuta-

Quid Hebræcè. Hieron. lib. De nomini. Heb. in Act. tom. 3. in fine.

Elymæ significatus alter B. Hieronymi. Bar-Ieu, & Bar-Iesu nomina quid sonent.

Saulus Pauli quando nomen acceperit.

Prima opinio. Origen. in epist. ad Roman. initie, par. 2. Act. 22.

1. Reg. 10. Confutatur.

Alter opinio, sed minime probabilis.

Damasus Papa. Act. 9.

B. Ambrosius in cap. 1. ad Rom. initio, tom. 5.



**Sim. Meta.** rum. Simeon Metaphrastes in tractatu, siue commentario De certaminibus, & cōsummatione Apostolorum Petri & Pauli idem docet, quod videlicet ab initio cōuersionis suæ mutatum sit nomen Sauli in Pauli nomē. Idem docuit in vita Ananiæ, qui eum baptizauit. Sed si veritatem amamus, etiam post baptismum per duodecim ferē annos susceptum semper vocatus est Saulus, nunquam Paulus, nisi modo. Tertiō accedit sententia beati Hieronymi (quem secutus est Augustinus) qui in epistolam ad Philemonem sentit à primo Gentili ad Fidem à se conuerso, Sergio Paulo tanquam à glorioso quodam spolio vocatum Paulum: quia antea semper Saulus dicitur, à conuersione verò huius Proconsulis semper dicitur Paulus, vt olim Imperatores Romani à Prouintijs à se debellatis cognominabantur aut Asiatici, aut Africani, aut Numanini, &c. Sed huic opinioni duo subsunt scrupuli: alter est, quia antequam Pauli Sergij conuersio enarretur, vocatur Paulus. Nā viso miraculo, quo excæcauit Elymam magum, subiungit Lucas: *Tunc Proconsul cum vidisset factum, credidit, admirans super doctrina Domini.* Alter scrupulus est, quia nobilius est nomen suum alteri dare, quam ab eo accipere: quia nobilioris est nomen indere, & mutare ignobiliori. Ita enim Adam indidit nomina animalibus, & domini imponunt nomina seruis suis, sicut Nabuchodonosor nomina trium puerorū, & Danielis permutasse legitur. Iam nemo est qui ignorare possit, quanto intervallo vincat noster Paulus Paulum Proconsulem: quare hic potius à nostro Paulo, quam ipse ab illo nomen sumere debebat? Quod verò quidam dicerentur Asiatici, vel Africani, vel Britannici, illa potius erant agnomina, quam propria nomina: nec propter illa proprijs spoliabantur nominibus, aut cognomentis familiarē. At Paulus ita vocatus est, vt nomen Sauli omnino deseruerit.

Superest vt probabilius sit, quod Chrysofostomus in hūc locum docuit: *Hic nomen, inquit, illius mutatur ex ordina-*

**III. sententia:**  
**B. Hierony.**  
**tom. 9.**  
**B. Aug. lib.**  
**8. Confess. c.**  
**4. tom. 1.**

**Refellitur hæc etiam opinio duplici ratione.**

**Gen. 2.**  
**Dan. 1.**

**Solutur ratio Hieronymi in oppositum.**

**III opinio, cæteris probabilior.**  
**Chrysof. homil. 28.**

*inatione: id quod & Petro accidit. Sic ille. Ne quid ergo minus in hac parte Apostolis videretur habere, mutatum est illi nomen. Cuius sententiam festatur Theodoritus, Theophylactus, & Oecumenius; vt Christus Petro, & filijs Zebedæi, dum vocauit ad Apostolatam, eorum nomina mutauit, aut agnomina addidit, vt Simon diceretur Cephæ, quod interpretatur Petrus, & filijs Zebedæi indidit nomen Boanarges, & ita verisimile est cum alijs Apostolis fecisse, etsi illud in libris Canonicis non legamus. Hunc morem sequuntur Pontifices, qui ad sedem Apostolicam gubernandam assumuntur: nam vt plurimum nomina illis mutantur. Ita Saulo dum ad munus Apostolicum per Spiritū sanctum in vniuersis Gentibus administrandum ascribitur, nomen mutauit; vt quod præcipuum habebat Princeps Apostolorum, id etiam ipse haberet; & maioris coniunctionis argumentum acciperet: vt tradit Oecumenius. Nec obstat sermo ille, *Saulus autem, qui & Paulus*, qui videtur indicare binominem extitisse, quia non id signat hic sermo, sed Syriacus codex expressit, *Saul autem, qui vocatus est Paulus*, insinuans eò vsque Saulum, in futurum verò Paulum vocatum.*

Ad secundum dicendum est, varias ac diuersas his vocibus tributas esse à Patribus significationes. Nam ad varias linguas si referentur, veræ inuenientur. Hieronymus igitur in epistolam ad Philemonem docet Saulum Hebræa lingua significare expositum, siue postulatam, precibus scilicet Stephani eius fratris consobrini, dum lapidaretur. Vnde eius conuersio apud omnes admirabilis fuit, ita vt à principio vix se illi crederent fideles. Quoniam autem Paulus conuersione, doctrina, atque signis mirabilis extitit; merito in hac ordinatione vocatus est Paulus: quod in Hebræa lingua admirabilem, & operatorem, qui de se dicebat: *Plus omnibus laboraui*, significat. Ambrosius verò respiciens ad voces Græcas, dixit vocatum esse Saulum, quod Græcè interpretatur tentatus, siue inquietus,

**Ioan. 1.**  
**Saulus cur dicitur sic Paulus.**  
**Theodor. in c. 1. epist. ad Rom. prope init. tom. 1. initio.**  
**Theophyl. Oecumen. Mar. 3. Ioan. 1.**

**Cur qui in Petri sedem euehatur, mutare sibi nomen conseruerunt.**

**Oecumen.**

**Quid nomen Pauli significet.**  
**I. significatus.**  
**B. Hierony. superiori loco.**

**Act. 7.**  
**Infra 9. & seq.**

**1. Cor. 15.**  
**II. significatus.**  
**B. Ambros. in c. 1. ad Roma. init. tom. 5.**

*Ab eo τὸ σαλῦσις, quod est, quater, siue turbari, eo quod prius molestus esset Ecclesiæ: & postea dicitur est Paulus, quod ἀπὸ τοῦ πάντοτε tranquillum, ac quietum significat: eo quod Ecclesiæ nauiculæ tanquam firma anchora illam tràquillans sit adiunctus. Idem sentit Simeon Metaphrastes in oratione continente certamina, peregrinationes, & consummationem Petri, & Pauli, ait enim: *Sauli itaque nomine in Pauli nomen transmutato, eo quod ex Saulo persecutionis traducto ad quietem eius fidei mittit ad Ananiam quendam discipulum in urbem Damasci.* Sic ille. At verò Augustinus in epistolam Ioannis, & in psalm. 72. Saulum ait denotare superbum, elatum, siue ferocem, non tam aspiciens ad etymon, siue Græcum, siue Hebræum, quam ad factum Regis Saulis, qui superbus ac ferox extitit in regnando, & eiusdem tribus, cuius & Paulus, Paulum verò asserit significare humilem, modicum, & paruum, ad Latinam linguam aspiciens: vnde singulari modestia se omnium Sanctorum minimum, & omnium peccatorum maximum appellat; & gratiæ Christi stabilendæ, atque asserendæ acerrimus extitit vindex ad omnia superba corda deprimenda, atque humilianda. Hæc veteres Patres de significationibus huius vocis protulerant. Quanquam Beza sapiens in oculis suis illas irrideat; cum tamē ipse nihilo solidiora producat, & existimet eandem esse vocem Sauli, & Pauli, sed pro diuersorum idiomatum ratione variata: vt idem est, inquit, Latine Ioannes, Gallice Iehā, Germanicè Hans, &c. Quibus nescio quid frigidius, aut magis ridiculum dici poterit.*

*Repletus spiritu sancto, intuens in eū, dixit, O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, nō desinis subuertere vias Domini rectas? Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus.* Quod hæc verba non pronuntiauerit morbo conuertiendi, aut detrahēdi, illud testatur, quod præcedit, illud plenum Spiritu sancto hæc verba dixisse. Neque nouum est, Spiritum sanctum ad istam indignationē

**Sim. Meta.**

**Act. 9.**

**III. significatus.**  
**Aug. tract. 8. in epistol. Ioann. tom. 9.**  
**Idē tom. 8.**

**Ephes. 3.**  
**1. Tim. 1.**

**Beza Caluini successo- ris ineptæ sententia.**

& iram quandoq; excitare, quæ Nemeſis dicitur. Nam & apud Marcum legimus de Domino: *Et circumspiciēs eos cum ira, contristatus super cecitate cordis eorum*, & de Saule legimus quod insiluit Spiritus Domini super eum, cum audisset verba hæc, & iratus est furor eius nimis. Deinde confirmat miraculum ipsum subsequutum cæcitatē: nec enim Dominus verbo Pauli subscripsisset, si conuictum, aut peccatum extitisset. Ex quo licet colligere, sanctos quandoq; zelo Dei correptos contra tyrannos, aut eorum satellites in similia verba prorumpentes, non esse à vobis temere diiudicandos, cum potius castigandi gratia, quam vitio afficiendi. quenquam contumelia locuti sint. Increpuit igitur durè, nam in tales iactura fit vnguenti mollis correptionis. Præter eā his verbis detexit Paulus, quales à nobis habendi sint, qui magica studia conseruantur. Nam in primis tales sunt filij diaboli, quem imitantur, & cui libenter obtemperant, & vt dixit Dominus Iudeis, *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: & iterum: Vos quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis.* Et quia diabolus obstinatus est in malo, & cupidissimus est nocendi; ita eorum organa, id est, magi, qui pleni sunt omni dolo, & omni fallacia, qua primū se ipsos perniciosissimè, deinde alios & ad ruinā corporis, & animæ decipiūt: qua fallacia nulla est deterior. Vocat illum propterea inimicum omnis iustitiæ: quia tales opponunt se & veritati fidei, & iustitiæ rectè agēdi, & coram Deo, & coram hominibus. Et qui se iactabat filiū Iouis, aut Saluatoris, rectè nuncupatur filius diaboli: & qui Elymas, id est, Dei mēſura, nominatur inimicus omnis iustitiæ, quæ regula est, & mēſura omnium virtutū. Vnde subiungit: *Nō desinis subuertere vias Domini rectas: Sūt viæ Domini ad nos, nempe, misericordia, & veritas, quas ille negando Dei prouidentiam tollebat, ac subuertebat. Vel, viæ Domini, sunt nostræ ad eum promerendum: quæ sunt vel penitentia ex fide, si peccatores sumus, vel obedi-*

**Paulum nequaquam cōuertiendi aut mo Elymam magum appellasse plerūq; omni dolo, & omni fallacia, filiū diaboli, &c.**  
**Marc. 3.**  
**1. Reg. 11.**  
**II. argum.**

**III. argum.**

**Quid, de his sentiendum, qui magica studia conseruantur.**  
**Ioan. 8.**

**Ibidem.**

**Quales sint magi, atque malefici.**

**Paulus Elymam magum cur vocet inimicū omnis iustitiæ.**

**Elymas, quid sibi velit.**

**Iustitiæ qualis regula est & mēſura. Viæ Domini rectæ quæ illæ.**  
**Esal. 24.**

Qualis Elyma magis cecitas fuerit.

Act. 9.

Quare Sergius Proconsul admiratur super doctrina Domini.

Idem Proconsul Sergius ubi Episcopus a Paulo sit ordinatus.

Prudentius in Peristephanon.

Beda tom. 3. a med. Vward. Equilinus Episcopus. B. Anselm.

Quemadmodum Paulus doctrinam suam dispensaret.

tia mandatorum, si iusti. Et usque ad tempus cecitas fuit, ut diuina videretur; ne; si perpetua esset, naturalis censeretur. Vnde talis in eum cecidit caligo, ut quaereret qui ei manum daret. Magna autem Dei prouidentia fit, ut qui multum sibi adscribunt sapientiae, illi caeci reddantur, ut discant postea modestius de se ipsis sentire, & digni fiant diuina sapientia: quemadmodum Paulo ipsi in conuersione sua accidit. Recte etiam hic magus, qui alios suis consilijs ducere volebat, diuino iudicio necesse habuit, ut ab alijs ducetur.

Tunc Proconsul cum vidisset factum, credidit, admirans super doctrina Domini. Fructum non vulgarem peperit illud miraculum: nam eo viso Proconsul credidit, etiam si ipse magus, vel cecitate percussus non legatur resipuisse. Admirabatur autem super doctrina Domini, quod potestatem signorum haberet coniunctam. Hunc Paulum Cypri Proconsulem a beato Paulo Apostolo Narbonae Episcopi relictum in accessu ad Hispanias, vel in reditu ab illis, testantur Ecclesia Tarraconensis in Hispania, & Narbonensis in Gallia, quae de illo celebrant duodecima Decembris die, & Prudentius in hymno quodam de sanctis 18. Martyribus Caesaraugustae, ubi habet:

Barchinon claro Cucufate freta Surget, & Paulo speciosa Narbo. Idem confirmant Bedae, & Vwardi martyrologia in 22. die Martij, praeter Episcopum Equilinum, & beatum Anselmum in capite 15. epistola ad Roman. & alios nonnullos. Porro Pauli doctrina prudenter administrabatur: nam aliter Iudaeis ex Scripturis, aliter Gentibus loquebatur. Nam Gentes, de origine mundi, Dei; super illum prouidentia, de; peccato Adae antiquo, & remedio illius per Christum parato, deque falso Idolorum cultu, ac iudicio vniuersali futuro conuincabatur, propositis signis, quibus sua dicta confirmaret.

Et cum a Papho nauigasset Paulus, & qui cum eo erant, venerunt Pergen

Pamphylia. Ioannes autem discedens ab eis, reuersus est Ierosolymam. Apostoli ad Gentes missi, non contenti Cypro, ultra progrediuntur, ut Euangelium propagare valeant. Nauigant igitur in Asiam Minorem: & cum soluissent in Perge, Pamphyliae ciuitate non ignobili, perueniunt usque ad Antiochiam Pisidiae, quae inclyta erat ciuitas. Interim Ioannes cognominatus Marcus, & Barnabae consobrinus, siue, ut alij volunt, nepos, nam vtrumque significat vox Graeca *avtijs*, de qua Paulus ad Colossens. 4. tam enim filium patris, quam filium fororis, ut Chrysostomus notat, significat, Ierosolymam est reuersus. Caussam autem discessus eius Lucas non enarrat: verisimile tamen est, illum aut laboribus, aut periculis, quae euangelizantes consequuntur, territum, ab eis, ut sentit Oecumenius, discessisse, aut affectu humano tractum, ad reuiscendam patriam, & matrem, Ierosolymam rediisse. Vides igitur, non omnes idoneos esse Apostolico muneri, praeter illos, qui oderunt patrem, & matrem, & denique animam suam. Qui igitur existimat se stare, videat ne cadat. Illud constat, propter hunc Marcum ortam fuisse contentionem inter Paulum & Barnabam, ita ut vterque a se inuicem discesserint: qua de re agemus capite 15. ¶ Et ingressi Synagogam die Sabbatorum, sederunt. Nimirum ad audiendum lectionem Scripturae, quam moris erat Iudaeis audire. Ita ut post lectionem legis, & Prophetarum miserint ad eos Principes Synagogae, dicentes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Hic aduerte, Apostolos non docere in angulis, sed in media Synagoga. Deinde in die Sabbati, in quo plures confluebant: nam lectione Scripturarum potissimum illa dies sanctificanda erat. Tertio Paulus nequaquam se ingessit, sed iussus, seu rogatus, ut interpretaretur Scripturam, quae forte lecta erat: quam prouintiam ex charitate assumpsit. Potestatem autem dicendi, siue exhortandi illos habere, vel ex habitu coniectabant, vel ipsi illam eis dabant. Falsum autem est, quod

Ioannis cognomento Marci, Pauli comitis ac Barnabae relictus in Ierusalē, quae causa extiterit

Consobrinus tam filium patris, quam filium fororis significat.

Chrysost. homil. 28. in Acta, tomo 3.

Oecumen. Matth. 10. & Luc. 14. Ad euangelizandum qui sint idonei. 1. Cor. 10. Act. 15.

Paulus, & Barnabas cur ingressi Synagogam die Sabbatorum sederint.

Vbi doceret Apostoli.

Dies Sabbati quomodo sanctificanda olim Iudaeis.

quisq;

Caietan. Si cuique suo arbitratu etiam erudito, concionari Iudaeis liceret, ut voluit Lutherani, quid in de. Matth. 21. Infra 23.

quisque scientia praeditus, ac doctus posset sine facultate ad Iudaeos concionari, ut hic ait Caietanus: quia esset in ordinem Ecclesiasticum. Nam de ea re obiecerunt Christo: In qua potestate haec facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? Et, Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei. Acceptauit igitur Paulus libenter potestatem sibi dicendi factam, quod illos de Euangelio, quod in Scripturis veteribus

non secus quam nucleus in cortice delitescit, instrueret, deque mysterijs reconditis philosopharetur, ostendens illis iam Deum beneficium promissum praestitisse, & Messiam filium suum verum exhibuisse Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto summis laudum praconijs celebretur ab vniuersa creatura in secula seculorum. Amen.



TRACTATUS XXXVII.

IN illa verba: Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, ait, Viri Israelitae, & qui timetis Deum, audite: Deus plebis Israel elegit patres nostros, & plebem exaltauit, cum essent incolae in terra Aegypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea. Et per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto. Et destruens Gentes septem in terra Chanaa, sorte distribuit eis terram eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos: & post haec dedit iudices usque ad Samuel Prophetam, &c. per integrum caput Actorum 13.

Quamdiu Apostoli Ierosolymis haere debuerint ex Christi mandato. Euseb. lib. 5. Eccl. hist. c. 18. in fin. tomo 1.

Esa. 2. Act. 8.

ANTE QVAM hanc Pauli ad Antiochenos explicemus orationem, illud primo loco statuendum, tempus quod Apostolis erat praescriptum manendi Ierosolymis sub id aetatis, expletum fuisse. Nam ut tradit Eusebius ex sententia Thraseae martyris, per duodecim annos Dominus Apostolis praecipit ne Ierosolymam desererent, ut ibi Ecclesiae primitiuae fundamenta iacerentur, & per finitimas Iudaeorum ciuitates fidem Messiae disseminarent, ut inde in vniuersum orbem de Sion exiret lex, & verbum Domini de Ierusalem. Et ut persecutio fa-

cta sub Stephano, ad id mirifice contulit, ut discipuli omnes praeter Apostolos dispergerentur ad praedicandum verbum Dei per Iudaeam, & Samariam: ita persecutio Ecclesiae sub Herode Agrippa ad illud extitit utilis, ut Apostoli omnes, relicto ibi Iacobo fratre Domini ipsorum pastore, & Episcopo ad praedicandum Gentibus, sortitis inter se prouintijs transmigrarent. Nam haec persecutio, quae duodecimo anno accidit ab assumptione Christi, hoc est, septimo regni Herodis Agrippae, & tertio anno principatus Claudij, in ipsa Ecclesiae capitata, & columina tendebat, & Euange-

Ibidem.

Apostolorum sub Herode Agrippa persecutio, quod anno Christi ascensionis acciderit.

lio







Gen. 2.

tanquam arborem vitæ in medio paradiso positam ad Ecclesie filios alēdos. Et ad id alludit fortasē Dominus, cūm ait: Nolite sanctum dare canibus. Hæc item sancta vocat tabernaculum Ezechiel, quod summam nobiscum vnionem per communionem corporis Christi significat, qua ipse nobiscum, & nos cum eo manemus.

Matt. 7.

Et agnosce eundem Spiritum in Petro, & Paulo, quia ex eadē autoritate, eodē prorsus ratiocinandi modo colligunt, quod cūm non possit quadrare Dauidi, referendum sit ad Messiam: & ita certa regula eliciatur (cuius autores sunt Petrus & Paulus) vt quæ in Dauidem impleta non sunt, nec euentū habere possunt, vel in alijs, de quibus est sermo, de Messia promisso exponenda sint. Notum igitur sit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annūtiatur, &c. Peroratio est concionis habitæ elegans, breuiq; sermone perstringens, quid ex præfata narratione spectandum esset: quæ sanè in re magnos addit aculeos. Nā per fidem amplectendus est Messias, per quem solū datur remissio peccatorum, qui Deum placatū nobis reddidit, & quod per illam iustificamur non tantum ab Adæ delicto, sed etiā ab omnibus immunditijs, & peccatis, à quibus per legem homines non poterant iustificari: imò per legē factum est supra modum peccans peccatum, & quod per hunc omnis qui credit in eum, iustificatur, vt iustus vera sit, & habeatur corā Deo, & filius adoptionis efficitur: quod nō habetur nisi per Spiritum sanctum nos inhabitantem, & gratia sua nos inducentem, in qua est fides per charitatē operās, & meritum ad vitam æternā.

Messias quomodo amplectendus sit, & quid præferat.

Rom. 7.

Addit Prophetæ testimonium Habacuc, quò persuasioni suæ acriores addat stimulos. Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod nō creditis, si quis enarrauerit vobis. Hic locus Habac. i. habetur his verbis: Aspice in Gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factū est in diebus vestris, quod nemo crederet cū enarrabitur. Quia ecce ego suscitabo Chal-

Infra. 8. & Gal. 4.

Gal. 5.

Habac. 1.

Qua ratione Apostolus etiam testimonium Prophetæ Abacuc addendū censuerit.

Chaldaea gēs qualis, teste Prophetæ.

deos gentem amaram, & velocem, ambulantem super latitudinē terræ, &c. Quibus verbis reprehendit Iudæorū incredulitatem Prophetæ, qui non credidissent Prophetis euersionem Nabuchodonosoris, & Israëlī liberatorem promittentibus. Hæc autem verba accommodat Paulus Iudæis tunc existentibus, qui Apostolis liberationem sui per Christum promittentibus non credebant, sed contēbant. Nā verisimile est, Apostolos ex habitu, & gestu auditorū pensasse multos asserere, qui Euangelij, & Christi contemptu intumescerent: quare in illos torquet prophetiḷ testimoniu: idēo impios vocat contēptores. Videte, inquit, ne more maiorū vestrorum saluiferum Dei verbū contempnatis; & miserè pereatis, sicut illi quoque miserè perierunt oppressi iugo Regis Nabuchodonosor, ita & vos modo incredulitate vestra, & penitentiæ contemptu incidatis in tanta mala, vt vix credentur, si quis ea talia narrauerit, quæ per Romanos passuri estis. Et licet prædicta fuisset Iudæorum per Prophetas excæcatio: poterant tamē non obæcari, si voluissent: idēo momentur. Quod si obæcati non essent, vt potuissent, nec id fuisset prædictū. Eo autem posito quod fuisset prædictum, adijcitur admonitio: quod illi cūm possent cauere, sua tamen voluntate non cauebant. Opus igitur Dei hoc loco ad literā insignis est, & memoranda vindicta, quam per Romanos de Iudæis exercuit: quæquā aliqui ad opus incarnationis, siue redēptionis humani generis, vel etiā gratuitē iustificationis, quam Iudæi operibus suis, ac iustitijs fidentes, agnoscere noluerunt, accommodet. Idēo admiramini de Christi gestis, quibus tamen credere non vultis: vnde futurum est vt dispergamini, & marcescatis, siue vt Græca vox habet, euanescatis. Nam sublata Ierosolyma, ac tēplo, totaque Iudaica gente, aut extincta, aut per vniuersum orbem dissipata euauit. Ita Paulus perorauit. Exeuntibus autem illis, rogabant vt sequenti Sabbato loqueretur sibi verba hæc. Videntur verba hæc non sine fructu

Apostolus Petrus Iudæos quos vocauerit contēptores.

Cur excæcari Iudæi.

Opus Dei quid hoc loco.

Quando dispersit Deus Iudæos.

Cōclonis Apostolice fructus.

fuisse

Eccles. 24.

fuisse prolata, postquam rogat vt iterum illis verba faciat. Nam scriptum est: Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Græca litera tamen paulō aliter habet, videlicet, Egressis ex Synagoga Iudæis (scilicet cum Paulo) rogabant Gentes illum, vt sequenti Sabbato verba illis facerēt. Ex quibus elicitur, quod non solū Iudæi, sed Gentiles quoque in Synagoga fuerant. Nam vt nos admittimus infideles, siue Iudæos, siue Gentiles sub spē conuersionis, siue sint cathecumeni, siue non, ad audiendum verbum Dei in templo: ita fortassis Iudæi non horrebant Gētes introducere in Synagogas suas, sperantes ea ratione aliquos se efficere posse profelytos: vnde & aliqui Gentiles fabricabant Synagogas, vt Centurio ille Euangelicus. Cumque dimissa esset Synagoga, secuti sunt multi Iudæorū, & colebant Deum aduenarum Paulum & Barnabam. Hoc est, soluto cetero, multi tam ex Iudæis, quā profelytis, amplexati sunt Fidē, & secuti sunt Paulum, & Barnabam, quō magis ab eis erudirentur, & baptizarentur ab eis. Et conscij persecutionū, quæ venturæ erant, persuadebant eis, vt constantes retinerent Fidem, & permanent in gratia Baptismi, quam consecuti erant. Et vocat aduenas, colētes religiosos profelytos, vt etiam Syriacus codex aperte profelytos nominat.

Ethnicis in Iudæorū Synagogas, cur pateret ingressus.

Luc. 7.

Fructus prædicationis Pauli.

Quid aduenas, qui adhæserunt Paulo, & Barnabæ.

Iudæorū zelus, & inuidia.

Matth. 20. Luc. 15. & seq. Act. 11.

propterea contradicebant agniti veritati, blasphemantes: quia aut negabant Messiam venisse, aut cognito eius aduentu, se illi opponerant. Sed Paulus rectē illi occurrit, dicendo: Vobis oportebat primū loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos indicatis aeterna vita: ecce conuertimur ad Gentes. Magna autoritate Paulus Iudaicam confutat perfidiam, ac iustitiam, & clementiam ab illorū vindicā calumnijs, atq; in ipsos Iudæos omnem damnationis culpam retorquet. Quasi diceret: Deus quidē vobis Iudæis præstitit quod promisit, nimirum Filium suum, saluatore Iudaicæ, atque adeo in eo omnes promissiones suas compleuit. Misit etiā nos, vt vobis primū annūtiarem hanc salutem: vos illam repellitis, & diligitis magis tenebras, quā lucē: vosque ipsos sponte indignos facitis aeterna vita, non ergo post hæc exitij nostri autorem Deum feceritis: & nos merito conuertimur ad Gentes, vt illis misericordiam, ac regnum Dei annūtiemus. Euseb. lib. Hist. Eccles. ex Thræsea quodam Martyre recenset, se accepisse à maioribus, Christū Apostolis præcepisse, ne intra duodecim annos Ierusalē desererent. Idem Beda in hæc verba docet, Apostolis videlicet fuisse præceptū, vt duodecim annos prædicarent in Iudæa. Et Chrysost. in Matth. Propterea & Apostolis, inquit, Iudæis primò predicauerunt, longo temporis spatio casti & flagellati in Iudæa manentes, ac demum ab ipsis propulsi, in Gētes profecti sunt. Sic ille. Et producant illud Prophetiḷ testimoniu: Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem usque ad extremum terræ. Hoc verbum de Christo Domino ad literam dictum est: sed hoc sibi dictū arbitrantur Apostoli, quoniam mēbra se esse agnoscerant illius, à quo illis hoc onus fuerat impositum: quemadmodum Christus induens personā membrorum suorum, dixit, Saul, saule, quid me persequeris?

Iudæorū per si nōm eōm in tæ quarratō nē Apstolo

Ioan. 3.

Euseb. lib. 5. Hist. Eccles. cap. 18. in sup. tom. 1. Bed. in Act. initio. 13. tom. 5. Chrysost. in Mat. c. 22. hom. 70. ad med. 10. 2.

Esai. 49.

Act. 9. Christi epistolis ppm eū membris membrorum profeta Christi epistolis tribuuntur more huius

Ex quo loco erudimur, quæ Christi Domini sunt capitis nostri, ea aliquo modo ad nos vt mēbra eius spectare: & Scripturas, quæ de eo loquuntur

tur, etiam ad nos extendi posse sine violentia, quemadmodum que nostra sunt, ipse assumit sibi, ac tribuit. Quæ regula est vna ex his, quas Augustinus ex Tyconio Donatista proponit in lib. 3. De doctr. Christiana, sine qua vix Psalmi, aut Prophetæ intelligi commode valent. Sed quod attinet ad extremum, aduerte, non esse peccatum, indignum se ipsum iudicare æternæ vitæ, si tamen per se non recuset quis accipere oblatam ex gratia salutem: si tamen magis indignitatem suam respiciat, quam Dei liberalitatem, indignum prorsus se reddit, cui gratia, & misericordia fiat. Quemadmodum non peccauit Cain dicendo: *Maiores est iniquitas mea, quam ut veniam merear*, quia verum erat, se veniam non promereri, sed quia veniam non petebat ex gratia: & ita iniurius erat diuinæ bonitati, ac liberalitati.

Aug. ca. 30. 32. 33. 34. 35. 36. 37. tomo. 3 sub initium. Indignum se iudicare etc. nã vitæ quis potest dupliciter.

In quo peccauit Cain. Gen. 4.

Mos Dei Iudæos ad bonum adhortandi efficac.

Matth. 21.

Deut. 32.

Rom. 10.

Apoc. 3.

Gentes auditis Paulo & Barnaba prædicantibus, cur gauisæ fuerint: eadẽ vt glorificauerint nomẽ Domini.

stant cordis indicia: sed si factis, & re ipsa illud amplectaris, illique morigerum te reddas, promissiones spectata spectando, comminationes Dei timendo, Sacramenta suscipiendo, præcepta eius operibus comprobando. Ideo rectè sequitur, quod crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Quoniam Græca lectio non habet, præordinati, sed ordinati, simpliciter possumus intelligere eos credidisse, qui voluerunt in eorum esse ordine, qui adipiscerentur vitam æternam, & sese ad illam per Fidem & Baptismum, acquiescentes prædicationi Apostolorum, aptauerunt. Neque sequitur: Quotquot ordinati erant ad vitam, crediderunt, ergo reliqui propterea non crediderunt, quod non essent ordinati. Sed quia, vt dixit Paulus ipse, indignos se iudicarunt æternam vitam, & noluerunt audire. Quisquis ergo credendo, & Sacramenta suscipiendo ad vitam ordinatur, per gratiam Dei, & per liberum arbitrium ordinatur: quia si filius, ergo hæres per Deum. Quare quod August. lib. de Fide ad Petrum (si tamen est eius) colligit, nõ prædestinatum ad vitam, nulla posse ratione credere, aut saluari: non videtur posse constare, cum multi ex illis credant, & vocentur ad perseuerandum, & si per se ipsos nõ steterit, perseuerare possint, & arguuntur quod non perseuerant, & illis perditio imputatur, & nõ Dei ordinationi. Nam rectè dictum est: *Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum*. Loci ergo huiusmodi culpam damnationis eorum Deo nõ imputat, sed magis conuincunt, electionem, & gratiam Dei causam esse salutis piorum; ne quis viribus suis adscribat quod solius Dei est.

Quod si etiam retineamus literam nostram, & legamus, præordinati, non tollit, alios, qui præordinati non sunt ad vitam, posse credere, aut saluos fieri, quemadmodum canit Ecclesia: *Elegit eam Deus, & prælegit eam: non tantum enim quidam eliguntur, sed etiam præ alijs eliguntur, vt maioribus gratiæ priuilegijs ad singulares gradus eligatur. Non ergo præ-*

Illud: Et crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam, quemadmodum accipiendum sit.

Gal. 4.

Aug. lib. De fide ad Petrum. c. 35. tomo. 4.

Falsum esse: Nemini qui prædestinatus non sit, salutem posse constare.

Osee. 13.

Alter sensus dicti propositionis: Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam.

dinati tollunt ordinatos, imò ponunt illos: sicut nec prædestinati destinatos, nec præelecti electos: nec electus populus Dei olim dictus tollitur, quin Gentes Dei gratia, & Angelorum ministerio salutem consequerentur, quoniam illi maioribus gratiæ præsidijs ad salutem assequendam præditi essent.

*Disseminabatur autem verbum Domini per vniuersam regionem.* Ecce, quem fructum ediderit illa persecutio, vt ostium aperuerit disseminatio verbo Dei: quod verè semen est non in vnico locum proiciendum, vt multiplicetur: quoniam proiectum, non æqualem fructum in omnibus locis faciat.

*Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas, & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem in Paulum, & Barnabam, &c.* Quemadmodum persecutiones expulerunt primo discipulos de Ierolyma sub Stephano, & deinde alteræ sub Herode expulerunt Apostolos ad prædicandum Gentibus; ita modo Paulum, & Barnabam ex Antiochia secedere compulerunt, vt possent alijs ciuitatibus euangelizare. Et ita per hostes nescientes quid agerent, perficiebat Deus voluntatem suam.

Quod verò concitauerunt mulieres religiosas, videntur Satanam imitari, qui per mulierem expulit Adam de paradiso. Et fortassis non sine aliqua culpa id fecerunt: quia non erat

earum discernere veritatem, sed credere maioribus; quoniam postea permanentes discipulos melius de veritate edocet, facti sui egerint penitentiam. *At illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium.* Tanquam obedientes præcepto Christi id fecerunt. Excutebant autem puluerem in testimonium laboris sui, quod omnia que ad salutem ipsorum facere videbantur, tentauerint: adhuc quod nihil eorum que possidebant, ambiuerint, aut affectauerint nisi eorum animas. Vtinam nostri seculi concionatores hoc exemplo nihil præter animas auditorum quærerent, & possent puluerem pedum excutere: quia nonnquam crumenas plenas exhauriunt, & eò se maiorem fructum edidisse arbitrantur, quod illas magis impleuerint. Sed profecto multi sunt prædicatores, qui non nisi mera vmbra Apostolorum existunt, quorum animus ad terrena lucra consecranda, vel ad nomen comparandum plerumque solet incumbere. Vnde nullus, aut rarus solet consequi fructus ex eorum prædicatione. Deprecemur ergo Dominum, vt pro sua bonitate mittere dignetur in vineam suam eos operarios, qui tanquam pro Christo legatione fungentes, vnicam & singularem gloriam Filij Dei spectent, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis gloria, honor, potestas, & imperium in secula seculorum. Amen.

Verbum Dei aptè seminat præparatur.

Luc. 8.

Iudæorum in Apostolos persecutiones Ecclesiæ Dei primitiue quæ fuerint fructuosæ.

Act. 8.

Iudæi mulieres concitantes in Apostolos, cuius exemplum secuti videantur.

Genes. 3.



TRACTATUS XXXVIII.

In quo de seruandis rationibus in proponendo Euangelio Paganis illis, apud quos nondum Fides Euangelica audita fuit, abunde differitur.

Marci vlt. Præsentis tractationis occasio.

VONIAM Dominus edixit Apostolis, vt euntes in mundum vniuersum, prædicarent Euangelium omni-

creaturæ: atque huic mandato more non gesserunt nisi post duodecim annos (vt diximus) quod interim illis duodecim annis Ierolymis Iudæis

Matth. 10. Paulus & Barnabas cur puluerem pedum excusserint in Iudæos.

Veri concionatores quid tantum quærere debeat.

Prædicatores aliquid quæreres, quales illi sint.

Matth. 20.

2. Cor. 5.

Actor. 1.

Infra 12.

Huius ordo digressionis, & utilitas.

Apostolorum ad predicandum missio- nes duæ à Christo factæ

Matth. 10.

Marci ult. Quare Christus Aposto- lis in prima, ad Iudæos scilicet mis- sione, leges dedit, & præcepta.

Matth. 10. Quæ fuerint illa præcepta

vicinis atque Samaritanis Euangelio instituendis vacarēt, iuxta illud aliud Domini præceptum: *Eritis mihi testes in Ierusalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ*: operæ pretium visum est præsentī loco, vbi de Apostolis, & Paulo, & Barnaba in Apostolatum adiunctis (quod Iacobi Apostoli per Herodē extincti munus supplerent) ad prædicandum Gentibus destinatis sermo est, modum ac rationem declarare, quam in proponendo Euangelio obseruarunt; & an ad illud propagandum, armorum defendentium, siue offendentiū præsidium adhibuerint. Hoc enim definire, multæ videtur esse utilitatis, & lucem his, quæ à Principibus Christianis pro disseminando Euangelio gerenda sunt, non mediocrem conferret, atque adeo summis ipsis Ecclesiæ pastoribus eas suggereret cogitationes, quibus officij sui, ac vniuersalis, qd in totam habent Christi Ecclesiā, regiminis admoneantur.

Vt igitur his quæ dicturi sumus, certum aliquod præstruamus fundamentum, in memoriam redigendum est, Dominum bis emisisse Apostolos suos ad prædicandum, semel dum viueret, per Iudæam tantum, & iterum paullo ante suam in cælum assumptionem: in qua quidem antiquam legem de prædicando tantummodo Iudæis reuocauit, & sic præcepit vt in vniuersum orbem dispergeretur, omniq; euangelizarent creaturæ. Rationis autem in prædicando Gentibus seruandæ, nullas leges, vt olim, pronuntiauit: atque hoc magna cum sapiētia coniunctum fuit. Nam olim cum rudes essent Apostoli, & huius artis penitus ignari, congruum fuit, vt illis Christus condiciones seruandas præscriberet, & quid esset illis aut dicendum, aut operandum, præcognoscerent. Vnde dixit: *Euntes, prædicite, dicentes: Quia appropinquauit regnum cælorum, infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones eijcite, gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: non pergamina, neque duas tunicas, neque calceamen-*

*ta, neque virgam: dignus est enim operarius cibo suo. Et infra: Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerē de pedibus vestris.* Et subdit: *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba, &c.* in finē Capitis, vbi Dominus amplifsimam tradit doctrinam ab Apostolis suis in munere Euangelico seruandā.

At verò post resurrectionem nihil horū tradidit, sed simplex dedit mandatum eundem, & docendi omnes gentes: siue quod iam Apostoli Spiritus sancti donis instructi, externo Christi hominis magisterio non indigerent, cum ipse Spiritus & prædicanda, & operanda, & sustinenda suggereret, viasque, & rationes persuadendi, & fructum in Gentibus edendi aperiret: aut quod est rationi consentaneum, Christus suscitatus, & in multis apparens argumētis per quadraginta dies loquens de regno Dei, hoc illis explicatum tradidit: siue quod, vt doctè Hieronymus, atque alij annotarunt, quæ illis olim tradidit præcepta in prima missione, eadem sibi & in secunda missione seruanda esse intellexerunt; nisi quod circumscriptionem loci vbi esset prædicandū, aperte abrogauit: & quod dixerat de baculo, & pera, aliqua ratione moderatè est, vt suo loco explicuimus. Lege quoque sublata, vt non nisi bini & bini incederent, quod lex illa imbecillitatem Apostolorum respiceret: quæ aduentu Spiritus sancti corroborata est. Quemadmodum & Petrus, & Ioannes simul missi sunt Samariā; Paulus & Barnabas ad prædicandum Gentibus: verum hi postea consilio Dei disiuncti sunt; soli Simon & Iudas fratres & carne, & spiritu inuulsi in prædicatione, & morte fuisse leguntur.

Reliqua verò Domini præcepta integra manserunt: nempe & conuocantur regnum Dei, hoc est, Christum regnantem per fidem in Ecclesia sua: edebant quoq; signa admiranda, & sanitates conferebant; demones de corporibus pellebant: atque hæc

Nulla est modi in secūda ad Gētēs nimirum, missione cur tradita.

Matth. ult. Prima ratio.

Actor. 1.

Altera Diut Hieronymi in Matthæi cap. 10. tom. 9. in princ.

Quænam de præceptis primæ missionis Dñs reuocauerit. Lib. 4. Enarratio Euangelica.

Marci 6. Luca 10. Actor. 8. Infra 13.

Qui duo tantum Apostoli in vita, & in morte nunquā fuerint separati.

Regnum Dei quodnam Apostoli prædicauerint.

omnia

Actor. 8.

Infra 13.

Apostolorū dux, & magister quis. Matth. 10.

Ministri Euangelij quinam Christi gloriam magis augeant, & illustrent.

Apostoli Ecclesiarū Occidentis à Petro, & Paulo, & ab alijs Apostolicis viris destinati qui.

Tit. 1.

Hieron. t. 1 sub finem.

Quinam ex Apostolis Domini aduētū in India iuxta Matthæi Euangelium prædicauerit B. Gregor. tom. 2.

omnia gratis præstabant, ita vt Simonem offerentem pretiū auersarentur, & grauius obiurgarent: apud nolentes etiam verbum Dei audire, excutiebant puluerē de pedibus, vt paullo ante in Antiochia Pisidiæ fecisse docuimus Paulum & Barnabam.

Profecti sunt igitur Apostoli ad prædicandum, quod attinet ad externa, nudi, inermes, atq; omni humano destituti præsidio; & denique profecti sunt tanquam oves in medio luporum, vnico tantum & Magistro, & duce confirmate, & Paraceto Spiritu instructi, atque muniti. Sic enim conueniebat, vt ministri tales mitterentur, quod Christi virtus magis indicaretur per tam ignobiles, & imbecilles ministros operas, & gloria eius proinde impensius illustraretur, agnosceretque mūdus, in illis, tanquam in Silenis quibusdā Alcibiadis, pretiosissimos diuinæ virtutis, & sapientiæ thesauros delitescere. Hæc rationem Apostoli secuti sunt in sua ipsorum quisque missione, & in alijs discipulis à se factis: quos in diuersas Prouintias Euangelij gratia amandabant. Ita missus est à B. Petro Dionysius, & Martialis in Galliā; Maternus atque alij in Germaniam: & septem alios Episcopos ab vrbe Roma ad instruendos Hispaniæ populos à Petro, & Paulo destinatos fuisse legimus, vt scribit Gregorius VII. A Paulo quoque nunc mittitur Titus Cretā, nunc Timotheus Ephesum, atque in alias regiones. Hinc quoque Pantænus, teste Hieronymo in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, à Demetrio Alexandriæ Episcopo ad Indos missus est: vbi reperit, Bartholomæum aduentum Domini iuxta Matthæi Euangelium prædicasse: quod Hebraicis literis scriptum, reuertens Alexandriam, secum detulit. Gregorius quoque primus in Angliam Augustinum cum alijs monachis destinauit Euangelij disseminandi gratia, vt habes libr. 9. Registri Epist. 54. Adde quod Clemens V. in Concilio Viennensi (vt habetur in Clement. I. Titulo de Magistris) instituit, vt vbiunque Romana Curia existat, & in Academijs

Bononiensi, Parisiensi, Oxoniensi, Salmaticensi, duo, vt minimum, profectores existant in qualibet linguarū Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldaicæ, quibus fideles instructi possent ad infideles euangelizandi gratia destinari.

Hæc igitur cura, & sollicitudo etsi vnūquēque Episcoporum permouere debeat, vt ministros idoneos præparent ad infidelium conuersionē, præsertim si vicini existant: potissimum tamen ad summū spectat hierarchā, cuius est proprium non tantum Ecclesiam seruare, verum etiam illam, quantum fieri potest, amplificare, ac propagare. Etsi verò gloriæ Christi zelo tangeretur, nihil magis in votis habere deberent, quam hanc ipsam regni Christi propagationem. Nam si Romani olim Imperatores nihil antiquius, aut gloriosius ducebant, quam Romani imperij fines proferre, & amplissimos proponebant tati laboris triumphos: quanto nobilior, & excelsior est Christi fidem dilatare? Atque inter Religiones illæ mihi ad Apostolicę perfectionis culmen magis accedere videntur, quæ ad infideles ad Christum traducendos, & Dei verbo instituendos, Religiosos suos instituunt. Nam quanto excellentius est Apostolorum, quam Episcoporum munus, tanto est proferendæ, quam tuendæ Fidei officium augustius, & præstantius.

His igitur vt certis, & constātib; positis, quod ex Euangelico codice, & Ecclesiæ praxi perspicuum, & liquidum reddidimus, illud iam in disceptationē venit, an scilicet armis, & bello liceat cogere infideles ad Christi fidem suscipiendam? nam huic sententiæ multa sunt quæ fauere videntur. Primo quidem, quia Dominus ob idololatriam puniendam, bellum Iudæis concedit. Hinc Deut. 9. ait nationes esse deletas propter impietates suas: & cap. 12. iubentur destrui aræ Idolorum: & Leuit. 26. *Vrbes vestras redigam in solitudinem*, ob idololatriam videlicet. Atque hæc præcepta videntur esse moralia, sicut idololatria est in ipsum ius naturę. Dein de, quia, vt ait Esaias: *Tantummodo*

Celeberrime quatuor Christiani orbis Academiæ.

Summus Ecclesiæ pastor duo præstare debet.

Regni Christi propagandi, & amplificandi ratio quam honestissima.

Quænam Religiones Apostolicam, nimirum perfectissimā, viuendi rationem magis imitentur.

An armis cogi possint infideles ad verbum Dei audiendum.

Primę opinionis, affirmantis scilicet, ratio prima.

Deuter. 9. Infra 12. Leuit. 26.

Secūda ratio Esaiæ 28.

folia



Luca 14. Tertia ratio

Quarta ratio a Barbarorum ingenta natura.

Ratio quinta.

B. Gregor. tom. 2. Sexta.

Ioan. 10.

Quis Pontifex maximus Hispaniarum Regibus Occidentalium Indorum concesserit ditio nem.

Hæc opinio inferius confutabitur.

Hispanorum ad Occidentales Indos peregrinatio quæ licita.

sola vexatio intellectum dabit auditui: ita illi per bellum, & afflictionem sicut capaces prædicationis Euangelicæ, iuxta illud; *Compelle intrare, ut impleatur domus mea.* Tertio, quia iuris Naturæ est, innocentes, qui Idolis eorum immolantur, & immolari eduntur, si alia ratione non possumus, bello tueri atque defendere. Si ergo aliqua Prouintia tanto se contaminaret scelere, posset bello coerceri. Quarto, Barbari, qui naturâ serui, & sine ingenio sunt, & politia, errantes, atque in errores alios ducentes, possunt iustè in seruitutem redigi, atque illis regendis iustè alij sapietes præfici possunt, ut perpoliantur, atque erudiantur: nam hoc munus charitatis est. Quinto Gennadius pugnans in infideles sibi nequaquâ subditos, commendatur à B. Gregorio, ut habes lib. primo Registri epist. 23. Sexto, Christus habet autoritatem super infideles, & etiâ Vicarius eius summus Pontifex, ut possit eos cogere Euangelium audire, & facere ut obseruent legem Naturæ, iuxta illud: *Alas oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere.* Id etiam concessum fuit Catholicis Hispaniarum Regibus ab Alexandro VI. ut liceret eis Indias Occidentales in ditionem suam redigere, & mittere ad eos prædicatores Euangelij: nemo autem debet temerè iudicare, quod ab illa summa Ecclesiæ potestate, cui Christus creditur assistere, proficiscitur.

His & similibus rationibus quidâ inclinarent in eam sententiam, ut assererent, bellum in infideles quoscunque, siue in eos, qui à Fide defecerunt, siue in illos, qui nunquam Fidem Christi amplexi sunt, iustè suscipi posse, eosque licitè captiuos fieri, & ad suscipiendam Fidem cogi posse. Sed quoniam hæc sententia in multis peccare videtur, deferenda est omnino, & solidis rationibus improbanda, atque argumenta in contrarium proposita retellenda.

Præmittendum ergo est, ut distinctè quid sit licitum, quidque illicitum, intelligamus, fideles Hispanos non posse iure prohiberi, quin iure

Gentium (quod communi earum, vel maioris partis consensu constat) sicut ad alios quoscunque infideles, siue Sacereni sint, siue Turcæ, ita etiâ ad Indos Occidentales liberè peregrinari possint, cum viæ, maria, & portus communes sint: præscribitque ratio, ut vbiq; hospites humanè tractentur. Nam exilium, pœna est, siue supplicium, quod non subditos minimè ligare potest. Ante rerum siquidem diuisionem licebat cuique peregrinari quò vellet, nec postea à quoquam est prohibitum: quod si prohiberetur, esset, illos, qui prohibentur, pro hostibus censere, & non ut proximos cognoscere; maximè quia alios ad se venientes recipiunt, cum etiam hos non secus atq; alios iure Naturæ diligere teneantur. Nec impedire possunt, quominus innoxie atque sine damno negotientur cum eis: quia est ius Naturæ, ac gentium: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris:* & sine causa homo hominè auerfaretur. Proinde nec impedire eos possunt à commodo, & vtilitate alijs peregrinis communi. Hinc si alij externi perfoderent terræ venas ad inueniendum aurum, vel argentum, vel in mari piscarentur margaritas (quonia hæc sunt occupantis) idem facere quoq; eis liceret: Adhuc, si qui ex Hispanis habitibus ibi domiciliū, nascerentur, illi, loco ciuium essent habendi, ut ius Gentium tradit. Quamobrem si Indorum populi ista Hispanis ad se nauigantibus, ac se pacificè velle agere suaderibus, omnino denegarent, atq; id ea tantum ratione facerent, quia natura meticulosi sunt, & imbecilles, nec facillè armatis crederent; liceret tunc Hispanis artibus constructis se tueri, ac sua, non autem in vindictam lædere ut hostes, cum hætenus in hoc illi populi nullam faciant iniuriam, sed iure agant, sicut Hispani iustè se defendant. Quod si ita res non habeat, sed hostiliter agat, tunc profectò iustâ haberet causâ Hispani se vindicandi: quemadmodum aliter esse agendum in infirmorum; & aliter in Phariseorum scandalo, Dominus noster, ac ratio ipsa nos docet. Quod si omnibus tentatis, sine belli, qui est securitas, & cõ-

Exiliū quominimè impediatur ab vrbū, aut Prouintiarum ingressu.

Nisi libera esset omnib; hominibus vbiq; gentium & locorum peregrinatio, quid inde.

Tobia 4. Iustas vbiq; licitâ esse negotiationes.

Iustæ defensionis non tamen offensio nis Hispanorum apud Occidentales Indos quæ ratio sola.

Iusta in eodē populis quæ vindiçta foret.

Rom. 14. & sequent. Matth. 15. Quis belli finis. Iusti in illos quoque belli rationes, & causæ.

munis

Eccl. 17. Altera ad Indos peregrinandi causa iusta atque legitima.

Altera ad Indos peregrinandi causa iusta atque legitima.

Eosdem populos ad verbum Dei audiendū cogi minimè possunt.

Rom. 10. Quæ ratio melior ad adduci possent illi populi.

munis pax; sine vrbū expugnatione atque occupatione consequi non possent, iustè eas y surpare valerent: imò, si in sua malitia peristerent, omnia iura belli in eos liceret exequi, ut de prædationem, seruitutem, occisionem, &c. si hoc licet: contra Christianos iniuriam inferentes facere: quia iustè bellans Princeps iudex est suorum hostium.

Deinde præmittendum, Christiano cuiunque mandatum esse de proximo suo, ac proinde quisque alterum & corrigere; & docere potest ac debet: atque huius etiam charitatis gratia multo magis quam negotiorum liberum est ad illos peregrinari. Maxime autem Hispanus hoc potest præstare, cui soli litium amputandarum gratia, & quia primus illarum insularum extitit inuentor, potuit summus Pontifex hanc Euangelij prædicationem committere; à qua præstanda si impediatur, etiam post admonitionem illis factâ, possunt, si alia via non occurrat, ad Dei laudem, & illorum bonum, bellum eis indicere, atque eius iura prosequi, quantum sat est, ut prædicatio Euangelij promoueat, ut quidam tradunt: quod mihi semper durum visum est: si in alijs ius gentium iniuriatum seruetur: nam præcedens bellum odiosum redderet Euangelium: & qui iure cogere posset ad illud audiendum, huic liceret forsitan cogere & ad credendum. Quod eum nemini sit integrum præstare, illud consequi videtur, nec ad audiendum fas esse quencquam cogere: sine auditu enim non constat fides, iuxta illud Apostoli: *Fides ex auditu; auditus autem per verbum Christi.* Et Dominus repulsus cum Apostolis suis ab ingressu castelli in Samaria, non propterea illi bellum inferendum censuit. Possunt tamen rogari, atque admoneri, adde etiam blanditijs & promissionibus alijs, ut nona quædam, quæ ad salutem suam æternam spectant, audire velint, ad quæ omnes saltem intelligenda, natura sua sunt propensissimi. Ita ut existimem metaphysicū esse, aut mathematicum eiusmodi factum, ut videlicet inuiti ad audien-

dū cogatur. Sanè verba illa Domini: *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creatura,* præceptum duplex continet, alterum datū aperte Apostolis, ut illis prædicent; alterum implicite contentum, & Gentibus datum ut prædicationi Apostolicæ per fidem assentiantur; sicut etiam Marci 16. expressius dixit: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur:* nam frustra alioqui fuisset Apostolis mandatum ut prædicarent omni creaturæ. Si autem prædicare nostros sinant, etsi nolint credere, & fide amplecti Euangelium, iniustum est in eos bellum: sicut etiam si prædicetur, & per accidens ob circumstantiam illati belli existat probabile, quod eorum cõuersio impediatur. Potest prætereà bellum legitimum fieri, si quomodo conuersos iam ad Fidem alij progredi impediunt, aut tentent à Fide auertere: & conuersis quomodo cunque ad Christum posset summus Pontifex ex plenitudine potestatis Principem Christianum concedere, si expediret, ne à religione semel suscepta apostatarent; quemadmodum potest seruos Christianos à dominis infidelibus liberare, ut egregie docet B. Thomas, & coniugem fidelem ab infideli separare, teste Paulo 1. Cor. 7. Tale namque præceptum, aut consilium Pauli iuris diuini non est, sed potestatem Ecclesiasticam à Paulo traditū, cum præcedat, *Dico ego, non Dominus.* Princeps quoque debet innocentes eruere, & pro illis bellare, maximè si alij vellent illos immolare idolis, atque edere. Consensus etiam maioris partis populi in expedientibus ad bonum Reipublicæ legitimum præstat titulum, etiam si alij contradicant: aliàs nihil vnquam definiri posset. Quare si maior pars esset Christiana, posset Christianum Principem non tantum sibi, sed etiam alijs obligere, atque creare: quemadmodum Galli Pipinum Regem creauerunt, probante Zacharia Pontifice. Et hæc quidem vera existunt, si ius Naturæ, atque Diuinum consulamus. Præter has dictas causas, quæ integræ doctrinæ gratia

Matth. vlt.

Lex illa Apostolis data. Eures in mundum vniuersum, prædicare Euangelium omni creaturæ quomodo accipienda.

Quando infidelibus iure bellum esset inferendum.

B. Thomas Secunda Secundæ q. 10. art. 10. to. 1. part. 2. 1. Cor. 7.

Pipini Gallorum Regis electio qualis, a quo fuerit Pontifice confirmata.

productæ

producta sunt, si quoquo alio modo bellum infidelibus inferatur, vel illatum sit, eo nomine vt credat Christo, nequaquam iustum censendum est: neq; vlla iusti belli causa adferri potest, nisi illi iniurij nostris existerent.

Christianorum domini In infideles quorundam rationes minus æquæ, atque legitimæ.

Tituli vero, quos quidam excogitarunt ad hoc, vt quis illis debellatis possit iure dominari, ac legitimè eos possidere, vt ille, quod Imperator est totius orbis dominus; aut quod Romanus Papa in vniuersos etiam infideles habeat dominium, & potestatem aut quod illi sint infideles; aut quod moribus brutis ac barbaris præditi, aut ius inuentionis ipsorum, aut eorundem in aliquem principem consensionem, aut Dei liberalem largitionem, ac munus: profectò vani sunt, & cõmentitij, vt de singulis facile ostendere possumus. Nam in primis Imperator dominium totius orbis iure Naturæ nequaquam habet: nam tantum dominium familiare patris in liberos, & mariti in uxorem, à lege Naturæ profectum est. Politicum tamen dominium ex humana lege ortum habet, & à naturali deriuatur, quatenus homo est animal politicum ac sociale, vt docet Philosophus libr. Politicorum.

Quod Imperator non sit dñs totius orbis iure naturæ.

Arist. lib. 1. Polit. to. 2.

Quod si dominium Imperatoris immediatè à iure Naturæ oriretur; nõ esset maior ratio, cur in Germania, quàm in alia Prouintia vim haberet. Rursus nec à iure diuino profectum est, quia Iudæi sub nullo alienigena Principe fuerunt, cum proprijs Regibus gubernarentur: quanquam ad tempus & sub Chaldæorum, & Romanorum principatu propter peccata sua captiui ducti fuerint. Regna prætereà, quæ Romani sibi comparant, non aliqua peculiari Dei prouidentia, sed generali, ac communi, hoc est, iure belli consecuti sunt, vel alio quocunque modo. Nã vt tradit Berosus, Noë post diluuiũ diuersos filios suos ad dominium diuersarum Prouintiarum occupandum destinauit: plures etiã ex cõsensu Gentium, has hi, & illas illi terræ partes possederunt, vt Abraham & Loth, vt legimus Gen. 13. alij vero per tyrannidè, vt Nemrod Genes. 10. posterij vero vel iure hereditario, vel

Quo iure Romani quod habuere dominium sibi comparauerint. Berosus antiquissimus autor.

Genes. 13. Suprà 10.

iure belli æquo, vel tyrannidè illas acceperunt. Et ne quisquam existimet à Christo Dño viatore deriuatã potestatem imperij, intelligat, Christum viatorem dominium vllum temporale nõ habuisse: vnde ipse dixit: *Regnum meum nõ est de hoc mundo*: & aliàs fratribus litigantibus responderat: *Homo quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter vos?* Habuit tamen potestatem in temporalibus, vt ea dirigeret ad salutem æternam capeffendam, quemadmodum architectus domum dirigit artem fabrilè, etsi ipse non sit faber, & Episcopus Regem, licet ipse non sit Rex. Adhæc etiam temporale demus fuisse Christi dominium: quia nõ constat illum vni alicui homini reliquisse, nullus profectò pro tali habendus est: aliàs nec diuidi potuisset à filijs Constantini, vt diuisum est, nec transferri potuisset à Græcis ad Germanos, & Occidentis Imperator esset simul & Orientis. Quod tamen falsum est: quia Paleologus, legitimus Græcorum Imperator est habitus in cõcilio Florentino. Prætereà terræ Ecclesiæ, Hispania quoq; atq; Gallia non sunt subiectæ Imperatori, quemadmodum & multæ aliæ Prouintie exèptæ sunt ab Imperio: quod nequaquam esset, si iure diuino dñs existeret. Nec ergo diuina, neq; naturali lege Imperator vniuersi orbis est dñs, sed tantum primarius, & immediatus protector Ecclesiæ, & brachiũ firmũ sedis Apostolicæ ad puniendos hæreticos, & schismaticos in eam insurgentes, & infideles propulsandos: cuius vocatur filius primogenitus: autoritate, & celsioris honoris gradu cæteris etiã Regijs potestatibus antecellens: vnde & à Summo Pontifice coronam accipit imperij.

Christum (si vllum fuit) dominij temporalis nullũ habuisse hæredè, & successorem. Ioan. 18. Luca 12. Temporale dominium quale Christus habuerit.

Rursus est temporale Christus dominium habuisset, id tamen traditum cuique non fuisse.

Christiani Imperatoris partes.

Quod nec humano quidem iure Imperator vniuerso imperet orbis.

Quod vero neq; iure quidem humano toti imperet orbis, ex eo confirmamus, quia nulla lex talis existit, quæ illum orbis dominium constituat: neq; profectò, si esset, non subditos, vt ei subijceretur, minimè obligaret, quia lex quæcunque iurisdictionem ponit in illam ferere: quæ in eos qui nõ subsunt, vim non habet. Quod si etiam esset dominus orbis: quia tamen non per possessionem dominio despótico, sed per iurisdictionem politico bona

subditorum

subditorum in suos vsus conuertere, aut alijs pro voluntate sua donare non potest. Quamobrem nec terras Indorum, etiã subiecti essent, alteri cuiquam largiri valeret, cum subditi eius nequaquam extiterint.

Summus Pontifex quale tantum habeat ciuile dominium in mundum vniuersum. Matth. 16.

Eisdem, & non longè dissimilibus rationibus probamus, Summum Pontificem nequaquam potuisse legitimum titulum Occidentalium Indiarum alicui Regi donare. Nam in Pontifice, præter illam honestam, ac mediocrem ditionem, quam ex donatione Caroli Magni, aut Mathildis Comitissæ, aut aliorum Principum & in Urbem, & in terras Ecclesiæ subiectas accepit, nullum habet ciuile dominium in reliquis mundi Prouintias: etsi dominium quod nuncupatur in directum, in totum habeat terrarum orbem. Nam quia Dominus vniuersalem illi contulit potestatem spirituale ad animas omnes promouendas in vitam æternam per verbi Dei, & Sacramentorum, atque sanctarum legum ministerium, & rei hoc natura habeat, vt bona temporalia, tanquam inferiora ad superiora animorum bona referantur: hinc efficitur, vt in regna ipsa, potestates, magistratus, ac bona temporalia eorum qui fidem Christi amplectuntur, quatenus ad Christi gloriam, hominum salutem, regnumq; Christi, & Euangelium, promouendum spectat, eatenus illis Pontifex imperare possit. Nã aliàs Ecclesiæ non satis fuisset à Christo prospectum, nisi summam hæc potestatem ad vnitatem oculis sui tuendã reliquisset. Quod autem illa agnita sit in Petri successore, Ecclesiæ praxis, atque Doctorum vnanimis consensus demonstrat. Papa igitur cum ciuili mundi dominio destitueretur, non potuit Catholicis Hispaniarum Regibus Indos Occidentales donare: nec enim tale dominium, nimirum ciuile, mundi quisquam in illo cognouit: nec illi inest iure Naturæ, cum prorsus omnibus ignotus sit; cum tamen ea quæ iuris sunt Naturæ, omnib; sint comperta. Nec rursus Diuino iure; quia illa verba: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, &c.* Et, *Confirma fratres tuos, &c.* Et,

Si nullum Papæ esset tale dominium, quid consequeretur.

Matth. 16. Luc. 22.

*Pasce oves meas, &, Fiet vnum ouile, & vnus Pastor*, in spiritualibus tantum locum habent. Nam vna est Ecclesia, nõ ab vnitatem vel locorum, vel Regum politicè dominantium, sed ab vnitatem fidei in vnum Christum, & in vnum eius vicarium, quæ quidem vnã facit Ecclesiam, & ouile: cuius oves sunt pascendæ verbo Dei, Sacramentis cõfirmandæ, & pro meritis ipsarum aut soluendæ à peccato, aut ligandæ. Vnde Ecclesiæ nisi in pastores, & fideles eius nulla est iurisdictione spiritualis. Quare rectè dixit Apostolus ad Corinth. *Quid enim mihi de ijs, qui foris sunt, iudicare? Nõne de ijs qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit.* Quibus in verbis Apostolus non agnoscit Ecclesiasticam potestatem nisi in sibi subditos tantum, & eos qui intus sunt: iudicium verò eorum, qui foris sunt, Deo soli tribuit. Quibus etsi possit prædicari, si velint audire, aut credere: non tamen vllum iurisdictionis Ecclesiasticæ actum in eos exercere, quia illi parere minimè compelluntur: & consequenter si spirituale non habet, nec temporalem quoque potestatem, quæ latius non se porrigit, quàm illa. At Dominus habuit quidem iurisdictionem spirituale etiam in Infideles, quia eos ad baptismum suscipiendum obligat. Si tamen illis hæc potestas nota sit, cum ad ignotam non extèdatur, vel ad impossibile nemo obligetur: illam tamen potestatem Christus Papæ non contulit. Vnde non potest obligare Infideles vel ad ieiunia, vel ad consanguinitatis, ac affinitatis gradus solo iure Pontificio prohibitos; nec potest in eos sententiam excommunicationis ferre. Quod si talis Papatui esset annexa potestas: eam tamen Regibus, qui capaces eius non existunt, impartiri non posset. Valet tamen Christi Vicarius in temporalibus, quatum opus est ad spiritualia administranda: quia ars habens altiore finem, inferiorem habenti imperat: quemadmodum etiam felicitas politica ad æternam, quæ longè est præstantior, ordinatur. Hinc est, vt Euangelium politice leges nutriente præcarã, abroget:

Ioan. 21. Suprà 10. Ecclesia vnitatem suã vnã de habeat.

In quos tantum Ecclesia habeat potestatem. 1. Cor. 5.

Infideles atque Pagani à Deo iudicandi sunt.

Spirituale in Infideles qualem habuerit tantum modo potestatem Christus.

Papæ in Infideles temporalis qualis sit tantum modo iurisdictione.



In sum bellu  
in Infideles  
quando factu  
pitur.

Qua ratione  
tatum Iudaei  
olim Gentib  
bus bellu in  
tulerunt.

V. titul. Do  
minij iustico  
tra Infideles,  
etiam tatu  
tus.

Quod inueni  
sti, & no red  
didisti, rapui  
sti, ait Augu  
stinus.

Aug. epist.  
54. tom. 2.  
VI. titulus,  
& ille item  
nullus.  
Contractus  
quinā irriti,  
& nulli.

VI. ac postre  
mus tit. nul  
lus etiam fir  
mitatis osten  
ditur.

Diutino absq  
per missu ar  
que volunta  
te nil euenit.

tarentur, & multae quotidie excita  
rentur tragodiae: maxime cum in om  
nibus regnis multa flagitia in lege  
Naturae admittantur. No negauerim  
tamē, Christianos posse, ac interdum  
debere bellum indicere alijs fidelib⁹,  
ob insigne aliquid, & peculiare flagi  
tium, aut haeresis, aut schismatis, aut  
alterius similis impietatis puniendū,  
ac de medio tollendum.

Adhuc, vt ad Indos reuertamur,  
nonnulla admittunt crimina, quae cui  
denter a nostris non possunt eis com  
probari flagitia esse: neque arētantur  
ad credendum, Papam esse Christi vi  
carium, ac omnium dominum; quare  
nec acceptare eius leges, aut pro ea  
rum violatione puniri. Iudaei etiam  
pugnantes cum idololatriis, nūquam  
bellarunt, eo quod essent peccatores,  
sed quia occupabant Terram sibi da  
tam a Deo, vel quia iter eorum impe  
diebant. Quintus titulus Inuentionis,  
simili ratione inutilis est, ac inualidus  
ad iustificandum direptiones, & di  
tionum spoliationes: quia talia domi  
nos habebat proprios, quos sine caus  
sa spoliare non licebat: vel hoc ipso  
iure Indi possent nos capere, quia &  
ipsi nos inuenerunt, ac de his merito  
dici possēt illud Augustini: *Quod in  
uenisti, & non reddidisti, rapuisti.* Sextus  
titulus De consensione Indorum in  
Regē Hispaniae; non potuit conferre  
verum dominū, saltem in illis prin  
cipijs. Tum quod ignorabant quid fa  
cerēt, tum quod metu percussī, & in  
cussio mortis terrore consensum red  
derent infirmum. Quis autē nesciat,  
contractus per ignorantiam, siue per  
metum cadentem in fortem, & con  
stantem virum, ipso iure irritos esse?  
Adhuc populus si consentiat in alte  
rum Principem inuito domino suo,  
iniuriam illi facit: & ē contrario si  
dominus assentiatur, populo existit  
iniurius. Postremus titulus, similiter  
atque alij infirmus est. Dicunt enim,  
Indos Dei voluntate ob peccata sua  
traditos esse Hispanis: quod certē ve  
rum est, si neque folium arboris sine  
Dei voluntate cadit in terram. Sed  
aduertendum est, qua ratione Diui  
ni numinis in ditionem Hispanorū

venerūt; namq; si dono Dei peculia  
ri, non secus atq; olim Terra Chana  
naeorum data est Iudaeis, ita illi traditi  
sunt Hispanis, esset hoc signis probā  
dum: quē admodum multis miraculis  
cōfirmatum est Iudaeis traditam esse  
a Deo Terram promissam. Si verō ge  
nerali tātum prouidentia permissum  
est; non ob id excusantur a peccato,  
quemadmodum nec Romani perse  
quentes Iudaeos, & bello eos subiugā  
tes. Nam ita etiam dictum est: *Per me  
Reges regnant, & legum conditores iusta  
decernunt. Per me Principes imperant, &  
potentes decernunt iustitiam.* Et Daniel,  
*Ipse est, inquit, qui mutat tempora & ata  
tes: transfert regna, atq; constituit.* Rur  
sus dicitur per Oseam; *Dabo tibi Regē  
in furore meo* (Israēl alloquitur Deus  
per Prophetam) *& auferā in indigna  
tione mea.* Et alibi, *Qui regnare facit ho  
minem hypocritā propter peccata populi.*  
Dicitur ergo Deus dare regna, trans  
ferre, constituere: quia pro sua sapiē  
tia vel bonos creat ad vtilitatē popu  
li, vel ad illius peccata corrigēda ma  
los venire permittit. Etsi igitur nullū  
iustum titulum dominij comparandi  
inuenire valeamus (quemadmodum  
difficile est in reliquis siue principa  
tibus, siue regnorū, siue monarchiarū  
initijs iustam aliquam, ac legitimam  
acquirēdi dominij rationem inuenire)  
non deest tamen iusta, ac legitima  
dominandi in istos, dominiumq; re  
tinendi nunc ratio, ex quo illi fidem  
amplexi sunt, siue verē, siue fictē, siue  
sponte, siue metu baptismum susce  
perint: nam tales iam ad Christi regnū  
spectant, & membra Ecclesiae sunt:  
quare ne a suscepta religione defi  
ciant, iustum est vt Principē habeant  
Catholicum, qui eos in officio con  
tinere, ac iustis Regis officijs in pec  
cata eorum animaduertere, deq; pra  
dicatoribus & ministris Sacramentorū  
prospicere, & caetera omnia, quae  
ad salutem eorum aeternam pertinet,  
curare valeat, Praestante Domino no  
stro Iesu Christo, cui cum Patre &  
Spiritu sancto omnis est honor  
deferendus in secula seculorū. Amen.

Quo iure Iu  
dat Terram  
promissā cō  
parauēre sibi

Prou. 8.

Dan. 2.

Osea 13.

Iob 34.

Dare regna,  
transferre, ac  
constituere  
cur Deus di  
catur.

Fidelibus sū  
populis illis  
Orientalib⁹  
arque Occi  
dentalib⁹ In  
dis quae iusta  
atque legiti  
ma sit ratio  
dominandi.



TRACTATUS XXXIX.

IN Quo argumenta, quae Euangelium non  
sine armis proponendū esse Barbaris sua  
dent, dissoluuntur planē, ac diluuntur.



STENDIMVS Ha  
stenus, vanos esse titulos  
occupandi ditiones Indo  
rum, ac eis dominandi,  
quos quidam excogitarunt: indicauim⁹  
legitimam, & a Christo institutā  
Euangelij proponendi apud bar  
baras gentes rationem. Porro ista etsi  
ad praeterita vtilitatem adferre non  
possint, cum, vt dici solet, ad praeteri  
tum non sit potentia, & lex praeteri  
ta non respiciat, adiuuare tamen non  
mediocriter possūt, & ad errores pra  
teritos agnoscendos, & cauendos in  
futurum; & ne quisquam sibi persua  
deat magnam esse pietatem, & Chri  
sti obsequium, si direptionibus, rapi  
nis, caedibus, & sanguine obrudatur  
nolentibus Euangelium. Nam hoc, vt  
ostendimus, contra ipsum est Euan  
gelium, planeq; vitiosum & impiū,  
ac impurissimo Mahometo propriū,  
qui non rationibus, aut persuasioni  
bus, sed vi, & armis legem suam pro  
pagari mādauit. Sed quoniam adhuc  
quidam sunt adeo rudes atque igna  
ri, vt quibusdam argumētis capti, in  
contrariam sententiam abducantur,  
atque illa omnia, quae in Indos admif  
sa sunt, iusta, ac licita fuisse arbitren  
tur: danda nobis est opera praesen  
ti loco, vt rationes superiori tractatu  
productas destruamus, nullasq; esse  
ostendamus. Prima igitur, quae Scri  
pturis Veteris Testamenti nitebatur,  
ostendebat ob idololatriam, & alia  
peccata nefanda nationes esse delenda  
s, vrbesque eorum in solitudine  
redigendas, vt exēpla Pentapolis de  
monstrant. Sed facile hae ratio sol  
uitur, septem illas Gentes non solum  
ob peccatum colendi idola deletas ef

In quae nul  
la sit pote  
tas, iuxta p  
uerbium.

Impius Ma  
hometus qua  
le tantū su  
legis permise  
rit patrocini  
um suis.

I. argum.

Gen. 19. &  
seq.

se, quia omnestales simili ratione fuif  
sent delendae; cum tamē praecceptum  
sit Deuteronom. 23. *Non abominaberis  
Edumaeum, quia frater tuus est: nec Aegy  
ptium, quia aduena fuisti in terra eius;*  
vbi tamen plus vigebar idololatria,  
sed tantum ob Promissionem terrae  
illius Abrahae factam Gen. 15. & Deu  
teronom. 9. dicitur: *Neque enim pro  
pter iustitias tuas, & aquitatem cordis  
tui ingredieris vt possideas terras earum;  
sed quia ille egerunt impie, introeunte te  
deleta sunt; & vt compleret verbum suū  
Dominus, quod sub iuramento pollicitus  
est patribus tuis Abraham, Isaac, & Ia  
cob.* Vides hic duas rationes assignari,  
& impietatis, & promissionis, li  
cēt vt promissionem impleteret, expe  
ctaret adimpleri peccata eorum, vt e  
tiam iuste ob ea illos puniret. Nam  
vt aliās annotatum est a nobis ex lib.  
2. Recognitionum Clementis, Gen  
tes illae septem Chanaeorum, quae  
ex Cham originem ducebant, iniuste  
occupabant terras illas, quae ad filios  
Sem spectabant: vnde & Abrahae filio  
eius restituae sunt.

Quod igitur Deuteronom. 20. ha  
betur: Sic facies de cunctis ciuitati  
bus, quae a te procul valde sunt, & nō  
sunt de his vrribus, quas in posses  
sionem accepturus es; expone, sic sci  
licet facies, vt deleas ac destruas: in  
telligendum est de hostibus iniuriam  
inferētibus: quia praecedit: *Si exieris  
ad bellum contra hostes tuos, &c. id  
est, in eos, ad quos aliās est iusta belli  
caussa, etiam seclusa idololatria, ac so  
lū in terra illa, quā habitare debebat  
Iudaei, debebant arae idolorū destrui:  
quemadmodum illae etiam Iudaeorū,  
si idola, deficiendo a Deo, coluissent.*

Deut. 23.

Gen. 15. &  
seq.  
Deut. 9.  
Israēlita Infideliū terras  
occupauerit  
quadruplici  
ratione.

Clem. Rom.

Deut. 20.

Iudaeis quae  
nā ciuitates  
mādato Dei  
essent exin  
dendae.

B. Cyprian.

Christianorum leges Imperatorum in quos olim fuerint idololatrias laeta.

Gen. 19. Etiammodi leges minime morales extitisse.

II. argum.

Luc. 14.

Ad fidem sciendam quid requiratur: quales quoque esse debeant praedicatores.

Matth. 5. Philip. 2.

1. Pet. 2.

Matth. 10.

Mali quid faciant praedicatores.

Rursus ciuitas quae praecipitur destrui bello Deuteronom. 13. non est de alia, quam Hebraeorum idola colentium ciuitate intelligenda: ac tales docet Cyprianus puniendos esse in libro De exhortatione martyrij, capite 5. & habetur 23. quaest. 5. capite Si audieris, leges quoque Imperatorum in idololatrias, quae habentur in C. titulo De paganis, & templis eorum, latae fuerunt in subditos suos, quos ob idololatriam non minus quam ob alia crimina, iuste potest Christianus Princeps punire. Etsi Deus ob Sodomiae vitium vindicandum, exussit ciuitates, etiam cum innocentibus: homini tamen non licet, quod Deo, nec Christiani seueritatem veteris instrumenti imitari debent. Quod vero illa praecipita Dei essent moralia, plane falsum est: quia ad iudicia potius spectant: atque in taxatione poenae positua erant, etiam si ipsa idololatria sit in ius Naturae.

Secunda ratio erat, quod per bellum antecedens fiunt Pagani, ac Turcae praedicationis Fidei capaces: qui non tantum rogandi, sed etiam compellendi sunt iuxta verbum Euangelicum: Compelle intrare. Sed infirma est haec ratio. Nam cum Fides non possit naturali lumine apprehendi, nec euidenter demonstrari, opus est pia affectione audientis, & ad praedicantem, & ad Deum, & ad legem quam praedicant. Debent ergo praedicantes tales esse, quibus conueniat illud: Vos estis sal terrae: vos estis lux mundi: & Pauli dictum, Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentes: & quod Petrus ait, Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam: debent infirmos curare, daemones pellere: quod gratis acceperunt, gratis dare, vt ita ab omni sordida cupiditate, & gloriae appetitione alieni essent: charitate in primis, mansuetudine, atque patientia praediti existere, vt alios suo exemplo valeant ad fidem inflectere. Quod si videant illos aut auaros, aut ambitionis cupidos, aut sanguinarios, & lupos rapaces, Deum ipsum quem praedicant, atque ad eum

gem Euangelicam abominandam ac detestabilem reddunt, vt experientia ostendit: & plus vita ipsa destruunt, quam oratione aedificant; ne de illis merito dicatur: *Vnus aedificans, & vnus destruens: quid prodest illis, nisi labor?* & rursus illud: *Qui ergo alium docet, te ipsum non docet, qui praedicas non seruandum, furaris: Qui dicis non machabundum, macharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis.* Baptismus etiam, qui cum poenitentia praedicatur, remittit sine poena omnia peccata: ergo non bellis sunt, ac poenis ad ipsum cogen di. Quia etsi cum scienter impediunt praedicationem, vel si domini impediunt subditos volentes audire, ne fiant Christiani, illis bellum iure queat inferri: secus tamen est, si omnes audire nollent, sintque in terris, vbi nunquam Christiani extiterunt. Quare vt non credere, ita nec audire compelluntur: quemadmodum nec audire coguntur, qui intra nos sunt. Et Christus, vel Apostoli non compellebant Samaritanos, a quibus repellentur, audire; sed potius Apostolos dicentes; *Domine, vis dicimus vt ignis descendat de caelo, & consumat illos?* Christus compressit, dicens, *Nescitis cuius spiritus estis.*

Qui tamen ob verba Christi, *Praedicate Euangelium omni creature*, existimant posse armis compelli Paganos, non quidem vt audiant, sed vt sinant praedicare, & audire volentes, non esse vsquequaque improbandum eorum dictum censuerim, nisi nimis arcta verborum Domini expositio esse videretur. Et perinde prorsus est nolle audire Euangelium, atque auditum, & ad persuasionem praedicationis nolle credere: & vterque inexcusabilis est apud Deum, iustoque gehennae supplicio dignus.

Ad illud porro verbum: *Compelle intrare.* Respondemus: intelligendum esse vel de his, qui semel fidem susceperunt: nam tales poenis cogendi sunt ad seruandam Imperatori Christo in baptismo datam fidem: vnde Paulus ait: *In promptu habentes vlisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia:* atque ita Augustinus scri-

Ecclesiastici 34. Rom. 2.

Infideles ad Baptismum compellendi.

Luc. 9.

Marc. vlt. Huius loci: Praedicate Euangelium omni creature quidam intellectus reijciuntur.

Luc. 14. Illud: Copelle intrare: duobus modis commode intelligitur.

2. Cor. 10. Aug. epist. 48. tom. 2.

2. Cor. 10.

1. Tim. 4. Plus Imperator Constantinus cur bellum Sarmatis & Gothis intulerit. Hystor. Tripart. lib. 1. cap. 9. circa medium.

Hysto. Trip. lib. 8. c. 13. Ill. argum. Infidelium innocentes daemones haurandi quatenus de manuum armis eripi licet possint. Matth. 13. Nil. argum.

Barbari qui tantum censendi sunt.

Indos vnde constat homines esse ciuiles, vtentesque ratione.

bens ad Vincentium Donatistam interpretatur: vel intelligendum est de compulsionem quae fit per inspirationem, siue verba docta, acutaque, quae in captiuitatem redigant intellectus aliorum, vel signa & miracula, & Apostolus ait; *Attende tibi, & doctrina: instam in illis:* non ait, *Instam in armis,* quae fidem otiosam reddunt. Et si de Constantino dicitur, quod bellum intulit Sarmatis & Gothis hortatu & consilio Sanctorum virorum: non id fecit ob idololatriam puniendam, sed quia bellis infestabant Catholicos: quod Indi nobis non faciebant. Gothi praeterea non tam inter Gentiles, quam inter Haereticos erant computandi; cum ab initio Baptismum cum haeresi suscepissent, vt docet historia Tripartita.

Tertia ratio: Licet, inquiunt, tueri bello innocentes, qui sacrificatur daemones, & sacrificati manducantur, si alia opportunior via non occurrat. Soluitur: id quidem licere, quando plures bello non pereunt innocentes, nec discernuntur: tunc minime bellandum est, ne eradicantes zizania, euellamus simul & triticum.

Erat quarta ratio, quod Barbari natura sunt serui, ac proinde indigent gubernatore, atque rectore, non secus atque belluae, quae homini natura subiectae sunt: debent ergo per eos, qui naturam sunt domini, id est, per sapientes, & prudentes domari, & frenantur, coerceri, eorumque legibus, & imperio gubernari. Sed hoc superius a nobis & solutum est, & explicatum abunde: quippe hi tantum barbari dicendi sunt, qui ingenio & moribus incultis ac rudibus praediti sunt, vt ferre, sine politia vlla, aut dominio, vel prudentia errantes, atque alijs nocentes, quales sunt Arabes: Nequaquam autem tales sunt Indi, quia ciuiles sunt, & excolti, & agnoscunt dominos, & morte puniunt nefandum vitium, & quaedam alia, quae non sunt contra naturam: Proinde ad eos soli essent praedicatores destinandi: quod si non essent tui, possent arces in confinibus eorum praestruui, vnde pax, & amicitia

ferret, fouereturque, vt tandem pacifice praedicatores admitterent, & dilataretur Fides, & iurisdicatio cum moderato tributo. Ac proinde serui ciuiles non nisi tyrannice effici possunt: quia si vlla causa iusta seruitutis ciuilis imponenda existeret, maxime esset bellum. Sed hoc fuit iniustum, quia non adfuit auctoritas Regis, cui nemo parere voluit. Deerat etiam aequa causa, quia terras nostras minime occupabant, nec iniuriam vllam nobis, aut nostrae religioni fecerant. Sicut ergo Hispani non boni consulissent, si beatus Iacobus, aut beatus Paulus, qui primi apud eos praedicasse feruntur, aut quicumque alij, qui primi in ea prouincia Euangelium disseminarunt, eos in seruitutem ciuilem redegissent: ita nec ipsi illam Indis debent imponere, qui minime sunt barbari, sed omnis artis, doctrinae, & politicae capaces.

Indus igitur non est vel phreneticus, vel puer dyscolus puniendus, de quo loquitur Augustinus praedicto loco, sed haereticus tantum: nam infidelis, qui nunquam fuit in schola Christi, non est vi, aut armis trahendus, sed blanditijs adducendus, vt Gregorius docet epistola ad Petrum Episcopum Terracinen. dicens: *Eos enim, qui a religione Christiana discordant (est sermo de Iudaeis quibusdam) mansuetudine, benignitate, admonendo, suadendo, ad unitatem Fidei necesse est congregare; ne quos dulcedo praedicationis, & praesentis futuri iudicis terror: ad credendum inuitare poterat, minus: & terroribus repellantur.* Idem epistola ad Paschasium Episcopum Neapolitanum, eleganter admonet de Iudaeis asperitatibus non opprimendis, ne eorum conuersio ad fidem impediatur. Et Augustinus sermo. De verbis Domini docet aras idololatriarum non esse destruendas: donec Christiani fiant: nam antea non est iurisdicatio Ecclesiae in eos, quare nec eos punire valet. Nec iusta suberat ratio liberandi innocentes qui sacrificabatur: quia hoc in paucis tantum locis fiebat, & non erat idoneus iustificandi belli praetextus. Et quia occidere ho-

Hispanorum bellum Indis illarum, duplici potissimum ratione iniuriam, atque tyrannicum extitisse.

Primi in Hispania quibus fuerint Euangelij praedicores.

August. epist. 48. & 50. tom. 2.

Aliter haereticus, aliter infidelis sunt ad fidem adducendi testis Augustino.

Greg. lib. 1. regist. epist. 34. tom. 2. Qua ratione Iudaei qui a religione Christiana discordant, sine congregandi.

Idem lib. 11. Regist. epist. 13. Iudaei cum minime opprimendi.

Aug. ser. 6. De verb. Domini, tom. 10. initio. Idololatriarum ante Christi religionem suscepta, simulacra curant: tegra esse debent.

Aug. epistol. 50. De moderate coercent heret. tom. 2.

Qua in causa occidi innocentes licite possint.

Hispanicum bellum Indis illatum, necessarium minime fuisse.

Quanta ex bello procreant mala.

V. argum.

Greg. lib. 1. Regist. tom. 2.

Quae causae Gennadio Patrio extirpant cum sibi non subiectis populus dimittendi, iuste, atque legitime.

B. Thom. 2. 2. q. 10. art. 11. 2. 1. tom. 11. Bella ad quae tantum Romanus Pontifex valeat Christianos Principes adhortari.

mines, ac bona eorum depradari, per se mala sunt: propterea dicta mala Indorum, in quibus haec contingunt, alio modo excusantur: ut habes 23. quest. 1. capite: Noli existimare, ex Augustino ad Bonifacium. Ideo cessante necessitate incipit esse iniustum bellum; quare tunc tantum innocentes iuste possunt scienter occidi, quando sit actus, sine quo iudicatur non posse obtineri victoria. Ut si sciatur innocentes esse in turri quadam, qua opus est ad victoriam contra hostes comparandam prosternere, prosterni sane potest, tametsi in ea sint pueri, & innocentes: qui iniuste occideretur, si citra illam turris euersionem non posset haberi victoria. Bellum autem quod Indis infertur, minime est necessarium, quia praedicatione Evangelica eorum vitia melius extirparentur; & plura proculdubio damna ex bello sequuntur, quam vitentur mala, vel eueniant bona. Consequuntur enim bellum caedes innumerabilium innocentium, & odium Christianae religionis, ac impedimentum salutis eorum: nec proinde ad credendum compelluntur praedicatoribus socijs tam iniuste bellum inferentium: cum utriusque damnationi sint obnoxij, & qui male militant, & qui male assentiuntur militantibus.

Quinta fuit ratio: Quia laudatur Gennadius bellans propter Fidei dilatationem in sibi non subditos; atque ob id commendatur a Gregorio. Respondemus, Bella Gennadij fuisse in Haereticos, & Paganos usurpantes dominia ad Ecclesiam spectantia, ut eiusdem Gregorij epistola 72. & 73. aperte indicat. Quia etiam illi Paganorum malitia impediabant praedicantes: ob quam causam licet pugnare contra Infideles, ut docet beatus Thomas secunda secunda. Et sic volebat Gregorius Evangelium pacifice finitimis praedicari. Est quidem Pontificis munus hortari ad bella Imperatores; sed quae iusta sint, & Fidem promoueant; non autem iniusta, ut sunt illa, ad quae Mahometus adhortatur: quia redderent Fidem iniustam, si pri-

mo spoliarentur, ac vastarentur, & postea eis praedicaretur Euangelium, ut factum est cum Indis, neque subiectis nobis, neque iniuriam inferentibus. Docetque Thomas in proxime citato loco, tolerandas Gentes in ritibus suis, si ex opposito merito timeatur scandalum, excidium, aut conversionis impedimentum. Nec enim Indi Fidem nostram blasphemabant, nec in eam quicquam moliebatur aut publice, aut priuatim, ob quae solet oriri iusta belli causa. Thomas etiam non loquitur de blasphemia per accidens, quae est in quouis ritu falso: quia deberent puniri vniuersi Iudaei, Mauri, Turcae; sed de illa blasphemia, qua ex animo irrident Christum, aut Christianam fidem.

Ratio sexta fuit: Papam habere auctoritatem super Infideles, quia Vicarius est Christi, cui data est omnis potestas in caelo, & in terra; & qui dicebat: *Alias oues habeo.* Sed satis superiori tractatu haec ratio destructa est: & longa est differentia potestatis Christi in Infideles, & Pontificis, cuius est dicere cum Apostolo: *Quid mihi de ijs qui foris sunt iudicare?* Potest quidem ad eos praedicatorum mittere, quo post amplexatam Fidem, & susceptum Baptismum membra Ecclesiae efficiuntur, & ita in eos habeat ius aliquod Papa, quia iam non sunt foris, sed intus: verum antequam ingrediantur, ius aliquod in eos Papa non habet, quam destinandi Praedicatorum ad eos.

Postrema ratio erat: Alexandrum VI. Pontificem Romanum Regibus Hispaniarum Catholicis illas Indorum ditiones tradidisse, atque eius mens fuit, ut prius expugnarentur, ac postea praedicaretur illis. Et ita factum est scientibus ac prudenter Romanis Pontificibus, qui sedes Episcopales erexerunt atque approbarunt. Et si Fide iam suscepta licet eos bello subijcere ne fiant, vel si fiant haereticis; ergo etiam & antea, ut auferat de medio Idola, & audiant Euangelium.

Sed hoc postremum facile soluitur: quia cum sint iam Christiani, est in eos iurisdictio Ecclesiae, & ad impedendum, reciduum, & ad puniendum:

sex valeat Christianos Principes adhortari.

Ritus Infidelium quatenus tolerandi teste Thoma.

Thom. q. 10 art. 8.

VI. argum.

Matth. vlt.

Ioan. 10.

1. Cor. 5.

Romanus Pontifex quid tantum in Infideles habeat potestatis.

VII. argum.

In quos tantummodo sit Ecclesiae iurisdictio.

quorum

Qua lege Indorum dominium Hispaniarum Regibus a summo Pontifice concessum fuerit

Christophoro Columbo Hispanicae classis in India duci quae tractata formula.

Episcopales apud Occidentales Indos, ut sedes per sedem Apostolicam fuerint confirmatae.

Hispani Occidentalibus Indis, quot & quantas attulerint communitates.

quorum neutrum antea non erat, cum nulli essent subiecti.

Quod vero producitur de mente Alexandri Papae, quod voluerit, ut bellum praecederet: infirmum est. Quia Alexander tantum adiurat Reges Catholicos per viscera Christi, & baptismum susceptum, ex quo illi obedientiam debent, ut serio dent operam Indorum conversioni: praecipitque in virtute sanctae obedientiae, ut mittant ad eos, bonos, & doctos Praedicatores. Reges praeterea Catholici in instructione, quam Christophoro Columbo Classis duci exhibuerunt, praecipunt ut omnibus vijs curet conversionem Indorum, faciatque ut Hispani cum illis dulciter, & amice conuersentur, & grauius puniant vexantes eos. Idem quoque Isabella Regina Catholica in instrumeto suo praecipit, ut omnia restituerentur illis omnibus, qui se grauios persentiscent, aut in persona, aut in rebus. Idem quoque certum est Imperatorem Carolum saepius edixisse, & de seruis mandasse, ut omnes in libertatem assententur. Quamobrem caedes, direptiones, ac tyrannides contra mentem eorum fuerunt: nec Pontificum concessionibus eorum abusus, & peccata approbant. Itaque etsi approbarunt sedes Episcopales erectas, non tamen eorum malefacta approbare voluerunt, quae contra ius Diuinum, & Humanum aperte militant. Et haec sint satis ad argumenta proposita diluenda.

Quicquid tamen sit de iniurijs illi genti illatis, direptionibus, ac caedibus, illud constitutissimum esse debet, sine comparatione maiora esse

emolumenta, quae per ingressum Hispanorum in illas regiones inuenta sunt; quam damna, ac detrimenta consecuta; si quis diligenter velit perpendere. Nam in primis ab Hispanis acciperunt: multa, quae ad vitae nostrae vsum commodiorem, & politiam spectant, didicerunt: literas, ac disciplinas, scientiasque omnes eis tradiderunt: legesque congruas, quibus in officio continerentur, edocti sunt. Sed illud omnia vincit, & reliquis comparari nequit, quod religionem Evangelicam, etiam a principio iniquis rationibus praedicatam, postea tamen melioribus, & aequioribusque persuasionibus propositam, impertierunt, ad quam illi sua sponte amplectendam conuersi sunt. Benedictus Deus, qui pro sua insigni bonitate, ac sapientia ex malis nostris, ac peccatis tantum voluerit bonum erueri. Nam iam omnes illae prouintiae, quae latissima sunt, ac populosissima, non secus Christum nouerunt atque nos, Evangelicamque legem maiori spiritus studio, ac voluntate retinere, atque tueri contendant. Ut merito exclamare cogamur cum Propheta: *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius.* Confessio, & magnificentia opus eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Celebrat ille psalmus magnalia operum Christi, quae sicut in carne assumpta mirabilia extiterunt, ita quoque nunc in Spiritu suo operantis laudanda sunt a nobis, & iugiter celebranda. Ipsi ergo cum Patre, & Spiritu sancto gloria, honos, & magnificentia in sempiternis seculis. Amen.

Bona de malis erueri, proprium Diuinae sapientiae, atque virtutis est.

Psal. 110.

Centesimus de cimi. argum. tum psalmi.





TRACTATUS XL.

IN illa verba: Factum est autem in Iconio, ut simul introirent Synagogam Iudaeorum, & loquerentur, ita ut crederet Iudaeorum & Graecorum copiosa multitudo. Qui vero increduli fuerunt Iudaei, suscitauerunt, & ad iracundiam concitauerunt animas Gentium aduersus fratres, &c. Actuum 14.

QUAM sit veritati consona illa sententia Apostolica: Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, satis Apostolorum frequentes enentus, qui in hoc libro enarrantur, ostendere possunt. Nam Barnabas, & Paulus eiekti e Pisidia Antiochia, venerunt Iconium, vbi insignem fructum ediderunt: inde rursus expulsi venerunt Lystram, ac Derben, vbi simili ratione multos conuerterunt. Quare non est quod veniente tribulatione, aut nobis irascamur, aut indignemur, cum omnia summi illius moderatoris sapientia in nostra conuertantur vtilitatem: vt recte propterea in tribulationibus gloriandum esse, doceat Apostolus, & frater Domini: Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias inciditis.

Pulsi igitur Apostoli venerunt Iconium, vbi perpendendum est, Iconium, ciuitatem esse Lycaoniae ad montem Taurum sitam, quia inde ad Lystram, & Derben Lycaoniae venerunt. Vnde constat, distinctum esse hoc Iconium ab Iconio Ciliciae. De priori Plinius lib. 5. capite 27. & Strabo lib. 12. Ex hac Iconij ciuitate fuit illustis illa, & nominata virgo Thecla a Paulo conuersa, & in Fidei praecipis instituta: quae cum duodecimum octauum annum ageret, Thamiride sponso relicto, cum eam parentes in rogam ardentem paratum inj-

cere vellent, nisi Christo renuntiaret, prius signo Crucis munita, seipsam iniecit, igne per pluuiam repente extortam extincto. Antiochia postea feris est obiecta, & tauris in diuersa incitatis alligata; mox coniecta in fossam plenam serpentibus, Christi gratia liberatur. Et sunt illa tria tormenta, a quibus Ecclesia precando restatur B. Theclam liberatam: quam mirifice veteres Patres Graeci, & Latini, sed praecipue Ambrosius, celebrant: eo quod multos ad Christum suae vitae exemplo traduxit.

Ingressi sunt igitur Apostoli Iconium in Synagogam Iudaeorum, vt pro more suo ibi verbum Dei cum maiori fructu proponerent, & per Iudaeos conuersos facilius Gentes ad Christum abducerent. Ita vt crederet Iudaeorum, & Graecorum copiosa multitudo. Quos hic vocat interpret Graecos, Lyranus intelligit Iudaeos in Graecia natos, & quos alibi vocat *Ἰουδαίους*. Probabilius tamen est, quia eos Graecus codex vocat *Ἰουδαίους*, Gentiles fuisse, & forte profelytos: quos Apostoli & verbis, & signis ad Fidem facile reducerunt. Consolatio autem non mediocris fuit Apostolorum, quod multitudo copiosa Iudaeorum, & Graecorum crediderit: illa naq; piscium captura pensabat Deus eorum persecutione.

Qui vero increduli fuerunt Iudaei, suscitauerunt, & ad iracundiam concitauerunt animas Gentium aduersus fratres. Recte dixit Apostolus, Iudaeo primu,

Etus est celebre nomen a pud Patres. B. Ambrosii lib. 3. de virgin aliquanto a te med. & lib. item 2. de virgini non procul ab initio, tomo 1. Paulus & Barnabas cur venerint Iconium. Graeci qui in Iconio per illos conuersi, duplex sensus. Persecutionis eorumdem Apostolorum fructus.

Rom. 1. & infra 2.

& Graeco, siue in praemio, siue in supplicio: nam Iudaeus primus erat vel in credendo, vel in persequendo. Perpende etiam incredulorum ingeniu, quibus satis non est, si ipsi non credunt, sed redditi a seipsis organa demonis, & per seipsos, & per alios eorum sum fidei, & bonorum operum impedire volunt. Mendacis enim ac detractionibus suis Gentes, quae superiori capite audientes Euangelium, gauisae sunt, iam hic ad iracundiam concitantur. Vnde colligimus quantum malum sit lingua maledica: & rursus quantum periculi insit in audiendo detractore. Vt merito Paulus cum maledico prohibeat cibum sumere: qui tamen edere & cohabitare concedebat uxori cum viro incredulo. Hoc igitur, quod hic accidit Apostolis, vt quidam crederent, quidam vero repugnarent, etiamnum praedicatoribus verbi Dei contingit: Quidam enim verbo proposito edificantur, alij vero offenduntur, ac murmurant. Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in Domino, &c. Non facile cedunt Apostoli in lucta, se constantes sunt, & fideles se exhibent ministros per arma iustitiae a dextris, & a sinistris. Et Dominus testimonium perhibebat verbo gratiae ab Apostolis praedicato, adiungens signa exterioris, intus vero vehementius inspirans, vt plures ad Fidem traheret. Habens ex hoc loco, Euangelium dici verbum gratiae: siue quod Christum Dei Filium gratis a Patre oblatum continet; siue quod gratis credenti in Christum iustificatio contingat, secundum illud: *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem qua est in Christo Iesu*, siue denique quod ab Apostolis magna cum venustate proponeretur: nam paulo post refert textus Paulum vocatum fuisse Mercuriu, eo quod esset dux verbi.

Diuisa est autem multitudo ciuitatis: & quidam quidem erant cum Iudaeis, quidam vero cum Apostolis. Diligenter Lucas huius seditionis autores enarrauit Iudaeos; ne quisquam illam Apostolis tribuendam esse putaret: nam illi ad concordiam, & pacem Christianam

praedicantes, longissime a seditione aberant: sed totum huius tumultus malum Iudaeis impingit. Et ita impletum est verbum Domini: *Non veni pacem mittere, sed gladium.*

Cum autem factus esset imperus. Persuaserunt Iudaei increduli Gentilibus, vt in Apostolos insurgerent, vt olim Pilatum magnis conatibus impulerunt ad necem Christi. Adiunxerant sibi Senatum, siue Principes ciuitatis: & cum coepissent contumelijs agere in Apostolos (id enim significat *ὑπεβόου*) lapidibus agere cogitabant in eos. Verum Apostoli exemplo Christi edocti, quia a volentibus eum lapidare se subduxit, & memores verbi ipsius dicentis: *Cum persequantur vos in ciuitate ista, fugite in aliam*, cogitarunt salubrius esse praesentiam suam subtrahere. Nondum enim venerat hora eorum, & nullum erat periculum ex fuga, eo quod ibi multo tempore praedicata fuerat veritas, nec periculum erat ne retrocederent credentes. Inde factum est vt confugerent in Lystram, ac Derbem Lycaoniae ciuitates. Est autem Lycaonia Asiae mediterraneae prouincia, Galatae contermina, ad orientem habens Catoniam, ab occasu Pamphylia & Pisidiam, a Meridie Ciliciam vsque ad Taurum montem Austrum versus porrecta. Et vide prudentiam Apostolicam: non tantum ciuitates illas, sed vniuersam in circuitu regionem Euangelij gratia percurrerant, vt si quis esset piscis bonus in vicis, aut oppidis paruis, non euaderet rete Euangelicum. Quod facientes, multos doctrina sua commouerunt, vt ita tandem victi sint persecutores, persecutionem autem passi euaserunt. *Paulus autem, & Barnabas morabantur Lystris. Memores praecipii Domini, qui dixerat: Nolite transire de domo in domum, Et in quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quae apponuntur vobis: Et curate infirmos qui in illa sunt.* Ecce iam exequuntur mandatum curandi infirmos: nam claudum ab utero matris suae, qui nunquam ambulauerat, qui propterea sicut caecus a natiuitate curabilis non erat, sanitati restituerunt.

Proprium in incredulorum.

Maledicus quam maleficus existat, eiusque contentions.

1. Cor. 5. Infra 7.

Paulus & Barnabas in aduersis constantia, & magnanimitas. 2. Cor. 6.

Euangelium verbum gratiae cur nominatur a Luca

Rom. 3.

Concitate seditionis in Paulu & Barnabam Iconij, cur Iudaei prodantur autores.

Matth. 10.

Infra 27. Paulus & Barnabas a Iudaeis & Gentibus incrudulis, persecutionem patientes cur eos fugerint. Ioan. 8.

Matth. 10.

Lycaonia quid.

Pauli & Barnabae prudentia, eorumdem virtus.

Iste Iconio pulsi cur morarentur Lystris.

Luc. 10.

Matth. 10.

Ioan. 9.

Rom. 8. Paulo, & Barnabae euangelizantibus, omnia vt Deo in bonu conuertebat.

Cur sit in tribulationibus atque tentationibus gloriandum.

Rom. 5. Iaco. 1.

Iconium qualls ciuitas, vbi sita. Duplex Iconiu.

Plinius. Strabo.

B. Thecle virginis & martyris patria: a quo ad Christum conuersa: eiusdem miracula.

Petrus & Paulus quomodo aequales inter sese.

Fides cum spiritualis sit, quomodo cerni possit.

Matth. 9.

Paulus claudum curaturus quare clamauit. Ioann. 11.

Peccator, & infidelis quomodo sint in firmi pedibus.

Quid. lib. 7. Metamor. Ijdem ut claudi ab utero matris suae. Ephes. 2. Rom. 3. & infra.

Habes superius Actor. 3. alterum claudum ab utero matris suae, qui baiulabatur, à Petro curatum. Et ita perspicere potes Petrum, & Paulum eodem spiritu, atque eadem signorum virtute praeditos fuisse. Sed ille à Petro sanatus à principio non credebat; de hoc autem ait textus, quod intuitus eum Paulus, vidit quia fidem haberet, ut saluus fieret. Quomodo possit fides cerni, quae in animo deliteat, non est difficile intelligere. Nam vel ex gestu, & oculis, per quos animus se saepe profert, cognouit, ea, quae ipse praedicabat, illum probare, quia audiebat Paulum praedicatem: vel quemadmodum Dominus videbat fidem adducentium ad se paralyticum, ita Apostolus reuelatione, aut signo cognoscere potuit claudi huius fidem. Quare illi magna voce dixit: Tibi dico in nomine Iesu Christi (ita enim Graece habetur, nihilque sensum vitiat, sed indicatur cuius virtute signum fiat, & Apostoli nihil sibi tribui volebant) Surge super pedes tuos reclusus. Et exiliit: & ambulabat. Magna voce usus est Paulus in hoc signo edendo, ut Dominus in Lazaro suscitando. Voluit etiam illa omnes attentos reddere qui aderat, ut intelligerent à quo fieret miraculum: signoque confirmata est fides claudi, atque alij excitati ut crederent. Claudus autem non tantum ambulabat in testimonium verae sanitatis, sed etiam exiliebat gestiens, & gratias agens salutis auctori. Et pulchre hoc in claudo descriptus est peccatoris cuiuscunque, sed praecipue Gentilis iustificatio. Nam primo hic, infirmus erat pedibus, etiam si sanus videretur. Quia peccator, & Gentilis habet plerumque acutum intellectum, & industriam naturalem, sed pedes, hoc est, affectus, infirmi erant: quia ut quidam Gentilis dixit: Mēs aliud suadet: video meliora, proboque, Deteriora sequor. Erat autem hic, claudus ab utero matris: quia omnes erant natura filij irae, & in Adam peccatores. Dicitur hic pedibus surrexisse: quia nullus peccator suis pedibus ad diuina valebat asurgere, & temporalibus bonis quies-

cebat, ac veluti felicitatem constituebat. Hic audiuit Paulum: quia & fide concepit, quia fides, ex auditu; auditus autem per verbum Christi. Huic iam per fidem preparato dicitur: Surge super pedes tuos reclusus: id est: Sicut cre didisti, fiat tibi. Atque ita iustificati stant reclusi super pedes, ut iusta operari valeant: & de his dici potest illud: Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Ierusalem: & illud quod Sponsus de sponsa ait: Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia Principis. Dicitur quod exiliit, & ambulabat. Exiliit corde in Deum accepto fonte aquae vitae salientis in vitam aeternam: ambulat vero in lege Domini, alijs bonae vitae exemplum praebens. Turba autem cum vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam, Lycaeonice dicentes, Dij similes facti hominibus, descenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam, Iouem; Paulum vero, Mercurium: quoniam ipse erat dux verbi. Habes fructum editi signi, laudantque opus quod in se bonum erat, quicunque esset illius auctor; cum Pharisei opera Christi blasphemarent propter humilitatem eius. Ita nos plerumque facimus: nam ob personam quae displicet, etiam bona eius contemnimus: & conuerso si persona placet, nonnunquam etiam mala eius probamus. Dij, inquit, similes facti hominibus (sive, Dij in specie hominum) descenderunt ad nos. Non hominibus, sed dijs tribuit diuinum opus, atque in hoc commendandi: sed in eo minus tolerabiles, quod errore Paganorum plures deos esse existimarent: quanquam quia communis error erat omnium Paganorum, non his solis erat imputandus. Varietas & multiplicitas humanarum calamitatum apud Gentiles multitudinem deorum effecerat: pro Deo enim colebant, quicquid aliquid commoditatis generi adferret humano. Verum nos aliter edocui sumus, quibus dicitur, Audi Israel, Dominus Deus noster; Deus vnus est. Porro Barnabam, Iouem vocabant, respicientes ad morum grauitatem, & antiquitatem; vel volentes alludere fortasse ad fabulam de Lycaone, quae Iupiter ad eum diuertens in lupum mutauerat,

Rom. 10. Quando surgant super pedes reclusi. Matth. 8. & saepe alia.

Psal. 121.

Cant. 7. Ijdem exiliit, & ambulabat quando. Ioan. 7.

Lystrenses homines quanto Phariseis meliores. Matth. 12. Naturae ingenium nostrae deprauatae quodam sit.

Deorum multitudo, ac varietas unde.

Deut. 6. Barnaba, Iouem Lystrenses cur dixerint.

Pausanias in Arcadicis lib. 8. prope initium. Iidem Paulum cur vocarent Mercurium.

Hieron. ad Paulinum de studio diuinae Scripturae initio, tom. 3. init. epist. 103. Vnde vocis propria quid Hieronymo.

Quae duo vni tantum Deo debeantur.

Lystrensis Sacerdos Iouis, Paulo & Barnabae tanquam dijs tauros, & coronas cur vellet sacrificare.

Virgil. lib. Aeneidos. Seruius. Virgilius.

Quid offerat, victimas dijs immolatas olim solitas coronas.

Iidem lib. 2. Aeneidos.

ed quod hospites iugulare consueuerat: ut tradit Pausanias in Arcadicis. Paulum vero vocabant Mercurium, qui praerant eloquentiae; (nam *εἰμῆς* Graece, interpretem Deorum significat) ac Ioui minister ad perferenda mandata, & suam voluntatem hominibus declarandam à Poëtis adesse fingitur. Habet enim viua vox, ut Hieronymus dixit, nescio quid latentis energiae: ita ut de Demosthenis scriptis dicatur, magnam partem Demosthenis in illis abesse, ob viua vocem, gestum, ac pronuntiationem. Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare. Relatum illud; Qui erat ante ciuitatem, non refert Sacerdotem, sed Iouem, cuius simulachrum erat ante ingressum ciuitatis. Alius hic erat Paganorum error, ut videlicet cultum Deo debitum creaturis impenderent, ut sacrificia, & adorationem. Et sicut nullus vnquam sine Deo, vel dijs populus fuit, ita etiam nullus sine Sacerdotibus. Hic ergo Sacerdos, qui praerant illi idolo Iouis, cum vidisset signum Pauli magnificum, attulit non leuem aliquam, & ignobilem victimam, sed egregiam, hoc est, tauros, & coronas. Tauros quidem, ad sacrificia; coronas autem, ad Apostolos more Deorum coronandos, vel, quod potius est verisimile, ad victimas more Romanorum & Gentilium coronandas. Aliqui notant esse figuram *εὐδία δ' οὖν*, quando videlicet vna res duabus vocibus explicatur. Quae admodum enim Poëta dixit: Pateris libamus, & auro; pro eo quod est, Aureis pateris, ut annotauit Seruius, & alio loco: Victori velatum auro, vittisque iuuen-cum. Ita hic dicitur tauros & coronas, pro eo quod est coronatos, vel vittatos tauros. Quod vero mos esset coronare victimas immolandas, docet ille Sinon instructus arte Pelasga, & immolandum à Graecis: *Iam nolo salsa, & circum tempora vittae.* Simile quid olim fecit Nabuchodonosor, qui audito somnio, & in-

terpretatione ab ore Danielis, cadens in faciem suam, adorauit eum, & hostias, & incensum adferri praecipit, ut sacrificaret ei: quem tamen recusasse sacrificium, verisimile est, quemadmodum & hic Apostoli fecerunt, de quibus Lucas: Quod vbi audierunt Apostoli Barnabas & Paulus, conscisis tunicis suis exilierunt in turbas, &c. Seruabant hanc ceremoniam Iudaei, ut ob maledicta in Deum, vestimenta sibi discinderent: vnde & Caiaphas cum Christus dixisset se esse Dei Filium, scidit vestimenta sua; dicens: *Blasphemaui.* Ita nunc Apostoli ut horrore blasphemiae illius, & quod mortales erant, mortisque obnoxij, indicarent, tunicas disciderunt. Vbi Chrysostomus: *Vide, inquit, illos vbi que à gloria studio mundos, quam non solum non desiderabant, sed & cum daretur, repellabant.* Hae ille. Non autem sciderunt Apostoli vestes cum lapidarentur, sed cum honorarentur, ut vtraque fortuna facile perspicias illos superiores extitisse: nam & honores oblatos respuebant, & contumelias, atque aduersitates inuisito animo deuorabant. Et dicentes, *Viri, quid haec facitis? & nos mortales sumus. similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum vinum, &c.* Efficax oratio? Cur, inquit, haec nobis facitis, qui vobis similes, atque eadem mortalitatis conditione vobiscum nati sumus, eisdemque malis atque passionibus sicut & vos, sumus obnoxij? id enim significat Graeca vox *ὁμοίωτες ἀνθρώποις*, quam interpretes vertit, Mortales similes vobis. Si hoc fecisset Herodes Rex, dum illi acclamabant, *Voces Dei, & non hominis*, melius profecto sibi consulisset. Addunt praeterea se ad hoc ipsum destinatos fuisse à Deo, ut homines ab hac idololatria reuocarent, & penitus eam dissoluerent. Increpat eos praeterea, quod vnum Deum nutritorem suum non agnoscant: quem tamen, quod se proderet, ac manifestum nobis redderet, insignia opera mundi creationis, & prouidentiae suae abunde testantur. Qui in praeteritis generationibus dimisit omnes Gentes ingredi vias suas

Daniel. 2.

Iudaei quando vestimenta sibi discindere.

Matth. 26.

Chrys. hom. 30. in Acta, tom. 3. Paulus & Barnabas ab omni gloria studio quam alieni.

Quid illud proprie: mortales sumus, similes vobis homines.

Actor. 12.

Quena illis vias, quas Gentes à Deo ingredi permittunt.



Vias vocat, ad quas inclinant caro, & sensus: ideo inclinati erant Gentiles ad honores diuinos per viam potestatis, & regni habendos, à vi, fraude, atque sceleribus non abstinentes, talibusque non desunt assentatores, qui dæmone suggerente, tanquam Maciabelli quidam, Principes feros esse oportere doceant, atque tyrannos. Hinc Alexander, qui filius Iouis vocari gaudebat, aries, pardus, & hircus in Daniele dicitur. Hinc Cæsaris illius (qui primus fuit Reipublicæ Romanæ inuafor) voces: Si violandum est ius, imperij gratia violandum est, & Oderint dum metuant: idem Syllam nesciuisse literas dicitur, quod depofuerit Dictaturam. Alij verò sunt, qui diuinos honores ambiunt scientiæ, & sapientiæ ostentatione: vnde sectas faciunt, & veritatem adulterant; vt Philosophi, & hæretici. Alij rursus vitæ sanctimonia gloriam aucupantur, ac se veluti deos quosdam sanctos atque diuinos ostendunt. Rursus alij auaritiæ, & opibus cumuladis: alij verò veteri, & obscenis cupiditatibus vacantes, diuinitatis speciem quandam sibi pollicebantur. Atque has vias quisque Gentiliū sequebatur, Deo ob eorum peccata peculiarem instructionem denegante, quam tamē Iudæis per Prophetas adhibebat. Non negat tamen generalē prouidentiam, ac legem animo inditam, & commune subsidium Angelorum hominum custodia deputatorum. Relictæ ergo ingredi vias suas dicuntur à Deo, non simpliciter reprobante, aut obdurante, sed si cum Iudæis conferantur, quibus peculiaria Diuinæ beneuolentiæ indicia exhibebat, Legem donans, Prophetas mitens, Messiamque; ex illorum sanguine proditurum promittens. Hi erant fauores, & gratiæ Iudæorum, quarum extorres erant Gentiles. Gentes verò manebant in communi prouidentia, lege Naturæ, Angelorum subsidio, & libro isto Naturæ. Nam si oculos sustulissent, & contemplati fuissent cœlum incorruptibile homini seruire, nosse facillè potuissent eum animo incorruptibilem esse, atque cum præmiū

à prouidentia paratum manere, modò ab Angelis, & à Deo adiutus crederet, quia Deus est, & inquireribus remunerator sit; nã hos articulos satis ipsa natura nullo proponente prædicabat.

Huc autem sensum huius loci, duo ostendunt, nimirum ipsa verba huius textus, deinde Ambrosius (siue vt quidam volunt, Prosper Aquitanicæ Episcopus, vt quidam eruditi viri se in Bibliotheca Vaticana inuenisse asserunt) libro de Vocatione Gentium ita scribit: *Sed ne in præteritis quidē seculis hac eadem gratia, que post Domini nostri Iesu Christi resurrectionem vbiq; diffusa est, & de qua scriptum est: Illuxerunt coruscationes tuae orbi terræ; defuit mundo. Quamuis enim speciali cura atque indulgentia Dei populum Israeliticum constet electum, omnesque aliæ nationes suas vias ingredi, hoc est secundum propriam permissam sint viuere voluntatem; non ita se tamen aterna Creatoris bonitas ab illis omnibus auertit, vt eos ad cognoscendum se atque metuendum nullis significationibus admoneret. Cœlum quippe, ac terra, & mare, omnisque creatura, qua videri, atque intelligi potest, ad hanc præcipue disposita est humani generis utilitatem; vt natura rationalis de contemplatione tot specierum, de experimentis tot bonorum, de præceptione tot munerum, ad cultum, & dilectionem sui imbueretur auctoris, implente omnia Spiritu Dei, in quo viuimus, mouemur, & sumus: quoniam est longè est à peccatoribus salus; præsentia tamen salutis ipsius, ac virtute nihil vacuum est. Et infra subdit: Quod est autem hoc testimonium quod semper Domino deseruiuit, & nunquam de eius bonitate, ac potestate conticuit, nisi ipsa totius mundi inenarrabilis pulchritudo, & inenarrabilium beneficiorum eius diues, & ordinata largitio, per qua humanis cordibus quedam aterna legis tabula præbebantur, vt in paginis elementorum, & voluminibus temporum communis, & publica Diuinæ institutionis doctrina legeretur. Hæc ille.*

Idem etiam ex ipsius Lucæ verbis explicari posse videtur. Nam cum dixisset, dimisisse Deum omnes Gentes ingredi vias suas, subdit: *Et quidē*

Hebr. 11.

Huius dicti sensus Apostolici de cõmuni prouidentia D. Prospero testimonio confirmatur. B. Ambr. li. 2. de vocat. Gentium cap. 1. sub fine. tom. 2. sub initium Psal. 76.

Sap. 1. Act. 17. Psal. 118.

Idē Prosper Episcopus.

Idem sensus ex Lucæ verbis aperte colligitur.

Deum opt. max. in mundi cõditione maiorem animi quã corporis humani rationem habuisse salutis

Iudic. 9. Psal. 10.

Iudæorum in Paulum & Barnabam Christi præcones inuidia. Act. 9.

Mira Lycæoniorum hominum incõstantia: idem quibus similes.

Matth. 21.

Infra 27.

*non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens, de cœlo dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, & lactitia corda eorum.* Quibus verbis non obscure indicauit, Deum mundum, & omnia quæ in eo sunt, condidisse: eius namque est, qui esse dedit, nutrire, atque alimenta præstare. Porro cum Deus benedictus hominem non tantum ad hanc vitam, sed potissimum ad futuram possidendam condiderit, si de eo, quod minus est in homine, hoc est, corpore, ita prospexit, vt daret illi necessaria, cibo videlicet sustinendo, atque vino, quod exhilarat deos & homines, lætificando; quanto magis est probabile, nobiliori ac principaliori eius parti, id est, animo, quo vitam assequeretur æternam, ad quam erat conditus, confuluisse? Nam quis sibi persuadere valeat, Deum Gentilium corpora magis dilexisse, quã animos? Cum ergo hæc dicitur, dereliquisse Gentes ingredi vias suas: non ita intelligendum est, Deum omnino Gentes dimisisse, sed ea tantum ratione, si cum Iudæis conferantur.

*Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi; & persuasit turbis, lapidantes Paulum, traxerunt extra ciuitatem, existimantes eum mortuum esse.* Vides hæc hominum, qui Satanae sunt organa, ingenium: non enim in propria ciuitate tantum persequi contenti, è longinquo profecti sunt, vt viam veritati, quam prædicabant Paulus & Barnabas, præcluderent; quemadmodum ipse olim Paulus nõ contentus Ierosolymis se Apostolis opponere, Damascum vsque porrexit, vt negotium Christi cultoribus faecesseret. Perpende deinde filiorum huius seculi studium: nam cum paulo antè illis tanquam dijs sacrificare vellent, iam modico aduersariorum flatu persuasi, in Apostolos iaciunt lapides. Profecto isti non longè dissimiles sunt Iudæis Ierosolymitanis, qui cum Christum in die Palmarum honorifice excepissent, illumque tanquam Regem salutassent, magnisque vocibus ei acclamassent, post paucos dies subornati à Pontificibus igno-

minioso mortis supplicio eum affici à Pilato postularunt.

Obserua præterea, tantam fuisse Pauli, & Barnabæ in Euangelizando gloriam, vt eorum fama in longinquas ciuitates perueniret, quod & in maiorem Dei gloriam cederet, & maiorem confusionem Satanae.

Aduerte etiam, multo grauius bellum fuisse Apostolis cum Iudæis, quã cum Gentibus: nam cum ipsi reprobassent Euangelium, molestissime ferebant: illud ad Gentes perferri: nam Fidem Gentium sibi dedecori futuram diuinabant. Illi igitur Paulum lapidibus extra ciuitatem eiecerunt, existimantes de illo actum esse. Verum discipulis eum circumdantibus, ac clypei loco se pro illo opponentibus, & miraculo à Deo seruatus, rursus ingressus est ciuitatem: vbi nocte illa hospitatus est, luce verò sequenti Derben est profectus cum Barnaba. Vbi cum diligentem operam euangelizando illi ciuitati nauassent, & fructum, vt est verisimile, non mediocre collegissent, iterum reuersi sunt in Lystram, & Iconium, & Antiochiam, scilicet Pisidiæ, non illam Syriæ, sed ad illas easdem ciuitates, in quibus prius euangelizauerant; tum vt illorum iniurijs, per quas expulsi fuerunt, ostendant se non esse à bona voluntate, & beneficentia reuocatos; tum vt animos discipulorum in suscepta Euangelij fide confirmarent. Nec enim satis est semel veritatem fidei suscipere, nisi constanter in illa perseueretur. Quamobrem exhortabantur eos, vt permanerent in accepta doctrina, ac pro ea seruanda in finem vsque perseuerarent; etiam si magnæ accident persecutiones atque tribulationes: aperientes illis, quod per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei: quia totus sese mundus omnibus machinis opponit, ne aut in regnum Dei perueniamus, aut in regno eius non permanemus.

Omnes ergo, qui Christo nomen dedimus, intelligamus in his verbis quid nobis præstandum sit in doctrina Christi tuenda: necesse

Paulus & Barnabas præcones Euangelij quales.

Act. 13. Perfidii Iudæi Apostolicis cur maximè essent offensi.

Duplex Antiochia. Paulus & Barnabas post Iudæorum persecutionem cur venissent Antiochiam.

Quere per multas tribulationes in regnum Dei sic nobis introeundum.

Cur etiā illa nobis à Dño permittatur.

2. Tim. 2.

farium siquidem est propter Satanæ inuidiam, & mundi malitiam, & hominis imbecillitatem, ut multa aduersa nobis occurrant. Dei etiam bonitas pro nostro in religione incremento id permittit, quò hic probemur, & probati vincamus, & legitime certantes, & vincentes coronemur. Audi etiam, non vnam aliquam, sed multas nos manere tribulationes, tum à Sa-

tana, tum à mundo, tum à carnis nostræ infirmitate, & in malum propensione; ut tantis obruti periculis ad Deum per quotidianas, & humiles preces accurrentes Diuinum nobis valeamus impetrare fauorē Iesu Christi Domini nostri, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit omnis honor, & gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

Eadem vnde proueniunt tribulationes.



TRACTATUS XLI.

In illa verba: *Et cum constituisent illis per singulas Ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino in quem crediderunt. Transeuntesq; Pisidiam, venerunt in Pamphyliam, &c.* Usque in finem Capituli Actor. 14. vbi præsertim de sancto Ordinationis Sacramento.

Paulus, & Barnabas boni, & veri exempli pastores.

**V**A M necessaria sit in tuè do grege, boni pastoris diligentia, satis Apostolorum exempla demonstrant: nam non contenti simplici prædicatione, ad eos inuisendos, atque confirmandos, qui Euangelium acceperant; & ut solidas confirmandi eos causas relinquerent. Constituerunt, inquit, illis, per singulas ciuitates presbyteros, siue ministros verbi, & Sacramenti. Per presbyteros autè hoc loco intelligit Lucas Episcopos, qui ciuitatibus regendis præficiantur: nam nomina Episcopi, & Presbyteri pro eodem in Pauli doctrina vsurpantur. Vnde Paulus: *Qui bene, inquit, præsumunt presbyteri, duplici honore digni habeantur.* Et iterum: *Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus: & ad Titum: Huius rei gratia reliqui te Creta, ut ea que desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, vnusquisque propriis, &c.* Et subdit:

*Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem.* Vbi vides aperte, Apostolum presbyterum pro Episcopo accepisse. Nec enim ciuitatibus amplis, ac magnis, quales erant istæ, de quibus hic est sermo apud Lucam, & Paulum, satis erant simplices presbyteri, qui omnia Sacramenta administrare non possunt, ut Episcopi, quorum proprium munus est prædicare, & Sacramenta omnia, quibus maximè fideles & conseruantur, & confirmantur, tradere, totumque populum autoritate sua regere, & in officio continere. Hinc Oecumenius hoc loco scribit: *Animaduertendum autem, Paulum & Barnabam Episcoporum dignitate fuisse præditos, ex eo quòd non Diaconos tantum, sed presbyteros etiam creabant: & discipulos cum precibus, & ieiunijs creationes huiusmodi facere consueuisse.* Verbum illud *Constituisent*, in Græcis est significantius, nempe *χειροτονέω*: nam *χειροτονέω*; creationem magi-

Que sint partes Episcopi. Paulus & Barnabas vnde fuisse constat Episcopos.

Oecumen.

Quibus locis presbyteri Episcopos, non sacerdotes significant.

1. Tim. 5.

Ibidem.

Tit. 1.

1. Tim. 3.

Manum porrigere, quid Cicero. Lucanus.

Hieron. 1. 5.

Ad ordinatio ne duo requiruntur.

2. Cor. 8.

Plebs quidam iuris habeat in Ordinatione Clericorum Actor. 6.

Vbi freques Ordinatio nis sit meto, & quare.

Quo duplcti verbo Ordinationem Apostolus exprimit.

stratus significat, eò quòd cum illa ceremoniam eleuationis manuum fieret, & ita moris erat olim Græcis suffragia sua alicui tribuere: sicut Romani dicebantur ire pedibus in sententiam, vel in fauorem alicuius. Quanquam etiā Cicero in oratione pro L. Flacco manum porrigere dixerit, pro, suffragium dare, alludens fortasse ad hanc consuetudinem Græcorum. Lucanus quoque ad hunc morem spectans libro primo sui Poëmatum, ait: *His cuncta simul assensere cohortes, Elatasq; alitè quacunque ad bella vocabant, Promiserunt manus.* Hinc Hieronymus in Commentarijs suis super Caput 58. Esaiæ: *Plerique nostrorum χειροτονέω transfulerunt, id est, ordinationem Clericorum, qua non solum ad imprecationem vocis, sed ad impositionem impletur manus.* Hæc ille. Inuenitur autem hæc Græca vox hoc loco tantum, atque 2. Cor. 8. vbi de Luca ait: *Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias: non solum autem, sed & ordinatus est ab Ecclesijs comes peregrinationis nostra.* Vbi verbum *Ordinatus*, legitur in fonte Græco, *χειροτονέω*, hoc est, per maiorem partem suffragiorum delectus, ut mecum peregrinaretur. Quemadmodum igitur Apostoli Diaconorum septem electionem, & nominationem fidelibus obtulerunt, quos ipsi orationibus, & impositione manuum ad Diaconatum promouerunt: ita hic Paulus, & Barnabas dederunt credentibus facultatem, ut nominarent ac eligeret in sua quaque ciuitate Episcopum, què ipsi postea orationibus, & ieiunijs, ac manuum impositione (quanquam huius hoc loco non fiat peculiaris mentio) consecrabant: nam hæc consecratio tantum Episcoporum erat, & nunquam plebis. Frequenter autem inuenitur hæc vox in Canonibus Apostolorum, & Concilijs in Græcia celebratis, ad significandam ministrorum Ecclesiæ creationem, atque electionem. Nam ordinatio, siue consecratio, quæ ab Episcopis tantum fit, duabus alijs vocibus

apud Paulum, & Lucam designatur: altera est *χειροθεσία*, id est, manus impositio, de qua habetur Act. 6. 13. & 1. Tim. 4. *Cum impositione*, inquit, *manuum presbyterij.* Et iterum 1. Tim. 5. *Manus cirò nemini imposueris;* & 2. Tim. 1. *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei que est in te per impositionem manuum mearum.* Altera vox est *κατάστασις*, hoc est, constitutio, à verbo *καθίσταω*, de qua habetur Act. 6. *Quos constitutus super hoc opus.* Et ad Tit. 1. *Ut constituas per ciuitates presbyteros;* & ad Hebr. 5. *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur,* vbi Græca vox habet *καθίσταω*. His igitur vocibus tribus, *χειροθία*, *χειροθεσία*, & *κατάστασις*, peculiare omnium ordinum Ecclesiasticorum promotiones, atque ordinationes significantur: nisi quòd *χειροθία* quandoque in decretis Canonum Græcorum simplicè electionem significat, quandoque verò etiā consecrationem, teste Theodoro Balsamone, qui primum Apostolorum Canonem enarrat, vbi dicitur: *Episcopus à duobus vel tribus Episcopis ordinetur, Græcè dicitur χειροτονέω: quod de consecratione manifestè est intelligendum, in qua populus eligens Antistiti manus eleuabat.* *Transeuntesq; Pisidiam, venerunt in Pamphyliam. Et loquētes verbum Domini in Pergem, descenderunt in Attaliam: & inde nauigauerunt Antiochiā, vnde erant traditi gratia Dei in opus quòd compleuerunt.* Cum ostium Fidei Gentibus aperiretur, gaudentes ad fratres redibāt, narraturi quid hætenus egissēt, quòd que iam magna cum libertate Gentibus prædicare liceret. Peragrarunt itaque Pisidiam, quæ erat minoris Asiæ Prouincia: quæ etiam si non sit magna regio, duodecim tamen cōtingit vrbes, quarum metropolis erat Antiochia Pisidiæ, de qua supra. Pamphylia quoque Asiæ minoris est regio, & ab Ortu habet Ciliciam, ab Occasu Lyciam, & Asiæ minoris partem, à Septentrione Galatiam & Cappadociā, à Meridie mediterraneum mare. Attalia verò, ciuitas est Pamphylia iuxta mare sita teste Hieronymo: cuius

Actor. 13. 1. Tim. 4. Infra 5.

Tit. 1.

Hebr. 5.

Theod. Balsamo.

Paulus & Barnabas cur redierint Antiochiā.

Pamphylia regio describitur.

Attalia quid D. Hieronymo.

Hieronym. de locis Hebraicis, tit. de Actis Apostolorum tom. 3.

Paulus & Barnabas unde traditi fuerint gratia Dei. Act. 13.

Et quod nā illud opus, in quod traditi sunt, quod & compleuerūt

Eorundem Apostolorū modestia, & charitas.

Peregrinatio nis eorundē ab egressu Antiochię reditū vsque in eandem urbem, tempus colligitur emensum.

Digressio de Sacramento Ordinis.

Proverbium.

Quid de sacrosancto Ordine Sacramento Lutherus senserit impietissimus.

nomini altera est in Libya. Et inde nauigauerunt Antiochiam, unde traditi erant gratia Dei. Syriam Antiochię designat, in qua traditi erant gratia Dei, eum dixit Spiritus sanctus: Segre gate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Et de hoc opere ait: In opus quod compleuerunt, id est, erat illo tempore exequendum. Retulerunt autem quanta Deus per illos fecisset in Gentibus; quod gratia agerentur Deo, mutuaq; fide confirmarentur. De se verò nihil gloriantur, nihil de malis illatis conqueruntur, sed Deum tantum glorificant. Congratulantur etiam ex charitate, quod Gentibus ostium fidei sit apertum, & ad eadem Messia bona secum possidenda vocatæ. Morati sunt autē tempus non modicum cum discipulis. Hinc collige, bone Lector, tempus huic peregrinationi impensum: nam & multum tempus morati sunt in Iconio audacter agentes; & tempus non modicum commorati sunt in Antiochia post reditum, vt ex his, & tempore in itinere & nauigatione emenso, enumerare valeas annos à carcere Petri sub Agrippa imperante Claudio ad 14. annū protendi à conuersione Pauli, quo, vt in sequenti dicitur Capite, Paulus tertio ascendit Ierosolymam.

Sed quoniā paullo ante in Capite precedenti & sexto huius libri pro loci opportunitate, de magno illo Ordinis Sacramento verba fecimus, & pro illo statuendo decertauimus: non erit ab re aliud, ac fufius controuersiam hanc contra hæreticos nostri seculi explicare, atque illustrare. Sarnas enim per organa sua, sed præsertim per Lutherū libris de captiuitate Babylonica, & in libro de Angulari Missa, quod vna, vt dici solet, fidelia, duos parietes dealbaret, sacrificiumque Euangelicum, Sacerdotiumque noui Testamenti vna & eadem opera funditus tolleret, vtrumque vt humanum figmentū constat negauisse, nec vllum esse discrimen statuisse inter Laicorum, vel Clericorum statum; neque per vllam Sacramentalem administrationē differre, sed esse merū hominum figmentum in Ecclesia Dei

hactenus ignoratum, & à rerū Ecclesiasticarum imperitis inuectum. Et in Testamēto, quod moriturus cōdidit, asseruit, coniugium, & Laicum magistratum, non minus sacros esse Ordines, quàm ipsum Sacerdotiū. Demum sustulit omnem hierarchiam, & ex æquo cōstituit, omnes Christianos esse Sacerdotes: & tantum ad populū seu magistratum spectare eorum institutionem, vel destitutionem. Adhæc vt proderet odium, quod in Christi Sacerdotes cōceperat, ita scripsit: Ego nē illa idola oleata, & rasa vllō digna censēā honore? Præstat publicum lenonem, vel latronem esse, quàm Sacerdotē Papisticū. Et in alio loco homo religiosus, & pœnitentię studiosus tradit, nullo grauiori scelere eius conscientia prægruari, quàm quod per duodecim vel quindecim annos monachus existens, deuotē Missæ sacrificiū celebrauerit. Hoc est illud atrocissimū crimē cuius recordatione angitur conscientia Lutheri: idē ad pœnitentię remedia confugiendū sibi esse necessariō existimauit. Sed quæcunq; nos lib. 9. diximus pro stabiliendo Missæ sacrificio, eadē hoc loco pro dictis haberi volo: quoniam eum sacrificium, & Sacerdotium ad se inuicem sint, ac dicantur (sacrificium enim non est, nisi quod à Sacerdote offeratur: & rursus Sacerdos in hoc instituitur, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis) proinde quicquid sit, quod horum alterum stabiliat, profectō alterū ponat, atque statuatur necesse est. Hic tamen peculia riter ostendendum, Ordinem Noui Testamenti, esse Sacramentū à Christo Domino institutū, conferens gratiam, & characterem indelebilem imprimere: nec esse ritum aliquem humanū, quo populus, siue Magistratus, vel Sacerdotes, seu Sacramentorum ministros eligat, siue constituat.

Sed ante omnia præmittendū est, nos hic intelligere nomine Ordinis, non id quod B. Augustinus definiuit: Parium, impariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Nam in hunc sensum Philosophi admirantur mundi pulchritudinem, quæ ex ordine cœlorum, elementorum, mistorum,

Idē Lutherus mortis qualē condiderit testamentum

Magnus ille nebulo quā cōtumeliosē Christi Sacerdotes appellauerit.

Quo vno ille grauissimo scelere suam asseruerit cōscientiam prægruari.

Sacerdotiū & sacrificiū Dei ordinatione coniuncta sunt.

Hebr. 5.

De ordine noui Testamenti quid probandum in hac digressionē.

Ordo quid sit Augustino Aug. lib. 19 de Ciuitate Dei, cap. 13 tom. 5.

In quo mūdū huius pulchritudo cōstitat

3. Reg. 10.

Altera ordinis acceptio.

Ordo Ecclesiæ, id est, dignitas Ecclesiastica definitur.

Ordo, id est ordinatio, quid sit.

Ordo, secundum Theologos, vt sit signaculū Ecclesiæ.

Ordo ille Ecclesiæ dicitur dupliciter ab ordinatione distinguitur.

lapidum, plantarum, atque animalium confurgit: medici verò corporis humani structuram ob singularē, & ordinatam membrorum dispositionem, laudibus celebrarunt: Regina quoque Saba præ admiratione in extasim rapta est, dum vidit ordinem ministrantium Regi Salomoni.

Deinde & ordo accipitur pro gradu aliquo eminenti, siue potestate in politica aliqua, vel ciuili, vel militari, vel Ecclesiastica. Dicimus enim in republica alium esse ordinem Senatorum, alium equestrium, alium popularium. In militia alius est ordo equitum, alius peditum, alius centurionum, alius tribunorum, alius Imperatorum: in Ecclesia verò, ad hanc rationem loquentes, alium dicimus esse ordinem Episcoporum, aliū Presbyterorum, alium Diaconorum. Atque in hoc significato ordo definitur, quod sit gradus eminens in Ecclesia Dei, disponens ad aliquem actū Sacramentalē ritē, & legitimē exercendum. Tertio capitur ordo pro ordinatione ipsa, qua quis ad aliquem gradum eminentem Ecclesię promouetur: atque ita ordinatio, ceremonia quædam sensibilis est, quæ constat verbo, & elemento, seu materia, & forma: quæ ita definitur à Theologis: Ordo est signaculum Ecclesię, per quod spiritualis potestas traditur ordinato. Vbi verbum signaculi nō ponitur pro caractere, nec enim character est Sacramentum, qui est Sacramenti effectus, & sub sensum nō cadit, sed accipitur pro signo sensibili, siue extremo symbolo, quod in materia & forma sensibilibus consistit, sub quibus spiritualis quædam potestas, siue diaconatus, siue presbyterij, siue Episcopatus ipsis traditur ordinatis, siue ordine incipientibus. Differt autem ordo sic acceptus ab ordine in secunda significatione: quemadmodum causa ab effectu, & sicut Sacramentum ipsum, & res Sacramenti solent differre: & sicut sensibile ab insensibili, & res successiua distinguitur à re permanenti: nam ista ordinatio Sacramentorum est, ac proinde res sensibilis, & quæ esse suū in mo-

tu, & successione habet. At ordo secundo modo acceptus, hoc est, pro potestate eminenti in Ecclesia Dei, effectus, & res Sacramenti est, sensuque vllō corporis nequaquam percipitur, sed fide tantum apprehenditur, vt huic, vel illi collata. Res præterea est fixa, ac permanens: imō, vt dicemus, quia imprimit characterem, auferri nunquam potest.

His igitur præmissis, ostēdamus, ordinationem, quod attinet ad potiores eius partes, hoc est, Episcopatū, Presbyteratum, & Diaconatum (nam eadem ratio erit de alijs inferioribus) Sacramentum esse Noui Testamenti: idque in Scripturis, Patrumque traditione, rationibusque minimē cōtemnendis.

Primus igitur locus sit à Sacerdotio, seu Presbyteratu, quem Dominus in cœna Apostolis tradidit, cum dixit: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum: hoc facite in meam commemorationem. Quod enim illis verbis sint promoti Apostoli ad Sacerdotium, & ipse indicat contextus, dum nouam aliquam potestatem Apostolis fuisse collatam insinuat: Hoc facite, inquit, quod ego feci, hoc est, est, consecrate, atque offerre. Et Patres quoque veteres, atque recentiores in illa verba interpretantes, quos libro nono agentes de Missæ sacrificio densē produximus, idem apertissimis verbis docēt. Postremō sancta Synod⁹ Tridentina anathema infixit in omnes, qui negarent eiusmodi verbis Apostolos fuisse ad Sacerdotiū promotos, atque euectos, quod attinet ad primarium actum, qui est conficere sacrum, & offerre sacrificium. Nec sanē sine aliquo ritu, vel ceremonia: nam cum hæc verba diceret Dominus, porrigebat panem in patina: porrigebat etiam illis calicem. Quemadmodum etiam hodie Episcopus consecrator eum ordinat, panem cum Hostia & calicem tangenda ab ordinando in Presbyterum tradit: & illo tangente ait Episcopus: Accipe potestatem offerendi in Ecclesia Dei sacrificium pro viuīs, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, &

Ordinationē, Sacramentum esse Noui Testamenti, trifariam ostenditur.

Prim⁹ locus à Scripturis.

Luc. 22. I. Cor. 11.

Quibus verbis Apostoli à Domino Sacerdotes fuerint instituti

Cons. Trid. Sess. 27. c. 1. & Can. 11.

Quo ritu, qua ceremoniam illis creauerit Sacerdotes.

Conc. Flor. in Bulla v-nionis.

Ioan. 20.

Pœnitentiæ Sacramentū quando institutū à Christo. Trident. Synod. sess. 14. c. 1. & Can. 3. eiusdem sessionis.

B. Cyprian. epis. 73. 65. 76. & li. de vnet. Ecclesia, cap. 4. Chrysothom. 85. in Ioan. tom. 3. Theophyl. in cap. 31. Ioan.

Apostolipost Christi resurrectione, in Spiritu sancto eis dato, duplici gratiam acceperunt.

August. lib. quæst. Veteris & Noui Testamenti, quæst. 63. à med. to. 4.

1. Tim. 4.

Spiritus sancti: ac tunc, vt docet Concilium Florentinum, character imprimitur. Ex hoc igitur loco habemus, Dominum consecrasse A postolos in Sacerdotes certis quibusdam verbis, ac certa ceremonia.

Idem probatur de secundario actu Sacerdotis, qui est peccata remittere. Nam Dominus Ioan. 20. insufflauit in Apostolos, ac dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Quibus verbis Dominum Sacramentum pœnitentiæ instituisse, apud omnes Patres veteres constitutissimum est, ac demum per sanctam Synodum Tridentinam explicatum, atque definitum, in scriptumque anathema in omnes, qui aliò detorquent illa verba, vt pœnitentiæ reiciant Sacramentum, vt à nobis est in lib. 11. abundè demonstratum.

Perpende etiam, illis eisdem verbis Apostolos ministros constitutos fuisse tanti Sacramenti: nam per illa verba nouam aliquam potestatem à Domino concessam acceperunt, vt testes grauissimi Cyprianus, Chrysostomus, ac Theophylactus tradunt. Fuit etiam Dominus ceremonia illa insufflationis vsus, vt hic liceat cernere, Christum illa ceremonia quasi elemento, & verbis: Quorum remisistis peccata, &c. quasi forma Sacramentum administrasse, qui tamen illis alligatus non erat, cum posset simplici verbo, vel nutu illam donare potestatem. ¶ Datus quoque dicitur Spiritus sanctus, non solum quod charisma quoddam Spiritus gratis datum, verum etiam quod gratiam gratum facientem contulerit ad dignum tanti Sacramenti exercitium necessariam, & quam Deus nulli non ponenti obicere solet denegare. Insufflationem autem hanc ponderans Augustinus in libro de quæstionibus Noui & Veteris Testamenti (si tamen illi tribuendus sit) ita scribit: Inspiratio ergo hac gratia quedam est, qua per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendationes habeantur. Vnde Apostolus dicit ad Timotheum: Noli, inquit, negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per imposi-

tionem manuum Presbyteri. Hæc ille.

Quod verò remissio, siue absolutio peccatorum, actus secundarius existat Sacerdotij, illique proinde annexus, atque coniunctus, docet Doctor sanctus libro contra Gentes: Eiusdem, inquit, virtutis est perfectionem aliquam conferre, & materiam ad illam perfectionem suscipiendam preparare. Vnde & Philosophi eidem virtuti tribuunt & introductionem formæ, qua perfectio quædam est, & materiam disponere, in qua illa suscipi queat. Ad eundem ergo Sacerdotem spectat, tum benedicere Eucharistiam, & corpus Domini perficere, quod summa est perfectio, & secundario fidele populum disponere, vt dignè, & cum fructu tantum Sacramentum percipere valeat. Hoc autem præstat Sacerdos expiando à peccatis populum, & illum peccata sua confitentem absolueno. Quamobrem Christus magna ratione coniunxit hanc potestatem remittendi peccata, cum Sacerdotio: quandoquidem illis eisdem, quibus in cœna dixerat: Hoc facite in meam commemorationem, post triduum suscitatus dixit: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c. Hæc ille in sensu. Hoc autem probabiliter à nobis disputatur, cum non ignorem alios aliter sentire: quorum sententiam magis mihi probari inferius ostendam.

At verò de Episcopatu tertius locus producit ex Luca cap. vlt. vbi dicitur: Eduxit eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Hic aliquam nouam potestatem, & supernaturalem collatam Apostolis fuisse, ceremonia illa eleuationis manuum, ac benedictionis, nonnulla magni momenti porrigere videtur. Illud in primis, quia Augustinus libro quæstionum Veteris & Noui Testamenti scribit: Nemo ignorat Episcopos Saluatorem Ecclesijs instituisse. Ipse enim prius quam in cælos ascenderet, imponens manum Apostolis, ordinauit eos Episcopos. Hoc Apostolus Spiritu sancto deputat, cum dicit: Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Domini Iesu. Hæc ille. Quibus in verbis Augustinus vide-

Necessario absoluteo Sacerdotio esse annexam, probatur ex D. Thoma. Tho. lib. 4. cõtra Gen. cap. 7. 4. 10. mo. 9.

Quænam summa perfectio Sacerdotis.

Luc. 22. & 1. Cor. 2.

Tertio locus ad probandum, ordinationem Sacramentum esse Noui Testamenti. Luc. 24.

Primum argumentum, quo ostenditur Christi ascendentis benedictionem Apostolis datam, non nisi spiritualem aliquam potestatem fuisse.

Aug. 9. 97. sub sinem. Act. 20.

Clem. Rom. lib. 8. Constit. Apost. c. vlt. circa med.

3. Reg. 12.

Diaconus, & Presbyter quidam, vt dicitur, extra chorum saltem.

Legale, atq; Leuiticum Sacerdotium à quo fuerit institutum.

Explicatur dictum Clementis: Nos tredecim Apostoli instituti à Christo.

Gal. 1.

Act. 1.

Quid verum sit, Apostolum Paulum, esse ab hominibus dicitur, à Domino tamen fuisse Episcopum ordinatum.

Luc. 22. & 1. Cor. 11.

detur ad hanc benedictionem, & eleuationem manuum, quam describit Lucas, in die Ascensionis alludere: atque illo multo antiquior Clemens Romanus in lib. de Constitut. Apostolicis ad hunc sensum scripsit: Nostras res forte non ignoratis: scitis enim à nobis Episcopos, Presbyteros, & Diaconos vocari, oratione, & manuum impositione, differentia nominum, rerum differentiam indicantes: non enim vnusquisque prout vult, apud nos implet manum (quemadmodum regnante Ieroboano, nefarii Sacerdotij mos fuit in illo duorum vitulorum piaculo) sed qui à Deo vocatur. Nam nisi propria quadam iura essent, atque ordinum discrimina, satis esset, vt per vnum nomen vniuersa perficerentur. Sed à Domino edocti consequentiam rerum, Episcopis Pontificatus munera assignauimus, Presbyteris Sacerdotij, Diaconis ministeria erga vtrosque, vt quæ ad religionem pertinent, purè perficiantur. Nam nec Diacono fas est offerre sacrificium, vel baptizare, aut benedictionem parauit, vel magnam facere, nec Presbytero ordinationes exercere: impiu est enim, ordinem peruertere, non enim est Deus confusio, vt inferiores superiorum officia tyrannicè sibi vendicent. Et paulo infra: A Mose enim Deo charissimo Pontifices instituti sunt, Sacerdotes, Leuitæ, à Salvatore nostro nos tredecim Apostoli, ab Apostolis ego Iacobus, & ego Clemens, & nobiscum alij, ne iterum omnes numeremus. Communiter ab omnibus nobis, Presbyteri, Diaconi, Hypodiaconi, Lectores. Sic ille. In cuius verbis, quod ait de tredecim Apostolis, intelligendum est in cluso Paulo & Matthia: nec enim Paulus fuit ab hominibus, neque per hominem: & ita de Matthia, qui diuino signo ad Apostolatū est promotus. Quamquam autem in Pauli promotione ad Episcopatum, alij tantquam ministri orauerint, & manus imposuerint: dicitur tamen à Domino promotus, quia peculiari eius mandato promotus est. Quando verò alios ordinauerit vdecim ad Presbyterij & Episcopatus gradum, non est satis compertum, an videlicet in cœna, quando dixit: Hoc facite in meam commemorationem: nam præcepit il-

lis, vt præstare possent quæcunque ipse perfecerat. Dominus autem non tantum confecerat, & Patri obtulerat sacrificium, sed etiã creauerat ministros tanti Sacramenti, quatum ad potestatem sacrificandi, & quod attinet ad autoritatē absoluedi in foro pœnitentiæ, in die Dominica resurrectionis sub noctem. Vel si hoc, quod probabilitate non caret, non recipitur, dicendum est, id quod ait Clemens, referendum esse ad benedictionem datam in die Ascensionis, vt exponit Augustinus. Atque huic sententiæ suffragari videtur, quod eo ipso die Ascensionis, quo vsus est hac ceremonia benedictionis, in eo ipso dixerat: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &c. Cum igitur Episcopatus potestas per benedictionem conferratur, cum dicitur: Accipe Euangelium, & vade, prædica populo tuo: potens est enim Deus augere gratiam suam tibi: videtur ergo, Dominum illo die benedicens, & mittendo ad prædicandum instituisse Apostolos in gradu Episcopatus, non tantum dando potestatem iurisdictionis, sine qua ministri idonei Sacramentorum non possunt institui in Ecclesia. Vnde rectè Dominus ascendens in altum, dicitur dedisse, vel accepisse dona in hominibus. Expendens autem hæc dona Apostolus, ait: Et ipse dedit quosdam quidam Apostolos, quosdam Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & Doctores. Et per Apostolos datos, intellige Episcopos in vtraque potestate, & ordinis, & iurisdictionis: nam aliò qui iam multo ante erant creati duodecim Apostoli, & non tunc dati sunt. Ergo per Apostolatū intellige Episcopatum, secundum illud: Episcopatum eius accipiat alter. Tertio huic sententiæ suffragatur vox illa benedictionis. Est enim diligenter annotandum, quod ad Domini nostri benedictionem in Euangelio confectus est effectus aliquis nouus, diuinus prorsus ac spiritualis. Nam benedixit panem in deserto, & secutum est signum multiplicationis: benedixit in cœna panem ac vinum, & omni-

Ioan. 20.

Secundum argumentum.

Matth. vlt.

Psal. 67. Ephes. 4. Ibidem.

Quæ dona Christus in cœlum ascendens dederit hominibus, esse Apostolo.

Luc. 6. Illud etiam: Et ipse dedit quosdam quidam Apostolos, quomodo accipiendum.

Psal. 108.

& Act. 1.

Psal. 108. Primum argumentum ab effectu benedictionis Christi.

Matth. 14.

Infra. 26.

Supra. 19.

1. Tim. 4.

Leo Papa epif. 87. c. 2. sub initium. Ambros lib. de dignitate Sacerdotali, cap. 5. prope finem, tom. 4.

Heb. 7.

Quartus locus.

Marc. 6.

Supra. 5.

Infra vlt.

Prima ratio ad ostendendum, Christum ascendentem manuum elevatione Apostolos in Episcopos constituisse.

potenti Christi virtute cōuersa sunt in substantiam corporis, & sanguinis Christi. Benedixit pueris, Matth. 19. & minimè dubiū est, verbū efficacius fuisse, & nouā aliquā gratiā illis cōtulisse. Eodem modo credēdū est, Apostolis aliquod nouum charisma, siue potestātē spirituale benedicendo in die Ascensionis impertijisse, de qua Paulus ad Timotheum: *Noli negligere gratiam qua in te est: qua data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum Presbyterij.* Et cum illa potestate probabile est, gratiam quoque quod dignè Episcopat⁹ munere fungi possent, illos accepisse. Vt enim benedicendo panem, instituit Eucharistiæ Sacramentum, ita hic benedicendo, Sacramentum Episcopatus. Ita enim vocatur à Patribus, & præsertim à Leone Papa. Dicitur benedictionis Sacramentum: & Ambros. *Sacerdos, inquit, imponit supplicē dexterā, & De⁹ benedicat. Episcopus inquit ordinē, & Deus tribuit dignitatem.* Et in Pōitificali Romano duo Episcopī assistentes manus imponunt, dum tertius ordinator Episcopus gratiam benedictionis in ordinatum ipsum infundit: atque ob hanc causam solius Episcopi est omnibus, qui promouentur, benedicere, & virginibus, vestibus sacris, ac vasis, Ecclesijs, altaribus, & solennem omnibus benedictionē tribuere: nam sine contradictione, quod minus est, à meliore benedicatur. Quarto fauet huic expositioni signum sensibile elevationis manuum, siue impositionis: illa namque ceremonia plerūque vti consuevit Christus in infirmis signo sanandis, vt Marc. 6. dicitur, quod impositis manibus infirmos curauit: & dicebant illi: *Veni imponere manum tuam super eam, vt sanetur.* Et in ipsa die Ascensionis de credituris ad verba Apostolorum dixit, *Super agros manus imponet.* Verūm in hoc genere imponendæ manus cum Apostolis illo die vsus non est, cum non infirmarentur. Ad alium ergo præclarum effectum conferendum manibus eleuatis benedixit. Nec aliū magis ad rem occurrit, quàm vt Apostolis nouam potesta-

tem contulerit. Quod ex tribus ostēdi posse videtur. Primò ex eo, quod apud Græcos per eleuationē manuum magistratus creabantur, vt superius diximus: vnde *Xupōvia* dicebatur magistratus, ab illa extollendē manus cerimonia appellata. Secundo quia Moses moriturus, vt Dominus illi aperuerat, impositis manibus capiti Iosue, cum in successorem suum, & in ducem populi Israël, & gubernatorem Dominico mandato constituit, vt habes Numer. 27. Ita Dominus in cælum abiturus, sicut soli Petro supremam pastoris potestatem (quæ in iurisdictione sita est) contulit, dum dixit, *Pasce oues meas:* ita etiam supremam ordinis potestatem, quæ in solis Episcopis agnoscitur, imponendo manus Apostolis reliquit. Tertio constat, Apostolos frequenter vsos fuisse in creandis Noui Testamenti ministris hac cerimonia imponendi manus, vt videre potes Act. 6. 13. 14. & 1. Tim. 4. & 5. & 2. Tim. 1. Sed vnde quæso Apostoli hoc symbolū habuerūt, vt per illud certissimi essent Dominū ad futurum suis manuum impositionibus, & impertiturum potestatem spirituales, & gratiam ad bonum eius exercitium necessariā, nisi hoc ipsum à Christo Domino accepissent ex hac ipsa impositione manuum, & benedictione die Ascensionis collata, & à beato Luca enarrata? vt etiam beatus Clemens, & Augustinus exponere videntur. Nam quæ huius generis sunt, melius ex facto alterius discuntur, quàm ex verbo: quemadmodum de nouello Sacerdote lib. 9. diximus. Nam ritus, ac ratio sacrificandi, quæ in Missa peragitur, melius alios sacrificantes inspicendo addiscitur, quàm vel verbo institutionis, vel lectione libri rationem celebrandi Missam docentis. Vt igitur Apostoli & ritum baptizandi, & modum celebrandæ Eucharistiæ, ita etiam & modum consecrandi ministros Ecclesiæ ab ipso Christo didicerunt. Cum igitur illa die Ascensionis manus imposuerit, & non ad sanitatem conferendam, nec ad tribuendum Spiritum sanctum per

Secunda ratio. Deut. vlt.

Num. 27.

Ioan. 21.

Tertia ratio

Act. 6. Infra. 13. Infra. 14. 1. Tim. 4. Infra. 5. 2. Tim. 1.

Clem. Rom. loco supra dicto. August. iam dictus.

Ritus sacrificij qua ratione citius, & melius perdiscitur.

Apostolorū qua post Domini Ascensionem vtebatur manuum impositione nō ad aliud, quàm ad collationem Episcopatus esse referendam.

Act. 14.

In Episcopū ordinat⁹ qualem accipiat potestatem.

Christi Domini ascendentis benedictionem purè officiosam nō fuisse, sed etiam Sacramentalem. Gen. 48.

Orig. citatus à B. Thoma in Carena aurea super Luc. ca. vlt. Theophyl. Mos abeuntium amicorum.

Apostoli à Christo triplicē potestatem accepere.

Sacramentum Confirmationis, vt Act. 8. & 19. quoniam Apostoli in die Pentecostes ob id Spiritum sanctum acceperunt. Vnde Apostolis dixit eodē die: *Vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.* Neque rursus ad accipiendam potestatem, vel cōficiendā Eucharistiā, vel absoluendi peccata, quam iam in die cœnæ acceperant, & in resurrectione: superest igitur, vt ad conferendā supremam Episcopatus potestatem, per quam ordinatus accipit potestatem ministrandi verbum Dei, & Sacramenta omnia, atque adeo Ecclesiam legitimè regendi, & gubernandi, de sacris, ac necessarijs ministris prospiciendi in illo die contulerit, quantum nobis videtur.

Nec obstat his dictis, si quis obijciat, Christum more eorum, qui à se ipsis inuicem discedūt, illis benedixisse: nam tales, si amici existant, mutuo se salutant, & sibi inuicem beneprecantur, maximè verò cum Pater à charissimis filijs moriturus discedit, cui solenne est illis benedicere. Sic enim legimus Gen. 48. Iacob moriturum benedixisse Ioseph, & filijs eius, quibus etiam manus imposuit, licet propter mysterium cancellatas. Atque ita hic Dominum fecisse testantur Origenes, & Theophylactus. Nō obstat, inquam, quia potuit ad vtrumque benedicere, vt vna, & eadē opera illis valedixerit, autoritatemque, ac dignitatē supremi magistratus Ecclesiastici, qui Episcopatus appellatur, contulerit. Nam ita soliti sunt amātes, dum à charis amicis recedunt, facere: illis enim simul & beneprecantur, & aliquod singulare, ac pretiosum munus ad sui memoriā in amicis refricandam, & conseruandam, & ad eorum inopiam subleuandam, vitamque ornandam, atque illustrandam relinquunt.

Habemus igitur ex Christi factis, & verbis, in cœna, & in die Ascensionis, Christum Dominum Apostolis impertijisse triplicem illam facultatem, & cōficiendæ Eucharistiæ, & remittendi peccata, & Episcopatum ad benè regendam, & administrandā

Ecclesiam: atque hoc non sine verbo & aliqua cerimonia signi sensibilis, quamuis potestatem excellentiæ haberet, essetque Dominus, ac Sacramentorum institutor, possetque effectum Sacramenti sine Sacramento præstare. Hoc operæpretium est curiosius inuestigare, an istæ tres facultates à Christo Apostolis concessæ, tribus distinctis characteribus nitatur, vt quidam volunt; an verò vni soli Sacerdotali, extenso tamen, & ampliato, vt docet B. Thomas, non solū ad remittenda, vel retinēda peccata, sed etiam ad Sacramentales actiones Episcopo proprias, & peculiare: quales sunt baptizatos confirmare, clericos ordinare, templa, vasa, vestes, altaria, & cætera ad sacrificium Eucharistiæ spectantia benedicere: dum modo enim illas facultates distinctas esse admittamus, distinctisque temporibus à Domino Apostolis fuisse concessas, parui refert quod vni characteri, pluribusque nitantur.

Secundus locus ad stabiliendum Ordinis Sacramentum, desumitur ex capite sexto huius libri, vbi Diaconi septem promouentur ad sacris fidelium mensis ministrandum: quem locum, quia latè, & luculenter excusimus, non repetimus; ne actum agere videamur, sed lectorem diligentē ad eum mittimus locum.

Tertius locus sumitur ab ordine Pauli & Barnabæ per liturgiam, deprecationes, & ieiunia, ac impositionem manuum celebratū Act. 13. Qui locus cum copiosè sit à nobis edisser tus, in eo iterum explicando, atque vrgendo non immoramur, sed ad eū quoque veritatis amantem destinamus lectorem.

Quartus locus est hic, quem præ manibus habemus, & cuius explicandi gratia totā hanc orditi sumus disputationis telam. Quintus locus desumitur à Timotheo, & Tito per Paulum ordinatis, & alios iuxta Pauli præceptum ordinatis. Dicitur enim 1. Tim. 4. *Noli negligere gratiā, que in te est, qua data est tibi per Prophetiam cum impositione manuum Presbyteri.* Et 2. Tim. 1. *Propter quam causam*

Quid potestas Christi sit, quomodo habuit, excellentiæ.

B. Thom. 4. sent. distin. 24. arti. 2. q. 2. ad 2. tom. 7. Episcoporum propriæ functiones.

Secundus locus pro ordinis Sacramenti.

Act. 6.

Tertius locus.

Act. 13.

Quartus locus.

Quintus locus.

1. Tim. 4.

2. Tim. 1.

Quid propheta, per quam Timoth. gratia accepisse dicitur ab Apostolo, triplex scilicet.

Oecumen. B. Tho. lect. 3. in cap. 3. ad Timoth. prioris tom. 1. 6. Clem Rom.

Quid illud ad literam: Quae (scilicet gratia) data est tibi per prophetiam. D. Ambros. inferius allegandus.

Sacramentum ordinis Episcopum esse ministrum, ex Paul. 1o.

Episcopus a quo Episcopi ordinandus.

1. Tim. 5.

Duplex effectus manuum impositionis

admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris; sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Hic aperte habemus ceremoniam impositionis manuum: habemus & verbum, vel orationem significatam in verbo prophetiae: quia mystica, ac diuina sunt verba a Christo instituta, quibus vtuntur consecrantes vt forma. Quanquam alij prophetiae nomine intelligant, quod reuelatione, seu inspiratione Spiritus sancti creatus fuerit Timotheus Episcopus, vt Oecumenius, & ex nostris docet Thomas; alij vero, quod in Episcopatu conferretur potestas Scripturas interpretandi, quae dicitur prophetia. Et Clemens lib. 2. Diataxon Apostolicarum interpretatur, Episcopum ordinari ad prophetandum, siue ad Scripturas explicandum, quod in Nouo Testamento prophetare dicitur. Et quod ait, per prophetiam, perinde est, ac si dixisset, ad prophetiam, prepositione ad alterius, hoc est eis, loco posita, vt periti quidam recte annotarunt. Sed nos primum probabilius cum Ambrosio existimamus.

Tertio habemus, ministros huius Sacramenti Presbyteros esse, hoc est, Episcopos (nec enim simplices Sacerdotes tali funguntur potestate.) Est namque πρεσβυτηριον Graece, Congregatio, coetusque Episcoporum, seu Presbyterorum, quemadmodum etiam διακονιον, coetus est Diaconorum. Et quia loquitur in plurali de coetu Episcoporum, intelligimus hanc impositionem manuum presbyterij, quam accepit Timotheus, eo spectasse, vt ipse promoueretur in Episcopum, cum primus habeat Canon Apostolorum: Episcopus a duobus, vel tribus Episcopis ordinetur, cum simplices Sacerdotes, & reliqui ministri vno satis habeant Episcopo. Quare & paulo post Timotheo ait: Manus cito nemini imposueris; neque communicaueris peccatis alienis. Quarto habemus ex illis locis duplicem effectum, qui consecutus est manuum impositionem, nempe potestatem illam diuinam, siue donum gratiae gratis datae: quae est

ab interprete Latino dicatur gratia, quae in te est, Graece tamen non χάρις, quae est gratia reddens homines Deo gratos, sed in vtroque loco χάρισμα, id est donum, siue munus, quod gratia est gratis data: apte explicatur, nempe potestas ipsa Episcopatus. sicut & Petrus, cum ait: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterum illam ministrantes: vbi etiam habetur χάρισμα. Hinc Oecumenius in posteriori Pauli locum a nobis productum ita scribit: Simul enim vt Paulus illi manus imposuit, ordinans ipsum Episcopum, donum quoque in eum superuenit ad signorum operationem, & doctrinam, & ad praesidendum Ecclesiae. Praeterea Ambrosius in prius Pauli testimonium doctè admodum scribens, ait: Gratiam dari ordinatoris significat per prophetiam, & manuum impositionem. Prophetia est, qua eligitur quasi Doctor futurus idoneus; manus vero impositiones, verba sunt mystica, quibus confirmatur ad opus electus, accipiens auctoritatem teste conscientia sua, vt audeat vice Domini sacrificium Deo offerre. Haec ille, apte significans Ordinem esse Sacramentum, & gratiam per illud conferri, & potestatem spirituale sacrificandi & prophetiam significare verba mystica, quae dicit consecrator. Praeterea Chrysostomus in posteriorem ad Timoth. explicans illud: Vt resuscites gratiam Dei, quae est in te, ita habet: Hoc est, gratiam spiritus, quam accepisti ad Ecclesiam institutionem, ad perpetranda miracula, ad omne religionis obsequium: quippe hanc vel extinguere, vel excitare in nobis est. Idcirco & alibi ait: Spiritum nolite extinguere. Is enim angore animi, & negligentia extinguitur, vigilantia vero, & intentione suscitatur. Haec ille.

De gratia vero, quae gratos nos reddit apud Deum, sine qua recte gradus per ordinationem suscepti functione non exercemus, in posteriori loco rectè subiungit Apostolus: Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, (siue potentiae) & dilectionis, & sobrietatis. Debent enim Episcopi habere fortitudinem in praedicando, & regendo: debent & spiritu charitatis perfundi, vt oves creditas pro-

1. Pet. 4.

Oecumen.

B. Ambros. tom. 5.

2. Tim. 1. Chrysostomus in poster. ad Timoth. tom. 4.

Resuscitare gratiam Deo apud Paulum, quid secundum Chrysostomum.

1. Thes. 5. Spiritum Dei quomodo extinguamus, eodem autore.

Idem. 2. Timoth. 1. Quibus virtutibus Episcopi praediti sint oportet.

1oan. 21.

Amb. supra dicto loco. Hier. 10. 9. Leo Magn. epist. 87. cap. 2. Chrysost. hom. 1. ad Tim. ca. 5. tom. 4. Quid illud: Manus cito nemini imposueris, Chrysostomo.

1. Tim. 7. Tit. 1.

Vnde resque libet scire esse habeat.

Hoc loco Apostoli ad Titum dicitis: Vt constitutas per ciuitates Presbyteros, &c. de senioribus non esse sermonem.

Idem. Hier. ibidem. 1. Tim. 4. Ibidem.

Christi amore pascant, vt Petro dixit: debent esse sobrii & temperati, vt modestiae suae, & vitae sanctae exemplo aliorum ministrorum norma sint, & speculum viuendi, Praecipit praeterea Paulus, tum Timotheo, tum Tito, vt alios instituant ministros Ecclesiae. Nam Timotheum in priori cap. 5. ita monet: Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Quae verba praeter Ambrosium & Hieronimum satis certos autores. & Leo Magnus & Chrysostomus de Ordinationis Sacramento intelligunt. Sed audi verba Chrysostomi: Quid sibi vult cito? non ex prima statim probatione, nec secunda, nec tertia, sed vbi consideratio diuturna praesertit, exactissimaque discussio, tunc imposito manus. Neque enim ea res periculo caret: eorum enim quae ille peccauerit, tu quoque panem dabis, qui initium dedisti etiam praecedentium delictorum. Qui enim improbe prima remisisti, etiam futuris eris obnoxius. Sic ille. Adhuc Paulus ad Titum cap. 1. ita habet: Huius rei gratia reliqui te Creta, vt ea quae desunt corrigas, & constituas per ciuitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, vnius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuria, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, &c. Quo in loco primū habes verbum constituendi superius ponderatum. Vt enim quelibet res per suam constitutionem quasi per formam habet esse, ita minister habet esse, & nomen Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, iuxta rationem ordinationis, quam accepit, & quam hoc loco vocat constitutionem. Deinde perpende, Presbyteri & Episcopi nomen pro eodem sumi in hoc loco, vt Chrysostomus & Hieronimus annotant: nam ad regendas amplas ciuitates, non simplices, sed magni Sacerdotes creatur, qui hoc loco tum Presbyteri, tum Episcopi vocantur. Non enim hic Presbyter, aetate seniore significat: nam non est cuiusuis aetatem donare, maxime cum Timotheo iam ordinato dixisset: Nemo adolescentiam tuam contemnat: qui tamē habebat impositionem manuum presbyterij. Talis erat Timotheus aetate quidem adolescens, dignitate

Presbyter tamen. Quare non simpliciter tales Presbyteri censentur, sed Presbyteri Ecclesiae. Vnde de agro-tate, & vngendo Iacobus dixit: Instruatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiae, & orent super eum. Et Act. 20. idem dicuntur maiores natu Ecclesiae, id est, Presbyteri Ecclesiae, qui paulo post dicuntur Episcopi. Tertio obserua, verbū illud: Sicut & ego disposui tibi, Graece haberi ὡς ἐγὼ διατάξω, id est, cum orationibus, ieiunijs, liturgia, & impositione manuum, & eiusmodi ceremonijs. Ita enim exponit Theophylactus & eiusmodi ritus, & leges positiuas Graeci vis verbi continet. Quemadmodum alio loco Paulus de his quae sunt eiusmodi, ait: Cetera autem, cum venero, disponam: vbi idem quod hic, est verbum Graecum. His igitur testimonijs efficaciter euictum relinquimus ordinationis sacrae mysterium, neque video, an alterius Sacramenti veritas, etiam ipsius Baptismi, aut Eucharistiae, tam firmis, ac solidis Scripturis confirmetur, vt impudentissimos se prodant haeretici, qui pro hoc Sacramento Ordinis demolendo infeliciter decertare, & tenebras offunderent apertis Scripturarum sententijs suis mendacijs atque technis excogitarunt. Cūque ab hoc vno ordinationis sacrae mysterio reliqua omnia & ad Scripturarum legitimam interpretationem, ac syncerum Sacramentorum vsum aperte pendeant: non decebat diuinam sapientiam, quae omnia futura praenouerat, minus dilucidis, atque manifestis Scripturis rem hanc constabili, nobisque comprobari. Dominum igitur Deum deprecemur, vt corda hominum tot oblita tenebris, & ad tantam caligantiam lucem, pro sua clementia aperire velit, atque illustrare, quod suorum errorum ductu paenitentia, tanto veritatis splendore excitati, ad Ecclesiae Catholicae gremium, & dogmata in illo tradita, ac praedicata amplectenda reducere dignetur ad Filij sui gloriam illustrandam, cui cum Patre, & Spiritu sancto immortales laudes, honores, atque gratiae ab omni creatura habeantur in seculis sempiternis, Amen.

Iacob. 5.

Tit. 1.

Expenditur, & illud ad eundem: Sicut & ego disposui tibi. Theophylactus.

1. Cor. 11.

Aduersus haereticos, Ordinationis Sacramentum in Ecclesia Dei nullum esse contendentes.



TRACTATVS XLII.

In quo multa de Sacramento Ordinis differuntur, & praesertim an ministrorum Ecclesiae institutio, vel destitutio, ad plebem spectet, siue ad Magistratum, vt haeretici fabulantur.

SEPTIMO tractatu quinque Scripturarum testimonijs firmis, ac validis comprobatum reliquimus ordinationis Sacramentum, quibus sextum addendum ex traditione operaepretium putauimus, & optimu a rationu momenti; postremo loco haereticorum argumenta dissoluenda celsuimus. Vt igitur a primo initium dicendi sumamus, traditio partitda est in Concilia vniuersalia, Pontifices Romanos, atque veteres Doctores. Inter Concilia igitur primum locu habere debent Canones Apostolorum, quorum primus & secundus aperte de sacra ordinatione Episcopi, Sacerdotis, Diaconi, & reliquorum clericorum loquuntur. Nam in primo statuerunt, Episcopum, praeterquam a duobus, vel tribus Episcopis, non posse ordinari; Presbyterum vero, Diaconu, & reliquos a solo Episcopo. Conc. Nicenu Can. 8. de sacra ordinatione, qua per impositione manu fit, verba facit, quam interpres vertit ordinatione: & ita plerumque Concilia apud Graecos celebrata eius ceremoniae ad ordinatione significanda mentionem fecerunt. Adhaec Concil. Carthaginens. III. cui Zozimus Pontifex per legatos suos interfuit, & magnu Ecclesiae lumē Augustinus non defuit, a Can. i. vsq; ad. 9. materias & formas singulorum ordinu, & gratia, qua in illis conferuntur, diligenter enumerat. Et quaquam hac voce Sacramenti non vtatur, rem tamē ipse non obscure indicat. Fuit autē illud Conciliu cele-

berrimu, & quasi vniuersale, vt huius rei gratia fuerit a me hoc loco productu. Praeterea Conc. Constantiense ses. 15. dānat propositione Ioānis Hus octaua: Sacerdotes criminosi agentes non recte sentire de septē Sacramētis Ecclesiae: & licet illa non exprimat, satis tamē est inter illa connumerari ordinē sacru. Conc. Florentinum in doctrina integra de septē Sacramētis tradita Armenis, aperte constituit sextum Sacramentu Ordinis, cuius assignat materiam, & formam, & ministrum: & postremo ait: Effectus huius Sacramēti est augmentu gratiae, vt quis sit idoneus minister. Demum Conc. Trid. ses. 7. de Sacramētis in genere, inter septē Sacramēta computat ordinē sacru. Idem postea ses. 13. integra tradit doctrinā de Sacramento Ordinis, & fructibus eius: & postremo fulminat anathematismos in haeticos aliter sentientes. Profecto illa doctrina nihil verius, nihil purius, nihil splendidius: ad eam mittimus lectorem. Inter Pontifices secundo loco primus occurrit Clemens Petri discipulus, qui in epistola ad Iacobu fratrem Domini, de ordinatione sua ita loquitur: Quoniam dies mortis meae instat, Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli meae predicationis, & doctrinae cathedram trado. Propter quod ipsi trado a Domino mihi traditam potestatem ligandi, & absoluendi, vt de omnibus quibuscunque decreuerit in terris, hoc decretum sit & in caelis. Haec ille. Et quia potestas ligandi, & soluendi simplici verbo tradi non potest, ne-

Constantien. se.

Florent. in Bulla.

Idem.

Clem. Rom. epist. i. initio ferē.

Matth. 16.

Sextus locus a traditione Patrum.

Can. Apostolorum.

Concilia Generalia. Nicenum.

Carthagin. III.

Idem.

Zachaeus ordinatus Episcopus apud Caesarem a Petro.

Idem.

Innoc. I. Vera, iusta, & legitimi Sacerdotis benedictio quid auferat, teste Clemente.

Leo epistol. 81. cap. 1. sub init.

Idem epistol. 87. cap. 1. ante med.

1. Tim. 5.

Cap. 2. sub initium.

B. Gregor. lib. 2. Regist. epistola 32. paulo a med. to. 2.

Innoc. III.

cessario intelligitur de ordinatione Sacramentali. Et lib. 3. Recognitionum sub finem scribit, Petrum Caesarem ordinasse Zachaeum in Episcopu eius urbis cum duodecim Presbyteris, & quatuor diaconis. Et lib. 8. de doctrinis Apostolicis, praesertim capite vltimo aperte multa tradit de ordinatione, quam Apostoli a Christo acceperunt, & quam ipsi contulerunt in alios, sicut superius produximus. Innocentius Primus epistol. 22. cap. 4. inquit: At dicitur vera, iusta, & legitimi Sacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod a vitioso fuerit inuectum: ergo si ita est, applicentur ad ordinem sacrilegi, adulteri, & omnium criminu rei, quia benedictione ordinationis vitia vel crimina putantur auferri. Vides hoc loco ordinationem esse Sacramentum, & gratiam conferre? Accedit Leo Papa epistola ad Dioscorum Alexandrinum, qui ordinationem vocat tantae benedictionis Sacramentum, & epistola ad Episcopos Africanos, de ordinatione loquens, scribit: Quis dissimulare audeat, quod in tanti Sacramenti perpetuatur iniuria, cum huic magno, venerandoque mysterio, ne diuina quidem legis statuta defuerint, nempe: Manus cito nemini imposueris: Dein de de Episcopis, qui indignos promouent, subdit: Vnde si qui Episcopi talem consecraverint Sacerdotem, qualem non liceat, etiam si aliquo modo damnum proprii honoris euaserint, ordinationis tamen eius alterius non habebunt, nec ei Sacramento intererunt: quod neglecto diuino iudicio immerito praestiterit. Beatus Gregorius epistola ad Ioanne Episcopum Rauennatem scribit: Sicut baptizatus semel, iterum baptizari non debet: ita qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine non debet consecrari. Vbi Gregorius inuicem duo illa Sacramenta comparat, & vtrumque imprimete characterem docet. Denique Innocentius Tertius cap. Veniens, de Presbytero non baptizato: Sacramentum, inquit, Ordinis non solu Pontificalis, sed Sacerdotalis etiam & Levitici, ex institutione sua praecessit Baptismo: Vbi ordinationem vocat Sacramentum, qua quis promouetur in Episcopum;

vel Presbyterum, vel Diaconu. Accedo ad Doctores, praeter eos, quos superius in explicandis Scripturae locis produximus. Et primus sit Dionysius Areopagita, qui cap. 5. de Ecclesiast. Hierarchia, tradit, Pontifici habere potestate, qua habeet omnes sacri inferiores ordines: asseritq; per illos virtute Pontificalis ordinis operari mysteria suae Hierarchiae, quae mysteria sacrae Hierarchiae aliud profecto quam Sacramenta non sunt, vt ipse explicat de Baptismo, & Communione. Et infra de Sacerdote subdit: Nec ipse quidem Sacerdos erit, nisi Pontificalibus officijs ad hoc fuerit promotus: ergo Sacerdotium est mysterium, seu Sacramentum. Et de impositione manuum ita philosophatur: Porro Pontificalis impositio manus, insinuat vna & protectionem Dei, qua vt sancti filij Paterno fouentur affectu, ipsis habitum, virtutemque sacratiorem largiantur, aduersariasque virtutes ab eis procul abigere. Haec ille, explicans virtute ceremonie impositionis manuum. Secundus sit Irenaeus, qui lib. aduersus Valentiananos ex ordinatione & successione Episcoporu constituit Ecclesiam, & doctrinae predicatione. Tertius, Tertull. lib. de praescrip. haereticoru: Ordinationes, ait, eoru temeraria, leues, inconstantes, Cyprian. ad Felicē Presbyteru asserit, dignos & puros tantum admittendos esse ad Ecclesiasticam ordinatione Quartus, Basil. in Reg. moralibus: Quod debent, inquit, quibus commissum est munus predicandi Euangelij, quandounque aliquos sine Diaconos designare, siue Presbyteros volunt, id praemissa oratione, & obsecratione facere: eosq; tales eligere, quorum superior vita omnis omni crimine vacet, & probata sit. Quintus sit Gregorius Nyssenus sermone de sancto Baptismo, qui loquens de Sacramentis Baptismi, & Eucharistiae, scribit: Eadem virtus etiam Sacerdotis augustam, & honorandam facit, non vitare benedictionis a communitate vulgare segregatu. Cum enim heri, ac tempore superiori vnus e multitudinem, ac plebem esset, repente redditur praepositor, praeses, Doctoremque, mysteriorum latens: um praesul, eaq; contingunt ei: cum nihil

Doctores.

Dionys. Areopag. lib. Eccles. Hierarch. c. 5. par. 1.

Mysteria sacrae Hierarchiae quana magno Dionysio. Ibidem.

Idem. ca. 5. part. 3. sub init.

Quid Pontificalis supra caput manus impositio.

Iren. lib. 3. cap. 3.

Tertull.

Ordinationes haereticorum quales, teste Tertulliano.

Cyprian. lib. 1. epist. 4.

Ad ecclesiam ad obsequium.

Idem. aduersus Valentiananos.

Basil. in Moral. reg. 70.

initia ro. 2. sub initium.

Greg. Nyssenus.

Sacerdotalis rituli.

Epiphanius in Hæres. 75. ante med. Episcopus in quo differat à Presbytero. Ambrosius to. 5. à medio.

Idem. Idem in 1. ad Timoth. cap. 5.

1. Tim. 3. & Tit. 1. Episcopus quis ordinandus.

Idem.

B. Hier. to. 1. sub initium. 1. Tim. 5.

Aug. lib. de bono coniugali c. 24. in init. tom. 6. prope finem.

vel corpore, vel forma mutatus; sed quod ad speciem externam attinet, ille sit, qui erat, inuisibili quadam vi, ac gratia, inuisibilem animam in melius transformatur gerens. Et Epiphanius contra Aëreum: Episcoporum ordo, Patrum generator est; Patres enim generat Ecclesia. Presbyterorum verò non potens generare Patres, per lavacri regenerationem generat filios Ecclesia, non tamē Patres, aut Doctores. Sic Epiphanius. Sextus, Ambrosius in priorē ad Corinthios cap. 12. sub initium, si tamen veri sint illi Commentarij eius: In loco ordinis officij Ecclesiastici positus. gratiam habet, qualisvis sit: non vique propriam, sed ordinis per efficaciam Spiritus sancti. Quibus verbis explicare videtur gratiā, quæ est ex vi Sacramenti, siue ex opere operato. Idem. 1. Corinthios. 1. In Episcopo omnium ordinationū dignitas est; caput est enim ceterorū membrorum. Rursus in illa verba: Manus citò nemini imposueris: sub testatione erga te, quæ ad ordinationem Ecclesie mandat custodiri, precipit nihil fieri sine præiudicio, ne facile aliquis accipiat Ecclesiasticam dignitatem, nisi prius de vita eius & moribus fuerit disputatum, vt dignus approbatus minister, aut Sacerdos constituitur. Et paulò infra: Peccat enim, si non probat, & sic ordinat. Melior enim ceteris debet probari, qui ordinandus est. Nō enim sufficit sine crimine sit, quia merita eius debent præire bonorum operum, vt dignus habeatur ad ordinationem. Idem quoq; in cap. 4. epistolæ ad Ephesios. & in alijs locis multa philosophatur de sacro ordine, vt Sacramentum est. Sextus, Hieronymus in epistolæ ad Rusticum Narbonensem. Seculares autē viros ad mysterium non assumas. Ecclesia: sic enim legis: Manus temerè nemini imposueris. Hæc ille, vocans ordinationem mysterium, seu Sacramentum Ecclesie. Septimus, Augustinus lib. de bono coniugali: Si fiat ordinatio clerici ad plebem congregandam, etiam si plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatis Sacramentum ordinationis: & si aliqua culpa, quisquam ab officio remoueat, Sacramentum Domini semel imposito non carebit, quamuis ad iudiciū permanentem. Hæc ille, tradens ordinationem imprimere characterem, Idem

libro contra epistolam Parmeniani: Vtrumque (scilicet Baptismus, & Ordo, de quibus erat sermo) Sacramentū est, & quadam consecratione vtrumque homini datur: illud, cū baptizatur, istud, cū ordinatur: ideoq; in Catholica (Ecclesia scilicet) nō iterari. Et infra: Sed si nos male facimus, ipsi explicent quomodo Sacramentum baptizati non possit amitti, & Sacramentum ordinati possit amitti: quoniam dicunt, recedens ab Ecclesia Baptismus non amittit, ius dandi tamen amittit. Si enim vtramque Sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur, & illud amittitur? Neutri Sacramento iniuria facienda est. Sic Augustinus, tanta assertione affirmans neminem dubitare ordinationem esse Sacramentum. Octauus, beatus Bernardus in Cantica loquens de sui temporis hæreticis, ait: Iam verò qui Ecclesiam non agnoscunt, non est mirum si ordinibus Ecclesie detrahant, si instituta non recipiunt, si Sacramenta contemnuunt, si mandatis non obediunt. Peccatores, inquiunt, sunt Apostolici Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri, ac per hæc negandis nec accipiendis idonei Sacramentis. Hæc ille. His paucis testimonijs volui esse contentus in traditione producenda: quibus qui acquiescere noluerit, profecto nec innumeris sententijs allatis sedabitur. Septimo rationibus pugnandum est. Inter quas prima desumitur à definitione Sacramenti: quod communi omnium consensu traditur esse signū sensibile conferens gratiam. Hic autem adest impositio manuum, & vntio, quātum ad quosdam ordines superiores; in alijs verò inferioribus sic diuersæ ceremonie sensibiles, ipsi ordini, qui suscipitur, accommodatæ. Ad sunt etiā verba significatiua potestatis, quæ in singulo ordine cōfertur: adest postremo effectus gratiæ Dei; vt quis sit idoneus minister, vt tradit Conciliū Florentinū. Igitur ordinatio verum est Noui Testamenti Sacramentū. Secunda ratio ex eo sumitur, quia si sunt Sacramenta ordinata ad perfectionem singularis cuiusvis fidelis: ita etiam debuit esse Sacramentum ad promouendos alios Sacramentorum

Idem lib. 2. contra epistolam Parmeniani. c. 17. sub initium, to. 4. prope init.

B. Bernardus serm. 66. in Cantica sub finem. Hæretici Ecclesiam nō agnoscunt, quas blasphemias incurrant.

Rationibus eadem veritas Sacramenti Ordinis cōprobatur. Prima ratio. Sacramentū quid.

Secunda ratio. Sacramenta ad quid instituta.

Epiphanius in Hæres. 75.

Sacramentum Matrimonij instituendi causæ, iteq; ordinationis

Tertia ratio.

Exod. 31.

Num. 11.

ministros, qui veluti filiorum spiritualium propagatores existerent, vt sunt Sacerdotes, & propagatores patrum spiritualium, qui Episcopi, vt eleganter dixit Epiphanius in Compendiaria doctrina, cū contra Aeriū disputat, vbi ostendit, quomodo differat Episcopus à simplici Sacerdote. Vt enim Deus ex locis omnibus quædam sibi dedicauit, & sacrauit, vt templa, & basilicas, in quibus peragerentur, ac celebrarentur diuina mysteria, & ex temporibus quosdam sibi dies ascripsit, ac dedicauit: ita ex hominibus quosdam voluit sibi per signa quædam externa sanctificare, quibus diuina mysteria cum maiori sanctitate, ac reuerentia celebrarentur, dispensareturque. Si igitur Deus ad carnalem propagationem instituit coniugij Sacramentum, quo videlicet actiones illæ, siue naturales, siue humanæ, diuina gratia sanctificarentur, & moderationem acciperent, & quisque sua coniuge esset contentus: quanto magis debuit Sacramentum aliquod institui, per quod Deus copiosè effunderet gratiam suam ad spiritualium filiorum generationem, mysteriorumque peractionem, atq; dispensationem? Tertia sit ratio à Dei prouidentia deprompta: nam cū ibi signum interueniat sensibile, si per illud gratia non conferretur, vt Ecclesia semper & credidit & prædicauit, Ecclesia decepta fuisset in re ad salutem spectante, credens in illo dari gratiam: decepisset quoque perniciosè filios suos, prædicās per hoc Sacramentum gratiam concedi. Deus item benedictus in necessarijs defuisset, non solum sinendo Ecclesiam grauius falli, sed etiam gratiam denegando, quæ summè necessaria est ad illud munus dignè exequendum, ad quod promouentur: quod nulla ratione potest verosimile existimari de optimo illo, & sapientissimo Deo, qui vel ipsi Beleseel, & Ooliab ad rectè fabricandū tabernaculum, sapientiam contulit, & Spiritum sanctum: & Septuaginta senioribus de Spiritu Moyse contulit ad simul cum eo regendum populum

Hebræorum, vt dicit liber Numerorū. Ad hæc si benedictiones antiquorum Sacerdotum efficaces per gratiam suam reddebat, ita vt ipsis benedictibus populum, Deus benedictus benediceret per illos, vt habes Num. 6. quanto magis credendum est, copiosorem Spiritus sancti gratiam ministris Noui Testamenti esse datam, quorum est non tabernaculum, aut templum mortuum, sed templū Dei viuum ædificare, & regere populum sanctum Dei, inferioribusque benediceret, non inaniter, sed verè, & efficaciter? Quarta ratio sit ex regula Topica: Propter quod vnumquodq; tale est, & illud magis est: sed propter ordinationem acceptam redditur quis idoneus minister Sacramentorū, vt Eucharistiæ, Baptismi, Pœnitentiæ, Cōfirmationis, Matrimonij, & Extremæ vntionis, quæ re vera Sacramenta sunt: ergo multo magis ipsa ordinatione Sacramentum erit. Quinta ratio desumitur ex Veteri Testamento: nā vt in illo Deus exhibuit summū Pōtificem, Sacerdotes, atque Leuitas nō sine cōsecratione, & vntione, & per illos voluit sibi offerri sacrificia, populum doceri, ac benedici: neq; verosimile est, Deum ad tales illos functiones designantem, subtraxisse gratiam suam, quod suum quique munus dignè præstare valeret: & illæ consecrationes perpetuè erant, vnde nec repetebantur: quanto magis in Nouo Testamento ad doctrinam, sacrificiū, atque benedictionem, quæ incomparabiliter sunt maiora, debuit institui re Sacramentū, quod ministri eius sanctificarentur. Imò iuxta B. Pauli dialecticam, si in lege fuerunt tales Sacerdotes, & ministri, erunt & in Nouo Testamento, si omnia in figura cōtingebant illis, & lex vmbra habebat futurorum bonorum. Si ergo illi ministri Sacramento sanctificabatur, erit & maior sanctificatio in Nouo: quia figurata semper nobiliora sunt figuris. Postrema ratio: Stultissimum videtur esse, dicere, Ecclesiam ignorare Sacramentum ordinationis, cū Ecclesia non nisi per homines

Sacerdotum Noui Testamenti functiones propriæ quæ similes.

Quarta ratio Arist. in Topicis, & alibi.

Quinta ratio

Exo. 29. & 40. & sæpe alijs.

1. Cor. 10.

Heb. 10.

Vltima ratio Ecclesia vnde coagmentata, eadē & vnde p̄sert omnino.



in Episcopos & Sacerdotes promotus & Sacramentorum ministros & nata sit, & aucta, in hunc vsque diem propagata: nec plus possit Ecclesia sine Sacerdotio consistere, quam mundus hic sine Sole, aut membra sine corpore, aut corpus sine anima. Nam si Ecclesia Dei erat, utique & sancti erant ministri: nam quis alius baptizat, aut quis alio imponit manum ad absoluendum, aut quis alius sacrificat quam Sacerdos, vel Episcopus non sine suis ministris.

Iam octavo loco proponenda sunt argumenta haereticorum, quae in contrarium producant, ut refellantur, & dissoluantur: quod minimo negotio praestabimus. In primis namque vrgent, ubi habetur verbum Christi expressum de impositione manuum? Respondemus, hoc haberi primum in traditione Ecclesiae viua, quae sicut porrexit nobis Scripturas, ita etiam Sacramenta, & eorum ministros, & omnia spectantia ad eorum substantiam. Deinde hoc habetur in Paulo Christi organo, & per quem loquebatur Christus. Nam ipse ordinatus fuit cum Barnaba media liturgia, deprecatione, & manuum impositione: ipse cum Barnaba constituebat per ciuitates Presbyteros: ipse praecipit Tito & Timotheo, ut alios promouere per ciuitates, & ne temere cuiquam manus imponerent, neque communicarent cum peccatis alienis. Tertio, legimus hoc in verbo Christi dicto ad Petrum: *Pasce oves meas*. Commodum autem pasce non posset sine ministris verbi, & Sacramentorum: & Sacramenta non dispensant nisi sacriati homines: non autem sacriantur sine ritu aliquo sensibili, aut ceremonia. Quarto docet Spiritus sanctus, mysterium Eucharistiae, ad quod referuntur omnes ordines sacri, debere permanere vsque ad secundum Domini aduentum: *Quotiescumque, inquit, manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat*. Et ad Ephes. 4. ait datos alios quidem Apostolos, alios vero Prophetas, alios Euangelistas, alios pastores, ac Doctores, donec occurramus omnes in virum per-

fectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Debebant igitur Apostoli alios sibi successores in verbi, & Sacramentorum ministerio aliquo ritu a Christo instituto promouere, quod Ecclesia Dei ad consummationem vsque seculi permanere valeat.

Secundo obijcit Lutherus, qui docet, non minus esse sacros ordines coniugium, & potestatem secularem, quam Sacerdotium. Respondemus, utrumque sanctum esse statum in Ecclesia Dei: non sunt autem illa duo sacri ordines, quia non referuntur ad corpus Christi: sed matrimonium ad filiorum propagationem, potestatis secularis ad pacem externam conseruandam, & abundantiam rerum temporalium per iustitiae ministerium. Deinde illa ante Christi aduentum extiterunt, nec tamen agnita sunt ut Sacramenta, aut gratiam ex opere operato conferebant. Adhuc potestas secularis potest tolli, & iterum restitui: coniugatus etiam mortuo coniuge potest liber permanere, vel iterum matrimonio adstringi. Ordo autem sacer semel susceptus nunquam iterari potest, quia imprimit characterem. Praeterea per ordinem sacrum homo alijs praestat, & homini tantum masculo competere potest: at per coniugium homo alligatur, & ex parte illi subest: & aequae foemina apta est coniugio, atque vir, non tamen apta est ordini sacro aut suscipiendo, aut alijs dispensando.

Tertio, obijcit Calvinus contra Episcopos dicentes: *Accipe Spiritum sanctum: si sic est, inquit ille, inclamate ut ille, Lazare, veni foras. Si hoc non potestis, ergo nec illud*: Respondemus plane esse ficulneum, & ridiculum argumentum: non enim Christus huius rei contulit potestatem, sed illud fecit ad testificandum credentibus, quod a Deo esset missus in mundum ut verus Messias, & Filius Dei ad viuificandum corpora, & animos: nam propterea dixerat: *Ego sum resurrectio & vita*. De altero vero praecipit dedit, cum dixit: *Hoc facite in meam commemorationem, & Quorum remisseritis peccata, remittuntur eis, &c.*

Secundum argumentum Lutheri.

Matrimonium & potestas secularis ad sacros ordines cur minimè referantur.

Magistratus, coniugium, & sacer ordo quomodo inter se differant.

Tertium argumentum Caluini.

Ioan. 11.

Ibidem.

Luc. 22. 1. Cor. II.

Matth. 18. Ioan. 20. Quartum argumentum.

Sacerdotes Lutherus, quibus ille nomen lo nomini compellaret.

Iacobi vlt.

Sacra unctio Sacerdotis illis, manuumque impositio unde originem sumpsit. Exod. 29. & alibi.

Numer. 27. Leuit. 1.

Genes. 48.

Olei unctio quatenus fiat mentio in nouo Testamento

Cyprianus.

Secunda ratio

Quartum argumentum: *Displicet, inquit, nobis illa ceremonia olei: quia desumpta videtur ex veteri Testamento*. Hinc Lutherus eorumolose vocabat Sacerdotes, Idola oleata, capita rasa, inuncta, atque crassa. Respondemus: iniuria displicere oleum illis, cum eo vsi sint Apostoli in sanandis aegrotis, ut habes Marci 6. Vngebant, inquit, oleo multos aegros, & sanabatur: quae quidem ceremoniam ex traditione Christi illos accepisse, indubitatum esse debet. Nec enim aliàs Christus astitisset ad praestandos effectus illius ceremoniae, nisi ab eo esset vel tradita aperte, vel occultè suggesta. Iacobus etiam oleo praecipit inungi infirmos a Presbyteris Ecclesiae. Et si displicet oleum, cur non displicet aqua in Baptismo, panis, & vinum in Eucharistia? Si displicet olei ceremonia, quia ex veteri Testamento desumpta est: displiceat quoque panis, & vinum, quorum erat olim vsus in Lege. Et cur non etiam manuum impositio displiceat? nam haec ceremonia ab Apostolis toties frequentata, & a Domino vsurpata, ex veteri quoque Testamento originem ducit, quia Moyses manum imposuit Iosue successoris suo, & sacrificaturus olim manum imponebat hostiae mactandae: & Iacob imposuit manus filijs Ioseph, etsi ob mysterium cancellatas. Quod si displiceat olei unctio, quod eius non fiat mentio in nouo Testamento, intelligant in primis satis in illo contineri, quod per viuam traditionem perhibetur, quae ipsas quoque, uti diximus, tradidit Scripturas. Nam sicut in Sacramento Confirmationis non fit in Scripturis mentio chrismatis, quo sunt liniendi illi qui confirmantur, & tamen Dominus in die coenae ritum illum chrismatis instituit ad vsu Sacramenti Confirmationis, ut ex Cypriano supra probauimus: ita minimè est dubitandum Christum instituisse unctioem in quibusdam ordinibus sacris, & maioribus, quae etiam olim obseruata fuit in veteri Testamento. Id etiam colligitur a Christo traditum: quia antiquissimi Patres illius unctioem meminerunt. Et quemadmodum per vnam

actionem solet Scriptura integrè aliquam functionem intelligere, ut cum ait de Heliseo, quod fundebat aquam in manus Heliae, per quam actionem describitur integrum ministerium: & per vnam pasce actionem, cum dixit: *Pasce oves meas*, intellexit vniuersalè, ac spiritualement potestatem Ecclesiam regendi: ita cum legitur, Apostolos vsos impositione manuum, siue in Sacramento Confirmationis conferendo, siue in Sacramento Ordinis, in utroque supplendum est; adfuisse materiam chrismatis, quo inungerentur: sicut etiam necessario supplenda sunt verba, quibus tanquam forma utebantur. Non est igitur quod molestè ferat haeretici oleum, cuius vsu in quatuor Sacramentis voluit Christus adhiberi, nimirum in Baptismo, in Confirmatione, in Ordine sacro, atque in extrema Unctione: ut plane se apertos hostes Christi, & Christiani nominis profiteantur, qui contra oleum debacchantur: nam Christus unctum significat, sicut Christianus, participem unctioem, iuxta illud: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo latitiae pro confortibus tuis*.

Quod igitur Ordo sacer, Sacramentum noui Testamenti existat, probatum est: quod verò imprimat characterem, ac proinde iterati non possit, etiam in eo qui per saltum promotus est, relicto aliquo gradu inferiori: adhuc confirmari potest ex his quae docet Paulus: *Noli negligere gratiam qua in te est, quae data est tibi, & iterum: Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quae est in te*. Verbum, *Quae est in te*, indicat, characterem, siue donum per ordinationem collatum, remanere in ordinato quasi fixum & indelebile. Deinde Paulus 2. Cor. 1. ita inquit: *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos, Deus: qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris*. Hunc locum interpretatur Haymo Halberstatis Episcopus ante septingentos annos, asserens unctioem fieri characterem Baptismi, consignationem characterem Ordinationis, Confirmationem autem characterem Confirmationis: atque ob hanc causam illa tria Sacramenta repeti

4. Reg. 38

Ioan. vlt.

Christus & Christianus quid.

Psal. 44. Hebr. 1.

Ordinem sacrum imprimere characterem ostenditur.

Primum argumentum. 1. Tim. 4. 2. Tim. 1.

Secundum argumentum.

Haymo Halberstatis Episcopus.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum. Et cur veteres Sacerdotes ad vitam permanerent.

4. Reg. 23. & sequent. Osea 4.

Concilium Florentinum. Concilium Tridentinum

Concilium Toletan. 8.

Sacramentum Ordinationis est sacrum decus honorum.

Concilium Chalcedon.

Sexta Synodus.

non posse. Adhæc Leuit. ult. dicitur: *Omne quod Domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non veniet, nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino.* Cùm ergo Sacerdos noui Testamenti, per Sacramentum quoddam Dño sanctificetur, ac consecratur, non debet iterum in vsus laicos profanosque conuerti. Demùm Sacerdotes veteris legis, esto quòd caractere minime essent insigniti; quia tantum potestas spiritualis est hic character, quæ non poterat competere ministerio, ad carnalem cultum, & per se nequaquam iustificantem ordinata: adhuc tamen ad vitam Sacerdotio fungebantur, & Sacerdotes dicebantur hoc ipso quòd erant filij Sacerdotum, licet nondum consecrati: vel tamen ob aliquod flagitiu essent eiecti de ministerio, ut contigit quibusdam tempore Regis Iosæ, & Dominus per Oseam ait: *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Non inquit, Ne sis Sacerdos; sed à ministerio. A fortiori igitur in nouo Testamento erit immobile Sacerdotiu, & permanens. Idem docet traditio, quæ in hac re plurimum valet. Nam Concilium Florentinum in doctrina Armenis exhibitæ, & Concilium Tridentinum sess. 7. Can. 9. tria Sacramenta ait repeti non posse, quòd characterem imprimant. Et Concilium Toletanum 8. Ca. 7. *Sicut sanctum, inquit, chrisma collatum, & altaris honor euelli non queunt, ita quoque sacrum decus honorum (id est, Ordinum) quod his compar habetur, & socium, qualibet fuerit occasione perceptum, manebit omnimodè inconuulsu.* Idem docet Titulus in Decretalibus de non iterandis Sacramentis, & Canones, quibus dimittitur nomē Episcopi in Episcopis depositis, & ab Episcopatu spoliatis, ut constat de Meletio Arriano in Epistola Niceni Concilij ad Ecclesias Ægypti, & Libyæ, & de Balsiano & Stephano depositis, ut docet actio. II. Concilij Chalcedonensis. Idem quoque docent Canones deponentes hæreticos, si respiscant, in suis prioribus gradibus Presbyterij, & Episcopatus. Tradit hoc actio prima septimæ Syn-

odi. Adhæc tempore Augustini, Catholici Episcopi offerebat. Donatistis sedium confirmationem, si ad Ecclesiam Catholicam redirent: ut docet Augustinus libro contra epistolam Parmeniani. Idem à veteribus Patribus traditur. Tertullianus in libro de prescriptionibus hæreticorum: *Nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium, ubi ipsum esse illic, promereri est. Itaq; alius hodie Episcopus, cras alius: hodie diaconus, qui cras laicus.* Cyprianus serm. de ablutione pedum, initio: *Nemo sacros Ordines semel datos iteru renouat.* Sententias Augustini lib. contra Epistolam Parmeniani, & Gregorij ad Episcopum Rauennatè, paulo antè produximus. Idem quoque ratio confirmat. Si enim Sacerdotium, & aliorum ordinatio ministrorum, purum & nudum esset officium, ut docent hæretici, & non potiùs Sacramentum characterè imprimens, posset sine ceremonijs, & sine certo ministro solo simplici verbo, & à quouis iurisdictione habente tribui: at Sacerdotium certum habet ministrum, id est, Episcopum; certis ceremonijs perficitur, & certa exigit verba. Deinde Sacerdos Euangelicus, si participat de Sacerdotio Christi, qui est Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, habere debet characterem, qui perpetui sui Sacerdotij sit insigne. Adhæc si in matrimonio carnali, quos Deus coniunxit, homo non separatur, multò minùs in spiritali coniugio sacre Ordinationis per hominè, qui semel fuit Sacerdos, fieri laicus non poterit: erit igitur inter hominem ordinatum, & ordinis potestatem indissolubilitas.

Postremo, quod asserunt populi esse, vel magistratus instituere, vel destituere ministros verbi, & Sacramentorum: omni prorsus est ratione, atq; Scripturæ testimonio destitutū. Quod ut magis perspicuum, ac dilucidum reddamus, quatuor sunt, quæ possimus concipere per hanc ministrorum constitutionem, destinationemve. Primum est, Consecratio, siue sancta Ordinatio: secundum, est electio: tertiu, nominatio siue præsentatio: postre-

Aug. lib. 2. contra epistolam Parmeniani to. 7. initio. Tertull.

Rebelliu in castris facile proficitur teste Tertulliano. Cyprianus.

August. cap. 13. libri producti. Greg. lib. 2. Registr. epi. 32. tom. 1. Rationes. Prima.

Secunda. Psal. 109. Hebr. 5.

Tertta. Genes. 2. Matth. 19. Ephes. 5.

Vltimum argumentum.

Per hanc ministrorum in Ecclesia constitutionem, destinationemve quatuor possunt considerari.

Ratio prima

Luca 6. Infra 22. 1. Cor. 11.

Ioan. 20.

Luca ult.

Secunda ratio

Act. 1.

Infra 6.

Infra 13.

Infra 14.

1. Tim. 4. 2. Tim. 1. Tit. 1. 1. Tim. 5.

Tertta ratio. Hebr. 7.

Exod. 29. & sequent. Ibidem.

mum, est Confirmatio: estque de his quatuor Catholica veritas proponenda, atque comprobanda. Cōsecrationem igitur, seu manus impositionem, quod primum erat, nunquam ad populum, vel magistratum laicum, sed ad Episcopos, & sacros ministros spectasse, ex Scripturis est exploratum, ac traditione. Nam in primis Christus vocauit ad se quos voluit ipse, fecitq; ut cum ipso essent duodecim, quos & Apostolos nominauit. Ipse eos fecit in cœna Sacerdotes, quod attinet ad actum sacrificandi, & in die resurrectionis, quod attinet ad potestatem remittendi peccata: ipse in die ascensionis eleuatis manibus benedicendo, potestatem Episcopalem contulit, ut superius deduximus: ergo documētis Christi institumur, nō esse populi, vel magistratus, ministros facere. Deinde idem probat Apostolorum exemplū, qui populares nō erant, sed sacri viri: at illi Matthiā Apostolū post Domini in cœlum assumptionem promouerunt: ijdem per orationem, & manuū impositionem Diaconos constituerunt, non tantum ad mensarū viduarum, sed ad sancti altaris ministeriū: Prophetæ, ac legislatores præmissō ieiunio, & peracto sacrificio in cruceo cum deprecatione & manuum impositione ordinarunt Saulum & Barnabā in Apostolos Gentium: Paulus & Barnabas ordinati iam, Deoq; consecrati cum orationibus, & ieiunijs constituebant Presbyteros per singulas Ecclesias, seu ciuitates: Paulus ipse ordinauerat Titum, & Timotheum in Episcopos: atq; illis præcipit ut alios ordinent, nec tamen temerè manus imponant. Tertio certum est, ut testatur Apostolus, cum, qui minor est, à meliori, id est, maiori, benedici: at Sacerdos populo benedicit, ut habes Num. 6. populus autē Sacerdoti nunquam benedicit. Vnde summus Sacerdos benedicebat inferioribus Sacerdotibus, sanctificando eos, & Diuino cultui per cōsecrationem applicando. Vnde vel Moyses, qui laicus erat, supernaturalem quamdam, & extraordinariam à Deo nactus est potestatem, ut ipse non consecratus, Aaron fratrem

suum in Sacerdotem consecraret, & ut hac ratione maior posset fratrem benedicere. Quamobrem ob hunc singularem actum consecrandi, Aaron Sacerdos dicitur à Dauide: Moyses, inquit, & Aarō in Sacerdotibus eius. Et quia ius consecrandi, atque ordinandi Sacerdotes, tatummodo ad Aaron summum Pontificem, & eius successores spectabat, hinc Ieroboam reprehenditur, quòd impletet manus cuiusuis laici oleo, id est, consecraret Sacerdotes. Ozias quoque grauiter punitur, quòd vsurpasset officium Sacerdotale thurificandi. Quarto idē coligitur ex eo, quòd Petro commissæ sunt clauis regni cœlorum, & illi est dictum: *Pasce oues meas:* nō posset autē pascere ut debet, nisi constitueret dignos verbi, & Sacramentorum ministros: eius igitur munus est ordinare Episcopos, vel Presbyteros, & ministros alios, vel saltem nonnisi eius facultate, permittūque est faciendum. Idem quoque aperte traditio docet. Nam primus Canon Apostolorum Episcopum nō nisi à duobus vel tribus Episcopis ordinandum tradit: secundus, Presbyteros, diaconos, atq; alios ministros ab vno Episcopo consecrandos docet. Anacletus epist. 2. exponit B. Iacobum fratrem Domini à tribus Apostolis, Petro, Iacobo, ac Ioanne filijs Zebedæi manus impositionem accepisse, in aliorum exemplum, ut non minus quàm à tribus Episcopis, reliquisque omnibus assensionem præbentibus, vilo modo Episcopus ordinetur. Dionysius Areopagita lib. de Ecclesiastica hierarchia, cōsecrationem Episcoporum, & Presbyterorū, aliorumque Clericorū de iure Diuino tribuit Episcopis. Concilium Carthaginense quartum primis nouem Capitibus omnes Ordinationes tribuit Episcopis, sicut Concilium Florentinum, ac Tridentinum in locis citatis. Concilium quoque Lateran. sub Innocentio III. cap. 1. neminem esse posse Presbyterum, nisi sit ordinatus per clauis Ecclesiæ datas Apostolis, & eorū successoribus, aperte docet. Nouatus quoque hæreticus tempore Philippi Imperatoris affectans nomē

Aaron quare Sacerdos dicitur à Dauide. Psal. 98. 3. Reg. 13. 2. Paral. 26. Quarta ratio. Matth. 16. Ioan. 21. Traditio. Can. Apost. Anacletus. Dionys. Areop. de Eccles. hierar. part. 3. Concilium Carthag. Concilium Florent. Concilium Trident. Concilium Lateran. Nouatus Episcopi nomē affectans quid egit. Euseb. li. 6. Hist. Eccle. cap. 33. paul. id a medio.

Episcopi,

Ritus consecrandi Episcopi qualis.

Rationibus idem culctur, quod scilicet populi munus non sit consecrare Sacerdotes. Prima ratio.

Ambr. li. 10. Epistol. 82. sub finem, tom. 2. prope finem.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Arist. lib. 7. Polit. cap. 8 tom. 3.

Episcopi, ut tradit Hist. Ecclesiastica Eusebij, refert coegisse tres simplices, & idiotas Episcopos, quod sibi manum imponerent, cum sciret non nisi illo ritu, ac more Episcopos consecrari. Idem postremo ratione firma probatur. Nam cum consecrare verbi, & Sacramentorum ministros, sit potestas supernaturalis (quia etiam ordinati supernaturalem potestatem per ordinationem consequuntur, quam nulla creatura prestare potest, nisi assumatur à Deo ut administra, & veluti instrumentum) si hæc potestas ad populum spectaret ut Dei ministrum, constaret Ecclesie vel Scripturis, vel traditione, vel peculiari aliqua reuelatione, vel denique ratione. At omnibus his vijs constat de opposito; ut egregie docet Ambrosius epistola ad Vercellensem Ecclesiam. Ratio enim nõ docet hoc esse populi munus, quia cum populus nunquam vsus sit illa potestate, nec illam in se agnouerit, frustra fuisset sibi collata. Signum igitur est, quod nunquam talé accepit potestatem. Deinde aut tota communitas debet conuenire ad consecrationem, vel cuius de communitate. Si quis, summa oriretur confusio: si tota cõmunitas, frustra sibi talis esset collata potestas, qua vti non valeret, nõ enim posset totus populus imponere manus, ac verba dicere. Ad hæc si potestas consecrandi vel à populo, vel à politico magistratu penderet, profecto à Sacerdotio Ethnicorum, siue Gentilium non differret. Nam Aristoteles inter politica ciuitatis partes Sacerdotes collocat, qui occupentur in Diuinis, & sacrificijs. Quod est in Paulum Apostolum, qui Hebræorum 5. de Christo scribit: *Non semetipsum clarificauit ut Pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum, &c.* Quo verbo ostendit opus esse ad Sacerdotium uocatione, non populi, vel magistratus, sed Dei, vel eorum qui locum Dei gerunt in terris, id est, Episcoporum. Et hætenus de consecratione.

Sequitur secunda pars de electione ministrorum, quam ad populum, siue magistratum non spectare de iure di-

uino, multipliciter licet ostendere. Primo, quia electio ministrorum ad iurisdictionem Ecclesiasticam spectat, eorum igitur erit eligere, qui iurisdictionem Ecclesiasticam possident. Hi uero sunt Papa, & Episcopi: Papa quidem, quia in eo supremo modo sita est omnis iurisdictionis potestas; Episcopi uero, quibus ex parte est communicata ad ea, quæ ad suam spectant dioccesin. Et ideo cum Petro dictum sit: *Pasce oues meas,* & per se uniuersam Ecclesiam pascere nequeat, debet per alios à se probatos: atque electos ministros, pascere. Ius igitur eligendi legitimos ministros eminenter est in Papa, ex parte uero in Episcopis, nullo modo in populo, vel magistratu: nam si hæc potestas à Deo profecta esset, mutuo se impedirent illæ duæ potestates, dum una hunc, altera aliud eligeret. Deinde Apostolis, ac Petro collata est omnis potestas ad ædificationem, & non in destructionem, ut habes 2. Cor. 10. & 13. & Ephes. 4. dicuntur dati ministri ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificatione corporis Christi. Cuius igitur eligere idoneos ministros, ac repudiare indignos, maxime ad ædificationem Ecclesie spectat: credendum est supremo modo hæc potestatem in Papa, ex parte uero in alijs Episcopis residere, non in populo. Tertio, ad Romanum tantum Episcopatum spectat unio duorum Episcopatum, vel unius diuisio, vel celsio, vel depositio, vel translatio ab uno in alterum, ut quamplurima tradit iura; at hæc longe sunt maiora ipsa electione; electio igitur ipsa, quæ minor est quam illa prædicta, ad illum solum attinebit. Quarto, Petrus per se Clementem Romæ elegit, ut refert Clemens epist. prima prope initium, & Damasus in vita Petri: idem quoque Zachæum Cæsaree Episcopum elegit cum duodecim Presbyteris, & quatuor Diaconis, ut legitur libro tertio Recognitionum. Per se etiam Alexander Alexandrinus Episcopus elegit Athanasium, Ambrosius Simplicianum teste Paulino, Valerius Augustinum, Augustinus Heradium. Multos præterea B.

Quod electio ministrorum ad populum siue magistratum de iure diuino non spectet, multis ostenditur. Prima ratio.

Ioan. vi.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta. Clemens Romanus. Damasus Papa.

Idem Clem. Paulinus in vit. B. Amb.

Innocent. I. decretalis 1.

Petrus Cl. in uinculis. Variæ Petri milstones factæ.

Greg. VII.

Quarta ratio.

Canon. Apost. in synodo.

Septima Synodus. Octaua Synodus.

Concilium Lateran.

Concilium Laodicen.

Concilium Parisien.

Concilium Agrippin.

Greg. 7. lib. 4. epist. 7.

Platina.

Innocentius Tertius.

Petrus à se prius ordinatos, in alias Prouincias destinabat. Nam ut ait Innocentius primus Epistola ad Decentium Eugubinum, ipse misit ministros uerbi, & Sacramenti per omnem Occidentem, & Septentrionem; & Africam, Hispaniasque interuacantes. Lego Cap. Quis uelcitur, Dist. II. Præterea Petrus Quiniacensis refert in libro in hæreticos Petrobroisianos, & Hæricianos, Petrum Apostolum in Galliam misisse Dionysium, Frontonem Petagonensem in Aquitaniam, B. Martialem, & Eucherium in Germaniam. Et ut testatur Gregorius VII. lib. 1. epist. 41. scriptam misit Petrus in Hispaniam ministros uerbi. Verisimile etiam est, multos alios Paulum, & Apostolos pro necessitate Prouinciarum & locorum emisisse ad prædicandum, ad quos eligendos nullus plebis exigebatur consensus: nec est credendum, Apostolos contra ius Diuinum aliquid egisse. Imò Petrus præcipit Clementi, quem loco sui Romæ constituit, & consequenter omnibus eius successores, ut quos ipse ministros uerbi, & Sacramentorum non miserat, curet ut mittantur (ita enim habetur in Epist. 1. Clementis ad Iacobum) Quarto, Patres nihil contra ius Diuinum agentes, interdixerunt populo electionem ministrorum, & in Concilijs generalibus, & Prouincialibus. Nam Canone 39. Apostolorum dicitur: *si quis Episcopus secularium magistratum familiaritate vsus, per ipsos Ecclesiam nactus fuerit, deponitor.* Idem habetur Canone tertio secundæ Synodi, & Canone duodecimo octauæ Synodi, & Canone uigesimo quinto Concilij Lateranens. sub Innocentio III. Canone decimotertio Concilij Laodiceni, & Canone octauo. Concilij Parisiens. primi, & Canone decimosexto Concilij Agrippinensis. Idem tradit Gregorius septim. Epistola ad Hugonem Episcopum Diensem; sicut Platina quoque in uita eius. Præterea idem tradit Innocentius III. ad Abbatem Cluniacensem, & habetur in Cap. Saerosancta, titulo de electione. Petrus quoque Martyr Alexandrinus, Athanasij successor (- ut docet Historia

Tripartita) loquens de Lucio intruso ait: *Non orthodoxorum Episcoporum concilia, non decreto ueracium Clericorum, non petitione populorum electus, sicut conuocantur Ecclesiasticæ sanctiones.* Hæc ille, in quibus uidetur Episcopis uicinis tribui concilium, quod erat de eligendo Clericis uero decretum, populis uero petitio tantum, siue assensus. Quinto, permulti sunt Sacerdotes, tam regulares, quam laici, animarum curam non habentes, nec populi fidelis pastores; talium ergo institutio, vel destitutio non spectabit ad plebem, vel magistratum. Sexto, Apostoli, & sancti Ecclesie pastores si hoc ius ministros eligendi iure Diuino ad populum, magistratum uel spectare cognouissent, hoc detulissent, & aperte docuissent: quare boni inter eos minime passi fuissent se tanto privilegio spoliari, magnique tumultus ob eam causam in Ecclesia excitati fuissent. Mali etiam laici ob ambitionem ad alios deuolui non permisissent: & cum tales plures sint numero, & robore potentiores, nunquam hoc vi ab Ecclesiasticis obtentum fuisset. Septimo, eligere pastores curam animarum gerentes, pars magna est curæ pastoralis, ex qua una salus pendet, & salutaris pastus ouium. Cum ergo laici oues sint, in ius potius diuinum, & naturale esse uidetur quod ipsi eligant, quam quod non eligant: quemadmodum contra naturam est quod pes uelit regere caput, & officium capitis exercere sine pastorem expresso, vel tacito consensu: quo positus pes definit esse, atque inferior, & incipit esse superior uice capitis fungens. Octauo, cum Ecclesia Christi sanguine sit redempta, serua eius est, non libera, aut domina, ut constituat sibi quod uelit caput, & ministros, seu pastores, sed tales debet accipere, quales Christus eius dominus, & redemptor dedit; hoc est, Petrum, Apostolos, Episcopos, & alios per eos uocatos: atque ita ius eligendi in Ecclesia in Papa residet, & Episcopis, non in populo, vel magistratu. Et hætenus de electione Canonica dictum sit, quæ Papæ tantum est eum Cardina-

Hist. Trip. lib. 7. cap. 20. sub finem.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octaua ratio. Act. 20.

De potestate nominandi, postulandi, siue in finem di, siue etiam presentandi, breuiter non nulla dicuntur. Orig. tom. 1. Ratio prima. Orig. tom. 1. Secunda ratio. Orig. tom. 1. Cyprianus. Idem. Stephanus Papa. Quinam Episcopi per populum diuinitus electi.

libus, & Episcopi cum capitulo. Tertio loco dicendum de potestate nominandi, postulandi, siue in finem di, siue etiam presentandi: atque horum ius potest competere laicis, si tamen expresse, vel tacito consensu priuilegiu habeant a Sede Apostolica: quod probatur cum iure Diuino minime pugnare, ut laicis tale ius eligendi, vel presentandi competat. Primo, quia nititur auctoritati, & exemplo Apostolorum: Nam Petrus Actor. i. uerba fecit ad discipulos, ut fidelem unum proponerent, quem in locum Iudae substituerent: atque textus: *Et statuerunt (scilicet discipuli) duos, Ioseph, & Matthiam.* Adhaec Petrus Actorum sexto dixit: *Considerate fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus.* Vbi potestas eligendi data est populo, quia sequitur: *Et elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu sancto, &c.* Secundo, nititur exemplo primitiuae Ecclesiae, de quo Origenes ample loquitur in Homilia vigesima in libro Numerorum, & Cyprianus libro primo epistola quarta: *Propter quod, inquit, diligenter de traditione Diuina, & Apostolica obseruatione seruandum est, & tenendum, quod apud nos quoque, & serè per Prouincias vniuersas tenetur, nimirum quod presente, & consentiente populo fiat electio ministri.* Et paulo ante: *Plebs, inquit, ipsa maxime habet potestatem vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi.* Et libro 2. epistola 5. initio: *In ordinandis Clericis, fratres charissimi, solemus nos ante consulere, & mores ac merita singulorum communi consilio ponderare.* Et Stephanus Papa scribens Romano, Archiepiscopo Rauennati, ut haberetur Dist. 63. cap. Nostre tuam: *Sacerdotum quippe est electio: & fidelis populi consensus adhibendus est: quia docendus est populus, non sequendus.* Hæc ille. Hinc Fabianus Papa electus est a populo admonito per columbam capiti eius insidentem, & Ambrosius per vocem populi clamantis: *Vox populi, vox Dei:* & Nicolaus captus est ad Episcopatum a populo eo argumeto praemonito, quod qui primus Nic-

laus diceretur, & templi portam ingredi daretur, constitueretur Episcopus. Tertio, expedit hanc potestatem communicari alijs non Clericis: quia absentes remoti a Pontifice possunt interdum certius eligendi pastores mores, & vitam, atque doctrinam cognoscere, quam ipse Papa: qui tamè illorum sententiae debebat subscribere. Quarto, expedit committi etiam alijs laicis: quia saepe pastoribus a se electis maiorem praestabunt obedientiam populares, ut Leo Magnus scribit epist. 84. cap. 5. Quinto, curandum est, ut docet B. Ignatius, ne Principes laici exasperentur a Papa, vel Episcopis: ita ut aliquid in his electionibus concedendum sit illis, ut tanto fauore, ac priuilegio electi, si boni sunt, magis auuent Ecclesiam; si vero mali, timore amittendae illius Apostolicae gratiae minus noceant. Atque hac de causa factum est, ut Reges Hispaniarum, & Galliarum, nominare habeant Episcopos, aut Abbates, aut alias maiores Ecclesiae dignitates. Sexto, ut hac ratione summus Pontifex sese ab omni auaritia, & cupiditate alienum ostendat, dum alijs laicis ius permittitur eligendi, ac nominandi. Septimo, conueniebat tale aliquid secularibus concedere, quod illi magis accenderentur ad Ecclesias ornandas, dotandasque, vel de integro erigendas, & fundandas. Vnde introducta sunt iura patronatus quae vocantur, in quibus laicis permittitur ius presentandi ministros ipsis, & eorum haeredibus. Sicut igitur per alios potest consecrare Papa, ita etiam per alios eligere, cum bona pars pacendi in electione ministrorum consistat. Non potest tamen ita hanc potestatem communicare alijs, ut ipsi prohibito presentantes, vel nominantes quos volunt, semper obtineant, si non idoneos presentent ministros: nam & Papae est acceptare presentatum, & nominatum, vel repudiare, & si Ecclesiae Dei expediat, talem potestatem ad se reuocare, si abuterentur illa: aliàs namque malè esset Ecclesiae consultum. Nam si in humana politia superior potestas potest inferiorem reuocare,

Tertia ratio. Quarta ratio. Leo Magn. Quinta. B. Ignat. Sexta. Septima. Iura patronatus cur introducta. Ius patronatus restringendum quando

Chryf. tom. 5. paullo ante med. Photius. Basil. Chrysof. tom. 1. Quae per populum electiones ministrorum sunt, quibus incommodis subiacent teste Chrysof. tom. 1. In Episcopi electione quae spectandum. August. tom. 2.

vel restringere: ita in Ecclesiastica hierarchia superior potest cassare, & restringere inferiorem, & si opus sit, etiam ad se reuocare. Vnde cum rot olim essent abusus in electione ministrorum per laicos facta, merito illi subtrahata est, atque omnino reuocata. De abusus vero electionis per populum ita loquitur Chrysof. tom. lib. 3. De Sacerdotio, in quo per modum dialogi differit cum Basilio, non quidem illo Magno, & Gregorij Nazianzeni in studijs collega, & socio, sed cum Basilio Isauriae Episcopo, ut testis est Photius in Bibliotheca: quia ut ipsemet ait Chrysof. tom. erat Antiochenus, & condiscipulus eius, & aetate aequalis: quae non conueniunt Magno Basilio Archiepiscopo Caesariensi in Cappadocia, qui tempore fuit Chrysof. tom. anterior; posterior vero Basilius Isauriae prouinciae in Asia Minori, & Ciliciae iuxta montem Taurum proxima. Huius Basilij extat aliquot homeliae Graecae. Chrysof. tom. ergo ita habet: *Ito hinc iam, ac publica festa spectato: ea dico, in quibus dignitatum Ecclesiasticarum electiones de more sunt, & tam multis videbis inibi criminationibus lacerari Episcopum, quanta est tota illa subditorum multitudo, quibus eligendi potestas concessa est. Hos omnes tum in multas factiones scindi, neque inter se consentire, neque cum eo, cui sorte Episcopatus delatus sit, conuenire videas: sed vnusquisque a suis vnus partis stat, alius hunc, alius illum eligens. Cuius rei causa haec est, quod id ipsum non spectant, quod solum spectandum fuerat, nempe animi virtutem: sed alia sunt causa, quibus honor conciliatur. Verbi gratia, hic, quae claro genere natus sit, in Episcopatus, inquit, ordinem cooptetur. Ille, quod opibus abundet, neque indigeat alimentis ex Ecclesia prouentibus quaesitis: alius, quod ab aduersarijs ad nos transfugerit: alius sibi genere propinquum, ac necessarium: alius adulatorum caeteris antepone re manuit: nemo est qui eum qui idoneus sit, spectare velit, aut animi partes explorare curet.* Augustinus quoque epist. 90. propter ambitiones, & contentiosos homines populum eligentem ad se trahentes, elegit presbyterum successorem sui Eradium de consensu populi, dum viueret: & idem

fecisse tradit Valerium antecessorem suum. Est enim populus, ut ille dixit, bellua multorum capitum. Et Cicero in oratione pro Plancio: *Non est, inquit, consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia: semperque sapientes ea, quae populus fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt.* Hæc ille. Ob has igitur causas populus a iure eligendi merito reijcitur in tit. De electione, per multa capita. Quarto loco, de confirmatione Episcoporum, & aliarum dignitatum dicendum est, illam iure Diuino spectare ad Romanum Pontificem, cuius est omnes ministros in Ecclesia Dei & instituire, & destituere, & corrigere & suspendere: aliàs non posset conuenienter pascere, ac de commissis ouibus rationem reddere. Adhaec necessarium est Sedem Apostolicam tali fultae esse potestate, quia cum multis Principibus laicis de iure, vel consuetudine, vel ex speciali gratia competat nominatio, vel postulatio Episcoporum, non esset bene prospectum Ecclesiae, nisi ipse haberet ius discernendi presentatos vel nominatos, ut idoneos confirmaret, & indignos reprobare valeret. Solet etiam Sedes Apostolica hoc ius confirmandi alijs delegare, ut Metropolitanis, vel Legatis suis d latere, quemadmodum Leo Papa cum Episcopo Thessalonicensi, qui in Oriente agebat Sedis Apostolicae legatum, fecisse videtur, ut habes epist. 84. Nunquam tamen hæc potestas confirmandi laicis fuit ex priuilegio concessa: quia confirmare, est ius spirituale superiori tantum competens: quod propterea laico, qui inferior est, competere non potest. Et intelligant Pontifices Romani, nihil magis posse vnitatem Ecclesiae scindere, & omnem obedientiam sibi debitam, atque disciplinam Ecclesiasticam soluere, quam si huiusmodi potestatem in alios vel Patriarchas, vel Primates, vel Metropolitanos communicarent: nam breui tales ab obedientia sua recederent, & se pares Romanis Pontificibus redderent; ac proinde sibi iure Diuino auctoritate iurisdictionis competere, non minus quam Petri successoribus iactaret. Hinc defectio

Populus bellua multorum capitum. Cicero. tom. 2. orat. in fine. Quod Episcoporum, aliarumque dignitatum confirmatio iure diuino ad Romanum tantummodo Pontificem spectat. II. ratio. Leo Papa. Praedicta potestas Pontificis Romani propria cum alijs inferioribus si communicaretur quid conferretur.

Constantinopolitanæ Ecclesiæ, Alexandrinæq;, atque aliarum Occidentalium à Romana, & Apostolica Sede. Quomodocunq; ergo hæc potestas alijs competat, vel de iure, vel de consuetudine, malè per eos cõfirmata infirmare, & ius omne confirmandi ad

se reuocare valet, si citra scandalũ fieri possit, atque hoc cedat in gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit omnis honor, gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

Admonitio ad Lectorem.

AD Hunc locum spectabat illa non minus diffusa quam vilis disputatio, quæ de origine Ecclesiasticæ iurisdictionis hoc nostro seculo à viris doctis ventilata est. Sed ne tam longa digressio historię Apostolicæ filum interciperet, tibiq; molesti essemus, studiose Lector, illam in finem horum commentariorum reiecimus, vbi à tract. 61. si libuerit, videre poteris. Vale.



TRACTATVS XLIII.

IN verba illa: Et quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres, Quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex illis ad Apostolos, & Presbyteros in Ierusalem super hac questione, & reliq. Actorum 15.

POST tam longã digressionem nec à Pauli loco, quem explicandum suscepimus, alienã, nec à seculi nostri ratione abhorrentem, in quo acerrimè de his quæstionibus cõflictatum fuit, atque disputatum, neq; futuris seculis, vt existimo, inutile, in quibus similes controuersię incidere possent, & maximè an aliquid sit iuris Diuini, vel Positiui, vel Ecclesiastici, tempus ipsum nos euocat, vt ad textũ historicum exponendũ redeamus. Huic autem 15. capiti nonnulla ex his, quæ paulò antè disputauimus, misificè

subseruiunt, & saltè nobis hæc controuersia de Legalibus cæremonijs retinendis, quæ à quibusdam ex Iudaismo inuecta fuit, & per Spiritum sanctum cù Apostolis, & Senioribus terminata, satis indicat hominum ingenium quale sit, videlicet ad nouitates serendas quàm propensum. Ostendit quoque remedium præsentaneum, & salutare, quod his nouitatibus atque tempestatibus sit adhibendum, nimirum Apostolorum in vnum, & generalium Conciliorum congregatione. Vt mirari nõ debeamus, si nostro seculo tot suscitatz fuerint hæreses, totq;

Homnls ingenium quale sit.

Ab Ecclesia cur coacta fuerit Tridè tina sancta Synodus.

Epiphan. in hæres. 28. Hostibus externis deficientibus, internis probat Ecclesiã Deum, & cur ita.

Proprium diuinæ sapientiæ quid.

Ex quib9 malis eruerit p sua bonitate Deus ingenia bona. Gen. 3.

Joan. 1.

Act. 6.

Infra 8.

Infra 12.

schismata, & factiones in Ecclesia Dei ortæ, vt ad eas omninò sopiendas, atque extinguendas, compulsa fuerit Ecclesia Synodum Oecumenicam celebrare: & quid in singulis articulis in controuersiam vocatis à fidelibus tenendum sit, definire.

Et quidam descendentes, inquit, de Iudæa, docebant fratres, Quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari. Hæc verba, nisi circumdamini, & non potestis saluari, à Cerintho hæretico dicta fuere, vt testatur Epiphanius: imò, eodem autore, excitauit in Paulum magnam illam seditionem, quæ habetur Act. 21. Pespice in primis Diuinæ ordinem prouidentię. Cùm externa plerunq; cessat Ecclesiæ persecutio, intus nascitur æmulatio, contentio, ac, Deo permittente, seditio, vt probentur, & manifesti redantur boni: & mali aut emendentur, aut agnoscantur, vt vitari queant. Obserua etiam diuinæ sapientiæ bonitatem: iam tempus instabat, quo legis abolitio, & cessatio declararetur, & cultus Euangelicus innotesceret, & ad hanc rem tanti momenti bene vsus est aut ignorantia, aut malignitate Iudæorum, qui volebant à Gentibus legem cum Euangelio obseruari: ex qua disceptatione, & contentione, veluti per occasionem nata est definitio, legis ceremonias non arctare credentes ex Gentibus. Ita enim Dominus ad implendam voluntatem suam, & efficienda quæ suæ conueniunt Ecclesiæ, videtur à nostris peccatis occasionem illa declarandi sumere. Ita enim nato Adæ peccato, ad illud expiandum incarnatus est, quo tamen nõ existente, adhuc hanc gratiam mudo præstitisset, vt multi sentiunt. Ita quoque superius ex murmuratione Græcorum aduersus Hebræos, nata videtur institutio septem Diaconorum: & ex persecutione orta contra discipulos Domini sub Stephano, factum est, vt discipuli dimissa Ierolyma prædicarēt per totam Iudæam. Orta quoque Herodis Agrippæ in Iacobũ, & B. Petrũ persecutione, factũ est vt Apostoli dispergerentur per vniuersum orbẽ ad Gentibus tradendum Euangelium.

Facta ergo seditione (& vt Græcè ad dicitur, disceptatione) non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos. Nimirum prædicantes legalia, contra quos acriter, & solidè disputarunt Paulus, & Barnabas, & ponuntur in Datio Barnabæ & Paulo, pro Ablatiuis: quare ad terminandam controuersia, ex partibus vtriusq; consensu ascendendum esse Ierolymam statuerunt, vt per Apostolos, quorũ aliqui adhuc ibi agebant, & Petrus, & Ioannes, & Iacobus frater Domini, & Presbyteri alij ex primarijs Domini Discipulis, agitata decideretur quæstio. Pespice hoc loco, ad terminandam illam controuersiam, non confugisse ad Scripturas, vt supremum tribunal: quia neutri parti testimonia Scripturæ deerant, sed ad Apostolos, & Petrum, vt rationem veram decidendi quæstiones de fide ortas accipias esse adire Papam, aut Concilium cum eo. Audi Theodoritum in epistola ad Leonem Pontificem: Paulus præco veritatis, tuba sanctissimi Spiritus ad magnum Petrũ occurrit, vt is, qui Antiochia de institutis legibus contendebant, ab ipso afferret solutionem. Hæc ille. Ascenderunt ergo ex vna parte Paulus, & Barnabas, & quidã alij ex alijs, qui videlicet descenderant à Iudæa, & credentes ad legẽ reuocabant: quibus se Paulus, & Barnabas opposuerunt. In Concilio igitur Antiocheno ex parte Pauli, & sequacium missi sunt Paulus, & Barnabas, ac Titus, vt idẽ Paulus fatetur ad Gal. 2. vbi hæc ascensionẽ aptè describit, dicēs: Deinde post annos quatuordecim iterũ ascendi Ierolymã cù Barnabæ, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem: & contuli Euangelium quod prædico in Gentibus, &c. Hi autem quatuordecim anni quomodo sint computandi, duplex existit opinio. Vel enim à sua conuersione computandi sunt, & non à sua ascensione paulò antè narrata, qua post annos tres ascenderat Ierolymam videre Petrum, vt tenet Beda, & ratio ipsa videtur porrigere. Nam aliõ qui hic annus ascensionis 18. fuisse à passione Christi, ac proinde non potuisset Petrus per 25. annos Romæ sedere, vt Ecclesia credit. Videtur etiam solida

Cur ad quæstionẽ de lege Moyli seruandam, ad Apostolos, non ad Scripturam Paulus & Barnabas confugerint. Theodori.

Paulus præco veritatis, tuba sanctissimi Spiritus.

Gala. 2.

Anni quatuordecim, quibus Paulus mansit in Arabia, quomodo censi di. I. opinio.

Beda in Acta Apost. c. 15.

ratione fulciri, quod ille idem fuerit ascensus Pauli, eo quod in illo de ceremonijs retinendis disputatum fuit ab eo cum Apostolis: quod & huic historiæ, atque his, quæ ad Gal. 2. narratur, consentaneum est. Nec obstat, Apostolos fuisse diuisos in vniuersum orbem anno 12. ac tùm inuenisse Paulum, Petrum, Ioannem, & Iacobum fratrem Domini Ierosolymis, & tunc annus esset 15. cùm asserat se ascendisse post annos quatuordecim, & ille cõuersus fuerit ad Christum sub finem anni à Christi assumptione: quoniam Petrus vt vniuersalis pastor Ecclesiæ, ad tempus manserat in Ecclesijs Iudææ: Ioannes in prouintiam quæ sibi obtigerat, non est profectus ante B. Deiparæ assumptionem, cui illâ Christus de cruce commẽdauerat. Imò hoc eodem anno post Christi mortem B. Virgo morte intercedente assumpta est in cœlũ, vt tradit Eusebius in Chronico, cuius morti propterea hi tres Apostoli, atque Paulus & Barnabas potuerunt adesse sine miraculo: nam alij à suis prouintijs per Angelos adducti sunt. Et si computes 15. annos, quos B. Virgo in partu Christi compleuerat, ac totidem, quibus post Christi mortem quasi Christum mysticum pariendo apud nos permanfit, & 33. annos, quibus vna vixit cũ Christo, inuenies ætatem illius fuisse 63. annorum. At verò Iacobo Apostolo ac fratri Domini ob eximiam eius sanctitatẽ, qua venerandus erat toti populo Iudæorum, assignata est prouintiæ loco Ierosolyima, & vicina Iudæa.

His tamen non obstantibus, præferendam sentio B. Hieronymi sententiam, qui hoc loco quatuordecim annos computat præter tres illos superioris narratos, quando venit videre Petrum. Ratio etiam Bedæ producta infirma est, quod aliõqui non sedisset Petrus 25. annos Romæ, si post 17. vel 18. à passione Domini Romam venisset: quia reuera Petrus Romam venit, postquam euasit Herodis carcerẽ: quæ euasio accidit tertio anno Claudij cõpleto, & in principio quarti tunc Romam venit: & inde edito Claudij Roma expulsus redijt 18. anno à Christo

assumpto Ierosolymam, quando celebrata fuit hæc Synodus: & à quarto anno Claudij sunt computandi 25. anni in sede Romana. Altera etiam ratio de assumptione B. Mariæ anno 15. post Christi mortẽ, vt tradit Eusebius in Chronico, ex reuelatione quibusdã facta, est incerta, & nihil habet solidi. Nam si assumptioni Virginis interfuit Dionysius Arcopagita, vt ipse tradit: ille autem anno 15. à Christo assumpto nondum erat ad Christum conuersus, non potuit D. Virginis dormitioni, & assumptioni assistere, quia hæc conuersio Dionysij contigit post aliquot annos ab hac Synodo celebrata exactos: nam post hanc Synodum Paulus multa Asiæ, & Græciæ loca prædicatione sua illustrauit, & tãdem cum venit Athenas, illic Dionysium ad Christi religionem vocauit, vt habes Acto. 17. erant igitur aliquot anni elapsi à Synodi huius celebratione ad conuersionem Dionysij, & ab eius conuersione ad assumptionem sanctissimæ Deiparæ. Nec enim statim catechumenus cõscendit Dionysius Ierosolymam, vel dignus fuit qui interesset B. Virginis assumptioni, & cum Apostolis ad eius laudes celebrandas assumeretur. Fuit ergo aliquod annorum interuallum, & B. Virginis assumptio accidit post 18. vel etiam post viginti annos à Christi assumptione, vt alij testantur.

*Illi ergo deducti ab Ecclesia, per transibant Phœnicen & Samariam. Ecclesiam vocat Antiochenam, quæ comites, ac duces itineris, vt habere solent legati, illis dederat: nam pronomine illi, Barnabas & Paulus demonstrantur. Transseuntes verò per Phœnicen, & Samariam, narrabant conuersionem Gentium ad Fidem: vnde ingens gaudium concipiebant discipuli audientes, nec iam amplius contristabantur, sicut illi qui dixerunt Petro: Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducaisti cum illis? cum iam essent plenè veritatem edocti. Cum autem venissent Ierosolymam, suscepti sunt ab Ecclesia, & ab Apostolis, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis. Solent pij se mutuo agnoscere tanquam fratres, & mutuo se*

Oblectioni responderetur.

Ioan. 19.

Euseb. tom. 2.

B. Virgo quã diu vixerit, secundum aliquos.

II. optato, quæ magis probatur. nimirum B. Hieronymi. Hierony. in epist. ad Galat. tom. 9.

Act. 12.

Euseb. tom. 2.

Dionys. Arcopag. lib. De diu. nomin. cap. 3. à med.

Dionysius Arcopagita quando fuerit ad Christi fidem conuersus.

B. Virginis assumptio quoto ab ascensu Christi in cœlum anno cõtingit.

A qua nã Ecclesia deducti Paulus, & Barnabas, prætransibant Phœnicen, & Samariam.

Act. 11.

Piorum quid proprium.

excipiunt tanquam familiares, & hospitalitates: qua hospitalitatis virtute voluit Episcopus Paulus præfulgere. Illi autem ad gloriam Christi illustrandam, quanta fecisset Deus apud Gentēs suæ potentia signa, & quomodo essent conuersi, prædicabant. Quod verò ait, susceptos esse ab Apostolis: intellige de tribus iam dictis qui aderant: nam reliqui disperferant. Vel si dispersi fuerant, facile congregari poterunt: vnde & Clemens Romanus libro 6. De constitutionibus Apostolicis capite 12. ait, susceptos fuisse ab Apostolis duodecim, vt & hinc colligas fuisse generale Concilium, idem tradit Abdias libro 6. historiæ Apostolicæ conuenisse duodecim Apostolos in Ierusalem ad diem festum Paschæ præside Iacobo & populo audiente. Hæc ille, si tamen vlla huic fides sit præstanda, maxime cùm doceat in illo Concilio præfuisse Iacobũ, quod minime est verissimile, quia semper fuit Petri, & suorum successorum præsidere per se vel per Legatos suos Synodis Oecumenicis, vnde & ante omnes Apostolos sententiam suam dixit beatissimus Petrus. Quod verò ait, seniores, non intelligas ætate, sed dignitate: eaque non Iudaica, sed Christiana, qui paullo antè dicti sunt Presbyteri, hoc est Episcopi, de quibus paullo post dicendum erit. Nõ ascendit autem Paulus, vt ab Apostolis aliquid disceret, vt ipse testatur ad Galat. sed vt persuaderet contradicentibus, eos, qui Ierosolymis erant, suæ esse sententiæ.

Paulus, & Barnabas à quibus fuerint suscepti Ierosolymis.

Clem. Rom. Abdias historicus, an fide dignus.

Quorsũ nũc Paulus ascendere Ierosolymam.

Gal. 2.

Gal. 5.

Hæresis nomine quid hoc loco.

est, pro secta diuersa à Christiana religione, sed simpliciter pro secta quacunq; quam homines siue credendo, siue viuendo consecantur, in quo sensu dixit Cicero in Paradoxis: *Caro, in ea est hæresis, qua nullum sequitur florem orationis.* Et inferius dicitur capite 24. *Confiteor hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt hæresim, sic deseruio Patri, & Deo meo.* ex aliorum sententia Christianam viam, & institutum vocas hæresim. Pharisei autẽ nec in lege Moysi, nec hoc loco, quoniam dicuntur credentes, proprie erant hæretici, etiam si existimarent necessario legem Evangelio esse coniungendam ad salutem. Post definitionem autem Apostolorũ si quis perstitisset in illa sententia, pculdubio hæreticus extitisset: quem admodum ante definitionem licet alter in re non plenè diuina dubitare, quod postea non est integrum.

*Conueneruntq; Apostoli, & seniores videre de verbo hoc.* Cuius autoritate, atque iussu fuerit hæc Synodus coacta, in dubium vocandum non est. Nam adertat Petrus supremus Apostolorum coryphæus, cuius vnus, vel successoris eius autoritate Concilia generalia congregari possunt tantummodo: adertat Iacobus, & Paulus & Barnabas, atque alij fortassis Apostoli. Et verbum absolutè dictum Apostoli, id insinuare videtur: & si prius omnes adfuerant electioni Matthiæ, & consecrationi septem Diaconorum, par erat, vt in re tanti momenti, qualis erat legis abolitio, & cessatio, omnium Apostolorum consensu, & autoritate, ita vt esset plenum, & generale Concilium, definiretur. Nam etsi sola Petri autoritas, qui Pastor est vniuersalis Ecclesiæ, satis esse posset ad quodcũque dubium decidendum, aut dogma Fidei declarandum: tamen vt Petrus formam instituendorum Conciliorum in Ecclesia Dei relinqueret, & grauisima negotia, & mysteria Fidei non nisi multorum consultatione Episcoporum adhibita transigerentur; non ignorans id esse Ecclesiæ plausibilis, & maiori cum veneratione ab omnibus suscipiendum, voluit omnibus

Cic. in pami. Paradox. initio.

Pharisei docentes legem Moysi cum Evangelio coniungendam, an fuerint hæretici, necne.

Quo autore potissimũ celebrata fuerit Ierosolymita sancta Synodus.

Act. 1.

Infra 6.

Quare Petrus solus ipse, cõposset, cum Apostolis alijs, ortam de legalibus controuersia voluerit definire.

Apostolis, & Presbyteris congregatis de hac controuersia proposita sententiam ferre. Et confirmatur autoritate Clementis Romani, qui libro 6. Constitutionum Apostolicarum cap. 12. ita scribit: *Sed quoniam tunc hæresis magnas ad decipiendum vires videbatur habere, totaq; Ecclesia in periculo versabatur, nos duodecim cum conuenissemus Ierolymis (nam in locum proditoris Matthias Apostolus factus est, qui sortem Iudæ accepit (vt scriptum est, Et Episcopatum eius accipiat alter) vnà cum Iacobo fratre Domini deliberabamus, quid faciendum esset, visumq; est ipsi, & Presbyteris, sermonibus doctrina alloqui populum.* Hæc Clementis, loquens de hac hæresi Phariseorum, volentium cogere Gentes ad Fidem conuersas ad ritum circumcisionis, & mores legis obseruandos. Vbi simul vide charitatem Petri, & Apostolorum: sciebant enim, discessionem in doctrina Fidei venenū esse cuiuslibet congregationis. Discordia enim omne regnū in se ipsum diuisum desolat, sicut concordia retinetur. Id eod pullulatis hæresis radicibus occurrunt, antequam grandescat, & difficile extingui queat. Capite, inquit Sponsa, nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: quo Symbolo principijs hæreseon occurrendum esse, quod facile extingui possint, indicauit Spiritus sanctus. Quos hic vocat Seniores, Græcè dicuntur *Πρεσβυτεροι*, & paullo antè interpres dixerat, ad Apostolos, & Presbyteros. Sunt autem Presbyteri nihil aliud quam Episcopi, vt ostendit caput 1. epistolæ ad Titum, vbi sunt idem Presbyteri, & Episcopi, & Act. 20. qui dicuntur maiores natu Ecclesiæ, & Græcè Presbyteri, paullo post vocantur Episcopi. Nam simplices Sacerdotes nec ex more quidem habent votum in Concilijs, neque autoritate ligandi, aut soluendi in foro externo funguntur: quibus dictum est: *Quæcūque alligaueritis super terram: & quæcūque solueritis, erunt ligata, vel soluta & in celo.* Nā etsi modo Presbyteri, vel Diaconi, modo viri existant doctrina, & literis excellentes, vocem habere possint consultoriam, & ad disputationes præmittendas interdū sint ne-

Clem. Rom.

Act. 1.

Psal. 108.

Charitas Petri, & Apostolorum insignis.

Matth. 12. Effectus discordiæ, & concordia.

Cant. 2.

Quid Presbyteri, seu seniores hoc loco.

Matth. 18.

Presbyteri vel Diaconi in concilijs quale suffragium habeant

cessarij, & peritiles: qua in re olim B. Athanasius ad Nicænam Synodum cū Alexandro Patriarcha Alexandrino venit, atque in ea excellenter disputando emiuit: hic tamen Presbyteri ad id vocati non fuerunt. Et epistola scribitur non tantum nomine Apostolorum, sed etiam Presbyterorum: nec Apostoli consultoribus indigebant, & ad consultandum etiam non Presbyteros, modo docti essent, couocassent. Soli etiam Episcopi in Synodo representant Ecclesiæ, etiam quas simplices Sacerdotes sub ipsis gubernant.

Quomodo autem fuerint Ierolymis multi Presbyteri, siue Episcopi, dubium est: nam illi ciuitati assignatus est Episcopus à Petro Iacobus frater Domini: vni autem ciuitati vnum conuenit Episcopū adhiberi, non plures. Dicendum est, aut ex conuicinis ciuitatibus Iudææ nonnullos ascēdisse Episcopos ad Apostolos, vt de dubijs emergentibus sententiam certam ab illis acciperet; & propterea voluisse Petrum, vt illi interessent Synodo, vel quod à vero non abhorret, erant nonnulli Episcopi ab Apostolis ordinati, vt ad nouas Ecclesias Gentium miterentur, quasi Episcopi titularetur, vt superius diximus: ex quibus fortassis nonnulli erant ex numero 72. Discipulorum. Hi igitur omnes merito in Conciliū autoritate Petri vocati sunt, vt in proposita controuersia sententias suas dicerent in documentū futurorum.

Falsum autem est omnino, ac seditiosum, quod tradunt Hæretici, quæq; videlicet doctum, ac bonum vocem habere in Concilio: nā tales iurisdictione carent, nec representant Ecclesiā, nec in Veteri Testamento alij præter Sacerdotes in controuersijs sacris ius sententiæ ferendi habebant, vt habes Deuteronom. 17. & 21. Leuit. 10. & Ezech. 44. Imò etiam apud Gentiles ad sacra terminanda soli Sacerdotes vocabantur. Seditio quoq; fieret in probanda doctrina, ac moribus. Denique dicere possumus: *Nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei: & vt Poëta dixit:*

*Quod medicorum est, Promittunt medici, tractant fabrilis fabri.*

Cum vnusq; eum Iacobus Ierolymis fuerit Episcopus assignatus; quomodo nunc multi Presbyteri, siue Episcopi ea in vbe fuisset perhibentur?

Altera responsio.

Præsertim vnumquæque doctum, ac bonum, vocem habere in Concilio, quam stulte doceat Lutherani.

1. Cor. 11.

Quod

Hieronymus. tom. 3. iiii. Magni illius Constantini pietas & modestia insignis planeque memorabilis

Nicol. I. epistol. 1. ad Michæ. Imper. aliquando ante medium.

Cur olim Imperatores electioni adesse summi Pontificis.

Act. 1.

Infra 6. Cur Apostoli ad electionem Matthiæ, & septem Diaconorum etiam laicos admiserint.

Oratores Cæsaris, & aliorum Principum cur ad Synodum admitti soleant.

Quod Hieronymus detorsit in epistola ad Paulinū contra eos, qui mulierculis, agricolis, & artificibus iudiciū de Scripturis tribuebant. Constantinus Magnus non nisi petita licentia, & obtemperata, ingressus est Concilium Nicenum, & in vltima sede vt spectator, & minister, ac defensor sedit. Theodosius item dixit non esse suum definire. Ad hæc Martianus in quarta Synodo, idē pro testatus est, & Theodoritus Rex Gotthorum, noluit iudicare Symmachum. Nicolaus I. in epistola ad Michælem Imperatorem, damnas eum, quod interfuisset Synodali Concilio, ait: *Vbi nam legistis, Imperatores antecessores vestros in Synodalibus conuentibus interfuisse? nisi forsitan in quibus de Fide tractatum est, quæ vniuersalis est, quæ omnium communis est, quæ non solum ad clericos, verum etiam ad laicos, &c. & ad omnes omnino pertinet Christianos.* Hæc ille. Interesse ergo poterat Princeps ad tumultus sedandos: ob quam etiam causam sinebatur adesse Papæ electioni. Et Nicolaus tradit Imperatores interfuisse Concilijs in causis Fidei, vt excludat præsentiam in causis Episcoporum, vel reformationis Cleri, quorum defectus non expedit laicos videre, quemadmodum Constantinus fecit in Nicæna Synodo de libellis oblati aduersus Episcopos. Quod vero in creatione Matthiæ laici adfuerint, sicut & in creatione septem Diaconorum: hoc ideo fuit, quia nihil illic de Fide deliberarunt; sed tantum autoritate Petri delegerunt duos, quos Apostolis proponerent, vt alter eorum in locum Iudæ substitueretur. Ex consensu etiam Petri nominarunt septem, qui ad Diaconatum per Apostolos promouerentur. Aliud autem est in grauijs Fidei causis, & Scripturarum legitimo sensu explicando ferre sententiā: quia hoc semper fuit Episcoporum, nunquam laicorum. Quod si quisquam obijciat, oratores Cæsaris, & Regum, & aliorum Principum Christianorum ad Synodum admitti, sicut & olim Imperatores ad illam admittebantur: Respondemus id rectè fieri, & factum fuisse: non quod illi sententiā vllam in definiendo

haberent, sed vt testes essent oculati rectæ rationis, atq; legitimi ordinis in Concilio obseruati; & vt præterea fautores essent, & protectores Synodorum, ne vlla illis vis inferri ab hæreticis, vel schismaticis posset. Valentinianus Imperator interrogatus de Hæreticorum dogmatis, vt histor. Tripartita refert, respondit: *Mihi quidem cū vnus de populo sim, fas non est talia perferuari. Verū Sacerdotes, quibus hæc cura est, apud semetipsos congregentur, vbi voluerint.*

Cū autem magna cõquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos. Concilium vt legitimum sit, & vim omnes fideles obligandi habeat, debet in primis autoritate legitima congregari, id est, Petri, vel successorum eius: quæ si concilio desit, illud perfectò infirmat, eiusq; definitiones irritas, & nullas reddit. Debet deinde legitime procedere, id est, absq; vlla vi, vel dolo, vel fraude. Debent præterea præcedere disputationes, vt hinc inde re agitata, atq; discussa, splendet magis veritas, & intelligatur id, de quo sunt sententiæ dicendæ. Cū igitur magna inquisitio fieret, siue disceptatio, sine quo videtur præcipitari sententiæ, & cæcè procedere: nec enim satis est in rebus Fidei, & quæ conscientiam tangunt, dicere, Volumus, mandamus, edicimus. Propterea rectè, ac legitime hoc concilium processisse videtur. Vbi igitur res non est decisa, vel communi sententiā, vel vsu Ecclesiæ probata (qualis nõ erat quæstio de ceremonijs obligantibus Gentes, quia illarum conuersio erat noua, & potius legis cortex innuit eas perpetuas, cum frequenter dicitur: Legitimum sempiternum erit vobis: & Prophetæ prædicentes legalium cessationem ceremoniarum, à paucis capiebatur) opus est magna inquisitione veritatis: & qui debet captiuare intellectum suum in obsequium fidei, id faciet autoritate Diuina conuictus. Vt cū Papa in Concilio, vel extra illud quid docuerit, statueritve, ex quo aliquod Fidei dogma resultet, nisi præcesserit congrua disceptatio, ac definitio, quæ aliquid vt Fidei articulus recipiatur, non est quis censendus Hæreticus: non credens, et si

Histor. Tripartita. lib. 7. c. 12. initio. Valentinianus Imperator ex modo sita, lampasceno voluit interesse Concilio. Ad Concilium legitimum requiritur tria.

In rebus Fidei definiendis quid minime sufficiat.

Vbi magna opus sit inquisitione veritatis.

2. Cor. 10. Debeat captiuare intellectum suum in obsequium fidei quando quis.

ob

Romani Pontifices in quibus tantum errasse deprehendantur.

Legitimus ordo Concilij quid postulet.

1. Cor. 14.

Ordo praesidendi in Concilio qui nā.

Concil. Tol. III.

Isido. Hispan.

Mos Concilij.

Ioan. 16.

ob cathedram praeualeat (etiam ubi non definit) auctoritati sanctorum Doctorum. Qui Pontifices etsi in Fide definienda non errauerunt; quandoque tamen statuendo quaedam per modum praecipiti, statutive, errasse, & se correxisse mutuo deprehenduntur; ut in matrimonij causis liquidū est, atque exploratum.

Illud quoque ad legitimum ordinē Concilij spectat; ut quisque in ordine suo sententiam dicat. Nam si Apostolus dixit: *Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis*: quanto magis hoc obseruari debet, quando Ecclesiae Principes in vnū conueniunt, ut quisque sedeat, & dicat sententiam in loco suo? Quare merito B. Petro Apostolorum Principi, atque pastori primus locus datus est, qui illo omni iure competeat. Et quia difficile esset controuersias de ordine praesidendi ordinas in Concilijs dirimere, & magnum tempus in illis terminandis infumeretur, recte institutum est, ut primo loco Patriarchae, vel Primates, deinde Archiepiscopi, tertio Episcopi, quarto Abbates, postremo sedeant Generales religionum Praefecti. Atque inter hos illi praecedunt, qui priores sunt in consecratione: nam illa ratio praecedendi ob antiquitatem, minus est calumnijs, & inuidijs aliorum exposita. De qua ita statuitur in Canone tertio Concilij quarti Toletani: *Et conuenientes omnes Episcopi pariter introeant, & secundum ordinationis suae tempora residueant*, &c. Idem docet Isidorus in libello quodam De ordine celebrandi Concilij, ferē in principio.

*Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in vobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelij & credere.* Cum ad definitionem progreditur sanctum Concilium, habet in more preces praemittere, & Spiritum sanctum inuocare, quod eius auspicijs, ac ductu veritatem ipsam contra mendacium, & non mendacium contra veritatem definire valeat. Illum enim promiserat Dominus Ecclesiae a futurum, & illam in omnem veritatem ducturum. Hoc autem hic factū esse, dubitandum non est, etiam si B.

Lucas breuitati studens; huius rei non meminerit: nam quae aucti sunt dicere in sententia: visum est Spiritui sancto, & nobis, facile intelligimus illos praemisissis precibus, ac votis pro sua illis assistentia adhibenda exorsisse. Nam si ad electionem Matthiae, & promotionem septem Diaconorum, non nisi deprecantes accefferunt: quāto magis id decuit fieri in decidenda fidei controuersia? Primus igitur sententiam tulit Petrus, censens Gentiles conuersos ad Fidem, legis sarcina non esse grauidos. Et vide singularem eius modestiam; dicentis ad eos, Viri fratres: viros vocat honoris gratia, tanquam virtute, & fortitudine Spiritus sancti plenos, nihil muliebri, aut puerile sapientes: quales plerumque solent esse. Ecclesiae rectores vitio hominum designati; de quibus Esaias dixit: *Dabo pueros Principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.* Deinde vocat eos fratres, & hoc ad charitatem indicandam, etiam si pastor esset omnium, & caput, ac Princeps. Sed imitari voluit Domini modestiam, qui dicebat, *Ite, nunciate fratribus meis, atque doctrinam eius, qui dixit: Nolite vocari ab hominibus Rabbi. Vnus est enim magister vester, omnes autem vos, fratres estis.* Cum autem posset Petrus pro lege iam extincta, & abolita, plura Scripturarum testimonia, aut solidas rationes producere; breuitati consulens, recentem historiam, & Apostolis non ignotam de Cornelio Centurione producit: nam illa valida erat & reuelatione, & Angeli ministerio, & signis de caelo à Deo confirmata. Vidit enim linteum de caelo demitti: adfuit Angelus, qui suggessit vt descenderet, & iret Caesarem ad praedicandum Cornelio: Dominus etiā coelitus emisso. Spiritu suo super credentes, & per illos varijs linguis loquente, satis indicabat Gentiles per fidem sine lege salutem consequi posse. Si quis ergo hoc tam solidum, ac Diuinum testimonium refutasset, omnia proculdubio alia argumenta respuisset.

Et ait, *Vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in vobis elegit, per os meum*

Spiritus sancti Ierosolymitano Apostolorum vnde constat assistisset Concilio.

Act. 1. & infra 6.

Petri modestia singularis.

Esai. 3.

Petri charitas.

Matth. ult.

Supra 23.

Idem Cornelij Centurionis historiam quare produxerit in Concilio.

Act. 10.

Ibidem.

audire

A quibusnā diebus antiquis Deus Petrum elegerit ad euangelizandum Gentibus, vt ille dixit.

Act. 10.

Alter sensus, minus tamē ille cōgruus, & germanus.

III. sensus.

Ioan. 1.

1. Tim. 2.

*audire Gentes verbum Euangelij, & credere.* Vbi primum illis proponit rem non obscuram aut ignotam, sed compertam, atque exploratam, dicendo, Scitis. Ad hoc (*ab antiquis diebus*) Verbum Graecum ἐπαίος, & primum, & antiquum significat, atque ita si vertisset interpres, à primis diebus, non erat difficile intelligere dies illos non longè post Spiritus sancti missionem, in quibus Deus praeeperat Petro, vt pergeret Caesarem ad praedicandum, & baptizandum Cornelium cum tota domo sua. Elegit, inquit, in nobis hoc est, inter nos: per os meum audire Gentes verbum Euangelij, hoc est, vt Gentibus euangelizarem. Videtur enim peculiarem Dei prouidentiam expendere, quod Petrus Apostolorum Princeps primus Gentibus euangelizaret, easq; per Sacramentum Baptismi in corpus Christi infereret, quod articulus ille de cessatione legalium ceremonialiarum, vt pote nihil iam ad salutem consequendam vitium, confirmaretur magis, & comprobaretur.

Alij per antiquos dies intelligunt eos, qui sunt ante mundi constitutionē, vt Paulus ad Ephesios scribit: fuit enim non nouum Dei consilium, sed antiquum, electas esse Gentes ad mysteria Fidei amplectenda: de quo Roman. cap. 15. & cap. 16. & Ephes. 3. Mysterium fuit aeternis temporibus tacitum, & alijs generationibus ignotum, Gentes esse cohaeredes, & concorporales, & participes promissionis Euangelicae. Verum hic sensus etsi verus sit; non tamen ita cōgruus literae, & sermoni Petri, qui vult indicare sibi à primis, vel antiquis diebus eiusmodi munus concessum, vt Gentes ex ore eius Euangelium audirent. Ideo alij, per dies intelligunt, antiquos illos, videlicet cum Dominus in carne dixit Simoni ad se venienti: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, Gentile nomē, quod signum fuit singularis Pontificatus, & pastoratus eius etiam in Gentes. Et propterea dixit, etiam in praesentia Pauli, qui doctor erat Gentium in fide, & veritate, respiciendo ad summum suum pastorem, Per os meum Gentes ei debere

credere, vt Papae, ob auctoritatem supernam sibi à Christo datam confirmandi fratres in fide titubantes ac nutantes. Quod si illi dictum fuisset, vt a postolo tantum; non tantum ipsi, sed etiam Paulo, & Barnabae, & caeteris conueniret, qui Apostoli erant, quibus dictum est: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* Illa autem Petri electio confirmata est cōuerso Cornelio, sed praestat meo iudicio prior intellectus.

*Et qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit, dās illis Spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum.* Deum asserit nosse corda, iuxta illud: *Scrutans corda, & renes Deus, hoc est, intimas, & delitescentes hominum cogitationes, ac desideria, & secundum ea iudicat in veritate; non autem secundum faciem, aut secundum carnem circumcisam, vel ex Abraham venientem.* Et ideo testimonium perhibuit, perinde illis tribuens Spiritum sanctum, atq; Iudaeis, per quem in varijs linguis conperunt loqui, & magnificare Deum. Et subiugit: *Et nihil discreuit inter nos, & illos.* Nam etsi olim stante lege, quaedam peculiaria priuilegia Iudaeis concessit, quae Gentibus etiam ad religionem Iudaicam conuersis negauit: in Euangelio tamen, quod attinet ad spiritalia, aequales facti sunt, & vt Paulus ait, non est distinctio Iudaei, & Graeci. *Fide, inquit, purificans corda eorum.* Visus est, inquit, Deus purificasse corda eorum, & postea signum acceperunt baptismi, signaculum iustitiae fidei: ita in Cornelium, & domesticos eius sine vllis legis ceremonijs in eos misit Spiritum sanctum, qui fide purificaret corda eorum, & postea signū acceperunt baptismi, signaculum iustitiae fidei. Erat autem illa fides viuā, & per dilectionem operās, siue in charitatem terminatam, sine qua nulla potest esse purificatio, aut cordis munditia, vt testatur Apostolus.

*Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super cervicibus discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Recte ait, tentatis Deum per errorem conscientiae faciēdo, vt*

Luc. 22.

Matth. ult.

Deus vt norit corda hominum.

Psal. 7. & 2. Paral. 28. & Iere. 11.

& 17. Renes & corda scrutari Deum quid.

Act. 10.

Supra 2.

Rom. 10.

Supra 4.

Gal. 5.

Gentibus iam conuersis iugum legis imponere volentes, quomodo tentabant Deum.

impo-



**Gal. 3.** imponat iugum, quod imponere non vult, cum iugum legis sit à Mose, qui pædagogus erat in Christo: qui cessare debuit veniente Christo, & accedente virili ætate, quæ non eget pædago. Hinc Paulus: *Scio, inquit, & confido in Domino Iesu, quia nihil cõmune per ipsum; nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est: ad eum dum inconsultè vouens, & erratè cõscientia Deum tentare videtur.* Vocat autem legem, iugum, siue onus impostabile, quod multitudine præceptorũ Iudæos premeret, & à dura, & sanguinolenta circumcissione initium fumeret, & iugum imponeret: non vt in natura seruaretur, sed vt interim illo occuparetur Iudæus, & veluti seruis timore compelleretur, ne ad idola declinaret, & legem illam seruare non valens, ad Christum medicum, & iustificatorem accederent. De quo subdit: *Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.* Cùm per legem tantum esset cognitio peccati, & per eam homines peccatores conuincerentur esse, remediũ erat ad Christum venturum per fidẽ aspicere, & per eius misericordiam & gratiam salutẽ expectare. Et nota, Patres Veteris Testamenti non ex lege Moysi, sed à Christi gratia, & sanguine salutem consecutos per fidem: nã iustus ex fide viuit. Id autem significat verbum, quemadmodum & illi, scilicet Patres Veteris Testamẽti: at iusti, sunt omnes qui testimonio Fidei probati inuenti sunt, quorum catalogum Paulus II. cap. ad Hebr. enumerat. Quod autem vnus omnibus Christus ad salutem sufficiat, adeo vt neque Iudæis lex, & ceremoniã, vel Gentibus liberum arbitrium, sapientia, & opera moralia, atq; heroica ad vitam, siue salutem contulerint, docet Apostolus solidè, & efficaciter in epistolis ad Romanos, & ad Galatas. Per gratiam autem Domini nostri, intellige aut gratuitam Christi erga nos voluntatem, & benevolentiam, qua pro nobis iustificandis, & ad salutem perducendis sanguinem suum in cruce immolatũ Patri obtulit. Vel donum gratiã cordibus credentium infusum, per quod

**Rom. 14.**

**Leuit. 8.**

**Per gratiam Christi, & nõ per legẽ qua refalus contingebat.**

**Rom. 3.**

**Supra 1. & Habac. 2.**

**Veteres Testamenti Patres vnde fuerint salui.**

**Heb. 11.**

**Saluari per gratiam Christi quid.**

**Heb. 5 & infra 9.**

à peccato sine legis operibus exurgimus: quo etiam per nos operante salutem adipiscimur æternam, secundum illud: *Gratia Dei, vita æterna.*

*Tacuit autem omnis multitudo, & audiebant Barnabam, & Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa & prodigia in Gentibus per eos? Quod tacuerit omnis multitudo, intellige loquente Petro pastore, cui assensa est, sicuti assentire debebat: & nemo illi quicquam obiecit, vel sua sententia dicta silentio quodam communi excepta est, & veluti compressus tumultus disceptantium.* Hinc Tertullianus libro De pudicitia, loquens de hac Petri sententia in fine scribit: *Sed & in illa disceptatione custodienda legis primus omnium Petrus Spiritu instinctus, & de nationum vocatione præfatus: & nunc, inquit, cur tentastis Dominum de imponendo iugo fratribus, quod neque nos, neque Patres nostri sufferre valuerunt? Sed etenim per gratia Iesu credimus nos salutem consecuturos si cut & illi. Hac sententia & soluit que ommissa sunt legis, & alligauit que reserua ta sunt.* Considera, lector, huius antiquissimi Patris postrema verba, vt per spicias quanti roboris extiterit autoritas Petri in illo concilio, vt dicatur soluere, & ligare. Quia verò Petrus solum ex reuelatione, & signo probauit cessare legalia; Barnabas & Paulus, Apostoli & ipsi, confirmarunt sententia Petri, enarrantes signa, quæ in cõuersione Gentium acciderant. Ex quibus satis idoneum argumentum colligitur, Deum signa & prodigia per Apostolos in Gẽtibus nequaquam effecisse, nisi conuersionem absque circumcissione, & lege Moysi satis esse ad salutem probasset. Sunt autem signa & miracula solidissima argumẽta, ac prorsus diuina, ad comprobandum veritatem dogmatum Fidei: nã illis Christus probauit se Messiam ac Deum, & de Apostolis inquit Marcus, & prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Et prius nominat Barnabam quam Paulum, eo quod prior esset vocatione: nam Barnabas Acto. 4. Paulus Acto. 9. vocati sunt.

*Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus, dicens, Viri fratres, audite me. Iterum, postquam Paulus, ac Barnabas sententiam suam dixerunt, illi Petri per omnia consentaneam, secutum est silentium confirmas illorum sensum: quemadmodum etiam & Iacobus rogatus vt diceret, quia sanctus erat, & Episcopus Ierosolymæ, & frater Domini, & Apostolus, sententiam tulit: qui dicta aliorum Apostolorum comprobauit testimonio Prophetarũ. Atque ita reuelatione Petri, & signis Barnabæ & Pauli, & testimonio Prophetæ producto per B. Iacobum, cõprobata est sententia de Gentibus ad Fidem conuersis legis sarcina non gra uandis.* Obseruatum est in antiquis synodis, vt audita sententia Legatorum Sedis Apostolicæ, & fidei Romanæ, continuo illi omnes acquiescerent, ac pedibus omnes irent in eandem, tanquam sui pastoris, sententiam. Eadem autem salutatione vtitur Iacobus, qua Petrus: quia omnia summa charitate, & simplicitate tunc gerebantur, nec dum erant inuenti tot Romanorum Pontificum, & aliorum Episcoporum, quibus nunc iure inter se discernuntur, tituli, & appellationes, quibus agnoscat, & distinguatur caput, & ouium pastor à reliquis inferioribus pastoribus, & sua integra atque illæsa remaneat reuerendisimorum Episcoporum appellatio.

*Simõ narrauit quemadmodum primum Deus visitauit sumere ex Gentibus populum nomini suo.* Aliqui hoc referunt ad Simeonem illum senem Euagelicum, qui accipiens Christum in vlnas suas, dixit: *Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel:* atque hoc colligitur ex eo, quod Græcè dicitur hic, Simeon, & Chrysostomus sic legit. Verum hoc infirmum est, quoniã superius vocatus est Petrus idem, qui modo Simon, & constitutio Apostolica lib. 6. c. 12. Simonem vocat, nõ Simeonem. Nomen Simeon Hebræum est, quod Hebraicè loquens Iacobus vsurpauit: quemadmodum ipse scribens secundam epistolam, inquit, *Simon, quæ sunt nomina eius.*

**Rom. 6.**

**Petri in Concilio sententia ponderis quantum habuit.**

**Tertull.**

**Eadem, vt Tertullianus asserit, Petri sententia, quam potens, & efficacis fuerit.**

**Eandem Paulus, & Barnabas vt confirmarunt.**

**Signa, & miracula quantum fidem faciunt.**

**Marc. vii.**

**Quod hæc à Iacobo dicitur de Simeone narrantes, ad Simeonem Petrum referendum esse tatummodo.**

**Luc. 2.**

**Chrysost. homil. 33. in Acta, tomo 3.**

**Clem. Rom.**

**Simeon, quæ nomen sit.**

**Iacobus frater Domini, cur ipse etiam sententia dixit in Concilio, & quid dixerit.**

**Antiquæ Synodi Apostolicæ Sedis legatis quantum deferre consueuerant.**

**Eadem qua Petrus, salutatione Iacobus cur fuerit vsus in dictenda sententia.**

**Quod hæc à Iacobo dicitur de Simeone narrantes, ad Simeonem Petrum referendum esse tatummodo.**

**Luc. 2.**

**Chrysost. homil. 33. in Acta, tomo 3.**

**Clem. Rom.**

**Simeon, quæ nomen sit.**

*dem esse cũ Petro. Verbum narrauit, siue vt Græcè dicitur *ἵσχυοντο*, id est, non breuiter, & summatim, sed fufius & explicatius exposuit. Nam Clemes lib. 6. cap. 12. De constitutionibus Apostolicis ita introducit narrantẽ Petrũ in illa Synodo, vt omnia illa, quæ tunc Lucas cap. 10. de linthei visione, & cap. 11. quæ Iudæis vt satisfaceret, descripsit, repetierit ibi coram omnibus, & addiderit etiam quedam in Actis prætermissa, quemadmodum scilicet tunc intellexerit verbum illud Domini: *Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Et rursus, *Recordabuntur, & conuertentur ad Dominum vniversi fines terra, & adorabunt coram eo vniversa familia Gẽtium: quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur Gentium:* quodq; vbiq; scriptum esset de vocatione Gentium. Quæ cõsultò Lucas omisit repetere: quia iam illis eisdem dixerat Petrus Acto. 11. Testè tamen significauit expressa fuisse à Petro illo verbo *ἵσχυοντο*, vt superius expendimus. Verbum, visitauit sumere, Græcè est *ἱσχυόσθαι λαβείν*. Significat autem illud verbum & considerare, & visitare. Et iuxta primum significatũ sensus esset, considerasse Deum ex Gẽtibus populum esse assumendum nomini suo. Iuxta secundum significatum, quem accepit interpres, sensus est, Deum visitatione per Spiritus sancti missionem declarasse voluntatem suam, & misericordem visitationem de assumendo populo Gẽtili, quod nomen eius, & gloria magnificentetur, iuxta illud: *Vt virtutes annuntieris eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.**

*Et huic concordant verba Prophetarũ, sicut scriptum est. Posthæc reuertar, & reedificabo tabernaculum Dauid, quod decidit, & diruta eius reedificabo, & erigam illud, vt requirant ceteri hominum Dominum.* Probabile est, quod quidam asserunt, plura testimonia citasse Iacobum, virum in Scripturis eruditissimum: Lucas autem breuitatis gratia hoc tantum testimonium retulit, quod ex capite 9. Amos sumptum est in sensu magis quàm in verbis. Nam ad litteram ita habet Propheta: *In die illa*

**Idem Clem. Rom.**

**Quæ nam Simon Petrus, Iacobus vt dixit, narrauerit.**

**Joel 2.**

**Psal. 21.**

**Ea cur Lucas hoc loco minime retulerit.**

**Illud Iacobi: Deus visitauit sumere, &c. duobus modis potest intelligi.**

**1. Pet. 2.**

**Amos 9.**

**Quæ Iacobus in Concilio pro sua sententia protulit Prophetarũ testimonia, Lucas quare non recitauit, nisi vnũ tantum, & quomodo.**

*illa suscitabo tabernaculum David, quod decidit; & reedificabo aperturas murorum eius, & ea quae corruerant, instauro; & reedificabo eum sicut in diebus antiquis. Ut possideant reliquias Idumae, & omnes nationes, eo quod inuocatum sit nomen meum super eos: dicit Dominus faciens haec.* Sed Lucas iuxta interpretationem Septuaginta interpretum haec verba produxit, ut aliam in hoc libro saepe fecit. Est autem sensus: Reuertar ab ira in Iudaeos, quam praenarrauerat, vel ut habet Graeca, & Hebraea vox, in die illa, scilicet cum Deus erit iam placatus, quod Iacob interpretatus est per verbum reuertendi. **Suscitabo tabernaculum David.** Id est, Ecclesiam ex Gentibus, quam David in Christi persona vocauit tabernaculum, cum Psal. 131. induit personam Messiae, dixit: *Memoro Domine David* (id est, Christi Domini) *& omnis mansuetudinis eius* (qua aduersa sustinuit) vel ut Hebraice habetur, & omnis afflictionis (hoc est, acerbae passionis, quam pro redemptione mundi sustinuit.) Et qui vouit: *Si introiero in tabernaculum domus meae* (hoc est, quiescens in cordibus Iudaeorum per fidei, maxime vero in corde Virginis, quae illi singulariter tabernaculum ad habitandum praestitit) *si ascendero in lectum strati mei* (hoc est, per ascensionem locum quietis meae perpetuum in caelis statuam) *donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Id est, Ecclesiam perditam ab Adae, in quo tota corruit; & propterea dicitur reedificari, & diruta eius restaurari, quia per fidem in Christo reedificantur. Ecclesia igitur, quae optime sub Dauide stetit, & quia Christus ex semine David ortus est, recte per tabernaculum David intelligitur Ecclesia, non solum ex Iudaeis, sed etiam ex Gentibus. Et ut tabernaculum defendit a pluuia, & tempestatibus, quod tantum est viatorum, siue peregrinantium, pastorum, atque eorum qui bellant, quod tamen omnimodam quietem nondum praestat: ita Ecclesia Dei defendit quidem eos, qui in ea sunt, ab ira Dei, ac daemonum insultibus, non tamen adhuc firmam pacem praestat, quia more bellantium his qui in illa versantur, pugandum

est & militandum, & instar viatorum peregrinandum in patriam, & more pastorum, humili forte agendum est. Vnde Petrus dicebat: *Certus sum quod velox est depositio tabernaculi mei:* & Paulus: *Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati,* & Dilectus in Apocalypsi, vocat Ecclesiam tabernaculum Dei cum hominibus. Chaldaeus tamen paraphrastes vertit: *Tempore illo suscitabo regnum domus David,* quod collapsum fuerat, & condempnata eorum, &c. Sed reuera regnum Christi aliud non est quam eius Ecclesia collecta ex Iudaeis, & Gentibus. Subdit: *Ut requirant ceteri hominum Dominum, & omnes Gentes, super quas inuocatum est nomen meum.* Quibus in verbis videtur Deus polliceri, etiam alijs extraneis gentibus aperiendam esse Ecclesiam, non propter merita legis, aut circumcisionis, sed ex mera gratia: respectu enim Dei hominis facti nullus homo est amplius alienigena. Et propterea dicitur iuxta Hebraeam literam, *Reedificabo sicut in diebus antiquis,* id est, ante legem, cum nondum erat differentia Iudaei, & Gentilis. Et ita hoc testimonium ob haec postrema verba de Gentibus, super quas inuocandum est nomen Domini, ad rem ipsam recte producitur. Et ita per tabernaculum David, intelligenda est Ecclesia ex Iudaeis. **Dixit Dominus faciens haec.** Quicquid Deus pollicetur, & vouit, & docet, & vult facere. **Notum a seculo est Domino opus suum.** Hoc est, Ab aeterno praesciuit quid facturus esset cum Gentibus: nihil igitur hic temere fit, siue in repudiandis Iudaeis, siue in asciscendis Gentibus. Vel Deus omne opus suum quod fecit, dilexit, id est sine distinctione Iudaei instaurat. Vnde Pauli illa vox: *An Iudaeorum Deus tantum? nonne & Gentium? Imo & Gentium.* *Propter quod ego iudico, non inquietari eos, qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum.* Nemo existimet haec verba significare praestantiores sententiam, aut superius iudicium: tum quia hoc esset Iacobo dare primatum, ac Petro tollere, quod nemo dixit, tum quia sententia communi consensu dictata inferius continetur,

2. Pet. 1.  
2. Cor. 5.  
Apocal. 21.

Quod sit regnum Christi.

Dei Optimi. Max. aduersus Gentes benignitas, quanta, undeque effusa.

Expenditur haec Hebraea litera: Reedificabo sicut in diebus antiquis.

Qualia promissa sint Dei.

Notum a seculo quod sit Domino opus suum.

Rom. 3.

Iacobi sententiam quam dixit, aliorum sententias minus praesualisse, ex quibus non obicere perspicitur possit.

cum

Quid, suscitabo tabernaculum David. Psal. 131.

Explicatur & illud: Memoro Domine David, & omnis mansuetudinis eius, & reliq.

Ecclesia Dei quare tabernaculum appellatur.

Quaenammodum non erant inquietandi, qui ex Gentibus conuertebantur ad Deum. Actor. 15.

Contaminationes idolorum quae dicantur.

1. Cor. 8.

Rom. 14.

Vnde constat, Iudeos simpliciter fornicationem illicitam agnouisse, non autem Gentes.

Deut. 23.

Tobie 4.

Prouerb. 5.

Genes. 38.

1. Cor. 6.

Ethnici quare fugere debuerint fornicationem.

Abstinerere a suffocato, & sanguine, quid: & cur hoc praecipuum fuerit.

cum dicitur: *Tunc placuit Apostolis, & Senioribus cum omni Ecclesia, &c.* Dicere ergo, Ego iudico, nihil est aliud, quam, Mihi ita videtur, vel, Meum hoc est iudicium. Et ait; *Non inquietari eos qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum; nimirum per ceremonias inuitiles, & eis parum gratas, imò odiosas inuitiles, ad tempus tamen reliquae sint Iudaeis, de quibus dixerat: Quid tentatis Deum imponere iugum (scilicet legis Mosaicae) super ceruices discipulorum. Sed scribere ad eos ut abstineant se a contaminationibus simulachrorum, & fornicatione, & suffocato, & sanguine.* Haec addidit in gratiam Iudaeorum tanquam eorum peculiaris Episcopus, ut in charitate unirentur Gentibus, donec perfecta esset illorum malitia, quae cedere Gentes iussit. Contaminationes idolorum vocat ea, quae edere ad idololatriam materialiter spectabat, & edere offendebat Christianos, qui oderant idola. Quae de re monet Apostolus 1. Cor. 8. quatenus illa edere, conscientiam poluat, aut fratrem scandalizet, tunc ab illis esse abstinendum. Secundò, prohibet simplicem fornicationem, quam Gentes peccatum esse non putabant: secus Iudaeis, cui dicitur: *Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel:* ubi Hebraice dicitur *Pathicus.* Tob. tamen 4. dicitur: *Attende tibi filii mi ab omni fornicatione,* & Salomon Prouerb. 5. *Ne intenderis fallacia mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & vitidus oleo guttur eius.* Et infra: *Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius;* & Thamar fornicariam iussit Iudas igni tradi. Et Apostolus: *Fugite, inquit, fornicationem,* Gentiles tamen eam licitam esse existimabant, cum tamen contra bonum existat humanae generationis, & contra bonum educationis, instructionis, atque adeo dilectionis prolis: quorum singula per se reatu aeternae mortis digna existunt. Tertio, censet Iacobus eos a suffocato abstinere; hoc est, ab esu animalis per suffocationem occisi, vel, quod idem est, a sanguine cum carne compresso, siue a manducatione sanguinis nudi, quo

rum esus Noë, & filijs erat interdictus, & Iudaeis. Atque hoc praecipuum non omnibus Gentibus datum est, sed tantum iam Christianis, & ex illis partibus Syriae, & Ciliciae propter pacificum conuiuium cum Iudaeis infirmis, non quasi lex obligaret eos. Ex his habes, Ecclesiam posse suis praecipuis obligare etiam in his, quae non sunt expressa in Scripturis: ut constat de praecipua abstinentia a suffocato & sanguine. Sed hoc praecipuum breui temporis spatio aboluitur fuit, & reuocatum, cum plene constitit Moyse legem omnino esse Iudaeis abrogatam, neque ullam vim obligandi eam amplius habere, etiam Iudaeos: tum enim non opus fuit ex Gentibus ad Christum conuersis, vel propter pacificum cum fidelibus ex Iudaismo conuersis conuiuium, haec praecipua obseruare. Rectè siquidem B. Augustinus tria legis Mosaicae tempora distinguit: primum, quo viua fuit: deinde sequens, quo mortua: tertium, quo mortifera. Viua fuit usque ad Christi mortem, ubi nullam consummauit: mortua fuit, & inutilis reddita a morte Christi usque ad completam praedicationem Apostolorum per quadraginta annos, & urbis excidium: ab eo deinceps tempore non tantum mortua, sed etiam mortifera ac perniciose extitit obseruantibus. Patres tamen antiquis nonnulli testantur, haec de suffocato, & sanguine ab Apostolis fuisse prohibita, quatenus ad idololatriam pertinebant. Sic Orig. libro contra Celsum. Greg. Nazianz. orat. in sanctum Pascha, Cyril. Ierosol. Catech. 4. & Tertull. in Apologetico. Et si autem Augustinus libro contra Faustum interpretetur Gentibus prohibitum, ne sanguine, & suffocatum ederent: praefero tamen expositionem eiusdem eodem loco, & quam etiam in libro, quae inscripsit Speculum, profert, illis verbis significatum, ne quis se homicidio contamineat. Ex quo etiam constat, eum non legis nomen suffocati. Et Ambros. in cap. 2. ad ad Gal. testatur a Graecis additum verbum suffocato. Sic etiam interpretatur Patianus vetus autor in exhortatione ad poenitentiam, & Chrys. in Act.

Genes. 9.

Deut. 12.

In quibus etiam obligare fideles Ecclesia possit.

Praecipuum abstinentiae a suffocato, & sanguine, quae diu vigerit.

B. August.

Lex Moysi quando viua, quando mortua, & quando coeperit esse mortifera, teste August.

Esus sanguinis, & suffocati cum fuerit vetus, patrum sententia.

Orig. lib. 3. contra Celsum, tom. 2. Greg. Naz. Cyrill. Ierosolymitanus, Tertull.

Aug. li. 32. contr. Fau. cap. 13. Idem.

B. Ambros. tom. 5.

Patianus vetus autor Chrys. loco praescripto.

Tom. 12.

ii legit

Cyprian. li. 3. ad Quirin. c. 119.

Iren. lib. 3. cap. 12. sub finem. Tobie 4.

Summa legis Naturæ prædictis verbis, abstinendi scilicet à fornicatione, &c. ab Apostolis fuisse comprehensam.

Actor. 15.

Coloss. 2.

legit quidem suffocato, sed eadem prohibitam exponit. Et ante hos Cyprianus ad Quirinū: *Visum est, inquit, Spiritui sancto, & nobis, nullam imponere sarcinam, quam istam, quæ ex necessitate est, abstinere nos ab idololatrijs, & sanguinis effusione, & fornicatione. & quacunque vobis fieri non vultis, alijs ne feceritis.* Sic Irenæus libr. aduersus Hæreses: *Præcipiendum eis ut abstineant à vanitatibus Idolorum, & à fornicatione, & à sanguine, & quacunque nolunt sibi fieri, alijs ne faciant.* Secundum illos ergo veteres Patres, Apostoli illis verbis complexi sunt summam legis naturæ, ad quã sub gratia constituti obligantur. Ut enim Apostolus in vita sobria, iusta, & pia comprehendit legem Naturæ; ita Concilium Apostolorum comprehendit detestanda per impietatem, fornicationem, & homicidium, & quacunque proximi iniuriam. Alioqui cur Apostoli dicerent senolle vllum onus imponere nisi ista necessaria? ubi satis indicatur ab alia necessitate illa vocari necessaria, quàm à sua impositione, vel positio præcepto. Quomodo item Apostolis, qui tradebat fratribus decreta, quæ ab Apostolis in Ierusalem ordinata erant, post hoc concilium scribit Colossensibus: *Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, &c. quæ sunt umbra futurorum, si Apostoli Gentilibus fratribus imposuerunt præceptum legis de non edendo san-*

guine, & suffocato, quod erat inter ceremonialia umbratile? Tertullianus quoque libro de Pudicitia non meminit suffocati, & interpretatur seruatum esse mœchiæ, & fornicationi locum inter idololatriam, & homicidium; interdictum enim esum sanguinis multo magis humani intelligimus.

*Moses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in Synagogis, ubi per omnem Sabbatum legitur.* Quasi diceret, ut exponit Chrysostomus, Non hæc scribimus Iudæis, quod illis Moses perpetuo loquatur, & suos habeat professores, & obseruatores: nondum enim lex abrogata erat, sed cum honore sepelienda. Lætionem verò Moyfi per omnem Sabbatum fieri solitam in Synagogis, tradit Iosephus in libro contra Apionem Grammaticum: quem admodum quoque apud nos omni die Dominico proponitur Euangelium; quod plerumque à prædicatoribus explicatur, ut ita iugis & perpetua permaneat apud nos lex ipsa Euangelica; quæ nihil est aliud quàm Iesus Christus Dei Filius incorporatus, docens, operans, moriens, atque resurgens, nosque suo Spiritu ditans, iustificans, atque beans, cui cum Patre & eodem Spiritu sancto sit omnis honor, gloria, potestas, & imperium in sempiternum. Amen.

Tertull.

Chrys. ibid. tom. 3. Iudæi quàm studiosi legis Mosaicæ olim fuere.

Iosephus li. 1. contra Apionem Grammat.

Quid sit lex Euangelica.



TRACTATUS XLIIII.

IN verba illa: *Tunc placuit Apostolis & Senioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiã cum Paulo & Barnaba, Judam qui cognominatur Barsabas, & Silam, viros primos in fratribus, scribentes per manus eorum, Apostoli, & Seniores fratres, his, qui sunt Antiochia, & Syria, & Cilicia fratribus ex Gentibus salutem, &c. Act. 15.* Atque hîc in primis explicatur quid & nomine, & re Concilium, & quotuplex; & cuius sit institutionis, Diuinæ, an Ecclesiasticæ.

Apostolorum Ierosolymita no in concilio controuersia quo minime spectauerit.



D dilucidiorum explicatio nem eorum quæ sequuntur, in primis præmittendum est, quæstionem in hoc Concilio agitari non fuisse, legem simpliciter fuisse abolitam, siue abrogatam Iudæis: nam hoc non fuit in controuersiam vocatum: ut enim superius attigimus, lex suum tempus habuit, quo vixit vsque ad Christi mortem: à cuius interitu lex quidem ita mortua est, ut tamen non esset mortifera vsque ad plenam prædicationem Apostolorum per vniuersum orbem. Ita quippe conueniebat, ut honorificè ad sepulturam deduceretur Synagoga: quanquam B. Petrus sua in sententia non nihil de inutilitate legis attigit, cum dixit, legem iugum esse, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus. Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, sicut & illi. Vbi ad salutem nihil facere legem indicauit, cum etiam per illam dum vigeret, non fuisse Patres salutem consecutos afferret, nisi per Mesiæ gratiam; quanto magis nunc, ubi à Domino esset impleta, & in cruce extincta, & iam inanis reddita esset & otiosa.

Legis imbecillitas quibus verbis à Petro declarata, atque ostensa.

Controuersia igitur erat, an credentibus ex Gentibus in hoc, ut Christus esset illis salutaris, necessaria existeret circumcissionis, & reliquarum ceremoniarum obseruantia; id enim urgebant Pharisei credentes. Sed definitum est, nulla ratione necessariam existere, præter illa pauca, quæ addiderunt de abstinentia ab idololatrijs, & suffocato, & sanguine ad alendam, & seruandam concordiam. Sunt igitur illæ duæ diuersæ quæstiones, et si, quod attinet ad materiam, idem sint.

Hæc autem lubet Diuinæ prouidentie ordinem admirari: cum enim lex omnino esset tanquam abrogata, & abolita prædicanda, & Gentibus esset communicandum Euangelium, non hæc vno die facta sunt, ne credentes ex Iudæis retrocederent, & Christum desererent, sed sensim, & per gradus quosdã. Primò enim post Iudæos vocati sunt Samaritani, qui semi Iudæi erant. Deinde Gentiles in Cornelio Centurione, & domesticis ei, qui per Petrum vocati sunt. Tertio, in hoc Concilio declaratum est, Christum Gentibus conuersis ad fidem, satis esse sine

Scopus omnis eius controuersia: qualis fuerit.

Quam, admirabili scilicet, Dei prouidentia antiquas legis obseruantia deseruit.

Actor. 8. Infra 10.

Nequaquam Iacobi Apostoli sententia Petri illa superiorum extitisse, ut quidam asseruerunt

Duo precepta illa, abstinere si scilicet a fornicatione, & ab idolothyis, Evangelica esse potius quam legalia, vnde constat.

Alta duo: Vt abstinerent a suffocato animalium, & sanguine eius, precepta cur data sint ab Apostolis.

Iacobi sententiam cur Petrus, & reliqui omnes fecerint.

lege ad salutem, donec Synagoga cum honore sepeliretur.

Secundo premittendum, nonnullos nouitatis studiosos sensisse, in Petri sententiam Iacobi iudicium preualuisse, aientes sententiam Concilij illud definiuisse, quod Iacobus dixit, non quod Petrus. Sed profecto si rem perspicacius expendamus, intelligemus, ut superius attigimus, Iacobi sententiam nihil aliud fuisse, quam confirmationem quandam prioris sententiae dictae a B. Petro, & quod Petrus per reuelationem, & miraculum comprobauerat, id ipsum Iacobum Prophetis testimonijs confirmasse. Quod vero addiderit de abstinentia ab illis quatuor, duo illa priora de fornicatione, & de abstinentia ab his, quae sunt immolata idolis, quatenus vel ipsi edentes in conscientia polluebantur, vel alios fideles offendeant, Evangelica prorsus erant, & in Christi lege etiamnum obligant, & non tantum legis Moysei, quoniam moralia sunt: ideo tantummodo fuit legis Evangelicae explicatio, & non legis Moisaicae. In alijs vero duobus, de abstinentia a suffocato animali, & sanguine eius, si ita sit legendum, quomodo etiam legit Syriacus codex, cum illa essent mere legalia, censuit Iacobus credentes ex Gentibus ad illorum abstinentiam attendendos: non quod vlla lege Moysei cogentur ad illud, sed quod ad retinendum pacificum coniunctum cum Iudaeis facere videretur. Consenserunt autem reliqui, & primus ipse Petrus huic iudicio Iacobi, ut propterea non minus possit dici fuisse Petri quam Iacobi: nam illo renuente, nihil obtentum fuisset. Cum igitur illa res modica extiterit, & illos tantum Antiochia, & Syriae, & Ciliciae obligaret, & ad breue tempus durauerit, mirum esse non debet, si per Iacobum fuerit suggesta ipsi Petro, atque toti Synodo, & communi omnium consensu recepta, & in sententia posita. Itaque Iacobus non preualuit in Petri sententiam: quae ab omnibus magna cum veneratione suscepta est, atque approbata, sed Iacobus pauca illa addidit, ut non nihil videretur Iudaeis propter

eorum infirmitatem indulgeri. Urgent deinde, literas missas fuisse non Petri nomine, sed Iacobi, cum nunc primum Pontificis nomen apponatur, & de consilio fratrum, vel Concilij fecisse dicatur. Ad hoc dici potest, variam fuisse consuetudinem, quae tunc erat, ab ea, quae nunc est. Et quamquam Petri autoritas, tanquam summi pastoris, ab illis maxime cognita fuerit, & magna in veneratione habita: tamen modestiae & humilitatis gratia id fecisse censendus est. Quoadmodum tituli illi, qui ei maxime conueniunt, ut sanctissimi & beatissimi patris, aut summi Pontificis, aut summi pastoris, aut Christi Vicarij, aut Principis Apostolorum, aut Episcopi Episcoporum, tunc in vsu non erant. Quaquam superius Lucas aliquam distinctionem inter Petrum & Apostolos indicauerit, cum dixit: *His auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos.* Ita neque in Concilio illa distinctio Petri ab Apostolis, & Presbyteris facta fuit. Voluit enim Petrus alios honorare secum; & quod alios minus intelligentes magis ad credendum inclinaret, legentes sententiam omnium nomine prodire. Et satis fuit, quod vnica eius, ac suprema autoritate, etiam in alios deriuata, concilium illud coactum fuerit, & sententiam definitiuam protulerit: sicut & hodie Concilia & eius autoritate coguntur, & Canones per illa editi robur, & firmitatem ad omnes obligandum non nisi a successoris Petri potestate. Vnde Hieronymus in epistola ad Augustinum, quae incipit: *Tres simul epistolas, scribit de Petro post sententiam dictam in Concilio: Tacuit autem omnis multitudo, & in sententiam eius Iacobus Apostolus, & omnes simul Presbyteri transierunt. Hac non debet molesta esse lectori, sed & mihi, & illi vtilia, ut probemus ante Apostolum Paulum non ignorasse Petrum Principem huius esse decreti, legem post*

Quare Petri, si fuit superior Iacobi sententia, Petri nomine non fuit, verum totius Concilij epistola scripta Antiochenis?

Quenam appellationes Romani Pontificis, ac tituli olim minime fuerint in vsu.

Actor. 2.

Petri modestia.

Eiusdem, successorumque eius in Concilij autoritas quanta sit. B. Hieronymus. tom. 2. prope finem.

Vndenam tanta inter summum Pontificem, & alios Episcopos prae diuersas appellationes sit orta distinctio.

In concilio illo ab Apostolis celebrato definitioes quae iuris sunt Diuini, quae humanae, & Canonicae.

His quae idolis immolantur, quatenus vesci liceat.

Quae ab Apostolis & Senioribus in Concilio fuerit definita, de abstinentia ab idolothyis & sanguine, iuris, & quidam voluerunt, Diuini minime fuisse. 1. Cor. 10. 1. Tim. 4. Quid ius Ecclesiasticum, & Canonicum, quid diuinum.

*Euangelium non esse seruandum.* Hec ille. Quod vero nunc tanta distinctio fiat inter summum Pontificem, & alios Episcopos per varias appellationes, ac diuersos titulos: & haereticorum importunitas, & Principum rebellio, & Episcoporum schismata coegerunt, ut iam alia ratione & ipsi de seipsum Pontifices, & nos de illis loquamur, ut dici possit: Hae aetas alios mores, & aliam loquendi rationem postulat. Tertio premittendum est, hanc definitionem, qua credentes ex Gentibus non arctantur ad circumcisionem, & ad legis onera, Diuini iuris extitisse, ac propterea in hodiernum usque diem legem hanc habere vim suam, atque immobilem in posterum futuram: quoniam tantum Diuinum ius nobis explicauit. In his vero, quae dixit de immolatis idolis, ac de suffocato, & sanguine, legem tantum Canonicam, & Ecclesiasticam fuisse: quae & dispensari potuit, & abrogari, sicut & reuera abrogata est. Nam si quis eis, quae immolata sunt idolis, vescatur, modo facto illo offendat neminem, & ipse non ob honorem aliquem idolis tribuendum, sed ob necessitatem suam subleuandam, cum gratiarum actione vescatur, id facit licite, & creatura Dei recte vititur, quemadmodum Apostolus docet 1. Corinth. 10. *Si quis, inquit, vocat vos infidelium ad cenam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit, Hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam: conscientiam dico, non tuam, sed alterius.* Tolerabile vero non est, quod quidam iuris diuini propagatores, amplificatoresque, hae praecipua iuris diuini proprie esse tradunt: sicut illa de muliere orante velato capite, & de Episcopo non eligendo, qui exiterit plurimum vxorum vir, vel percussor, & similia. Constat siquidem, ius Ecclesiasticum, & Canonicum illud esse, quod interueniente autoritate maiorum nostrorum immediate conditur: illud vero Diuinum proprie tantum est, quod a Deo sine vlla hominis autoritate proficitur: quae

quam postea accedit homo ut praeco & promulgator legis Diuinae. Hic autem ipsi Apostoli statuerunt sua autoritate. Adhaec cum haec breui sint abrogata, & indices illa Pauli statuta ex causa dispensentur, oporteret asserere, Diuina mandata esse abolita: quod minime confitendum est, ut in superioribus Tractatibus ostendimus. Intelligo tamen Graecos etiam hodie abstinere se a sanguine. Sed si virtute huius praecipui, quod iam abrogatum esse constat, id faciunt, non sine superstitione obseruant, quia videntur ad legis ceremonias propendere: si autem ob id, quod naturaliter ab illis cibis abhorreant, aut alia honesta de causa, minime sunt a nobis reprehendendi: sicut nec nos qui certis diebus ob reuerentiam Dei, vel B. Virginis, Sanctorumve, a certis ciborum generibus sponte abstinemus. Illud porro intolerabile, quod Lutherus in quadam ad populum concione Concilium hoc primum, cui Apostoli interfuerunt, errasse ait, eo quod senserint, legem Dei & opera necessaria ad salutem. Sed profecto rabies egit transuersum Lutherum ad iactandum tam indignum verbum in Domini Apostolos, qui Spiritu sancto pleni erant, & qui dixerunt: *Visum est Spiritui sancto, & nobis.* Nec intelligere voluit, illud praecipuum imbecillitati Iudaeorum fuisse indultum ad tempus, donec Synagoga cum honore sepeliretur. Sed nonnumquam non est, Lutherum ita insanire in Concilia (ad quae tamen ab initio prouocabat) dixit enim in sua Captiuitate Babylonica, saepius errauisse Concilia, praesertim Constantinense. Sed iam ad litteram explicandam redeundum est. *Tunc placuit Apostolis & Senioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex eis.* Merito ad omnem suspicionem adimendam, quam Antiocheni erga Paulum, & Barnabam potuissent habere, per alios Ecclesiae Ierosolymitanae primos scribunt. Et dicitur: *Cum omni Ecclesia, nimirum approbante decretum Apostolorum & Seniorum, hoc est, Concilij, ideo in epistola, Apostoli tantum, & Presbyteri ponuntur.* Nam quod

Graeci etiamnum a sanguine abstinent, & an licite, nec ne.

Concilium Apostolorum Act. 15. celebratum, errasse, Lutherus impius ille quare blasphemauerit.

Actor. 15.

De Concilijs item alijs concumenicis & orthodoxis idem magnus nebulo quid senserit, & dixerit.

Apostoli, & Seniores Iudaei, & Sila cum Paulo, & Barnaba, cur miserunt ad Antiochiam nos.

additur in Græcis codicibus, καὶ οἱ ἀδελφοί, hoc est, & fratres, & in codice Syro abundare videtur, quia fratres præter Apostolos & Presbyteros, hoc est, Episcopos, non habent auctoritatem præcipiendi; quam tamen habent illi, quorum nomine Epistola scribitur, probabilior est lectio nostræ editionis, quæ habet, Apostoli, & Seniores, fratres; ut Apostoli, & Episcopi se fratres ex modestia nominent, quò magis persuadeant obedientiæ iugum complecti. Deligunt autem Iudam, & Silam, tanquam Apostolos, siue legatos Apostolorum. Et ut ponderavit Oecumenius, ut Barnabas, & Paulus suspicione omni apud ipsos vacent; vel ne calumniam pateretur, eò quòd illi cum ipsis missi fuissent, commendantur ab Apostolis, ut charissimi, celebranturq; quasi homines, qui pro nomine Iesu Christi Domini nostri animas suas tradiderunt. De quibus ita scribit ad Timotheum: Tu autem, inquit, affecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, &c. patientiâ, persecutiones, passionis: qualia mihi facta sunt Antiochia (scilicet Pifidiæ) Iconij, Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. Missi verò sunt Iudas, & Silas. Et Iudas qui cognominatus est Barsabas, distinctus à Ioseph, qui cognominatus est Barsabas Actor. 1. & à Ioseph, qui cognominatus est Barnabas Actor. 4. Scribentes per manus eorum, Apostoli & Seniores, fratres, his, qui sunt Antiochia & Syria, &c. Hæc Epistolæ inscriptio indicat generale fuisse concilium, & plures quàm duos, vel tres fuisse Apostolos: nam illis magis conuenit indefinitum nomen Apostolorum. Quòd si singulares sententias non protulerunt, ut Petrus & Iacobus, id factum est, quia non erant amatores ostentandæ doctrine, & quia in Petri, & Iacobi sententiâ pedibus ierunt. Ioannē quoque ibi adfuisse, testatur Paulus ad Galat. 2. qui tamen hæc aliquid singulariter dixisse non scribitur. Deinde obserua, hanc epistolam nomine omnium conscriptam fuisse, ut videri possit instar subscriptionis, quam Episcopi de more in

Concilijs Generalibus adhibere solent, ut legimus factum fuisse in Concilio Niceno, atque alijs, & nuper finito Concilio Tridentino, omnes, ad quos spectabat, adhibuerunt subscriptionem. Quòd verò Apostoli salutant, dicendo, Salutem, nemo miretur, quasi hæc Gentilibus communis sit sit saluatio. Nam Ethnici æternam corporis, & animi salutem profus ignorarunt, & præsentem spirituale salutem, quæ per Christum est, & Spiritum sanctum corda inhabitantem non agnouerunt. Ideò hoc Christianorum est, & præcipuè Apostolorum, qui ad eam vocati sunt possidendam, & in alios deriuandam; ita salutare certè Apostolicum est, ut hinc fecerunt Apostoli, & Iacobus frater Domini in principio Epistolæ suæ ita salutatur. Subdit: Quoniam audiuimus quia quidam ex vobis exeuntes, turbauerunt vos verbis, euerterentes animas vestras. Causam proponunt, ob quam & ad congregandam Synodum, & ad definiendum descendere coacti sunt. Quidam, inquiunt, ex vobis exeuntes, id est, à vobis edoceri Christianam legem, sed non missi, & idcirco nullius auctoritatis, cum spontè ex seipsis ad vos venerint, & turbauerint vos verbis, euerterentes animas vestras, hoc est, prædicantes salutem animarum noxia, atque perniciosa dogmata. In Græco, & Syriaco codice habentur hæc verba: Et iubentes vos circumcidi, & seruare legem: nam his illi labefactabant animas eorum, reuocantes eos ad legem, quæ illis lata non erat, & quæ iam per Christum extincta, vim ullam obligandi etiam ipsos Iudæos non habebat. Placuit nobis collectis in vnum. Non tantum in vnum locum, sed etiam in vnam sententiâ, & mentem. Ex quo ostendunt Christi assistentiam secum habuisse: quia Dominus dixerat; Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et tunc solidum esse solet quòd in Concilio deciditur, si vniuersi Patres in vnum sensum in dogmate Fidei definiendo conueniant, aut ferè vniuersi: & nihil refert, si pauci dissentiant. At verò vbi partes ferè sunt æquales; aut multi

Idem, Echinorum more, cur eos saluauerint.

Propriū Christianorum quid.

Qui Antiochenos conturbabat verbis, & euertere eorum animas tentauerant, quinam illi fuerint.

Quomodo illi nebulones Antiochenorum fidelium euerterebant animas.

Quo verbo insinuetur, Ierosolymitano illi Apostolorum, & Seniorum Concilio Christi adfuisse.

Matth. 18. Quæ in Concilio deciditur, vnde robur habeant.

Quos penes sit auctoritas in Concilio.

Iudas, & Silas missi ab Apostolis, quantæ auctoritatis illi. Oecumen. in Acta.

2. Tim. 3.

Iudas quis ille.

Epistola illa Apostolorum & Seniorum Antiochenos qualis videri possit

numero, & sanctitate vitæ, & doctrina insignes dissentiant, certum Fidei dogma quomodo cõdi possit; prorsus ignoro, etiam si ad Canones ad reformationem spectantes decernendos, satis esse possit vnius aut alteri suffragij victoria: quia si quicquam esset erroris in illis statuendis, possunt temporis progressu sine nota Concilij aut abrogari, aut in meliores, & conuenientiores commutari.

Visum est enim Spiritui sancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, &c. Omne Concilium Catholicum, & Orthodoxum, debet in Spiritu sancto congregari: debet etiam per Spiritum sanctum legitime procedere: vnde & solennibus precibus inuocatur, ut Episcopis assitens inducat eos in omnem, quæ Filius Dei promisit veritatem, sed præcipuè in eam, quæ post disputationes præcedentes tunc definienda est. Illi ergo ut primo sacri Concilij auctori, & præfecto, primæ Synodi partes tribuendæ sunt, posteriores verò præsidentibus sanctæ Synodo, hoc est, Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ legatis, ac cæteris vigilatibus Episcopis qui adsunt. Propterea rectè dicitur: Visum est Spiritui sancto. Horrenda autem est Theodori Beza vox, atque blasphemia, qui in Præfatione Noui Testamenti ex Græco in Latinum à se conuersi scripsit, Satanam, non Spiritum sanctum præfuisse Synodis Generalibus. Quis hæc portenta verborum æquo animo ferat? aut quis hinc non agnoscat peccatum in Spiritum sanctum, quod non remittitur neque in hoc seculo, neque in futuro.

Neq; ex hoc verbo colligas, quicquid in Concilio definitur, esse iuris diuini, cum constet in Synodo tractari non solum ea, quæ ad Scripturarum explicationem faciunt, sed etiam quæ ad reformationem spectant, & mores hominum componendos, quæ manifestè ad ius positium pertinet, siue Canonicum. Alioqui, si quicquid in Concilijs agitur, iuris esset diuini, cum omnia illa potuerint dicere: Visum est Spiritui sancto, & nobis; magna pars nobis iuris diuini interijf-

set, vel defuetudine abrogata fuisset, & per Pontifices in alias leges commutata: quæ omnia planè sunt absurda. Quia igitur quod in Concilio statuitur in his, quæ ad disciplinam Ecclesiæ spectant, ab Episcopis ipsis immediate proficiscitur, & ab Spiritu sancto non nisi, ut sic dicam, mediate; propterea talia decreta Canonica sunt, & Ecclesiastica, & non propriè instituta diuina.

Deinde obseruandum est, quòd vntententiæ iudicium causam & rationem non solent continere, ne forte tanquam minus idoneæ reijciantur: ita nec isti Concilij sententiæ, sicut nec aliorum Conciliorum, vel decretorum Pontificum, nulla subesse causa inuenitur, aut ratio, aut Scripturæ testimonium: licet debeat prius præcedere inquisitio Scripturarum, rationum, & sententiarum antiquorum Patrum: quòd sententiæ veritati, & sanctorum Patrum traditioni, atque rationi sit consentanea: ita enim leges promulgari decet. Quod autem B. Petrus inquit: Ut parati simus semper ad satisfactionem omnium poscentium nos rationem de ea, quæ in nobis est, spe, & fide: & oportere Episcopum talem esse, qui potens sit in doctrina sana exhortari, & eos qui contradicunt, arguere: intelligendum est de ijs rationem à nobis poscentibus loqui, qui parati sūt discere, vel corrigi; scilicet de his, qui se incorrigibiles præstant, quos expedit post vnam & secundam correptionem deuitare, cum non ignoremus illos esse subuersos, & proprio iudicio condemnatos, ut ait Apostolus. Hinc etiam anathemata renitentibus suscipere definita; merito infliguntur in Concilijs. Nulla etiã in illis causa expressa, & ut quid tenere debeant fideles, præcedere solet doctrina: & ut hæreticis timore reuocentur, adduntur anathemata: quòd si noluerint resipiscere, à Catholicis declinentur, tanquam anathematis mucrone percussis. Hinc autem non sunt vsi anathemate: quoniam blandius tunc agebat Ecclesia, & volebat Iudæos infirmos paulatim lucrifacere, & ad viam veritatis reuocare. Paulus tamen cap. i. ad Gal.

Rationes, & causas eorum, quæ in Concilio definitur, Apostoli quare superasserint.

Illud B. Petri: Parati semper ad satisfactionem omnium poscentium nos rationem de ea, quæ in nobis est, spe, & fide, quomodo accipiendum sit.

1. Pet. 3. Tit. 1.

Infra. 2.

Apostoli, & seniores cur nihil sub anathemate instituerint.

Paulus Galatis scribens, eos qui aliter euangelizarent, cur plectitur anathemate.

Ierofolymita ni Concilij leges Act. 15. quae ab Apostolis necessitate dicuntur.

Charitas lex est omnium legum.

Clem. Rom. lib. 6. Constit. Apostol. capit. 12. in fine.

Apostolorum Canon quando conditi fuerint.

Ioan. 14. & infra. 16. & saepe alibi.

Mos Conciliorum omnium Occumenicorum.

cum essent illi à pseudopostolis seducti, & cum Gentiles essent, & ad seruandam legem per eos cogentur, merito in illos intorsit anathema, dicens: Sed licet nos, & Angelus de caelo euangelizaret vobis, praeterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Illi enim, in quos infligit anathema, contendebant docere contra id, quod in hoc Concilio definitum erat. Vnde & cap. 2. eiusdem epistolae Apostolus recenset, quomodo huius rei gratia cum Barnaba ascenderit Ierofolymam ad Apostolos ex Antiochia. Vocat autem Concilium illas leges, necessarias, non quidem simpliciter ad salutem, cum paulo post fuerint abrogatae, sed propter pacem seruandam, & concordiam: nam charitas lex est omnium legum. A quibus custodientes vos, bene ageris. Valete. Quibus verbis ostendit fructum eorum, qui illas leges seruarent, & quod illas leges charitatis proximi gratia custodientes non Iudaizarent, sed bene, & Euangelice agerent. Et addunt quod de more addi solet epistolis, Valete; ut ex eo verbo colligerent, integram fuisse, & nihil illi fuisse detractum, aut additum, & omnia suspitione careant. Epistolae etiam breuitas grauitati Apostolorum conuenit, & maiestati. Constitutio Apostolica apud Clementem post appositam epistolam Concilij missa ad fratres Antiochiae, & Ciliciae, subiungit, Atque epistolam quidem misimus, vos vero per aliquot dies mansimus Ierofolymis, sicut deliberantes quae ad communem utilitatem, & ad corrigendas res pertinebant. Haec tenet constitutio: Et probabile est admodum, tunc fuisse Canones Apostolorum ad recte gubernandam Ecclesiam conditos; quia sine illis Ecclesiae gubernatio manca fuisset, & quia Dominus pollicitus erat Spiritum sanctum, per quem de necessarijs ad salutem Ecclesiam instituerent: & inde sumptus videtur ille vetus mos, ut in omnibus Concilijs Orthodoxis, post definitionem articulorum, qui in dubium reuocati erant ab haereticis, continuò Canones ad disciplinam, & morum reformationem spectantes adiungant. Quod verò hi sunt 85. Canones per Clemem-

tem conscripti, qui communiter Conciliorum libro praefiguntur, alio huius libri commodiori loco, si non fallor, abundè demonstrato: etiam à quibusdam temerè ut apocryphi reiciantur. Illi ergo dimissi descenderunt Antiochiam, & congregata multitudine, tradiderunt epistolam. Fideliter executi sunt munus sibi delegatum Iudas, & Silas, & accepta epistola mirifice consolati sunt. Nulla quippe maior consolatio, quam veritatem ad salutem necessariam agnoscere, & praesertim ab ipsis Apostolis tanta solennitate, & charitate declaratam. Addita est & altera illis consolatio ex legatis ad missis Iuda, & Sila, qui cum essent Prophetæ, hoc est, diuinæ legis interpretes, & Prophetarum vaticiniorum expositores, plurimum sua praesentia & verbo contulerunt ad duplicandam eorum consolationem: nam oraculis explanatis ostendebant, Gentes credentes in Christum non esse arctandas ad legem Moysi. Et hoc est quod dixit: Verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmauerunt. Facto autem ibi aliquanto tempore, dimissi sunt cum pace à fratribus, qui miserant illos. Visum est autem sila ibi remanere. Haec aperta sunt. Vide autem prudentiam, quod non statim legatos ad se missos dimiserunt, sed aliquanto tempore eos retinuerunt, quod non solum illorum praesentia atque doctrina confirmaretur, sed quod etiam significarent, se obediens extitisse illorum decretis. Dimittendos ergo iudicauerunt, etiam, ut probabile est, cum rescriptione. Et cum audis, eos dimissos cum pace; intellige adiunctos fuisse comites itineris, & viaticum necessarium: ita enim decet, ditissimam, & amplissimam ciuitatem Antiochiae honorifice remittere legatos ad se destinatos. Verum alter eorum Silas, instinctu fortassis Spiritus sancti, voluit ibi remanere, quod Paulo adiungeretur comes in peregrinatione ad euangelizandum, quam relicto Barnaba, & illo assumpto, paulo post instituit, ad gloriam, & honorem Domini nostri Iesu Christi, in secula seculorum, Amen.

Omnium consolatio maxima quam censeri debeat.

Iudas & Silas quales illi fuerint Prophetæ.

Antiocheni fideliū prudentia, & grauitas.

Quare Silas remansit Antiochia, nec ad Apostolos rediit.

Admonitio ad Lectorem.

Eodem consilio, quo supra disputationem de iurisdictione remisimus in calcem Historia Apostolica, remittimus, licet huic loco esset accommodata, disputationem de Conciliorum autoritate: eam igitur inuenies predictae controversiae subiecta, à tract. LXXVII. inchoata, & ad finem usque deductam.



TRACTATUS XLV.

In illa verba: Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochia, docentes, & euangelizantes cum alijs pluribus verbum Domini. Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates, in quibus praedicauimus verbum Domini, quomodo se habeant. Barnabas autem volebat secum assumere & Ioannem, qui cognominabatur Marcus. Paulus autem rogabat eum (ut qui recessisset ab eis, &c. Act. 15.

Pauli, & Barnabae ingens fructus praedicationis.

Act. 11. Antiochena vrbs duplici nomine commendabilis.

Ea in vrbe quoniam contigit historia

EXPLICANDA nunc est, & prosequenda nostri textus litera: vbi in primis tradit B. Lucas, Paulum & Barnabam diligentem operam praedicationi verbi Dei impendisse: & non tantum illis duos, sed etiam alios sibi adiunctos in eo ministerio fuisse. Et commendatur Ecclesia Antiochena, non tantum quod illi primi dicti sunt Christiani, & Concilium fuerit propter eam instruendam coactum, sed etiam ex eo, quod multo tempore ibi demorati sunt Paulus & Barnabas euangelizantes. Eo autem tempore quo demorabantur Antiochiae, contigit historia, quam ipse Paulus ad Galat. 2. commemorat. Nam postquam dixerat, ea, quae in illo Concilio gesta sunt, subiunxit: Cum autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restitit: quia reprehensibilis erat. De qua re-

prehensione, siue repugnantia non nihil inferius tractatu. 77. differemus, qua videlicet ratione licita, & iusta extiterit, & quomodo Petrus circa fidem nihil peccauerit: altera vero disputatio, an vera & solida extiterit reprehensio, ut contendit Augustinus, an vero ficta, & simulata, ut Hieronymus, ac Chrysostomus asserunt, non est praesentis loci exequere, cum suo loco sit expedita, & cum hic Acta Apostolorum, non Paulum interpretemur.

Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, Reuertentes visitemus fratres, &c. Necessarium, ac Apostolis dignum munus, visitare fratres qui crediderant; maxime in tenella illa, ac lactente Ecclesia. Nam ut recentes fruges, ac tenerae arbores, agni que, atque ouiculae peculiari indigent cura, atque fomento, quo grandiora, ac

Aug. epist. 19. tom. 2. Hier. to. 2. epist. quae incipit, Incipit de charitate tua, & cetera.

Chrysost. in cap. 2. epist. ad Gal. tomo. 4. Paulus & Barnabas, omnesque Apostoli licet visitabant fratres credentes.

Quod sit mu-  
nus Episcopi

firmiora reddantur: ita primitiæ illæ Gentium, quæ quidæ verbū Dei acceperant, erant solidiori cibo pascendæ. Præclatum autem reliquerūt Apostoli exemplum Episcopis, ut per se ipsos visitent gregē suum tanquā boni pastores; ac ut Archiepiscopi suffraganeos sibi subditos inuisant, eorumque defectus curent, atq; subleuent: denique ut summus omnium pastor, ac Petri successor, si non per se, saltem per suos legatos, & homines autoritate, grauitate, vitæ sanctimonia, atque doctrina insignes omnium prouintiarum Episcopos, & antistites illis superiores curet inuisandos, & confirmandos, ut hac generali Ecclesiæ gubernatione & Episcopos reddat vigilatiores in suo munere, & ipse se prodar, quod est, nimirum totius Ecclesiæ rectorem, atque pastore. Ecclesia quoque non mediocrem fructum & ædificationem perceptura erit, cum quæque Prouintia intelliget & sui ipsius, & sui pastoris curam esse apud summum Pontificē. Quāquam in hac visitatione id præcipue esset elaborandū, ut ad visitandum destinati tanta præfulgeat sanctitate, & doctrina, ut vbiq; possint ædificare, & ne inmodico equitatu, aut famulatu Ecclesias tenues generare videantur.

Episcopi in  
visitatio gre-  
ge quid ma-  
ximè curare  
debeant.

*Barnabas autem volebat secum assumere & Ioannem, qui cognominabatur Marcus: Paulus autem rogabat eum ( ut qui discessisset ab eis de Pamphylia, & non isset cum eis in opus ) non debere recipi.* Marcus olim comitatus Apostolos, laborum magnitudine fractus discesserat ab eis: sed postea confiderans tot ac tantos honores fuisse consecutos in illa ad Gentes peregrinatione Apostolos, compunctus fuit, & pœnitentia ductus venit ad Barnabā cōsobrinū suum. Et cū ei persuasisset, ut se in ministeriū adduceret, Paulus intercessit, non putans esse æquum, ut qui in prioris militiæ tyrocinio discesserat, ad secundam veluti aciem admitteretur. Et fortassis animo præ sagiebat Apostolus, quæ, quāteq; tribulationes, ac persecutiones illos manerēt in Euāgelio, ut præ il-

Act. 13.

Ioannes cogno-  
mento  
Marcus, à Pau-  
lo, & Barnaba  
quare dis-  
cesserat: idē-  
que cur ad  
eos sit reuer-  
sus.

lis priores leuissimæ videri possent: ac pinde in prioribus, quæ leuiora erāt, succubuerat, facile in maiorib⁹ ac difficilioribus cessum: nō est enim omnium; munus pro dignitate præstare Euangelicū. *Si quis, inquit Dominus, venit ad me, & nō odit patrem suū, & matrem, &c. adhuc autē & animā suam, non potest meus esse discipulus.* Grauitè enim peccat, qui ad Euangelij munus subeundū vocati, repente hominum minis, aut insidijs ita terrētur, ut loco cedant, vel veritatē pro hominum arbitrio tractent. Et tales interdū incidunt cōtentiones inter religiosos, qui semel admisi in corpus religionis, ac postea retrocedentē, si respicēs in religionē eadē admitti cupiat, illū quidā ut indignum respiciunt, ne tali indulgentia alij retrocedant, alij vero benigniores recipiēdū censent.

Luc. 14.

Prædicato-  
res verbi Dei  
qui grauitè  
delinquant.

*Facta est autem dissensio, ita ut discederent ab inuicē, & Barnabas quidē assumpto Marco nauigaret Cyprum; Paulus verò electo Sila, profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus.* Verbum dissensio, Græcè est *ἁρμονία*, significatque illam animorum irritationem, quia duo aut intellectu, aut voluntate, aut virōque inuicem dissentiūt, quæadmodum hic videtur accidisse. Et ut ponderat Alexander Monachus in Homilia quadam, qua B. Barnabæ laudes complectitur, vox illa in diuinis literis in bonam partē accipi solita est. Ut cum ait Apostolus: *Consideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum.* Hæc ille in vitis sanctorum collectis per Aloysium Lippomanum ex Simone Metaphraste.

Alex. Mo-  
nachus.

Heb. 10.

Aloysi Lip-  
pom. 2. par.  
Leo Papa.  
Paulū inter  
& Barnabam  
de Marco se-  
cum adducē-  
do, vel non  
adducendo,  
qualis fuerit  
illa contē-  
tio.  
Alterā solu-  
tio.

Mirabitur fortasse quispiā, quod in Apostolicam perfectionem tanta inciderit dissensio, & altercatio. Sed mirari desinet, nō fuisse illā disceptationē de dogmate aliquo Fidei, in qua omnes vnum & idem sentiebant, sed tantum fuit de homine secū ducēdo, vel non adducendo. Hinc Leo epistola ad Anatolium: *Aliud sunt humana etiam inter Catholicos simultates, aliud diabolici, quos fides Catholica damnat errores.* Secundō minus mirabitur, si illud accipiat, quod verum est,

illam

Matth. 26.

Demosthenis  
proverbium.

Qui mitius  
habedi sint.

Oecumen.  
in Acta.

Colof. 4.

Tertia solu-  
tio.

Cū Apostoli-  
cā perfectio-  
ne peccatū  
potuisse ve-  
niale confi-  
tere.

illam dissensionem iudiciorum tantū fuisse, non voluntatum: nam Apostoli erant in gratia Dei confirmati. Salua enim charitate, qua se inuicem diligebant, Paulus zelo ductus iustitiæ, reuebat in suum comitariū esse Marcum admittendum: Barnabas zelo mansuetudinis, ac lenitatis prouocatus, consulebat esse recipiendum: putabat enim ætati aliquid veniæ dandum; quod ut tyro molestijs inter iniuria succubuerat. Nam & Petrus Christum abiurauerat; postea tamen iterum in Apostolum ab ipso Christo assumptus est. Prouerbiū est: Vir fugiens iterum pugnabit. Iam reditus ad Paulum insigne pœnitentiæ testimoniū erat. Et indulgentiū tractādi sunt, qui vltro pœnas sumunt de suis delictis. Adhæc mater Maria in grauisima persecutione fideles exceperat; parcendum ergo tam sancte, & cordatè mulieri fuerat, ne eā immodicus rigor in filium cōtristaret, aut alienaret: Ac proinde nullum vtrinque extitisse odium, ostendūt laudes, quibus Paulus cumulat Barnabā in epistolis. Et Oecumenius in hæc verba scribit: *Dissensio orta est, non ira illa quidem, sed iustitia: Paulus siquidem iustitiam, Barnabas humanitatem requirebat. Marcus autem cum Barnaba aderat, & promptum se se exhibebat: sed Paulus in Ecclesijs non admitti eum monebat, non sanè ut molestia afficeret, sed ut studiosiorem, promptioremque efficeret. Nam vbi cognouit studium iam pristinum recepisse Marcum, eum commendare postea incepit. In epistola enim ad Colossens. Salutat vos, inquit, Marcus Barnaba consobrinus, de quo mandata accepistis, ut si venerit, eum suscipiatis.* Hæc illè. Ex quo elicitur, illum prius mandata dedisse, ne eum reciperent.

Tertiō deniq; nemo mirabitur, cū perfectione Apostolica potuisse consistere peccatū veniale, & ita, si quid humanum hic fuit, ultra non est progressum: quanquā cum vterq; inlicitum boni spiritus sequeretur, Paulus zeli, Barnabas benignitatis, sine delicto, vel veniali, imò cum magno vtriusq; merito hæc contigerūt.

Quæadmodum Moses ac Dauid mitissimi fuerūt, ac mansuetissimi: cōtrā, Helias & Ioannes Baptista spiritum austeritatis, & seueritatis habuerunt, & quisque iuxta illius institutū operando, nulla vituperatione digni extiterunt. Quod igitur mentes hominum, ac iudicia in his quæ non sunt definita, non solum varia, ac diuersa, sed etiam contraria sentire valeant salua charitate; indicat exemplum Angelorum, qui, ut ait Daniel; inter se interdum dissentiunt, integra pace, dum causas hominum tanquam aduocati apud Deum proponunt. Hinc illud: *Princeps regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus.* Patres etiam Concilij interdum dissident, contrariasque plerumque tuentur sententias. Hinc Episcoporu Asiæ cum Victore Romano Episcopo de Pascha celebrando contentiones, & Irenæi cum eodem ex postulatione, quod Episcopos Africanos excommunicationis sententia innodasset. Hinc quoque Cypriani cū Cornelio altercatio, Chrysofomi cū Teophilo Alexandrino & Epiphanio disceptatio, ita ut vterque alteri sinistra, hoc est, diē obitus, vel quod nō perueniret ad Ecclesiam suam, prædixit: hinc etiam Hieronymi cum Rufino, & cum Augustino de rebus fidei grauisimis diuersæ sententiæ: hinc Cyrillus, & Theodorus scriptis inter se certarunt: hinc Gregorij cū Eutychio Cōstantinopolitano de resurrectione acris illa disputatio, quæ eos in grauē morb couecit, & alter eorum periclitatus est; & Bernardi cum Petro Cluniacensi de quibusdam articulis contentio: denique hinc tanta inter Doctores Scholasticos, tamq; ampla disputationum seges, dum quis vnum, oppositum eius alter tuetur, ut tot nobis Scholasticæ Theologiæ libros pepererint: sed hoc in rebus necdum in Ecclesia definitis, & incolumi charitate, ac modestia Christiana factum est; quod si aliqui modum excessere, ut violaret charitatem, aut modestiam exuerent; hoc rarum est, & vitium hominum, non rerum ipsarum, in quibus dis-

Num. 22.  
Psal. 171.  
3. Re. 19. &  
4 Reg. 1.

Quæ virtus  
in Mose, &  
Dauid, quæ  
verò in Helia  
& Ioane Ba-  
pista magis  
enituit.

Dan. 10.

Daniel. 10.

Quæ inter  
Patres, atque  
Doctores va-  
rijs de rebus  
contētionēs  
sunt habitæ,  
intellectus,  
non voluntas  
fuisse dis-  
sidia.

sentiunt,

sentiunt. Nam vt quidam aprè dixit:

*Non sentire bonos eadem de rebus eisdem,*

*Incolumi licuit semper amicitia.*

Has autem dissensiones iudiciorum magna prouidentia sustinuit Dominus; vt per illas puriorem habeamus dogmatum Fidei traditionem, & ingenia hominum habeant honesta studia, quibus exercentur; & in reuincendis hæreticis qui probati sunt, manifesti fiant. Denique quò quisq; cognoscat imbecillitatem suam, & quàm sit humano ingenio procliuè in errorem labi. Aurea planè est Augustini sententia ad Marcellinũ: *Ego fateor, me ex eorum numero esse conari, qui proficiendo scribunt, & scribèdo proficiunt. Vnde si aliquid incautius, vel indoctius à me positum est, quod non solum ab alijs, qui videre id possunt, merito reprehendatur, verum etiam à me ipso, quia & ego saltem postea videre debeo, si proficio, nec mirandum est, nec dolendum, sed potius ignoscendum, atque gratulandum, non quia erratum est, sed quia improbatum. Nam nimis peruerse se ipsum amat, qui & alios vult errare, vt error suus lateat. Quantò enim melius, & vtilius, vt vbi ipse errauit, alij non errent, quorum admonitu errore careat. Hæc ille. Hæc verò dissensio inter Paulũ, & Barnabam utilis extitit, & gloriæ Dei magis illustrandæ deseruiuit, vt ita disijuncti Apostoli, vberiores in Ecclesia Christi fructus proferrent, & Euangeliũ latius dissiparet: velut semina tritici in horreo collecta minus iuant, quàm disseminata, ac dispersa per agros. Bonitas quoque eius splendescit, quòd errores sanctorum in bonũ cedere faciat. Extitit etiam ipsis Apostolis perutilis, vt agnoscerent imbecillitatem suam, & quantula res potuerit obrumpere tam arctam familiaritatem in re tanti momenti. Contulit quoque ipsi Marco, vt errorem præteritum agnosceret, & illum in futurum magis caueret, dum se ipsum dissidij causam extitisse inter Apostolos videret. Postremo non modicam nobis vtilitatem attulit, ne miremur, si interdum in cõ-*

sultationibus, aut in studijs, quæ ad contemplationem spectant, dissidemus: quare seruire possunt ad placandos animos concitatos, ne miremur nobis euenire, quod Apostolis potuit accidere; aut in sanctos, seruosq; Dei interdum inter se dissentientes temerè iudicemus; denique vt ex hoc facto colligamus, quàm sit necessaria obedientia etiam inter viros perfectos, & nõ solum inter eos, qui perfectioni acquirendæ vacant, sed etiam inter eos, quorum munus est, eam adeptam in alios deriuare, vt in his, quæ ad prudentiam spectant, superiorem habeat, cuius iudicio sit standũ. Hinc Petrus, & successor eius omnibus Episcopis, qui perfectionis statũ profitentur, imperare habet. Scribit autè idem Alexander Monachus in eadẽ Homilia, Marcum cum Barnaba venisse Cyprum, vbi cum diu prædicasset, Barnabas Iudæorum inuidia, & malitia interemptus est, vt prius ipsi Marco præsignificauerat, & illi prædixerat, vt relicta Cypro veniret ad Paulum. Ad quem Ephesi manentem cum venisset, & mortem Barnabæ audisset, illacrymatus est, & Marcum apud se tenuit. Postea verò cum Petrus Apostolus iussus esset diuina reuelatione Romam proficisci, secũ duxit & Marcum, quem tibi vt filium genuerat. Et cum illi essent in vrbe Roma, Marcus Euangelium conscripsit: quod Petrus Apostolus legit, & diuino Spiritu conscriptum cognouit, atque approbavit. Itaque Marcum ipsum per manuum impositionem ordinauit, & vt maxime idoneũ in vrbe Egypti Alexandriam, Lybiam, & Pentapolim misit, vbi cum per nouẽ annos prædicasset Dei Fidẽ, Marcus in vrbe Alexandrina martyrio functus est. Sic ille. Alij tamẽ ex antiquis Patribus, vt Dorotheus, & Hippolytus, & Hieron. putant hunc Ioãne distinctum fuisse à Marco Euangelista; & fortassis ratio temporum id arguit, & nos hoc alio loco discussimus. Paulus igitur assumpto Sila, qui Propheta erat, & tato legationis munere ab Apostolis honestatus, ad Antiochenos, sibi inuicẽ ascito, pfectus

Alexãdri Monachi apud Simeon. Metaphrastẽ, de Marc. illo cõsobrino Barnabæ traditio.

1. Pet. 5.

Marcus Euangelista vbi prædicauerit Doroth. in Synop. Hippolyt. in libello de duodecim Apostol. & septuaginta discipulis. Hier. l. de viris illust.

est in

Pauli Apostoli felices conatus, & labores in prædicatione.

Quis fuerit hic Silas Pauli Apostoli comes. Act. 16. B. Hieronym. tom. 3.

Silas lingua Hebræa quid sonet, teste Hieronymo.

Quo modo Ecclesia confirmetur.

Episcoporum quæ munia sint.

Præcepta Apostolorum, & seniorum cur vocet Euangelista Lucas.

est in Syriam, & Ciliciam: nam ob eã causam videtur suggessisse Silæ Spiritus sanctus ne Ierosolymã rediret, vt posset partes Barnabæ cum Paulo sustinere. *Paulus verò electo Sila profectus est.* Apparet ex hoc loco, Ecclesiã stetitisse à Pauli parte, & eius probasse sententiam in feueritatis exemplum. Quod etiam indicat in eo, quòd virtutem Spiritus sui in benedicendo Paulo Deus exeruit, feliciq; gratiæ successu profectus eius labores; Barnabã verò relinquit quasi sepultum in Cypro cum suo comite Marco. Creditur autem Silas fuisse Tarsensis: quia Apostolus dixit: *Casos nos publice, indemnatos homines Romanos miserunt in carcerem.* Huius nominis rationem explicans Hieronymus in epistola ad Damasum, interrogantem de Seraphim, in fine ait: *Sciendum, inquit, Silam collegam Pauli lingua Hebræa Apostolum dici: qui cum eo nonnullas epistolas scribit. Et vitiose Sylluanus legitur pro Sila; cum Sylluanum in Apostolorum Actis non legamus.* Hæc ille.

*Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum, & seniorũ.* Hæc postrema verba, de præceptis Apostolorum, & seniorum, etsi in Græco codice & Syriaco sint expũcta; nõ tamen malè habent; quia & inferius cum venissent Derben, & Lystrã, idẽ fecit Apostolus. Vide igitur, fructum visitationis Apostolicæ fuisse, confirmationem Ecclesiæ in fide suscepta, ac bonis moribus, quæ eam exornant, amplectendis: ita enim Ecclesia confirmatur. Deinde perpende munus Episcoporum redeuntium à Concilio: debent enim, quæ in illo legitime definita sunt, siue ad Fidem, siue ad disciplinam spectent, ea alijs communicare, & obseruanda tradere: nam frustra aliõ qui celebrarentur Concilia. Vocat autem illa, præcepta Apostolorum, & seniorum, seu Presbyterorum, sicut inferius vocat illa dogmata: quia illa placuerant Spiritui sancto, & Apostolis, vt quasi præcepta Gentibus ad fidem conuersis propter mutuam cõuersionis, & pacis vinculum cum conuersis ex Iudaismo seruandum traderentur.

Solent nonnulli in disputationem vocare, an definitiones Concilij à Romano Episcopo cõfirmatæ, ad sacram pertineant Scripturam. Nam si diuina Scriptura illa tantum est, quæ Spiritu sancto afflante scripta est, & illa, quæ in Concilijs sunt definita, ab his proficiscantur, qui dicere possunt: *Visum est Spiritui sancto, & nobis,* videtur quòd Canonicam efficiat Scripturã. Quod posset autoritate Augustini confirmari, qui lib. De doct. Christi. summorũ Pontificum decretales epistolas, inter Canonicas Scripturas connumerat. Et Innocentius III. in cap. cum Marthæ, De celebrat. Miss. docet, Scripturam sacram asserere, iniuriam facere martyri, qui rogat pro martyre: quod tamen verbum Scripturæ nõ est, sed vel ipsius Augustini, vel Pontificis. Sed ad hoc breuiter dicendum est, duo esse rerum genera, quæ in Concilijs statuuntur: alterum est eorum, quæ ad assertionem dogmatum Fidei spectant, vel ad explicationem alicuius loci Sacrae Scripturæ faciunt, ita vt aliter interpretantibus infligatur anathema: profectò quæ talia sunt, eiusdem ponderis, & autoritatis esse debent apud nos atq; ipsæ Scripturæ, cum sine illis Catholicus, & orthodoxus sensus nõ habeatur: vt sunt, Christum esse Patri consubstantialem, & Spiritum sanctũ Patri, & Filio: in diuina natura non tantum vnã esse personam, sed tres re ipsa distinctas: in Christo duas existere naturas, ac proinde duas operationes, duasq; voluntates, vnã tantum personã, & multa alia his similia, quæ immobilia sunt, & nunquam mutari queunt. Alia verò sunt, quæ per Concilia traduntur ad mores, & disciplinam spectantia, sine quibus salua potest existere Scriptura, quæ mutationi, & dispensationi subiacent interdum: hæc autem potius ad ius spectant Canonicum, & Ecclesiasticum, quàm Diuinum. Vtraque tamen Sacram Scripturam propriè non faciunt. Tũ quia symbolum Athanasij, & Concilij Nicensi inter Sacras Scripturas minimè censemus, & multò minùs decretales epistolas Pontificum, sed posteriori loco; tũ deinde quia autores Sacri

An definitio- nes Concilij à Romano Episcopo confirmatæ, ad Sacram scripturam pertineat, necne. Act. 15.

Aug. lib. 2. de Doctrina Christiana. c. 8. initio, to. 3. prope initio.

Innoc. III. Inluriã martyri facit, qui rogat p Martyre. Duplex generum rerum quæ in Concilijs statuuntur exponitur.

Quæ in Concilijs definitur, quæcunque illa sint, cur propriè nomine Scripturæ non veniant.



Prophetarū propriū quid, & Apostolorum, non autem Romanorum Pontificis.

Quid merito præcurrat Canones, & decreta Conciliorum.

Ruffin. lib. 10. hist. Eccl. c. 2.

Iura (vt dici solet) subueniant quibꝰ.

Patres in Concilio decernentes in quibus rebus duntaxat Spiritum sanctum habeat sibi præsentem. August. lib. 2. De bapt. contra Donatist. c. 9. tom. 7. non loqꝛe à principio.

ex proxima Dei vel reuelatione, vel inspiratione Catholica dogmata scripserunt, quæ externis incitamentis, vel humanis rationibus ex sacris literis, vel alijs ad ratiocinandum nõ indigent. At Concilium, & Pontifex argumentando, verū à falso discernunt. Nec enim Pontifex eam habet facultatem, quam olim Prophetæ, vel Apostoli habuerunt, vt de quacunq; proposita difficultate protinus agnoscere possit quæ pars vera esset, aut falsa, sed adhibet in consultationem viros doctos, examinat vtriusq; partis rationes; inuocat Spiritum sanctum, qui illi assistit, vt rectam valeat proferre sententiam. Eodem modo Patres in Concilio congregati antequam quicquam definiant, præcedit exacta discussio, & collationibus atque disputationibus re maturè pensata, & precibus ad Deum fuis, quò illis adsit in discernenda veritate; tum demum veritatem alijs credendā decernere possunt. Hinc Apostolis & Presbyteris Acto. 15. in Synodum coactis, non statim reuelatum est quid esset in proposita causa decernendum: sed facta est prius magna conquisitio, ac disceptatio. In Nicena quoq; Synodo, vt scribit Ruffinus in historia Ecclesiastica, per dies singulos agitabatur conuentus, nec facilè aut temere de re tanta audebant Patres definire: nõ enim dormientibus & oscitantibus, vt dici solet, iura subueniunt, sed vigilantibus: ita neque Spiritus sanctus Patribus assistit dormientibus, sed illum pijs cogitationibus, ac studijs quærentibus, & inuocantibus. Tum tertio, quoniã Prophetis, & Apostolis sacra scriptionibus, in singulis, etiam minimis rebus Spiritus adest, nec quicquã, quod sit à veritate dissentiens, dicunt. At Patribus in Synodo decernentibus, non est præsens Spiritus sanctus in omnibus, sed tantum in his, quæ ad salutem sunt necessaria. Vnde multa in Concilijs definita per alia posteriora reuocata sunt, atque emendata, vt docet Augustinus: quemadmodum Pontifices multa definerunt, quæ secus erant à suis antecessoribus sancita. Nam cū plerunq; vel ad res gestas, vel ad dis-

ciplinam, quæ variationi est subiecta, illa spectarent, potuit vnusquisq; in suo sensu abundare, aut aliorum sententias reuocare, aut declarare. Quòd verò Christus promissit suæ Ecclesiæ Spiritum, qui eam duceret in omnem veritatem: hoc ad Fidei veritatem referendum est, vt Augustinus docet super illa verba, & lib. 2. in Actis contra Felicem. Nec Christus Dominus rogauit ne philosophiæ cognitio, aut rerum gestarum veritas, sed tantum ne fides deficeret.

Quòd si in contrariū obijcias, Concilij Ierosolymæ celebrati decreta, sacra esse Scripturam, etiam si magna conquisitio, & disceptatio fuerit facta: quòd non quadrat Scripturæ Canonice scriptoribus. Dicendum est, quòd vt verba Pilati, quibus Christi causam examinauit, & verba Satanæ, quibus Dominum tentauit, sacra sunt Scriptura, non quatenus Pilati, aut Satanæ sunt, sed quatenus ea Euangelista in suo retulit Euangelio: ita etiam definitio illius Concilij Ierosolymitani, sacra est Scriptura, quòd Lucas eam cum reliquis historiæ partibus contexuit: licet illa abstinentia à suffocato & sanguine, & idolis immolato, præceptum extiterit Canonicū, & Ecclesiasticum potius quàm Diuinum: vnde & temporis progressu abolitum fuit. Imò sæpe leges & statuta Principum secularium, vel olim Sacerdotum Synagogæ, vel nunc in Euangelio ab Apostolis ipsis vt legislatoribus edita, et si sacra sint Scriptura, eo quòd in illa contineantur, ipsa tamen in se ipsis humana sunt, & spiritu humano, siue bono, siue malo edita; & ob id quòd in Scripturis contineantur, & pietati sunt consona, non efficitur, vt sint diuina in eo sensu, vt ius propriè constituant diuinum: etiam si ius ipsum diuinum vel explicet, vel determinent, vel facilius obseruatu reddat. Verba verò Petri, quæ refert Clemens, non sunt, nec habentur Canonica: quia Clemens scriptor sacer non extitit. Ideò Canones Apostolorum, quos ipsos Apostolos scripsisse fatetur Clemens, sicut libri octo De constitutionibus Apostolorum, non

Rom. 14.

Ioan. 16. August. tra. 99. in Ioann. tom. 9.

Christum Ecclesiæ promissit Spiritum sanctum, qui eam duceret in omnem veritatem, quo modo verum Luc. 22.

Ioan. 11. Quæadmodum Ierosolymitani Concilij definitio Sacre Scripturæ appellatio ne censetur

Cur quæ verba Petri refert Clemens, nõ sint, nec habeantur Scriptura Canonica. B. Clemens.

sunt

Damas. lib. 4. De orth. fid. c. 18.

Cur quæ in Concilijs definita sunt, diuinas leges atque præcepta Pontifices seu Doctores appellauerit.

sunt ad libros Canonicos referendi: etiam si Damasceus. Canones Apostolorum catalogo sacrorum enumeret librorum. Quòd si interdum sancti, vel Pontifices, vel Doctores diuina præcepta, aut Dei leges, ea, quæ in Concilijs definita sunt, vocauerint: id ad laxum ius Diuinum spectare minime dubium esse debet: & maxime cū illas compararent ad leges profanas Principum secularium: nõ tunc rationem Diuinarum legum induebat. Quamquam si cum Euangelicis componatur præceptis, humana inueniuntur,

& positiua, siue potius Ecclesiastica, & Canonica. Omnia tamen cū ab Spiritu sancto proficiscantur, siue à Christo immediatè instituta sint, siue autoritate Pontificum, & Conciliorum interueniente edita sint, dum vigent, obseruanda sunt à nobis, & in veneratione habenda, cū ad corpus spectet integræ doctrinæ Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, atque Spiritu sancto detur omnis gloria, honor, potestas, & imperium in secula seculorum. Amen.



TRACTATUS XLVI.

IN illa verba: Peruenit autem in Derbem & Lystram: & ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Iudææ fidelis, patre Gentili. Huic testimonium bonum reddebant, qui in Lystris erant, & Iconio fratres: hunc voluit Paulus secum proficisci: & assumens circumcidit eum propter Iudæos qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes quòd pater erat Gentilis: & reliq. in finem vsque cap. Actorum 16.

Pauli charitas, zelusque animarum. Act. 14.

Ioan. 10. Bonus pastor quid curare debeat.

Supra 11.

PERTRANSITA Syria, & Cilicia, primum Lycaoniam est profectus, vbi prius lapidibus obrutus fuerat: salutem tamen credentium anteferebat suo commodo, non ignorans boni pastoris esse munus, animam suam, hoc est, vitam corpoream ponere pro ouibus suis, hoc est, pro salute spirituali ouium suarum. Sciebat etiam Paulus, quia duodecim sunt horæ diei, nec desperabat de salute eorum, qui prius eum persecuti fuerant, & iuxta temporum variationem variari & voluntates humanas. Et ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timo-

theus, filius mulieris Iudææ fidelis, patre Gentili. Non contentus Paulus Sila, & Luca, quos in suo habebat comitatu, adiungere volebat & Timotheum, què idoneum, ac bono omnium testimonio præditum inuenit: nam & nomen eius, honoratè Deum significat, aut Deo carum, & pretiosum. Fuit cuius Lystris, Episcopus Ephesinus. Vndique ergo venabatur ministerio Euangelico optimos operarios non secus atque ambitiosi Reges: qui vt ditionis suæ pomèria atque terminos proferrant, nihil magis curant, quàm vt duces aut præfectos rebus gerendis accommodas asciscant. Quòd igitur di-

Timotheus quid.

Timotheus à Paulo asciscitus quis fuerit.







dat, nihil est aliud quam se ministrum hostis facere, qui fortè parceret: & nõ minus gloriosum est ei, si te carnifice vtatur contra te ipsum, quam si altero vteretur. Cato ergo contra suum dogma Cæsari seruire recusauit, & filio suo seruire suauit: quia sapiens liber est, etiam si corpore seruiat. Maligni autem fuit nolle Cæsari præbere gloriam parcendi ipsi. Lucretia etiam ineptè probauit castitatem morte, quã melius comprobasset, si veritatem cõfessa suo tempore, & ob eam morti, si inferretur, non celsisset. Metus est etiam sordidus, ac pusillus animus, propter vitæ ignominiosæ, vel tormentorum ab hoste inferendorum timorè seipsum interficere: quia Deus adcrit, & virtutem ferèdi tribuet. Quia ergo homo sui ipsius non est dominus, nõ valet sibi mortem inferre. Hic autem Dominus ignouit imprudentiæ, & pusillo animo custodis: quia non eandem prudentiam ab omnibus requirit. Admonitus ergo à Paulo, & videns victos non aufugisse, cū possent, etiam animo expergefactus est, & agnita virtute Diuina, eo quod agnouisset illos media nocte Deum laudantes, ad pedes Apostolorum pro-cidit.

Et producēs eos foras, ait, Domini, quid me oportet facere vt saluus fiam? At illi dixerunt, Crede in Dominum Iesum: & saluus eris tu, & domus tua. Hunc custodem carceris Oecumenius testatur esse Stephanam illum, de quo 1. Corinthior. 1. Baptizauit autem & Stephane domum, & cap. vlt. eiusdem epistolæ: Gaudeo autem in presentia Stephana, & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt. Vbi, quia iungitur cum alijs viris, vir erat, & nõ mulier, etiam si terminatio sit foemina. Obigitur huius viri cum familia sua lucrum, permisit Dominus illos duci in carcerem: illi etiam vbi vinculis soluti sunt, non aufugerunt, expectantes hanc prædã custodis carceris Domino offerre. Porro cū ille interrogasset de via salutis, abundè edoctus est ab illis: & credens cum his, qui domi eius erant, quod attinet ad adultos: nam pueri in fide matorum

conferunt credere. Et vide quàm facile Apostoli baptizarunt: quia scilicet Christum pastorem sciebant esse. Præterea, etsi quisquam non bona fide baptizaretur, sciebant eum esse recessurum: neque hoc nostri magnificiebant, eo quod gloriam suam non quærent; sed gaudebant, si, qui non erant ex nobis, exirent: nos autem grauiamur, quasi nos iudicio aberrauimus. Etsi autem non sint citò manus imponendæ ad Sacramentum ordinis conferendum; quia iam nomen Christi gloriosum est, & illustre: tūc tamen per Baptismum profiteri nomē Iesu, quod abominabile; & obscurissimum erat apud Gentiles; magnū quid, & heroicū erat. Per fidem autem in Dominum Iesum, non tantum custos intellexit nudam in Christum credulitatem, sed coniunctam cū fructibus fidei, & charitatis. Vnde custos postquam plagas Apostolorum aqua lauit, mens illos excepit: quem admodum ipsi Apostoli illum cum domo sua à plagis peccatorum spiritualibus lauerant; & mensam verbi Dei splendidam apposuerant. Felicia ergo vincula Pauli extiterunt, quæ aliorum vincula soluerunt: sicut mors Christi, quæ mortem nostram destruxit.

Et cū dies factus esset, miserunt magistratus lictores, dicentes, Dimitte homines illos. Nunciauit autem custos carceris verba hæc Paulo, &c. Ad vesperum demorabitur fletus; & ad matutinum lætitia. Vide breuitatem persecucionum. Et magistratus fortassis respiciet, & agnouerat indicta causa se illos punisse. Quare cū custos hæc renuntiafferet Apostolis magistratus nomine, forti animo responderunt: Cefos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occultè nos eijciunt? Non ita: sed veniant, & ipsi nos eijciant. Erat Silas non minus ciuis Romanus, quàm Paulus, cū vterque esset Tarsensis. Et ante flagra, vel furor impediuit, ne ius hoc ciuitatis producerent; vel ne productum intelligeret magistratus. Et plenum prudentia extitit responsum Pauli. Nam si secreto fugerent de carcere,

Pueri infantes cū baptizantur, quomodo credant.

1. Ioann. 2.

1. Tim. 5.

Cur citò nõ sit Sacramentum ordinis conferendū.

Per fidem in Dominum Iesum quid acciperit hic cultos.

Psal. 29.

Quare magistratus cultos di carceris edixit vt Paulum, & Barnabam dimitteret. Silas vnde oriundus cum Paulo. Act. 9. & infra 22.

Vtlenis Cato sui ipsius carnifex quã meritò reprehendendus

Romana Lucretia studio castitatis comprobandæ se ipsam interficiens cur minime laudabiliter egit.

Hominem sibi mortem inferre cur nefas: id ei liceat quando

Oecumenius in Acta. Stephanas cuius meminit ad Corinthios Paulus, quis ille Oecumenius teste. 1. Cor. 1.

Paulus & Silas, cum possent, quare è carcere non fugerint.

Quare Paulus, & Silas ab Magistratu non à custode voluerint è carcere dimitti.

Platonis testimoniu de Socrate.

Deum non timet impij. Ioan. 19.

fides illorum, quibus prædicauerant, periclitaretur: putarent enim Apostolos timidos, & in fide Euangelij inconstantes. Innocentiam ergo suam testatam voluerunt ad profectum Euangelij, & confirmationem priorum: nam sermo Dei quasi res falsa, digna flagris existimaretur: tradit Plato in dialogo Critonis, Socratem non permisisse, vt se ex carcere clam abducerent, ob similitudinem causam ferè qua Paulus noluit educi etiam rogatus. Timueruntq; audire quod Romani essent: Et venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant vt egrederentur de vrbe. Timet impij, sed non Deum: sicut Pilatus in passione non Deum, sed Cæsarem timuit. Venerunt ergo magistratus, & innocentes declaratos dimiserunt, veniam precantes quod ex ignorantia,

& animi perturbatione in eos deliquissent: rogantq; vt ciuitatem egrediantur ad vitandam seditionem: quæ admodum Geraseni rogabant, vt à finibus suis Dominus discederet. Sed mirum est quod timeant mala ob presentiam Christi, vel Pauli, & non timeant propter tot scelera, & impietates, quæ in ciuitate impudenter designantur. At illi non sperantes fructum maiorem, libenter cedunt: egrediuntq; ac visitata domo Lydiæ, & illis qui crediderant, egressi sunt, sperantes se in alijs ciuitatibus maiores & vberiores fructus posse proferre ad illustrandum Euangelium, & nomen Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patri & Spiritu sancto pari honore, & gloria fruitur in seculis sempiternis. Amen.

Qualis Philippensiu magistratus. Matth. 8.

Paulus, & Silas cur è carcere, atq; ad eò è Philippis tandem egressi fuerint.



TRACTATUS XLVII.

IN illa verba: Cū autem perambulassent Amphipolin & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, vbi erat Synagoga Iudeorum. Secundum consuetudinem autem Paulus introiuit ad eos: & per Sabbata tria diserebat eis de Scripturis, adaperiens & insinuans quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis: & quia hic est Iesus Christus quem ego annuntio vobis, &c. vsque in finem cap. Act. 17.



PERGIT Lucas in enarranda Pauli peregrinatione inter Gentes, ad quas disseminandi Euangelij gratia profectus est: quid etiam prædicauerit, breuibus indicat, tūc, quid ei acciderit, enarrat; vt ex vtriusq; dictis videlicet, ac factis, Euangelicum præconem agnoscere valeamus. Ex Philippis ergo primo Amphipolin perueniunt, quæ aliquando Atheniensiu fuit colonia, quam Strimon fluius ex

Æmo delapsus peninsulæ forma complectitur: à quo situ vrbi postea nomen est inditum. Est quoq; alia Amphipolis in Syria. Adhæc altera ciuitas est Apollonia, non longè à Thessalonica: alia etiam eiusdem nominis est in Epiro non longè à Macedonia, vicina mari Ionio, quæ nūc Bellona vocatur, quæ è regione est Hydruntinæ ciuitatis in Italia. Tertia quoque est Apollonia in Africa, quæ nunc vocatur Pentapolis. Thessalonica, vrbs est

Cur sic dicta. Amphipolis duplex.

Apollonia triplex.

Thessalonica quid.

Euangelij præco qualis Paulus.

Amphipolis quæ ciuitas.

Act. 21.

Macedonia, siue Thessalia metropolis, in qua pius quidam homo nomine Iason hospes fuit Pauli: vbi per tria Sabbata acriter disputauit Paulus.

Quia enim in illa ciuitate erat Synagoga Iudaeorum, Apostolos more suo prius Iudaeos adiuit, vt eos, qui futuri Messiae in expectatione erant, facilius Christo lucrifaceret, & Gentibus audiendo Euangelio non obfisteret. Libenter etiam metropolin ciuitate accessit, vt inde Euangelium comodius per totam ciuitatem diffundi posset.

Et per Sabbata tria diserebat eis de Scripturis, adaperiens & insinuans quia Christus oportuit pati, & resurgere a mortuis, & quia hic est Iesus Christus, quem ego annuntio vobis. In omni legitima cum Iudaeis disputatione primo praemittendum est, Messiam promissum a Deo aliquando venturum, vt Prophetarum testantur vaticinia. Secundo statuentum, cum passioni, & morti subiectum futurum, ad expianda hominum peccata, & deinde de morte per resurrectionem triumphaturum: hoc enim ferre omnes vates, maximè vero David, & Esaias aperte prodiderunt. Tertio, opus est probare, Iesum, illum esse promissum Messiam, quia omnia de Messia propheta, in Iesu inueniuntur impleta. Nec enim credendum est, Deum talia signa de venturo Messia agnoscedo dedisse, quae alteri quam vero Messiae possent conuenire. Alio qui non esset verum illud Pauli verbum, quod Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et quid hoc aliud esset, quam Deum negare seipsum? Atque huc respexisse Matthaeum in conscribendo Euangelio suo, superius est a nobis annotatum. Et haec est valida demonstratio, de qua Tertullianus: Non dubites, inquit, credere quod asseueres, cum videamus fieri. Et rursum alio loco: Non potest futurum dici, quod vides fieri conspirante sensu Scripturarum cum exitu rerum, & ordine temporum. Et Prudentius in Apotheosi: Fortè hac cum veterum cecinissent organa vatum, Nos oculis, manibus, congressu, voce, loquela Experti, heroum tandem intelleximus orsa Priscorum, & viso patefacta oracula Christo.

LUC. 24. Omnis legitima cum Iudaeis disputatione quaeratur.

Deut. 18. II. conditio. Christus cur mori & resurgere debuit.

III. conditio

1. Tim. 2. Nisi Deus quem promiserat Christum misisset, quid inde.

2. Tim. 2.

Tertul. lib. aduers. Iud. cap. De regno Christi aeterno, in fine. Prudentius.

Porro illa disputatio non fuit inanis, quia, vt ait Lucas, quidam ex Iudaeis crederunt, & adiuncti sunt Paulo, & Silae: cognita enim veritate, deferebant legem, & alios, qui eam retinebant, & Pauli doctrinae, atque monitis se addebant: propterea vsus est illo verbo, Adiuncti sunt. Nec tantum in Iudaeis fructum fecit, sed etiam in colentibus Gentilibus, qui Gentilitatem Iudaismo commutauerant, siue Graecae religionis, qui Deum colebant: de his enim non vnus aut alter, sed multitudo magna, & mulieres non paucae, siue vt Graecè dicitur, primariae ciuitatis mulieres. Et denique, quod quis minus erat affectuum suorum cupiditatibus impeditus, eo promptius amplectebatur Euangelium: quod omni probè dispositae menti gratum est, & consentaneum; repugnat tantum impijs & peccatoribus, nisi impietate, & peccata exuerint. Ex hoc autem fructu turbatus est Satanas, vnde per organa sua bellum illis indixit. De quo: Zelantes autem Iudaei (Graeca addit ἀποστόλοις, id est increduli) assumentes, de vulgo viros quosdam malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatem: & assistentes domui Iasonis, querebant eos producere in populum, &c. Iudaei igitur amaro commoti zelo pro gentis suae honore, quo voluissent Deum esse tantum suum, & Gentes reprobare, quae tum crederant, collegerunt turbam hominum vulgarium, & circumforaneos, & adorti sunt domum Iasonis, Pauli & Silae, & aliorum hospitis: & vim facientes, cum eos non inuenissent, traxerunt Iasonem, & quosdam fratres ad Principes ciuitatis, dicentes, illos contra decreta Caesaris facere, Regem alium dicentes esse Iesum. Ita olim Iudaei in passione dixerunt: Non habemus Regem nisi Caesarem. Quasi is qui mortuus praedebatur, occupare posset regnum Caesaris. Quare tolerabilior fuit error Iudaeorum, qui Ierosolymae Christi mortem postularunt, quia a Christo viuente facilius id timeri poterat, quam ab illo iam mortuo. Sed ille tumultus compressus est autoritate magistratus, & accepta satisfactione a Iasone. Haec autem satisfactio in pecunia fuit, vt ait

Paulus, & Silas quid profecerint Thessalonicae.

Alter fructus praedicationis illorum.

Qui sint ad recipiendum Euangelium promptiores.

Quibus ingratum & aduersum sit Euangelium.

Satanae & Iudaeorum inuidia in Apostolos Christi. Rom. 3.

Ioan. 19.

Iasonis, Pauli nimirum & Silae hospitis, quae facta satisfactio Magistratus Thessalonicensium.

Petrus

Petrus Alex. Martyr

Pastoribus minus, atque ouium similiter.

Beroea quid.

Laus Thessalonicensium.

Ioan. 5.

1. Ioan. 4. Eccli. 19.

Petrus Martyr Alexandrinus, vel cautione de comparando in iudicio, si opus esset, datis fidei iuramentis. Et quia Graeca lectio habet, ἠκούσαντες; quidam voluissent, verbi, accepta satisfactione. Sed facile satisfactiois verbum ad illam sententiam verbi posset. Fratres vero confestim per noctem dimiserunt Paulum & Silam in Beroeam. Qui cum venissent, in Synagoga Iudaeorum introierunt. Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonica, qui susceperunt verbum cum omni auiditate, &c. Quemadmodum pastores pro ouibus suis, ita & oues pro pastoris vita sollicitari, par est. Subtraxit igitur se Paulus, sed nihilominus pugnat, ac praedicat, & ministerium suum hinc inde fugatus honestat. Est autem Beroea ciuitas Macedoniae, ex qua rursus Iudaeorum perfidia agitatae Paulus, Athenas vsque venire coactus est. Mox autem suo primo ingressi sunt in Synagoga Iudaeorum. Et quod sequitur: Hi autem erant meliores eorum qui sunt Thessalonica; quidam referunt ad Beroenses; alij vero contendunt, ad eos fratres, qui crederant Thessalonicae, & qui Paulum a Thessalonica dimiserunt, referendum. Et siue sint Beroenses, siue Thessalonicenses, quod magis videtur Textus indicare, laudantur primo, quod cum omni auiditate susceperunt verbum Dei. Vt enim famis confert ad cibum auidus mendum: ita famis, & sitis intelligendae veritatis ad verbum Dei suscipiendum.

Secundo laudantur de scrutinio Scripturarum: non enim tanquam increduli indagabant Scripturas: nam enim crediderunt, sed tanquam experti traditionem veterum Prophetarum, propheticas Scripturas consulebant, ad quod faciendum Dominus Iudaeos cohortabatur: propterea fide robustiores effecti sunt. Et quanquam a principio non facile omni spiritui crederent, quoniam qui credit cito, leuis corde est, sed prudenter audito verbo Dei crediderunt: non loquuntur tamen de

tali scrutatione hoc loco, sed de illa, quae fidem subsecuta est, per quam in illis quae exceperant fide credenda, corroborabantur. Exigit enim Scriptura, vt cum fructu legi possit, fidem, sine qua nihil percipiet; & diligentem indaginem; & non perfunctoriam lectionem. Ita enim Christus dicebat: Scrutamini Scripturas. Non commendat hoc loco scrutationem, quae ex infidelitate oritur, aut ex curiositate, quae omnia diuina secreta, & quae suprationem sunt potestatem mysteria, humana ratione tentat comprehendere, de qua Dominus: Qui scrutator est, manifestatis, opprimetur a gloria. Cum autem cognouissent in Thessalonica Iudaei, quia & Beroe praedicatum est a Paulo, & cetera. Non sinunt Paulum liberè praedicare: Iudaei perfidi, qui ex Thessalonica venerant: quare admonentibus fratribus, coactus est inde discedere, & Athenas venire, illis conuientibus. Et quia Beroea sita erat remota aliquantulum a mari, propterea Paulum dicuntur comitati, vt iret vsque ad mare. Et inde deduxerunt vsque ad Athenas comitatu securitatem ei praestante, & remanentibus Sila & Timotheo in Beroea. Sed illi accepto mandato Pauli, statim profecti sunt Athenas ad eum. Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idololatriam deditam ciuitatem. Verbum illud, Incitabatur, quod Graecè est παραδύσει, proprie est irritari, siue excadescere: nam zelo sancto vrebatur pro honore Creatoris dato creaturis: in xpo illud: Tabescere me fecit zelus tuus: quia oblitus sunt verba tua amici mei. Nullam enim inuenerat ciuitatem tantopere idololatriam deditam, atque Athenas. Illud etiam ex cruciabat animam Pauli, quod illi haberentur ceteris sapientiores, & elegantiores, qui minus Deum cognouerunt. Quare antequam venirent expectati, disputabat quotidie in Synagoga cum Iudaeis, & colentibus, id est, religiosis, vnum tantum Deum agnoscentibus: quibus Christum suadebat, & in foro cum alijs,

Cum laudantur Thessalonicenses, quod scrutarentur Scripturas, qua de scrutatione sit sermo.

Scriptura quale sit lectionem postulet. Ioan. 5.

Scrutatio quem perniciosa. Psal. 25.

Iudaeorum in Paulum inuidia, atque odium.

Pauli zelus qualis.

Psal. 118.

Athenensium insipientia.

Tom. 12.

L I qui







Dei Optimi Max. in homines tria beneficia a Paulo eleganter expressa.

Quodmodum Deus in nobis sit.

Aratus Poeta quis ille.

Virgil. eclo 84.3.

Nomen Iouis unde secundum aliquos deductum sit.

Genus Dei nos simus quo modo.

Gen. 1.

Aratus Poeta unde orludus.

Simili ratione B. Catherina Alexandrina ex Poetarum dictis, & Sybille vaticinijs disputas, quinquaginta illos sapientes confutavit, & ad fidem traduxit. Vnde subdit: In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus. Multa disputantur a Philosophis de essentia, & vita, & motu rerum, quae innumeris opinionum tenebris involunt: quae brevi sermone complexus Paulus, ait, ab illo nos accepisse & vitam, & motum, & essentiam, & in ipso nos vivere, ut pisces in mari, ab eo accipientes quod sumus & movemur, & ab eo in nostri conseruatione pendentes. Deus autem est in nobis ut lux in oculo, communicans illi bona sua, & mare in piscibus, extra quod continuo perirent. Producit etiam in testem sui dicti Poeta quendam, hoc est, Aratum Antigoni Regis Macedonum familiarem, qui scribit librum de figuris & imaginibus Sphaerae caelestis versu hexametro, quae Phoenomena inscripsit: quod opus e Graeco in Latinum verterunt primus Marcus Cicero, deinde Germanicus Caesar Augusti filius, tertio Sextus Anianus Hieronymo contemporaneus: in quo opere ita cecinit: Ab Ioue principium Musa, Iouis omnia plena, Quae reticere nefas, Ioue cuncta vtuntur, ab ipso Nos sumus: ille fouet, cunctis viresq; ministrat. Videtur nomen Iouis ab Hebraea voce Iehouah deriuatum. Probat ergo Paulus, vnum esse Deum, eumque nostri temporis principium & finem. Ipsius enim & genus sumus. Graece: Τὸ ἐκ τῆς εὐσεβείας. Vbi τὸ pro τῆς more Poetico accepit. Estque sensus: genus ipsius sumus, id est, peculiariter eius dona participant, atque ei similes propter naturam intellectu praeditam, & libero arbitrio. Vnde ipse dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Fuit autem Aratus eiusdem prouinciae cum B. Paulo, ex ciuitate dicta Solos non longe a Tarso, qua Popenius Pyratice bello confecto, & plus mille trecentis nauibus combustis, Popeniopolim de suo

nomine vocauit, captiuus ex pugna quos vita dignos iudicasset, eo deductis ab eodem: & Solocisimus est dictus, sicut a Cicilia Cilicinus, sermo rudis & barbarus. Et quamquam Aratus esset Cilix, dicit tamen, Quidam vestrorum Poetarum: quia magis respexit ad religionem, quam ad patriam. Et tempora quidem huius ignorantia despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique poenitentiam agant. Hoc ipsum videtur dicere, quod superius cap. 14. dicens: Qui in praeteritis generationibus dimisit omnes Gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, &c. Despexit quidem, si ad tempus Euangelicae praedicationis comparatur, non mittens lucem docentem, ac si non videret, nec curaret homines, vel dissimulas, ut Graece habetur, ut nolit punire quae haecenus homines egerunt, modo eos suae ignorantiae poeniteat. Non desepxit autem simpliciter: nam beneficiebat eis, ut ibi dicit, & ostendebat eis inuisibilia per visibilia. Ex quo autem Athenienses iam suam Dei ignorantiam profitebantur, digni redditi sunt aliquo modo, ut a Deo illuminarentur, & verum nomen intellexerent. Ad quod percipiendum proponit illis fidem in Iesum a mortuis suscitatum, iudicem vniuersi orbis futurum: & poenitentiam de pristinis peccatis, qua Deum sibi conciliarent, & se ipsos iudicando, futurum illud iudicium praevenerent. In viro, inquit, in quo statuit fidem praebens omnibus. In quo verbo ponderavit Chrysostomus in Ioannem Pauli prudentiam, quod Christum virum coram Atheniensibus vocauit, sicut Petrus Act. 2. Quia amabile erat eos illud interim suscipere, quod homo esset, & quod resurrexerit. Quam rationem & ipse Dominus secutus est, qui statim diuinitatem suam non detexit, & primum existimatus est homo; deinde habitus est Propheta; postremo verbis & operibus verum se Deum confirmavit. Illo autem verbo, Praebens fidem, fecit quod Christianum decebat, ne rationibus suis fidei in corde inspiratae obliteret, ne vel

Solocisimus a quo nomen accepit.

Tempora huius ignorantiae Deus vti despexit.

Rom. 1.

Chrysof. ho. 3. in Ioan. tom. 3. ini-

Christum virum cur Paulus coram Atheniensibus vocauerit.

infr-

Triplex genus hominum Apostolos audiverunt. Chrysof. tom. 3. Act. 29. in Act. tom. 3. Actor. 25.

1. Cor. 1. Cur quidam ex Atheniensibus iriderent Apostoli de resurrectione doctrinam.

Virtus Dei quanta. Matth. 22. Apud quos sapientia plus valeat, quam signa.

Michael Syngellus.

Qualis vtracque extiterit Areopagita ille Dionysius

infirmirate naturae, vel ipsorum leuitate ortam putarent, aut ne credulimimis viderentur, eam abijciendam existimarunt; aut ne denique se velut aliquem disputatorem acciperent, contra quem putarent pulchrum esse totidem rationibus pro sectarum suarum decretis decertare, sed tantum inspirationem sequerentur. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem iridebant, quidam vero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiit de medio eorum. Quidam vero viri adherentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis. Semper in Apostolorum praedicatione aliqui credunt, alij vero in incredulitate permanent sua. Et ut Chrysostomus ponderavit, apud Iudaeos magnas patitur Apostolus difficultates, Athenis vero a Gentibus nihil praeter risum. Rident igitur Athenienses resurrectionem, & Festus vocat quaestiones de superstitione, & Pilatus ut stultum Christum puniuit: & ubique Christus est Gentibus stultitia. Iridebant ergo sequentes scientiam, quae ex sensuum actibus mendicatur, non considerantes virtutem Dei, qui omnia ex nihilo fecit, & infecta iterum reficere potest. Ex illis vero quidam crediderunt, quod magnum est veritatis argumentum, quia sine signis visis sola Diuina inspiratione ducti crediderunt. Et apud doctos, & sapientes plus potest sapientia, & ratio persuadere, quam signa. Inter hos fuit Dionysius Areopagites, id est, iudex vnus ex illis Senatoribus. Michael Syngellus. Ierosolymorum Presbyter, citatus a Suida, ante mille annos, in encomio (a se edito) Dionysij Areopagitae, ponderat in verbis Graecis aduerbium & εν οἷς και διόγουτος ο Αρεοπαγίτης: hoc est, In quibus erat. Non enim dixit, In quibus erat vir nomine Dionysius, perinde ac si illa verba dixisset de quopiam vulgari & obscuro viro, sed cum coniunctione & articulo, & Dionysius ille, subindicans fuisse virum clarissimum, & celeberrimum, & cuius nomen ore omnium consono praedicabatur. Erat enim, ait, claritate ge-

neris, virtutis quoque omnimoda, sapientiae, atque eloquentiae opibus conspicuus, & opulentus. Fuit enim in ea ciuitate omnium bonarum artium altrice natus: & postea illi praefuit ut illustris praefes, & iuri dicundo praesedit, longè autem primas tenens. Sed audito Paulo credens, primus Atheniensium Episcopus est ab Apostolo creatus: postremo Lutetiae Parisiorum praeful etiam primus in Gallia, ut testatur Syngellus & Metaphrastes, ubi inclyti martyrij genere Dominum glorificauit, & Galliarum Apostoli inclytum titulum promeruit. Et iniuriam in dubium vertitur a Valla, Erasmo, & Caietano, atque Luthero, an autor extiterit illorum librorum, qui circumferuntur sub nomine eius. Nam tres priores libros omnes illi adimunt, & tribuunt Dionysio Corinthiorum, vel Alexandrinorum Episcopo, vel Apollinari: quorum tamen facientes mentionem Eusebius, & Hieronymus, nullos tales edidisse libros commemorant. Postremus vero Lutherus impudens, ac petulans, nihil solidae illi tribuit eruditionis in caelesti hierarchia: Omnia, ait, sunt somnia similia: in Mystica Theologia Platonizat magis, quam Christianizat: in Ecclesiastica hierarchia ludit in allegorijs, quod est otiosorum hominum studium. His egregijs laudibus cumulat Dionysium. Verum autorem suum satis tuentur eius inclyta & Apostolica scripta, & in primis Theologia tam alta & excellens; stylus quoque tam sublimis & Apostolicus. Et quod Cap. 6. de caelesti hierarchia vocat se Pauli discipulum, & Hierothei libro de Diuinis nominibus, cap. 2. & alia: scribit epistolam ad Ioannem Evangelistam, in qua praedicit liberationem a relegatione insulae Patmos: refert sententias Apostolorum, Thomae, & Bartholomaei: scribit ad Titum condiscipulum, & ad Timotheum tractatus nonnullos: narrat se dormitioni Virginis cum Apostolis interfuisse: scribit ad Polycarpum aequali, scribit ad Apolliphane Sophistam de eclipsi a se, & Apolliphane die passionis in Aegypto visa, & quid Apolliphanes dixerit. Suidas inter 12.

Idem Michael Syngellus. Dionysius ubi passus.

Quam inepet ac temere eorum librorum, qui sub nomine Dionysij circumferuntur, autoritas a Luthero, & quibusdam alijs in dubium reuocetur

Euseb. lib. 6. Hist. Eccl. cap. 32. & lib. 4. cap. 27.

Hieron. lib. de scriptor. Eccl. tom. 1. circa finem. Martini Lutheri de Dionysio, eiusque libris, tanto dignum nebulo sine iudicio.

Dionysij pro libris apologia.

Dionys. epi. 10.

Idem de mystica theol. cap. 1.

Idem epist. 9. Idem li. de di. i. nomi. cap. 3 paul. lo a med.

Idem epist. 7. Idem epist. 11. Suidas.

Dionysios

Dionysij verba de Christo patiente.

Dionysij operum qui meminerint veteres Patres. Orig. tom. 1 in Ioan. t. 2 Chryf. lib. 4 de Sacerd. tom. 5.

Dionysij Corinth. Epist. Greg. Papa hom. 34. in Euangel. à med. tom. 2 Damasc. lib. 1. cap. 13. initio.

Sexta Synodus. Septima Synodus.

S. Maximus. Michael Ierosolym.

D. Martinus martyr. Beda in Act. tom. 5.

Georgius Pachim. Sophronius Patriarch.

Ierosol. Andreas Cretens. Plotin.

Hieron. to. 1 prope finem Cur Hieronymus Dionysij Areopagitæ inter viros illustres non meminerit.

Gennadius Hieronym.

Dionysios primùm enumerat Areopagitam cum omnibus eius libris. & epistolâ de Eclipsi in morte Domini, atq; dixisse: Η. Το θεου πασχει, α τω πασχοντι συμπασχει. hoc est: Vel Deus patitur, vel patienti comparatur. Ut illud: Αγνωσος πασχει θεος διον το παν εσοφωται, και σισαλευται. hoc est, Deus ignotus patitur, propter quæ omnia caligine, & turbatione replentur. Quod si hæc falsa sunt: quomodo citat eum Origenes in Ioan. Chrysof. in Basilij dialogis de Sacerdotio, Dionysius Corinthiorum Episcopus in epistola ad Soterem, & in alia ad Athenienses, vbi multa de Dionysij conuersione & prædicatione? Gregorius Papa in Euangelia, Damascenus libro de Orthodoxa fide; sexta Synodus Constantinopolitana producit sententiam eius de Diuinis nominibus, & venerabiliter suscipit; octaua Synodus commendat eius libros. Laudant eum sanctus Maximus (qui etiã scholia in ei' libros edidit) Michaël Ierosolymitanus, D. Martinus martyr Romæ in Synodo publica; Beda in hunc locum agnoscit hos libros, Georgius Pachimeras in eos libros paraphrasin scripsit, Sophronius Patriarcha Ierosolymitanus, Andreas Cretensis, qui eum vocat Magnum Angelû, & ei parem non successisse: qui testes producit Athanasium, & Methodium, & Eugenium. Sûnt multi præterea eius commẽtatores & scholiastæ. Denique Plotinus Platonicus eius epistolam producit, ac reprehendit. Vide igitur quàm verum sit: Ad pauca respicientes, facillè enuntiant.

Quod igitur Hieronymus libr. De viris illustribus eius non meminerit: non est solidum argumentum: nam plurimi autores suis operibus fraudarentur, vt Gennadius annotauit: & Hieronymus ipse scribens ad Rufinum, testatur, quæstione hæreseos suscitata, postquam illud volumen ediderat de viris illustribus, & ipsius Origenis, & aliorum Græciæ tractatorum multa opera legere se compulsum fuisse, quæ antea non cognouerat. Verba illa quoq; Gregorij: Fertur verò Dionysius Areopagita, antiquus sci-

licet, venerabilis pater, dicere quod ex minorum Angelorum agminibus foras ad explendum ministerium mittuntur: non innuunt aliquam dubitationem de autore, sed solum de autoris dicto: quod ipse, qui Græcas literas ignorabat, nec autorem in fonte viderat, dicere poterat. Canon præterea trigessimus primus Concilij Niceni ex Arabicis Canonibus translatus producit orationem Dionysij Areopagitæ recitandam deuotè pro Episcopo, vel Sacerdote redeunte ex Artianismo, cuius orationis meminit Synodi Constantinopolitanæ septimus Canon Græcus.

Quod autem Dionysius è loco, vbi martyrium pertulit, id est, è monte Martyrum hodie appellato, truncatû caput proprijs manibus gestauerit per duo ferè millia passuum ad locû sancti Dionysij vocatum, vbi nunc requiescit, testatur ex Græcis Simeon Metaphrastes in eius martyrio, dicēs: Cum suum caput, tanquam aliquod præmium Martyr suis accepisset manibus, transit ad locum idoneum. Ferebat ergo ipse caput in manibus, tanquam aliquod trophæum, à Diuina omnino portatus gratia: neque prius dimisit, quam mulier Diuina quadam omnino occurrens prouidentia (infra vocat eam Catullam) in illius manibus deposuit, veluti quendam thesaurum. Ex Latinis verò Hilduinus Abbas sancti Dionysij ante octingentos ferè annos, qui vitam, & martyrium ad Ludouicum Imperatorè grauitè conscripsit, idem testatur, & collegit eius historiam ex vetustissimis autoribus, sed præsertim ex Visuij conscriptione, qui oculatus fuit martyrij testis, & dicti miraculi, vt præterea ad Fidem fuerit conuersus. Vt interim omittam picturas Ecclesiasticas, & antiquissimas, & quod Albanus quoque martyr apud Maguntiacum gestauit & ipse caput suum abscissum. Et quod Chrysostomus in homilia in Iuuentinum, & Maximum martyres in fine scribit: Etenim sicut milites, vulnera quæ in prælijs sibi infligunt Regi monstrantes, fidenter loquuntur: ita & illi in manibus abscisa capita gestantes, & in medium afferentes, quæq; voluerint apud Regem cælorum impetrare possunt.

Greg. loco præscripto.

S. Dionysij suum caput abscissum proprijs manibus ad duo passuum millia gestantis historiam non esse anilem fabulam, vt fabulat Oecolampadius Simeon Metaphrast.

Hilduinus Abbas vetus autor.

Albani martyris periade ac Dionysij miraculum. Chryf. to. 3 longe à medio. Martyres apud Deum quæntu possint esse Chrysest.

Contra Oecolampadiu in Martyres contumeliosum.

1. Cor. 6.

Idem Chry. lib. 4. de Sacer. tom. 5. Ambr. li. 10 epist. 82. no loge à principio. tom. 3. sub finem. Euseb. lib. 3 Eccl. histo. cap. 4. in fine. Suidas.


Sic ille, alludens ad factum Dionysij, & Albani. Non debebat, ergo Oecolampadius in hanc Dionysij sui capitis gestationem, quasi in anilem fabulam debacchari; cum sanctorum Martyrum sit & viuentis, & mortui caput suum Christum honorare, & quasi manibus bonorum operum, gestare, & glorificatè, iuxta illud Apostoli: Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Quod verò sequitur: Et mulier nomine Damaris, Græcè dicitur γυνή, nomen est æquiuocum ad vxorem, & ad mulierem. Hoc autem loco magis videtur congruere, vt non significetur eius vxor, quia ponitur absolute sine articulo γυνή: nec obstat fuisse connumeratam inter Dionysium Areopagitam, & alios homines conuersos, quos minime nominat, quæ non essent adeo excellentes, vt Dionysius, & Damaris. Et tamen Chrysostomus libro de Sacerdotio, putat vxorem fuisse Dionysij, sicut etiam Ambrosius ad Vercellensem Ecclesiam ait: Siquidem etiam Dionysius Areopagites cum Damaris vxore sua, alijsque multis credidit. Fuit autem Dionysius secundum sententiam Eusebij, & Suidæ, Episcopus Athe-

nienfium, licet Beda hoc loco testetur fuisse Episcopum Corinthi: quia vt Dorotheus testatur in Synopsi, Episcopus Corinthiorum constitutus est Silas. Et Patres olim ad Fidem conuersi retinebant nomina sua antiqua. Ita enim dictus est Areopagita in suis scriptis, etiam si esset Christianus; sicut etiam Iustini Philosophi libri illo eodem nomine inscribuntur, etiam si iam Christianus, & non Philosophus esset. Et libri etiam Clementis Romani, dicuntur libri Clementis Philosophi à quibusdam; eo quod olim ante Fidem Philosophiam profiteretur. Non fuit igitur absque magna profectu Pauli prædicatione apud Athenienses, postquam tam egregiã prædam venatus est, & præclarum Ecclesiæ doctorè, ac Christianæ Theologiæ facillè Principem, qui à Beato Clemente Pontifice post mortem Apostolorum Petri, & Pauli ad illustrandas Euangelio Gallias cum Rustico, & Eleutherio missus est, vbi & illustri martyrij genere gloriam propagauit Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto, merito omnis honor, & gloria defertur ab omni creatura in secula seculorû. Amen.

Dorotheus Episcopus.

Paulinæ prædicationis in vrbe Athenarum fructus eximus.

Dionysius Areopagites à quo & cum quibus in Gallia destitatus sit.





TRACTATUS XLVIII.

IN verba illa: Posthac egressus ab Athenis venit Corinthum: Et inueniens quendam Iudaeum, nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem eius, eo quod praecipisset Claudius discedere omnes Iudaeos a Roma, accessit ad eos. Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur. (erant autem scenofactoria artis) Et disputabat in Synagoga per omne Sabbatum, interponens nomen Domini Jesu, suadebatq; Iudaeis, & Graecis, &c. usque in finem Capitis, Actorum 18.

NON est magnopere difficile hoc Capitulum. Paulus breui tempore mansit Athenis, imo nec expectauit aduentum Silae, aut Timothei, quia videbat eos curiosos, & propriae rationi nitentes. Apud eos enim laterem lauat praedicator, & frustra laborat, quia iubilibus abscondit Deus sua mysteria. Cum igitur pauca illa praetatis femina in cordibus credentium insensisset, discessit, ac venit Corinthum. Achaiae metropolim nominatissimam, & Romanam coloniam, quam Cicero in Oratione pro Lege Manilia totius Graeciae lumen appellauit, & de qua prouerbum erat:

Quibus minime patefaciant diuina mysteria.

Corinthus quae ciuitas.

Cicero.

Vbi sita.

Sita erat in Isthmo duorum marium, Aegaei, & Ionij: hanc Paulus praesentia sua per sesquiannum illustrauit, & duabus epistolis doctissimis ad eam missis ornauit, eo quod magnas radices apud illos egerat Euangelium Christi. Describit autem Lucas hospites, qui cum benigne exceperunt, & inter ceteros reperit Aquilam quendam

Iudaeum Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem eius. Aquilae duo fuerunt, & vtriusque natione Poticus: alter quidem genere Iudaeus primo, deinde Christianus, cuius hic Lucas, & Paulus ad Rom. vlt. meminit; alter vero profelytus, qui vetus Testamentum post 70. interpretes, ex Hebraeo in Graecam linguam Iudaizando conuertit, qui multis annis priori fuit posterior, de quo Eusebius libro 5. Eccles. histor. cap. 8. Diuertit autem ad hunc hospitem Apostolus: quia secundum Christi regulam, quam edixerat Apostolis: In quamcunque ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit. Erat ergo Aquila dignus, ac timens Deum: erat Iudaeus, & victum manibus suis quaeritabat, quod vitae inculpatae testimonium esse videtur. Nam etsi Euangelium omnibus sit promiscue praedicandum; cauendum tamen prudenti concionatori, ne quid offenculi his, quibus illud administrat, quantum est ex se, praebet. ¶ Ed quod praecipisset Claudius discedere omnes Iudaeos a Roma. Huius rei meminit

Aquila: duo memoratur.

Euseb. Caesariensis. to. 1. Cur Paulus veniens Corinthum apud Aquila hospitium diuertit. Matth. 10.

Præco verbi Dei quid cauere debeat.

Suetonius

Suetonius. Iudaei edicto Claudij vrbe pulsi duplici de causa.

Oros. lib. 7. ca. 6. in fin. Beda. lib. de sex aetatibus mundi. nu. 40. 07. tom. 2. a med. Idem in Act. tom. 5.

Hist. schol. in Act. Apost. cap. 9. 3 Altera ratio.

Scenofactoriam Paulus coluit artem

Apocal. 21.

Hieronym.

Perottus.

Scenofactoria quaequam illa,

Suetonius in vita Claudij, cap. 25. Iudaeos Christo impulsore assiduo tumultuantes, vrbe expulit. Erat ergo fides Romae, etiam antequam Paulus Romam veniret. Hoc etiam quod Claudius fecit, C. Caligula inceperat. Hec autem expulsio facta est anno imperij eius nono, vt ex Iosepho testatur Orosius: Anno, inquit, eiusdem nono, expulsos per Claudium vrbe Iudaeos, Iosephus refert. Eodem tempore contigisse eam expulsionem, tradit Beda libro de sex aetatibus mundi: atque hunc locum interpretans, ait: Quod vtrum contra Christum tumultuantes Iudaeos coerceri, & comprimi iusserit, an etiam Christianos simul velut cognata religionis homines voluerit expelli, nequaquam discernitur. Hec ille ex Orosio. Scholastica vero historia tradit, Claudium Iudaeos expulisse, eo quod uxorem eius Agrippinam, Neronis matrem, praenimia familiaritate quam habebat cum eis, adeo traxerant ad ritus suos, vt iudaizaret.

Accessit ad eos. Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur. Erant autem scenofactoria artis. Quam Apostolus ante Apostolatam didicerat artem, eandem postea retinebat; nam post Apostolatam non vacauit illi artem discere discurrenti per vniuersum orbem, in quo tentoria spiritualia, sub quibus habitaret Deus cum hominibus, Euangelium praeparabat. Verbum Scenofactoria, ex voce Graeca, & Latina compositum est; & idcirco a quibusdam censetur barbara; quanquam a bonis autoribus interdum vocabula vsurpentur talia, vt copresbyter apud Hieronymum, coepiscopus, subdiaconus, bigamia, & monachus apud Perottum, Graece vero dicuntur σκηνοποιοι, non vt quidam deceptus dixit σχονοποιοι, id est, fumum contexendorum artifices; sed prior vox tentoriorum, siue tabernaculorum, siue aulaeorum opifices significat, ab obumbrando sic dicti: nam σκιά, umbra dicitur, & σκηνά & σκηνόματα umbracula vocantur: vnde quidam vertunt pelliones, alij futores, quod in materia pellium, siue coriorum versentur. Nam etsi ex alia

materia nunc fiant tabernacula, vel ex lana, vel ex lino, vel ex sagis ciliacinis, vel ex arborum frondibus, & ramis, vt Iudaei in deserto, tunc tantum ex materia densa pellium fiebat, quod magis a Solis, imbrum, & ventorum iniuria protegeretur. Vnde Scriptura ait de tentorio tabernaculi: Tanquam tabernacula Cedar, sicut pelles Sabae, & Esaias: Dilata locum tentorium sui, & pelles tabernaculorum suorum, & Habacuc: Prae iniquitate vidi tentoria Aethiopiae, turbabuntur pelles terrae Madiam. Et Hieronymus in versione Origenis super epistolam ad Romanos. cap. vlt. hunc locum interpretatus ait: Erant artifices tabernaculorum, hoc est, futores tabernaculorum. Etsi autem Paulus per noctem arti suae, siue exercitio vacaret, per diem tamen disputabat in Synagoga per omne Sabbatum, non solum cum Iudaeis, sed & cum Graecis, qui ad Synagogas confluebant, disputationis gratia. Vrgit B. Augustinus libro de opere Monachorum, monachos otiosos conantes allegorice interpretari hunc Pauli laborem, vt sine inertia, & otio consulerent. Sed quid dicent ad illud eiusdem Pauli dictum: Nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus?

Cum venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudaeis esse Christum, Iesum. Distulerunt Silas & Timotheus venire, ob fructum quem ediderunt in Bereensibus. Recte proinde Romanus quidam Pontifex statuit, Superiorum literis, cum valde probabile est non mandatos, si rem praesentem non ignorarent, iniuriam non fieri, si non tam prompte ab inferioribus obediatur. Post aduentum vero illorum cepit instatius praedicationi vacare, & persuadere, Christum, esse Iesum, id est, Messiam promissum. Sed cum Iudaei illi contradicerent, excussit vestimenta sua, in signum quod labor pro salute eorum erat vertendus in damnationem, & in signum quod illi essent a Deo excutiendi a facie Domini, iuxta illud: Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis quem proicit ventus ante faciem terra.

Tabernacula modò qualia fiant.

Cant. 1.

Esaias 54.

Habacuc. 3.

Hieronym.

Paulus nunquam orisus, quibus post simum in eam plura proposuit.

B. August. lib. de opere Monachorum cap. 19. tom. 3. circa finem. 1. Thess. 3.

Silas, & Timotheus quare diutius heserint Bereae.

Superiorum literis quibus minus prompte obedire licet.

Iudaei non credentibus, verum Euangelio contradicentibus, cur sciderit Paulus vestimenta sua. Matth. 10. Luca 10. Psal. 1.

Dixit







TRACTATUS XLIX.

IN illa verba: Factum est autem, cum Apollos esset Corinthi, ut Paulus, per agratis superioribus partibus, veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos: dixitque ad eos, Si Spiritum sanctum accepistis, credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? qui dixerunt, In Ioannis baptismate, &c. in finem vsque cap. Act. 19.

Argumentum huius capituli

HO C in Capite Lucas describit quidnam docuerit Apostolus, quid fecerit, quid perpeffus fuerit in Ciuitate Ephesi. Cum igitur Apollos Corinthi praestaret Euangelistae munus, Paulus, per agratis superioribus partibus Galatiae ac Phrygiae, confirmatisque fratribus, Ephesum rediit. Nam cum dixit Cap. superiori, quod veller ire in Syriam, & ad festum quod instabat, esse in Ierusalem, si vera sunt quae superius exponendo textum diximus, de Caesarea Cappadociae, & Antiochia Pisidiae, oportet fateri, Paulum mutasse consilium de visitanda Syria, & Ierofolyma: & visitatis tantum fratribus, & confirmatis, reuertisse Ephesum, moxque accidisse quae in hoc capite enarrat. Quod si Paulus (quod verosimilius est) consilium non mutauit, sed in Syria, & in Ierusalem peruenit: aliter interpretanda sunt quae ex Capite superiori diximus. Nam cum rogatus a fratribus, ut ampliori tempore maneret Ephesi apud se, nec consensisset, sed vale faciens promississet: Iterum reuertari ad vos, Deo volentes statim sequitur, Profectus est ab Epheso. Et descendens Caesarem, ascendit, & salutauit Ecclesiam, & descendit An-

tiochiam: intelligendum est quod profectus sit ab Epheso, & in portu, qui non longe distabat, conscensa nauis, descendit in Caesarem Palaestinae, quae non longe est a Ierofolyma: & inde ascendit, scilicet Ierofolymam, quae in edito loco sita erat, vbi & salutauit Ecclesiam: vbi Paulus nihil aliud Ierofolymis egit, quam quod salutarit Ecclesiam, prohibitis a fratribus diu ibi harere, ne excitaretur tumultus propter ipsum. Et hic est quartus Pauli in Ierusalem ascensus post conuersionem eius. Ex Ierofolyma vero descendit in Antiochiam Syriae, vnde profectus erat cum Sila in hanc peregrinationem. Et hunc sensum esse verum, indicat, quod Caesarem absolute dixit, non Philippi, aut Cappadociae, aut alterius Prouintiae: ita enim simpliciter dicitur Actuum decimo. Deinde fauet participium Descendens, quod indicat nauigationem: nam expleta nauigatione dicuntur homines descendere de nauis. Praeterea praecedit iuxta literam Graecam: Rogatus est, ut ampliori tempore maneret, apud se scilicet: non consensit, sed vale faciens, & dicens; Oportet omnino me festum quod instat agere in Ierusalem. Sed iterum reuertar ad vos Deo volente:

Paulus quoties in Ierusalem ascendit.

An Paulus, vel superius dixerat, fratres inuenerunt gratia Caesarem profectus fuerit, necne.

ergo, cum sequitur quid iturus in Ierusalem, descendit in Caesarem in telligendi Palaestinae, per quam ius in Ierusalem, non per Caesarem Cappadociae, aut Caesarem Philippi, aut aliquam aliam Caesarem dictam ciuitate. Et quod dicitur Actuum Profectus est ab Epheso, Graece dicitur *ἀναβήσας*, quod verbum de his qui nauigant, dicitur, & signat, Prouectus est. Adhaec illud indicat, quod ascendit, & salutauit Ecclesiam in eodem portu, quod ascendit, scilicet Caesarem, dicitur quod ascendit, scilicet in de, & simpliciter dicitur salutauit Ecclesiam, nimirum Ierofolymitanam, quae per excellentiam est Ecclesia: & in de dicitur, quod descendit in Antiochiam, nimirum Syriae. Quomodo autem haec proprietates verborum ascendendi, descendendi, intelligat de Caesarea Cappadociae, Antiochia Pisidiae, non intelligo. Et confirmatur hic sensus ex his, quae Actuum dicitur. Et quidam descendentes de Iudaea, docebant fratres, &c. Facta ergo seditione non minima, statuerunt ascendere Paulus & Barnabas. Ascenderunt ergo ex Antiochia in Ierusalem, inde descendit in Antiochiam Syriae. Dicitur quoque sensum hunc quod sequitur, quod factum ibi aliquanto tempore, nimirum in Antiochia Syriae, profectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos: Quia enim ait, Ex ordine perambulans, venientem ex Syria prior occurrit Galatia quam Phrygia: cuius oppositum foret, si ex Epheso itinere pedestri pergeret in Syriam. Et hoc nemo putat esse verum sensum, etiam aliter ex Graecis Oecumenius, ex nostris veteribus aliter Hieronymus, & Rabanus dicunt: qui fortassis non satis videntur assecuti ordinem historiae. Rediit ergo Ephesum Paulus, sicut promiserat, & inuenit quosdam discipulos. Fideles igitur isti erant, quia crediderant in Christum praedicatum a Ioanne, licet non crederent in sanctam Trinitatem, quam non licet ignorare baptizatis baptismo Christi, cum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizantur. Videtur au-

Vertical marginal notes on the left side of the page, including references to 'Paulus', 'Hieron. lib. de locis Hebraicis', and 'Matth. vii.'.

tem Lucas praemississe, quod Apollos baptismum tantum, Ioannis sciebat, ut intelligeremus, hos fuisse discipulos eius instructos in fide Iesu, sed imperfecte, quando Apollos ibi fuerat: & ideo tantum horum discipulorum nominat Lucas, utpote imperfecte instructorum, tacitis alijs perfectis Christianis. Dixitque ad eos, Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus. Ut expleta nauigatione dederit, de potentissimo Eidei articulo, qui est Spiritus sanctus, per chartatur Esti autem Spiritus sanctus sub aspectum non cadit, certis rationibus quibusdam indicijs se manifestum reddere. Interius quidem, charitatum, & pacem conscientiae tribuebat, & testimonium Spiritui nostro reddendo, quod sumus filij Dei, exterius vero, quae se per donum linguarum, vel prophetiae, vel alia dona exerebat. Et consulto interrogauit, ut intelligentes quanto bono sint privati, statim illud apperant, & requirant. Rursus interrogat, In quo baptizati estis? Qui dixerunt, In Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus, Ioannes baptizauit baptismo panitentiae populum, dicens, In eum qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Iesum. Ioannis igitur baptisma nequaquam conferebat Spiritum sanctum, nec gratia significabat praesentem, sed futuram. Et falsum, quod pro doctrina accipitur baptismus hoc loco, ut haeretici volunt, ut sit sensus, in quo baptizati estis, id est, Ad quod genus doctrinae applicuistis, vel profitendum vos applicuistis? Sic Lofius. Non enim, ait, quarit de aquae baptismate, sed de doctrina, quae sepe baptismi appellatione venit. Eum probat ex Marco cap. 16. vbi dicitur, Fuit Ioannes in deserto baptizans, & praedicans baptismum panitentiae. In quibus verbis Tringlius capit baptismum pro doctrina. Sicut Bullingerus in illud Lucae 20. Baptismus Ioannis de caelo erat, an ex hominibus? baptismum pro doctrina capit. Ita hic dicitur accepisse Paulus, quasi non iterum baptizauerit, sed de integro instituerit eos, qui ba-

Vertical marginal notes on the right side of the page, including references to 'Petrisimus fidei articulus', 'Dicitur Spiritus in nobis inhabitans indicia', 'Rom. 8.', 'Cur Paulus Ephesios interrogat si Spiritum sanctum accepissent', 'Matth. 3.', 'Ioan. 1. Quid sentit de Ioannis baptisma te.', 'Contra haereticos, baptismum Ioannis pro doctrina sumendum esse dogmatizantes', 'Lofius haereticus', 'Tringlius', 'Bullingerus'.







Tertiaratio.

est hic sermo de illa vulgata confessione, qua nos in genere accusamus peccatores coram alijs omnibus, quia confitebantur actus suos. Tertio, deducitur etiam peculiaris enumeratio peccatorum, quia dicuntur annuntiasse Paulo actus suos, sive ut Græcè dicitur, τὰς ἁμαρτίας, id est, certas quasdam actiones, sive certa peccata. Et quia Paulus à Domino habebat potestatem absolendi, ut probauimus, & qui dixit: *Nam & ego quod donauit, si quid donauit, propter vos, in persona Christi: proculdubio habemus quantum, quod illos absolueret.* Et ita habemus integrum Sacramentum poenitentiae. Atque ita intellexit hæc verba beatus Basilius in Regulis breuioribus, ita loquens: *Necessarium est confiteri peccata ista, quibus credita est mysteriorum dispensatio.* Et subdit: *In Actis Apostolorum Apostolis confitebantur, à quibus baptizabantur omnes.* Vbi quia de mysteriorum disputatione est sermo, constat eum loqui de Sacramento poenitentiae, & Sacerdotibus, quibus Ecclesiae clauis datae. Similia tradunt Patres. Adiungitur etiam satisfactio quaedam, & multa, quae imponi solet à Sacerdotibus, antequam absoluant. Nam exusserunt libros curiosos artium magicarum, & vanarum: cuius exemplo Sacerdotes poenitentibus se accusantibus persuadere debent, ut libros hæreticorum prohibitos exurant: falsa pondera, & mensuras confringant: quod furto sustulerunt, restituant: concubinam domo sua pellant, & cætera instrumenta peccati ab se ablegent, ut salutari absolutione, & fructuosa corporis Christi participatione digni reddantur. Ita olim Ezechias, & Iosias destruxerunt aras & templa idolorum, tamen tamen magnis impensis essent ædificata. Falsa est ergo interpretatio hæreticorum, quod confitebantur signa quae faciebant: quia sancti nec prædicant hæc, præsertim ut sua: nec ut peccata confitentur, sed ad Dei gloriam illustrandam, illa profitentur.

Nec obstat si quis dicat, hanc publicam fuisse confessionem; tamen quia

Supra. 2.

B. Basilius in Reg. breuioribus interrogat. 28. tom. 2.

Quarta ratio

Satisfactiones quænam poenitentibus imponendæ.

4. Reg. 18. Infra. 23. & seq.

Signa non prædicant sancti, præsertim ut sua.

id ex Textus verbis non euincitur, tum quia satis potest esse publica confessio, & tamen Sacramentalis. Nam qui publicè poenitentiam agit, illa exacta verè absoluitur: & ideo verè ibi inuenitur Sacramentum. Et quia hic dicitur: *Multi credentium veniebant consistentes, & annuntiantes actus suos,* manifestum est, quod non fuit aliquis actus singularis, sed consuetus fidelium recursus ad Sacramentum poenitentiae. Hæc Patrum consuetudo, optima legum omnium interpretis.

Quod verò libros non venderint, sed exusserint, id Occumenius duabus ex causis factum putat. Primum, ne quis pestilentis, ac contagiosae eorum doctrinae participes fieret. Deinde ne ex re turpi lucrari viderentur. Sicut enim vetitum est, ne lucrum ex fornicatione acquisitum Deo offeratur, sic etiam pecunia ex tali re comparata ad pedes Apostolorum poneretur. Valeret etiam dici, id eo factum, ut intelligerent Christianam religionem contrariam esse magicis artibus, siue astrologicis. Summa autem librorum exustorum ascendebat ad quinquaginta millia denariorum, secundum literam nostram, tanto enim pretio empti fuerunt: quæ effecit nostræ monetæ premium quinque millium aureorum, teste Budæo. Verum cum & Syriaca litera aliter habeat, & Græcè dicatur, ἑξ ἑξῶν ἀργυρίων ἑκατὸν ἑκατὰ, id est, inueniuntur argenti quinque myriadas, & myriadas continet decem millia, & argyrium significet argentum, cuius speciei denarij triginta Iudas vendidit Christum, & quodlibet illorum continet duas drachmas; profecto colligeretur summa decem millium aureorum.

His autem expletis proposuit Paulus in spiritu, transire Macedonia, & Achaia, ire Ierosolymam, dicens: *Postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre.* Expletum iam erat biennium, & magna illi vrbis pars, reiecto idolorum cultu, & spreto Diana, cogitauit visitare Macedoniam, & Achaia, ut ibi collecta aliqua facta,

Solutur id: Publica fuit, non ergo priuata, seu articularis illa confessio annuntiantium actus suos.

Patrum consuetudo, potest ma omnium legum interpretis

Cur Ephesij magicos libros combusserint, ac non potius vendiderint, secundum Occumenium. Deur. 23.

Budæus in Comment. lingua Graeca.

Matth. 26.

Cur Paulus Timotheum & Erastum miserit in Macedonia, ipse autem remanserit in Asia.

Rom. 16.

Colos. 4. Caius quale nomen, & quid significet.

Radix omnium malorum avaritia est.

1. Tim. 6. Argentarius quid proprie, quid vero improprie hoc loco.

ascenderet Ierosolymam, indeque cogitabat venire Romam, & ibi retia tedere Euangelica, sicut & illi contigit. Verum postea in melius mutato consilio, decreuit mittere Timotheum, & Erastum, & ipse manere in Asia, dum ipsi rediret. Atque ita rursus suscitati sunt noui tumultus contra Paulum. Et Erastus quidem meminit in epistola ad Romanos, & Caius Aristarchi verò in epistola ad Colossenses. Est autem nomen Caius Romanum, & in prisca lingua Latina signabat Dominum: unde verbum sponsæ ad sponsum: *Vbi tu Caius, ego Caia.*

Demetrius quidam nomine, argentarius, faciens ades argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum questum, &c. Avaritia opificum usus est Satanas, ut bellum inferret Paulo: est enim omnium malorum radix. Cum igitur Demetrius argentarius, scilicet faber ἀργυροποιός (nam aliò qui argentarius Latine mensarium, siue numularium proprie significat) ex precipuis, votiuua templa, ædículasve argenteas, quæ ibi ad honorem Dianæ ob maiorem commoditatem offerri consueuerant templo Dianæ, quemadmodum nunc statuae argenteae offeruntur B. Virgini, aut sanctis Martyribus, posset etiam intelligi, quod faceret templa argentea instar templi Dianæ, quæ in veneratione Dianæ emebant aduenæ, & secum ad venerationem reportabant: & vtrumque potuit contingere. Certè Ammianus Marcellinus lib. 22. tradit, Asclepiadem Philosophum visendi Iuliani Imperatoris gratia venisse in templum Daphnæi Apollinis, & cum Dea celestis argenteum breue figmentum quocumque ibat, secum solitus esset afferre, ante pedes statuit simulachi sublimes, accensusque cereis ex usu cessit, unde medietate noctis emissa, cum nec adesse quisquam potuit, vel iuuare, volitantes scintille adhæserunt materijs vetustissimis, & ita totum templum conflagrauit. Adhæc Polybius scribit, quæ armaria vocat Plinius lib. 35. lin. 2. ex quibus depromebantur maiorum imagines. Sed ad rem. Hinc inquam Demetrius conuocatis

alijs artificibus, proposuit eis quantum sibi dari adferre posset Pauli prædicatione, quoniam aiebat, *Non sunt dii, qui manibus sunt:* & ita non solum questus noster periclitatur, qui ex hoc artificio victamus, sed etiam maiestas Dianæ Ephesiae, & templum eius ad nihilum redigitur: ac ita tanto malo nobis occurrendum est, ne ultra eos res progrediatur. Vides igitur, quomodo partim avaritiæ, partim religionis stimulis alios ad seditionem excitabat aduersus Paulum. Ut autem intelligas maiestatem templi Dianæ, non venaricis, sed πολυμύσης, id est, multimanis, ut Hieron. annotauit, templum illud, teste Plinio, ducentis & viginti annis à tota Asia fuit structum: cuius longitudo 425. pedum, latitudo 220. columnæ 127. altitudinis 60. pedum à singulis Asiæ Regibus dicatur: atque huic soli templi victor Xerxes pepercit. Tradit Strabo lib. Geographiæ in Cataoniae comanis, alijsque Asiæ locis ditissima sacerdotia naminum fuisse, in quibus regio sanguine orti præficerentur, parsque agrorum & iurisdictionis illorum esset: omnium tamen opes, donaria, anathemata Ephesium numen vicit. Iuxta templum erat asylum libertatis inuiolata: ad stadij spatium ab Alexandro extensum, quod Augustus ad irritum reddidit, ne impunitate proposita libi do multorum ad malum incitaretur, ut tradit Strabo. Unde nec mirum, si templa Christiana impunitate gaudeant, sicut apud Israelitas ciuitates refugij. Eratque vnum de septem mirabilibus mundi templum hoc habitum, quod tamen Erostratus iniquissimus nebulo, quo famam sibi compararet, turpiter succendit anno 20. Artexerxis Ochi Regis Persarum, quo die Alexander Macedo fertur natus anno 353. ante Christum natum. Unde Aegelas Magnesius ioco dixit: *Dianam, cum parturiret Olympias Alexandrum, adesse fuisse occupatam, ut templum suum ab igne defendere non potuerit.* Verum Senatus Ephesius decretum tulit, ne quis succensoris templi nomen literis demitteret, ut in eo, quod ambierat, puniretur. Dignum planè supplicium,

Hieron. in proem. super epist. ad Ephes. 10. 9. Plin. lib. 36. cap. 14. Ephesij templi Dianæ descriptio. Strabo lib. 14. Geogr. medium inter, & initium.

Idem Strabo ibidem.

Num. 35. & Deut. 4. & Iosus. 21. Templi Dianæ Ephesiorum succensor quis ille.

Aegelas Magnesij locus.

Quas poenas dederit ille suæ temeritatis.

sed minimè obseruatum; cum huius sacrilegi nomen ad nostra vsque tempora peruenerit. Ephesij verò aliud longè præstantius templum erexerunt, mulierum præsertim ornamentis, & innumeris alijs ad id collatis muneribus.

Porro circa has. argenteas imagines, quas artifices venales proponebant, vt aduenis venientibus, aut recedentibus venderent in venerationem Dianæ, multa debachantur Lutherani, detorquentes contra vsum imaginum sanctorum: sed nihil solidi adferunt. Et cum certa fama tradat, Lucam pinxisse imagines Beatæ Virginis, & id doceant nonnulli boni autores, non nisi temerè, & falso id negant Lutherani: quemadmodùm & vsum imaginum sanctorum, quæ doctis seruiunt ad memoriam, & simplicibus ad eruditionem, quasi idiorum libri: & vtrisque tum ad deuotionem excitandam in sanctos, tum ad venerationem prototyporum in ipsis imaginibus deseruiunt. Hic enim non nisi falsorum Deorum imagines, vel eas, in quibus quid diuinum esse putabatur, vituperantur. Nec si etiam signa facta sunt ad falsorum simulachra deorum, ob id non vera sunt, quæ apud imagines alias sanctorum edita celebrantur: aliòqui quia erat verus serpens, & ranæ illæ mariorum, non fuissent vel verus serpens, vel veræ ranæ, quas fecit Moyses. Verùm signa illa, quæ ab idolis fiebant, à dæmone erant, quia tanquam dii inuocabantur. Quæ autem ad imagines sanctorum fiunt, à Deo sunt, quia ipse in se, & sanctis suis, & sanctorum monumentis inuocatur. Et quia superant naturæ facultatem, vt quæ Moyses faciebat. Et quemadmodùm in non visum Christum credimus ob Scripturam de illo loquentem: ita & signa non visa debemus credere ob Ecclesiam probatam etiam ipsam Scripturam, pedum signa. Imò si credimus, ad ymbra Petri, nec non ad semicinctia & sudaria Pauli facta fuisse miracula, propter Lucæ Scri-

pturam sacram, ergo & signa ad imagines Dei, sanctorumque edita. Quoniam etiam imagines opera sint manuum hominum; Deo tamen sunt dicatæ, & consecratæ. Et quamquam falsa aliquot signa iacentur, & pretio vendantur, non ob id tamen vera neganda sunt; quod maximè velle dæmon, ne aut Dei gloria, aut sanctorum illustretur, aut nobis vtilis, & salutares existant.

Paulo autem volente intrare in populum, non permisit discipuli. Voluit intrare Paulus ob fiduciam veritatis, pro qua erat paratus mori; & quia sic decet pastores, vt primò se offerant periculis pro grege: licet cesserit alieno consilio, quia id melius in his, quæ non sunt contra Deum. Nec id volebat ob legem Salomonis prohibentem recedere à seditione: vt enim ille sapientissimè dixit, Honor est homini, qui separat se à contentionibus; sed curare volebat vt seditio sedaretur, quia non erat rationalis, nec durare poterat, & Pauli personam Christus protegebat. Vide prudentiam Pauli pro tempore, & loco varia & contraria efficientis: volebat enim constanter se dare in theatrum, nisi per amicos esset impeditus: qui tamen aliquando in sporta per muros Damasci demitti se permisit: quod diligenter annotauit Gregorius noster in lib. 31. Moral. capite. 23. in fine, tomo 1. Erat enim Ecclesia confusa. Ecclesia hic non dicit fidelium congregationem, sed diuersorum hominum concionem, qui temerè conuenerant.

De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis: Græcè est, *Ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλεξάνδρου*. Id est, ex turba instruxerunt Alexandrum, proferentibus eum Iudæis, vt is videlicet reddita ratione præsentem occurreret tumultui. Est enim Græcis *προβιβάζειν*, promouere, siue instituire patronum causam acturum; Noster tamen interpretis legit *προβίβασαν*, id est, detraxerunt de turba,

Sanctorum miracula nobis incognita esse, dæmon cur velit.

Pastores quid facere debeant exemplo Pauli. Ioan. 20. & seq.

Prou. 20.

Pauli prudentia singularis

Act. 9. Greg. li. 31. Moral. cap. 23. in fine, tom. 1. Ecclesia hoc loco quæ dicitur fuisse confusa.

Hunc locum de Dianæ Ephesiacæ statuis & imaginibus, cuius cultus quæ impiè Luchæ rant contra diuorum imagines detorqueant.

Diuorum simulachra quid conferant.

Exod. 7. & seq.

Quæ ad sanctorum imagines miracula fiunt, vnde sint.

Gloss. Ord.

ne occideretur, vel ne Paulum tueretur, vt intellexit interpretes. Et hic Alexander secundum Glossam Ordinariâ, est idem, qui infra dicitur Scriba: quamquam alij dicat distinctum ab eo fuisse. Et quod non potuit obtinere Alexander, cui per duas horas oclamatum fuit, obtinuit hic scriba publica persona Ephesina, & non Iudæus, vt Alexander, quem ob eam causam noluerunt audire. Clamatum est ergo per duas horas, Magna Diana Ephesiorum, quemadmodùm sub Helia Sacerdotes Baal de mane vsq; ad meridiem inuocabant, dicentes, Baal exaudi nos: & non erat vox, nec qui responderet. Ita isti frustra clamabant: Ita modo Hæretici clamant plerumq; Christus Christus, Euangelium Euangelium: sed sunt voces sine sensu, & sine mente.

Et cum sedasset scriba turbas, dixit, Viri Ephesij, quis enim est hominum qui nesciat, Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ: cuiusq; prolis? Videtur interpretes noster legitse *Δίος υἱός*, id est, Iouis filia: quia *Ἀπρῳίς*, seu Diana, quasi Iunonia, erat Iouis & Latonæ filia. At in Græcis & Syriacis codicibus, & Chrysostomo habetur; *ἡ δὲ Διὸς κόρη*, vt subaudiatur simulacri, siue imaginis ab Ioue de cælo delapsæ in terras, & non ab homine factæ: id enim confixerant Gentiles ad stuporè simplicibus immittendum; quod superne à Ioue in cælo esse formatam crederent: eamq; famam spargebant: statuarijs, vel relegatis, vel occisis, ne eam manufactam dicant, vt testis est Suidas: quemadmodùm Palladium Troianum, & ancyle Romanum descendisse de cælo, de quo Poeta: *Lanigerosq; apices, & lapsa ancylia cælo Extuderat*: Et Homerus Reges vocat *Διωνῆας*, vel ut ab Ioue profectos, & ortos. Quod verò masculinus articulus *ῥ*, hic legitur, interpretes noster forte legit in for-

3. Reg. 18.

Hæretici nostri seculi quales illi.

Ἀπρῳίς seu Diana à quibus progenta.

Chrysost. homil. 42. tomo 3.

Dianæ simulacrum vnde lapsum creditur Ephesij. Suidas.

Virgil.

Homer.

minino *ῥ*: & ita referri potest ad Dianam. Et statua Diana vulgo creditur de cælo delapsa, vt testatur Suidas. Quod verò Scriba dixit: *Ἀδύμιστος ὁμῖνες ἴστος, neque sacrilegos, neq; blasphemantes deam vestra*. Hoc, inquit Chrysostomus, totum mendacium est; ista tamen ad populum sedandum dicebat: saltem officiosum mendacium fuit, quod totus populus a tumultu compesceretur.

Quod si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices, habent aduersus aliquem causam; conuentus forenses aduertiunt, & Proconsules sunt, accusent inuicem. Si quid autem alterius rei queritis, in legitima Ecclesia poterit absolui. Conuentus forenses dicuntur, qui coram iudicibus forensibus celebrabantur, qui pauperum, ac forensium hominum causas audiebant. Proconsules verò diuitum causas agebant, ac criminum causas audiebant. Legitimam autem Ecclesiam vocat, non congregationem fidelium, sed vt Chrysostomus ait, eo quod tres conciones iuxta legem quolibet mense fierent: illa autem, nãmpè conuentuum forensium, erat præter legem. Et cum hæc dixisset, dimisit Ecclesiam. Interpretes Græcam vocem Ecclesiam plerumq; minimè interpretantur reddidit. Et si hic Scriba fuit Alexander, aut quasi Iudæus locutus est, nolens Iudæos occidi ab idolorum cultoribus, aut quasi Christianus locutus est, quolibet nemittens in domum suam. Hæc legitur, quam sit procliuè vulgus ad conueniendum, dum alios sequitur, & quam facile soluitur: & quantum referat prudentia ad tumultus cõpescendos, quamq; facile omnia bella contra fideles suscitata; nihil illis nocet, sed potius præstat cum temptatione prouentum, & per illa nomen reddatur illustre Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto sit sempiterna laus, honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Chrysost. vbi supra.


Conuentus forenses qui dicuntur.

Proconsulum olim munus quodammodo legitima Ecclesia hæc locorum esse. Chrysost. homil. 42. in Acta.

Vulgare nomen.

1. Cor. 10.

Quod est in quo conueniunt forenses.





TRACTATUS L.

IN illa verba: Postquam autem cessauit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortans eos, valedixit, & profectus est, ut iret in Macedoniam. Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Graciam. Ubi cum fecisset menses tres, facta sunt illi insidia a Iudaeis nauigaturo in Syriam; habuitque consilium ut reuertetur in Macedoniam, & rel. vsque in fin. cap. Act. 20.

**P**AULVS cum animadu- uerteret, vel nominis sui umbrā negotium facere infidelibus, siue Iudaeis, siue Gentilibus, proposuit consultum sibi videri se subtrahere, ac secedere, quod furor Ephesiorum contra fideles miteret, quemadmodum: & Christus solebat irā Iudaeorum ad tempus cedere. Et si autem Timotheū, & Erastum, Macedoniam, & Achaia praemisisset, voluit tamē ipse sua praesentia, & verbis Ecclesias illas consolari, non ignarus vulgaris prouerbij: *Oculus domini impinguat equum.* Tumultu igitur sedato, congregat dispersas, & territas oīes, atque verbo Dei confirmat, ac postea ad confirmandas alias, quae in Graecia, & Macedonia erant, proficiscitur. Et confirmatis Macedonibus venit ad Graciam, id est, illam Graeciae partem, quae dicitur Achaia, in qua est Athenae, & Corinthus. Et cum ibi per tres menses commoratus fuisset, docens & confirmans discipulos, & ordinem, ac disciplinā Ecclesiae tradens, decreuit in Syriam nauigare, sed praemonitus quas insidias illi strueret Iudaei, mutauit consilium, ut per Macedoniam in Asiam regrederetur: quae comitati sunt vsque in Asiam (ut Graecia litera habet) in primis Solipater Pyrethi Beroensis scilicet filius. Graecē tā-

tum habetur Sopater Beroensis; Thesalonicensium vero Aristarchus, & Secundus, & Gaius Berbeus, & Timotheus qui Lystrius erat; Asiani vero Tychicus & Trophimus. Et ex patrijs suis clariore designat. Et commodum erat Paulo, Spiritu Dei edocto, tot viros pios, & doctos penes se habere, quos mittere posset, ubi necessitas expostularet. Itaque Titum mittit Cretam, Timotheum reliquit Ephesi, & alios ad alias destinauit Ecclesias. Talesque deberet habere comites Episcopi, si scirent, qui pro tempore operam suam praestare possent suis Ecclesijs. *Hi cum praecessissent, susceperunt nos Troade; Nos vero nauigauimus post dies Asiam a Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque.* Loquitur Lucas, qui se adiungit Paulo: & septem illos quos nominauit, ait praecessisse, & expectasse illum Troade. Praecesserunt autem, ut pararent Paulo venienti ciuitatem, & secundum & utilem redderent aduentum eius. *Una autem Sabbati cum conuissimus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum.* More Hebraeo significat primam hebdomadem, siue diem Dominicum, qua solebant fideles, ut Iulianus in Apologia testatur, ex more conuenire in locum amplum ad frangendum panem. Et ne quid per noctem

Quare Paulus cum suis restitit Epheso, & factus est in Macedonia, ac tandem in Graciam.

Gracorum pro uerbantur.

Qua in Graciam, & cuius rei gratia uenit Apostolus.

Quales comites Episcopi habere penes se debeant, suo recte ut muneris satis faciant.

Vna Sabbati more Hebraeo quid Apostolo. D. Iustin. Mart. Apol. 2. non longe a si. tom. 1.

Quade panis fractione hic sit sermo: ad quam Paulus & fratres diu conuenisse dicitur hoc loco.

Matth. 26.

Beda in Acta tom. 5.

Caiet. ibid. Augus. epist. 86. circa si. tom. 2.

Pauli indefessus in praedicando, & docendo labor.

mali, aut inhonesti, aut quoquomodo illiciti accideret, vel id quispiam suspicari posset, dicuntur fuisse in coenaculo plurimae lampades. Certē ad communem coenam non opus fuisset Paulo tanto coenaculo, & conuocatione Christianorum. Et quia quotidie conueniebant ad frangendum panem comunem, hic vero die Dominico, & coniuicta erat ista fractio panis cum praedicatione, siue disputatione, quemadmodum Act. 2. coniuicta est cum doctrina Apostolorum; & quia denique discessurus ab eis fregit panem, ut Christus ab Apostolis discessurus, ut mutuae charitatis eis memoriā relinqueret. Ita recte colligit Beda, de fractione panis Eucharistiae hunc locum intelligendum: quam haeretici id negent, & Caietanum sub dubio relinquant. Augustinus ad Casulanum Presbyterum, tractans hunc locum, dicit, Paulum in Troade die Domini confregisse panem, sicuti fragitur in Sacramento corporis Christi: & ante, & post celebrata Sacramenta, populo locutum. Certe codex Syriacus hoc loco habet: *Dum congregati essemus ad frangendum Eucharistiam*, de qua inferius dicitur: *Ascendens fregit panem, & gustauit, ipse videlicet, & reliqui, qui eius rei gratia conuenerat.* Protraxitque sermonem usque in mediam noctem. Mane coeperat praedicare & docere, quia ieiuni sumebant Eucharistia: sed salutis eorum cupidus, non solum tota die praedicauit, sed etiam nocte non siluit, nec modo ad coenam, sed etiam post coenam multis in coenaculo accessis lampadibus. Sed in hoc Paulus communiter non est imitandus, quia breuis debet esse concio: & nihil ob haereticos debet in dubium reuocare, sed sat est autoritate, & rationibus euincere, ubi occurrerit loqui, & verba necessaria non curiosa sine disputatione proponere. Paulus igitur modo disputatorio, afferendo rationes hinc & inde, praedicabat, ut ita veritas clarius coniectaretur, ac perciperetur.

*Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychnus, super fenestram, cum mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, ductus somno, cecidit de tertio coenaculo deorsum. Recte hic iuuenis audiendi aui-*

du, Eutychnus vocabatur, id est, bene fortunatus, quia inuenit Paulum suscitantem: nam diutius Paulo disputante, somno victus & obrutus cecidit, forte Satanae opera, quod conturbaret festum. Sed quia non semper inuenitur Paulus suscitans, cauendus est somnus negligentiae lapsus animae in peccata efficiens, dum auditur verbum Dei. Et Beda recte admonuit: *Inter verba praedicationis occurrere occasionem curationis; ut dulcedine miraculi & doctrina sermo firmetur, & vigiliarum labor arceatur, & memoria magistri iam discessuri arctius meritis insigatur.* Haec ille. Paulus itaque cum ad puerum mortuum descendisset, incubuit super eum, & complexus oratione fidei, atque contactu excitauit eum: quae res non vulgarem peperit omnibus consolationem. Et iterum ascendens in coenaculum, & fracto pane gustauit, & omnibus gustandum dedit: quia Paulus discipulos congregauerat ad frangendum panem. Paulus protraxit sermonem usque ad mediam noctem, inter omnes sermoni eius. Interrupto autem sermone ex morte adolescentis, post ipsius suscitationem describitur fractio panis communis omnibus, & celebrata sunt mysteria, & de pane fracto gustauit etiam adolescens suscitatus, quemadmodum Christus puellae suscitatae iussit dari cibum: & rursus rediit Paulus ad praedicationem, quam profecutus est usque ad lucem diurnam. In quo condemnat nostram inertiam, quibus in concionibus molestissima est omnis mora, cum in conuiujs, & spectaculis ludicris vel tota dies breuissima hora videtur. Et subditur: *Et sic profectus est.* Id est, postquam pauit illos tanti magnitudine miraculi, & praedicatione tam longi sermonis, & cibo Eucharistico. Vel sic profectus est, id est, defatigatus tam longa praedicatione, quemadmodum de Christo dicitur: *Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.* Quod vero dixit, Anima ipsius in ipso est: intellige postquam impetrauerat suscitationem. De quo Augustinus lib. De mirabilibus Sacrae Scripturae: *Considerandum est, inquit, quod de filio viduae, quem Helias resuscitauerat, ita refertur: Reuertatur obsecro*

Eutychnus quid.

In auditu uerbi Dei quid cauendum sit. Beda in Acta tom. 5. Eutychni adolescentis casus Paulo praedicante quid mystice.

In quo Paulus Christo similis. Luc. 8.

Pauli qualis uigilantia.

Ioan. 4. August. lib. 3. De mirabilibus. Sacrae Scripturae. c. 9. tom. 3. longe a med. 3. Reg. 17.







sti, quā si visa fuisset ipsa resurrectio. Trapezitas, inquit, vocavit nos Deus, ut doceret omnes idem studium adhibere in excutiendis probandisq; ijs qua dicuntur, quantum adhibent trapezita, id est, mensary in probandis nummis. Ut igitur illi adulterinū nummum eiciū; & legitimū ac iustum probant, & legitimū a non legitimo discernunt, sic facias tu: ne omnem sermonem amplectaris, quin potius adulterinum exclude, & salutarem trade menti. Habes enim lances, & pondera non ex arte facta, sed quæ ex fide constāt: his proba omnem Scripturam. Idcirco enim ait: Estote probi trapezita, non ut in foro nummos numeremus, sed ut sermones omni diligentia excutiamus. Ob hanc causam ait Apostolus, Omnia probantes, quod bonū est tenete. Neq; propter probationem tantum vocavit vos mensarios, sed etiam propter distributionem eorum qua vobis conferuntur. Hæc ille. Adde sententiam Christi, quam recitat liber 2. Diataxis Apostol. cap. 43. Stude igitur, ait, o Episcopi, vna cum clericis tuis, ut verbum veritatis rectè tractes: quia Dominus ait: Si oblique in me inceditis, & ego item in vos oblique incedam. Hæc ibi. Ex quibus elicimus, multa esse à Iesu dicta, sicut & facta, quæ minimè sunt scripta.

Sed ut ad locum vnde digressi sumus, redeamus, absolute loquendo; quia dare habentis est, accipere verò egentis, beator est qui dat, quàm qui accipit. Plutarchus Artaxerxè dicere solitū refert: Regalius esse dare, quàm accipere. Non inquit malum esse accepisse, & ita elargiri, sed quòd melius sit non accepisse, ut ponderat Oecumenius. Cùm autem, secundū Aristotelis doctrinam, liberalitas consistat in dando, & accipiendo; magis tamen in dando: ita etiam beatum sit accipere, ut hic sermo insinuat, beatus tamen est dare. Et intellige, beatus esse dare spiritualia, quàm illa accipere, vel temporalia largiri, de quibus apud Paulū erat sermo, quàm eadem recipere. Nam si spiritualia cū temporalibus cōferamus, beatus est recipere spiritualia, quàm donare temporalia. Hinc illa Augustini sententia: Bonum esse cū dispensatione facultates suas pauperibus erogare: melius, pro intentione se-

quendi Dñm in simul donare, & absolute solitudine egere cum Christo. Non cōfert etiam Dñs hac sententia, dare hominibus, & suscipere à Deo. Constat enim, maius esse à superiori suscipere, quàm impertiri inferiori. Ideo maius est diligi à Deo, quàm eū diligere, & accipere donū ab eo, quàm eius vsum in alios effundere, iuxta regulam Dionysij: quia suscipiendo à Deo, magis in se perficitur creatura, quàm dādo. Ergo confert dare hominib⁹ maius esse, quàm ab eis accipere quæ illi dari possunt vel temporalia, vel spiritualia, ut ministri Dei. Vocat autem infirmos Apostolus eos, qui offenduntur, cū grauantur in bonis temporalibus.

Et cū hæc dixisset, positis genibus suis oravit cū omnibus illis. Ergo mos hic ita genibus flexis precādi, antiquus est, & regulare erat in aduentu Apostolorū, vel in recessu facere orationē, ut hic fecit, & cum è Troade recessit: & cū cap. sequenti Tyrij deduxerunt eū ad nauim, & positis genibus in litore orauerunt. Magnas autem stetus factus est omnium, & procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum. Lacrymis, atq; osculo magnitudinem amoris, quem gerebant erga Paulum, testari sunt: tristitiam quoq; quā conceperant, non solum ex habitu eius, sed etiam ex eo quod dixerat, se amplius non visuros faciem eius. Ad id enim contulit homini lacrymas Deus, ut testari possit dolorem, quem concipit ex absentia eiusque diligimus. Comitatu in super, & deductione ad nauem declararunt singularem suū amorem, quem erga illum habebant, quòd eum abeuntē prosequerentur. Utinam autem cōtingat nos tales habere Episcopos, & pastores, qui Pauli vestigia cōsecutentur, qui & sua præsentia oues consolētur, atq; confirmant, & absentia sua veras lacrymas excutiant, tāquā parentis charissimi, & pastoris animarum suarum, & qui locum sustineat, & personā Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis honor & gloria, nec non gratiarum actio ab vniuersa creatura in seculum seculi: Amen.

Ecclesiasticis dogm. c. 71. tom. 1.

Dionys. lib. De cal. hierarchia.

Suscipere in firmus hoc loco, quid.

Precari genibus flexis olim sanctis in vfu.

Ephesij cur flebant in habitu Pauli, p cumbentesq; super collum eius, osculabantur eum.

Lacrymæ homini à Deo cur datur.

Cur etiā nos trapezitas Christus vocauerit.

Cur dare, quàm accipere, beatus sit


Plutarc. in vita Artaxerxis.

Oecumen. Arist. lib. 4. Ethic. tom.

Præcipua liberalitatis pars secundū Philosophi.

Beatus sit accipere quando.

Augus. (aut quicunq; sit libri hui⁹ autor) lib. de



TRACTATUS LI.

IN illa verba: Cum autem factum esset ut navigarem abstracti ab eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & inde Pataram. Et cū inuenissemus nauem transfretantem in Phœnicen, ascendentes nauigauimus, & reliq; vsque in fin. c. Act. 21.

Argumētum huius capituli.

Per medium mare nauiget interepidicem star Pauli.

Christianus in sua vocatione ut ambulet, quo exemplo Pauli possit animari.

Hippocrates & Apelles vnde.

Rhodus quid.

Cyprus aliis quomodo dicta.

**P**ersequitur Lucas peregrinationem Pauli cœpta in Syriā, siue in Ierosolymā. Et in primis illis verbis ostendit se comitem esse Pauli in hac peregrinatione. Securus autē, & gaudens per medium mare nauigat; qui exemplo Pauli bonam habet cōscientiam: quam ad aliorū exemplū paulo ante Mileri explicuerat. Et quanquam Paulus insulas varias præternauigauerit in hoc itinere, nullius tamen illarū amoenitate allectus, à recto suo cursu remoratus est, sed recta profectus est Ierosolymā, tamen minimè ignoraret vincula sibi esse parata. Ut intelligat Christianus: sibi esse in vocatione sua pergendum, etiam si non ignoret per multas tribulationes in regnum Dei esse introeūdum. Ait ergo, Recto cursu venimus Coum: Coum autē, siue Cos, siue Coa, insula est nobilissima contra Cariam, inter quā & Chiu interiacet Samos, sicut inter Samū, & Lesbū Chius. Progenit autem hæc insula Hippocratem Principem Medicam, Pythagoræ discipulū, & Apellem pictorem insignem. Habuit & Esculapij templum vetustissimi medici, qui quidem arte medica diuinos obtinuit honores. Ex hac insula Coa solitus erat Salomon equos comparare; ut docet 3. liber Regum capite 10. Rhodus, ex aduerso Cariæ, & Syriæ sita, insula nobilissima, & inter Asiaticas insulas tertia: Lesbos enim, & Cyprus, maiores habentur. Hæc primo dicta fuit Ophiusa; deinde Stadia, &

inde Thelchinus, postremo Rhodus ab vrbe Rhodo, quæ in eius Orientali promontorio sita est. Claruit hæc insula fama Colossi, hoc est, Iouis statue, quàm Cares Lylius ex ære decies septem cubitorū altitudine edidit; quæ quingētis & sex annis postquam condita fuit, permansit, & non nisi terramotu fractis genibus corruit. Hunc Colossum inter septē orbis miracula maximum omnes cōfessi sunt. Tertius locus, quòd appulit, est Patara, vrbs Lyciæ maxima, portu insignis, in qua Pontificatum gessit vir magnæ sanctitatis diuus Nicolaus. A Patara Paulus peruenit Tyrum vrbem Phœnicie in Syriā sitam, quæ quondā Populi Rom. colonia fuit: cuius Rex Hiram Dauidi amicitia coniūctus, & Salomoni fuit, cui cedros, & abietes ex Libano caesos, & artifices pro Ierosolymitano templo condendo submisit. Mansit autem in Tyro Paulus diebus septem cū fratribus: & ibi admonitus est per reuelationem, ne Ierosolymam ascenderet. Nā eiusmodi Prophetæ per Spiritum quidem videbāt tribulationem: ex proprio autem, ne ascenderet, argumentabantur: cuius oppositum docebat Spiritus sanctus, cui Paulus paruit. Nos verò navigatione explicita, à Tyro descendimus. Prolemaidam: & salutatis fratribus inuimus diuina apud illos. Est Prolemais, prima celebriorum Phœnicie vrbiū, & Iudææ proxima, in vrbe Assen posita, matritima, & in cetero monium iugo clausa cum ante

Septem inter orbis miracula maximum quodnam. Patara quid.

Tyrus.

3. Reg. 5. & seq.

Pauli excelsus animus: & iustitiam obedientia.

Prolemais, & salutatis fratribus inuimus diuina apud illos.





Iasonis Pauli discipuli encomium.

Gal. 1. Act. 15.

Paulum cum cæteris, qui cum comitantur, quomodo exceperint Ierolymitani fratres.

Paulus quando venit secundo Ierolymam, ubi Iacobum cum senioribus salutavit.

Pauli modestia. Idem nunc de collectis in usum fratribus quare non meminit.

Epistolæ ad Romanos scriptio nis tempus unde colligi non obcurat. Rom. 16. Ibidem.

ne fratres pauperes grauaret. Laudat autem illum Iasonem, & à fide, quia discipulus erat, & ab antiquitate, quia ex primis discipulis Christi fuerat: qua ratione Paulus vocat antecessores suos, & Petrus dixit: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere. Tertio ab hospitalitate, quia accepit Paulum in domum cum suis. Et cum venissemus Ierolymam, libenter exceperunt nos fratres. In omnibus officia charitatis præstantes. Et ita impletum est Christi verbum: Nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, &c. qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, &c.

Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Iacobum, omnesque collecti sunt seniores. In hoc quinto aduentu Pauli in Ierusalem post suam conversionem, solus Iacobus inter Apostolos nominatur inuentus cum senioribus, hoc est, Presbyteris Ecclesiæ Ierolymitanæ. Accidit autem hoc vel in ipso Neronis tempore, vel propè: nam Paulus secundo anno Neronis Romam perductus est, & vincus fuit, vt subiuncta testantur. Salutaui igitur illos officiosè: recensuit opera Dei per eum facta, nihil sibi tribuens. Vnde illi glorificauerunt Deum. Alaræ verò collectæ in vsus sanctorum non meminit, tanquam rei temporallis: quanquam eius meminerit, capite. 24. vbi ait: Post annos plures, elemosynas facturum in gentem meam veni, & oblationes, & vota, in quibus inuenerunt me pacificatum in templo. Et ad Rom. 15. vbi ait: Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem. Videtur igitur, quod illam ad Romanos epistolam scripserit illo temporis spatio, quo per tres menses mansit in Achaia, vbi in Græco habetur, quod illa epistola missa fuerit à Corintho per Phœbem ministram Ecclesiæ Cenchrensis, & quia ibi mentionem facit Caij hospitis, qui Corinthus erat, & iam ipse Paulus Romam acce-

dere cogitabat, vt dixit Actor. 19. Videtur igitur in illa professione ab Epheso in Macedoniam, & Achaia, scripsisse epistolam ad Romanos, & priorem ad Corinthios. Vides, frater, quot millia sunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes amulatores sunt legis. Hæc verba dixit Iacobus ad Paulum. Vides, inquit, frater periculum tibi imminere: te putant Iudæi prædicare, legalia Moyfi non solum esse mortua, sed & mortifera, & peccatum esse, circumcidere filios suos, & iuxta priscam in ceremonijs legis consuetudinem ambulare. Quod tamen falsum erat, quoniam Paulus non docebat Iudæos deficere à Moyfi lege, sed Gentiles non debere subijci. Imò ipse Timotheum circumciderat, & caput suum toronderat in Cenchreis ex voto: factusque est Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucraretur. Hoc ergo fac quod tibi dicimus: sunt nobis viri quatuor votum habentes super se. His assumptis sanctifica te cum illis: & impende in illis, vt radant capita: & scient omnes, quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulans, & custodiens legem. Iethro salutare dedit consiliu Moyfi: quod ille non detestatur, sed libenter amplexus est. Itaque Paulus, etsi Spiritu Dei plenus, consilium à tanto Apostolo, & antecessore suo non recusabit. Hæc autem sanctificatio fiebat secundum legem Nazæorum, qua se voto astringebant ad certum tempus abstinendi à vino, & vicia passæ, ac ex quocunque, quod ex vite prodit, sed & à sicera, & à dilucidiori, quæ solet ex vinaceis fieri, portione omnino abstinere. Moyses autem huiusmodi ritum offerendarum comarum dijs, vel dæmonibus abstulit, & ad Deum transtulit, vt docet Cyrillus his verbis: Gentiles mutarum pecudum more viuentes, offerebant comam dæmonijs: eam nutriti promissam, alius in huius Dei honorem, alius in huius, vel illius nympha gloriam: religionis loco barbam, vel comam nutriebant: quam voto tandem offerebant. Quem morem & ritum vt tolleret Moyses, instituit ritum, quo in sanctificationem Deo offerrent. Hæc ille. Iacobus ergo hortabatur

Iudæi Ierolymis, teste Iacobo, quid falso imponerent Apostolo Paulo.

Act. 16.

Infra. 18.

1. Cor. 9.

Exod. 13. Pauli in Iacobum obseruantia.

Num. 6. Lex Nazæorum qualis. Eadem à quo sublata.

Cyril. vt citatur à Iohanne Gagneo, in hunc locum.

Eam legem Apostolus quatenus obseruauerit, Iacobus fratre Domino suadente.

Caietanum in hunc locum subtilis quidem, minus tamen solida meditatores, ad probandum, minimum Paulum sibi caput cum cæteris torondisse.

Num. 6.

Hieronymus epist. quæ incipit, Crebras ad me, &c. tom. 2. à med.

Qui in Paulum Ierolymis se in templo purificantem insurrexerunt Iudæi, quales illi fuerint.

Act. 20. Eorundem de Pauloduplex falsa crimina tio.

batur Paulum, & hac legis ceremonia vteretur, qua testatum redderet, se non docere defectionem à Moyse, vt illi imponebant. Etsi enim cessante lege illa ceremonia vana esset, & superstitiosa: quia tamen in se peccatum non erat, vana non existeret, & verè poterat fieri ad sustentandum infirmos ex Iudæis credentes, legem tunc obligare putantes: aliàs enim non seruasset. Nec offendeat Paulus tunc Gentes, vt olim Petrus, quia decretum iam erat, quid Iudæi obseruare deberent. Quia verò textus dicit: Impende in illis, vt radant capita, & non dixit, vt radatis capita, colligit Caietanum, Iacobum non fuisse Paulum cohortatum, vt ipse tanquam Nazæus raderet caput: & ex eo quod subdit: Impende in illis, vt radant capita: Id est, Tribue sumptus ad hoc, vt Nazæi radant capita sua. Ex quo apparet, quod cum Nazæorum terminaretur votum, aliquis sanctificatus præsentabat eos septimo die ante terminum Sacerdoti, vt sanctificaret, & offerret: & hic erat veluti patronus eorum. Et si Nazæi erant pauperes, patrinus consueuerat sumptum illis necessarium tribuere. Ista quidem subtiliter ab illo excogitata sunt: sed an solidè, alij videant: quia in lege nihil de patrocinio Nazæorum dicitur. Deinde Iacobus dixit illi: Sanctifica te cum illis: Et postera die purificatus, cum illis intrauit in templum. Et Hieronymus epistola ad Augustinum, rasum testatur fuisse Paulum.

Hi qui de Asia erant Iudæi, cum vidissent illum in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt ei manus, clamantes, Viri Israelita, adiuuate. Isti Iudæi erant ex Asia minori, & fortassis Ephesini, & qui fortassis tetenderant insidias contra illum: & cum non obtinuissent, modo putantes se optimam occasionem nactos eum de medio auferendi, manus in eum iniecerunt, clamantes, ac de duobus accusantes: quod legem tolleret, & in templum introduxisset Gentiles, & vio-

lasset locum sanctum. Nam etsi locus esset, in quo Gentiles orare poterant: erat tamen ille distinctus ab illo, in quem Iudæi ingrediebantur soli.

Hoc autem fecerant, quia viderant Trophimum Ephesum in ciuitate cum ipso, quem estimauerunt quoniam in templum introauxisset Paulus. Trophimus hic dicitur Ephesius, qui tamen Actor, capite vigesimo dicitur est Asianus: sed non repugnat, quia Ephesius metropolis erat prouinciæ illius peculiaris, quæ dicitur Asia in qua erant septem illæ ciuitates, ad quas scribit Beatus Ioannes in Apocalypsi, primo & secundo capite. Nam præter Asiam erat Asia minor, quæ multas habebat prouincias, ac inter alias peculiarem prouinciam dictam Asiam, cuius metropolis erat Ephesus. Quanquam Trophimus Asianus relictus sit à Paulo infirmus Miletii, vt ipse tradit. 2. Timoth. 4. ideo adesse non poterat, cum Paulo ingrediente templum, quia mira celeritate Paulus nauigauerat ex Epheso Ierolymam. Quare videtur ab illo diuersus extitisse, vt quidam volunt. Educto ergo Paulo extra templum, statim clausæ sunt ianua, ne iterum tumultus rediret in templum. Et quærentibus Asianis Iudæis eum occidere, nuntiatum est tribuno. Qui cum militibus accedens, apprehendit Paulum, quem Iudæi ceperant percutere, & iussit eum duabus catenis ligari, sicut totidem vincus fuerat Petrus Actor. 12. Et Romani castra habebant non in Ierusalem, sed in Sion ciuitate Dauidis, quoniam in præsidium erat à Romanis disposita. Et 1. Machabæor. 1. constat, ibi primum locatum præsidium Regis ad custodiam ciuitatis. Et ita ex loci vicinitate ad templum ciuis potuit res ad tribunum deferri, & celeriter ab eodem occurrere cum centurionibus, & militibus. Et cum venisset ad gradus, contigit vt portaretur a militibus propter vim populi. Nam gradibus ascendebatur quibusdam in montem Sion, vt testatur li-

3. Reg.

Trophimus quomodo Ephesius hic dicitur, qui superius appellatus est Asianus.

Apocalyp. 1. & 2.

Alterata solutio.

Romani castra vbi habebant Ierolymis.

Ioan. 19.

berNehemiæ cap.3. & cap.12. ubi habetur, quod ascendebant in gradibus ciuitatis Dauid. Eum tamen sequebatur turba clamans: Tolle eum, sicut de Christo dixerunt: Tolle, tolle, crucifige eum.

Supra. 5.

Iosephus.

Et cum cepisset induci in castra Paulus, dicit tribuno. In gradibus Sion iam erat Paulus, ereptus a violentia populi. Græcè allocutus est eum. Ex quo ille miratus, dixit: Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum scariorum. Hic est Simo ille magus Ægyptius, de quo Iosephus lib. 20. Antiquitat. cap. 12. & lib. 11. de Bello Iudaico, cap. 12. siue potius. 6. qui triginta millia rusticorum congregauerat, ut irrueret in Ierusalem, nisi Felix illi occurrisset equitatu, ac dissipasset illum. Aitque: Nonne tu es: nam hic disputauerat, quando oppressus fuit. Et ne Iosephus dicens, habuisse huc triginta millia rusticorum, contradicat huic textui, intelligendum est, quod inter illa triginta millia habuit quatuor mille scarios. Vnus est Euangelista in Græca lingua voce Latina scariorum: & significat interemptorem, a gladij genere breuiori dicto sica, quali sica a secando.

Iosephi Iudæi cum Luca d quatuor mille scarijs conciliatio.

Syriac quid.

Cilicæ metropolis Tarsus, Romanorum municipium.

Et dixit ad eum Paulus, Ego homo sum quidem Iudæus à Tarso, Ciliciæ non ignota ciuitatis municeps. Apposuit Ciliciæ, cuius Tarsus est metropolis, ad differentiam Tarsi alterius ciuitatis, quæ est in Bithynia. Non ignote ciuitatis, pro ignobilis: quia Tarsensis, siue Ro-

manus ciuis erat. Iosephus de Antiquitatibus Tarsum urbem Ciliciæ celeberrimam, cæterarumque principè vocat, prima nominis litera, quæ olim θ erat, in Tau mutata. Et Strabo lib. Geographiæ: Tantum Tarsensibus studium, inquit, circa Philosophiam fuit, & alias disciplinas, quæ in corona versabantur, ut Athenas, & Alexandriam superarent, & si quis alius locus dici potest, in quo scholæ, & philosophia exercitationes fuerint. Sed hoc vno plurimum excellit, quod hic indigenæ discunt, peregrini verò non multi huc adueniunt. At nec illi ipsi hic manent, sed foris perficiuntur, detinentur autè per paucos. Hæc Strabo.

Ioseph. lib. 1. Antiquit. cap. 6. prope initium. Strabo lib. 14. Geogr. pauld remotiùs à fine. Tarsenses olim quales.

Rogo autem te, inquit, permitte mihi loqui ad populum. Et cum ille permisisset, & reliqua. Mira est constantia Pauli, & causa confidentiæ suæ, qui in medijs vinculis tacere non potuit, cum percussus esset, & contra eum starent Iudæi & Gentes. Humanus etiã fuit tribunus Paulo, permittens loqui. Et Paulus prudens, qui manu indixit silentium, & lingua Hebræa illis plausibiliore habuit sermonem. Vocat autem linguam Hebræam, matrem, & vulgatam, communemque omnibus, hoc est, Syriacam: nam literatam illam Moysis, & Prophetarum haud intellexerant, sicut alias diximus. Illa tamen materna erat, & vernacula Apostolis, & ipsi Christo Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto seruiat omnis creatura, præsertim ratione prædita, illum colat, & reueretur per omnem æternitatem, Amen.

Pauli constantia admirabilis.

Hebræam linguam hoc loco quam Lucas appellet.

Lib. 1. Prolegom.



TRACTATUS LII.

In illa verba: Viri fratres, & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem. (Cum audissent autem quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præstitierunt silentium.) Et dicit, Ego sum vir Iudæus, & reliq. in finem vsque cap. Act. 22.

Pauli magnanimitas.

Hæc oratio Pauli tota est Apologetica, qua seipsum ab obiectis criminibus expurgat. Summæ autè fuit constantiæ, quod etsi in templo esset contusus, ab omnibus amicis destitutus, atque in turba plebis insanientis constitutus, catenis vinctus penes iudicem, & inter arma militum, & coram hostibus suum sanguinem sitientibus, non minus constanter loquitur, quam si in medio esset discipulorum. Et in principio eos admonet fraternitatis, & honestiori titulo eos compellat, vocat patres, quo admo- neat eos, sese fratres illis præstitisse semper, seque illos instar patrum coluisse, quo tanta modestia, & charitate exculpat ab illis benignam attentionem, & recipiant legitimam excusationem, quam producit. Illi autem intelligentes secum lingua Hebræa agi, quam Paulus missus à parentibus à Tarso didicerat in Ierosolyma, ac legent ad pedes Gamalielis, attentius eum audierunt. Et dicit, Ego sum vir Iudæus, &c. Ostendit in primis, se gentem & stirpem suam odio non prosequi, sed pro naturali affectu amare, cum sit Iudæus, ostendens se nihil locutum contra Iudæos. Nam & Prophetæ plerumque contra seipsum multa locuti sunt, etiam cum incredulitatem, & duritiam eorum reprehenderent: quia illis nunquam male voluit: & Christianis præcipitur dilectio erga omnes. Deinde indicat,

Prima Pauli ratio defensionis suæ aduersus Iudæos accusatores.

Iudæos Paulus cur voce patres.

se aduersus eum locum nihil docere potuisse, in quo tam liberaliter sit educatus, atque instructus. Posthæc vocat se emulatore legis, diluens quod dixerat, se non modo accuratè institutum fuisse in lege, verum etiam fequissimum persecutorem eorum, qui videbantur illi aduersari.

Factum est autem eunte me, & appropinquante Damasco media die, &c. Describit suæ conuersionis historiam, quod ostendat se non leui de causa velut paratus ad apostasiam, sed miraculo ad professionem nominis Iesu peruenisse: & simul eos terreat, quod religionem Christianam tanquam hominum inuentum persequerentur: & quæ ad hanc historiam pertinent, quoniam explicata sunt capite nono, ne actum agere videamur, prætermittimus.

Tantum collige ex hac historia, qualem Deum nobis depingat Paulus, nimirum qui omnia videat, & qui corda immutare possit, & inflectere in quam partem velit, & quod luce suæ claritatis offuscat mundi sapientes: quod sibi resistentes possit deijcere, ita ut nemo ei se opponere valeat; durum est enim contra stimulum calcitrare: quod suorum curam gerit: denique quod se inuocantes in salutis dirigat iter. Quod verò Lucas ait: Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt eius, qui loquebatur mecum: non est contrarium ei, quod dixit

Secunda ratio.

Tertia, & postrema.

Act. 8. & Infra. 9.

Ibidem.

Strema ratio. Quare Paulus suam conuersionem ad Christum Iudæis commemorat.

Dei proprietates quædam, ex Paulo defensore sui.

Locus conciliatur.

Bed. in Act. tom. 5. Rabanus.

Ananias, qui Paulum baptizauit, eum.

In Doctore requiruntur tria.

Act. 9.

Paulus quomodo praeordinatus a Deo, ut dixit Ananias.

Ephes. 2.

Fini legitis, cognitio diuinae voluntatis.

Deut. 18.

Psal. 77.

Fieri in stupore mentis, quid.

capite. 9. vbi dicitur: Audientes quidem vocem, neminem autem videntes Quia intelligendum est, quod audierunt vocem, id est, sonitum verborum, non tamen sensum perceperunt, ut Beda, & Rabanus interpretatur. Vel audierunt quidem vocem Pauli respondentis, non autem Christi compellantis, ut Graeca Scholia exponit, ut alias fuit explicatum. Nam comites Pauli audierunt quidem vocem Iesu ad Paulum, ut Act. 9. hic vero est sermo de voce Pauli ad Iesum. Ananias autem quidam. Hunc primo commendat a pietate, & ab eruditione, & a bona fama: haec enim tria Doctori maxime conueniunt, ne Iudaei hunc, per quem Paulus erat baptizatus, ceu leuem aliquem hominem aspernarentur.

At ille dixit, Deus Patrum nostrorum praordinauit te, ut agnosceres voluntatem eius, & videres iustum, & audires vocem ex ore eius. Praordinatus est Paulus in praescientia Dei ad excellentissimum Apostolatus munus, ac proinde ad celsiorem gloriae coronam. Graece habetur, Praeparauit. Nam & praeparat nobis bona opera, in quibus ambulemus, & nos ipsos praeparat ad amplectenda salutis subsidia, ut hic fecit cum Paulo, quem praeparauit ut agnosceret veritatem, & videret Iustum, hoc est, Messiam, & audiret vocem ex ore eius, atque esset testis ad omnes homines eorum, quae viderat, & audierat: quorum omnium nihil repugnat legi, quae eo tendit, ut cognoscamus voluntatem Dei. Neque Christus promissus in lege, contra legem est, neque audire eum: Qui Prophetam, inquit, non audierit, ego vltor existam. Adhaec testificari opera Dei, legi est consonum: Narrantes, inquit, laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quae fecit.

Factum est autem reuertenti mihi in Ierusalem, & oranti in templo, fieri me in stupore mentis, & videre illum dicentem mihi: Festina, & exi velociter ex Ierusalem. Quod ait, In stupore mentis, perinde est ac si dixisset, in extasi, vel in raptu. Quomodo autem fuerit facta haec visio, non satis constat, cum

nullibi, nisi modo narretur. Ex eo vero quod ait, oranti sibi in templo factam hanc visionem: elicimus, non accidisse statim post conversionem suam: quia ut ipse ait ad Galatas: Neque veni Ierusalem ad antecessores meos Apostolos, sed abijt in Arabiam, & iterum reuersus sum ad Damascum. Deinde post annos tres veni Ierusalem videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim: & interea hanc visionem habuit, ut relicta Iudaea, ad praedicandum Gentibus proficereetur. Atque hic raptus diuersus est ab illo altero, de quo ipse in posteriori ad Corinthios ait: Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore, sive extra corpus, nescio: Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium caelum. Nam hic raptus accidit illi, quando Apostoli admoniti ab Spiritu sancto dicente: Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus, ad quod ego assumpsi eos, eum manibus impositis in Apostolum Gentium ordinauerunt.

Audiebant autem eum vsque ad hoc verbum, & leuauerunt vocem suam. Ob zelum clamarunt, quoniam dixerat verbuni salutis commune esse Gentibus. Quo clamore tribunus quasi sufficienti testimonio iussit Paulum flagellari. Et quia Paulus hanc repentiam, & inconsideratam sententiam aegre tulit, videns etiam, quod contemptior flagellatus fieret, eam prudenter declinauit, ac se iure ciuitatis Romanae defendit. De illa autem Iudaeorum vociferatione, & vestiu proiectione pulchre scribit Beda in Acta, tomo 5. In Domini passione Sacerdos solus de throno exiliens vestimenta scindit: quia tunc Sacerdotium vetus erat nouo mutandum. Nunc vero quia post necem Apostolorum tota simul gens erat regni gloria spolianda, cuncta indumenta projiciunt, & clamorem puluere mistum, ad caelum tollunt. Haec ille. Cum igitur Centurio venisset ad astringendum eum loris, dixit Paulus: Si hominem Romanum, & indennatum licet vobis flagellare? Quo verbo duo crimina illi impexit: alterum, quod contra ius, omnne, & aequitatem hominem neque legitime

Hac visio Pauli orantis in templo, quae do cotigerit.

Gal. 1.

2. Cor. 12.

An hic Pauli raptus idem sit cu eo, cuius meminit

Act. 13.

Iudaei in Paulum quare clamauerunt.

Cur Paulus a Tribuno iustus flagellari, iure Romanae ciuitatis defendit.

Bed. in Act. tom. 5.

Vestiu scissio quid mystice.

Matth. 26.

Tribuni in Paulum duplex iniuria.

Act. 16.

Cur Paulus virgis caedi se permiserit. Philippis, hanc minime.

Quam verum Paulus se ciuem Romanum esse dixerit, cum Romae natus non fuerit

Quam turpiter hallucinetur, qui B. Paulum, cum dixit se ciuem esse Romanum, aiunt officiose mentitum

Secunda ratio

Oecumen. in Acta.

conuictum, neque confessum puniret, alterum quod ciuem Romanum vel alligare, vel flagellare tentarent, cum tamen nefas esset. Cur autem poenam virgarum, quam nunc sua denuntiatione praeuenit, tacitus pertulerit Philippis, ob id factum est, quia in turba populari auditus non esset. Nunc vero quia cum Romanis militibus, qui moderatius & grauius agebant, occasione vitur, doces, media legitima, quibus consulere nobis, possumus, non esse deferenda. Vnde timens Centurio, admonuit tribunum: quare accedens tribunus, admonuit, si Romanus esset? Cumque ille annuisset, respondit tribunus: Ego multa summa ciuitate hac consecutus sum. Poterat ergo ius ciuitatis Romanae pretio comparari. Et Paulus ait, Ego autem & natus sum, id est, Ego plus te Romanus sum, quod non alibi natus Romanum nomen emi, sed in ipsorum sum ciuitate progenitus. Quomodo autem ius Romanae ciuitatis nactus sit, si Romae natus non est, quidam scioli non intelligentes, dixerunt, Paulum mentitum fuisse: quoniam, inquit, leue peccatum erat, pro periculo declinando officiose mentiri. Sed profecto etsi in veniali delicto nequaquam sint Apostoli excusandi: tamen qui hanc maculam hoc loco Apostolo impingunt, mihi perniciosum in Paulum mentiri videntur: quia ingeniosi esse voluit in affingendo mendacio tanto Christi Apostolo, atque hoc in iudicio: nam tale mendacium cum facile deprehendi posset, non solum grauius ac truculentius supplicium sibi accersuisset, sed etiam illa mendacii macula in Euangeliu quod praedicabat, cessisset. Quare isti mittendi erant ad scripta sanctorum Patrum, in quibus huius nodi dissolutionem inuenire potuissent. Ait enim Oecumenius in hac verba: Non mentitus est Paulus, cum vocarit se Romanum, licet, quemadmodum ipse paulo ante dixerat, Iudaeus esset. Et infra: Significat autem Paulus patrem suum Romanum fuisse. Cum enim antequam genitus fuisset Paulus, in ditionem Romanorum redacta esset Cilicia, necesse fuit, ut ipse etiam, qui sub ipsis erat, Romanus

esset. Haec ille. Pauli autem pater non peculiari aliquo munere, sed communi toti ciuitati factus per M. Antonium, ut quidam tradunt, adeptus est. Certum priuilegium huius urbis satis indicauit Plinius, qui describens fluuios Ciliciae, ait: Amnes, Saros, Cydnus Tarsum liberam urbem procul a mari secans. Haec ille inter multas eius Prouintiae, nepe Ciliciae, ciuitates, solam Tarsum liberam vocans, propterea quod illa esset colonia, & donata ciuilitate Romana. Adhaec Epiphanius, ut eum ex fonte Graeco citat Ioannes Lagius in scholijs super Iustinum Martyrem, in haeresim Ebionitarum, sic inquit: Sic Barnabas tametsi patria Cyprius esset, nihilominus tamen Leuitici generis fuit. Idem de Paulo dicendum, qui simul & Tarso sensis ciuis, & quod Tarso ius ciuitatis Romanae a M. Antonio donatum fuisset Romanus ciuis, & ab Israele non alienus fuit. Haec Epiphanius: etsi interpretis Epiphanius nihil dixerit de ciuilitate Tarso donata a M. Antonio. Certum Dio Casius scribit: Aded Tarsenses Caesari, & eius gratia Dolabella fauebant, ut urbem suam pro Tarso Iulio-polim vocauerint. Sic ille. Erat moris Romanis Imperatoribus, quas sibi amicas, & beneuolatas ciuitates experti essent, eis ciuilitatis Romanae priuilegiu concedere. Hinc Philo de legatione ad Caesarem Amicorum aliquot patrias integras ciuitate Romana donasti: & qui modo serui fuerant, fecisti aliorum dominos. Sic ille. Nec mirum, quia ut tradit Plinius libro 3. cap. 3. in fine: Vniuersa Hispania Vespasianus Imperator Augustus iactatus procellis Reipublica, Latij ius tribuit. Sic Plinius. Seneca quoque homo externus inter epistolas illas, quae circumferuntur, epistola sexta scribit ad Paulum: Cum sis igitur vertex, & altissimum omnium montium cacumen, non ergo vis later, si ita tibi sim proximus, ut alter tui similis iudicet? Haud itaque te indignum prima fronte epistolarum nemine sentias, ne non tam tentare me, quam ludere videaris: quippe qui te scias ciuem esse Romanum. Nam qui meus, tuus, & qui apud tuos tuus est locus, velim ut apud meos Romanus, & se desiderare in eo loco

Plin. libr. 3. cap. 27. in.

Epiphanius in haeres. 30. a med.

Ioan. Lang. in Dialogo Iustini contra Tryph. a med. 10. 2

Tarsenses olim Caesaris studiosissimi

Dio Casius lib. 47. log. a medio.

Quas vrbes Romani Imperatores Romana olim ciuitate donarent. Philo part. 2. sub fine Plinius.

Seneca de B. Paulo honorificentissimum sanum testimonium

Senecam cur  
B Hierony-  
mus inter fa-  
cros cōstitit  
scriptores, eo-  
dem autore.  
Hieron. to.  
1. prope fin.  
Cicero.  
Oblectun-  
culaque dam  
ex Cicerone  
diluitur in  
Pauli dictū  
Romae se na-  
tum testatis.

Idem.

Idem.  
Cædis citus  
Romani ex-  
aggeratio  
Tulliano.

Idem.

Sueton. in  
Sergio Gal-  
ba. cap. 9.  
Sergius Gal-  
ba in coercē-  
dis quidem  
delictis qua-  
lis recte Suetonio.

loco esse apud suos, in quo Paulus e-  
rat apud nostros. Ob quam sententiā  
Hieronymus in libr. de Scriptoribus  
Ecclesiasticis inter eos collocavit Se-  
necā. Hūc accedit, quod cum Petrus  
crucis supplicio sit Romæ affectus,  
Paulus ut Romanus ciuis capite plex<sup>9</sup>  
est. Nec obstat Cicero Inuēctiua secū-  
da in Catilinam: *Ciuum duo sunt ge-  
nera: quidam nati, alij ciuitate donati.*  
Hæc ille. Si ergo Paulus erat ciuitate  
donatus, quomodo potest dici natus?  
Sed hæc non pugnāt: pater enim eius  
ciuitate donatus est cum tota Tarso,  
antequam Paulus nasceretur. Erant ci-  
ues nati non Romæ, sed alibi ex parē-  
tibus donatis ciuitate. Quod verò Cē-  
turio timuit, non solum q̄ voluisset  
Paulum flagellare, sed etiam quod eū  
alligasset: audi quid dicat Cicero in  
orat. pro C. Rabirio: *Portia lex virgas  
ab omnium ciuium Romanorum corpore  
amouit: & act. 7. in Verrem: Facinus  
est, vinciri ciuem Romanum: scelus, ver-  
berari: prope parricidium, necari: quid di-  
cam in crucem tollere? verbo satis digno  
tam nefaria res appellari nullo modo po-  
test.* Hæc ille. Rursus ostendens quod  
vnicum esset perfugium eorum, qui  
malè haberentur, accurrere ad priui-  
legium ciuilitatis Romanæ, idē paul-  
lō ante Cicero docet, dicēs: *Si tu apud  
Persas, aut in extrema India deprehēsus,  
Verres, ad supplicium ducerere, quid aliud  
clamaras, nisi te ciuem esse Romanum?  
Et si tibi ignota apud ignotos, apud Bar-  
baros, apud homines in extremis atque vl-  
timis gentibus positos, nobile & illustre  
apud omnes nomē tua ciuitatis profuisset,  
ille quisquis erat, quem tu in crucē rapie-  
bas, qui tibi esset ignotus, cum ciuem se  
Romanum esse diceret, apud te Prætozem,  
si nō effugium, ne moram quidem mortis,  
mentionē, atque vsurpationē ciuitatis as-  
sequi potuit?* Hæc ille. Suetonius de  
Sergio Galba tradit: *Primò acer, & ve-  
hemens, & in coercendis quidem delictis  
vel immodicus. Nam & numulario non ex-  
fide versanti pecunias, manus amputauit,  
mensag, eius affixit, & tutorem, quod pu-*


*pillum, qui substitutus hares erat, veneno  
necasset, cruce affectus. Implorantiq, leges:  
& ciuem Romanum se testificanti, quasi  
solatio, & honore aliquo pœnā leuaturus,  
mutari, multoq, præter ceteras altiore,  
& dealbatam statui crucem iussit.* Hæc  
nus ille, loquens de administratione  
prouintia Hispaniæ. Erant ergo ciui-  
litas Romanæ amplissima iura, vsq;  
adeo, ut vltimum supplicium, quo  
plecti posset ciuis Rom. (præterquam  
in causa coniurationis in Rempubl.)  
esset exilium. Docuit autē hoc exēplo  
Apostolus, Christiano, cum opprimi-  
tur, licitū esse humanis vti præsi-  
dijs, ne Deus tentari videatur. Deinde tri-  
bunū admonuit peccati sui, ut magis  
in hoc fuerit sollicitus pro anima il-  
lius, quàm pro sua liberatione. Sæpē  
enim Deus regna perdidit propter v-  
num hominem iniuste læsum: ut pro-  
pter raptam Helenam, totum Troia-  
num euersum est regnum. Sic Ægyptū  
puniuit propter Saran: propter Dinā  
filiam Iacob violatam, oēs Sichimitæ  
perierunt: & propter Leuitæ vxorē,  
tota ferè tribus Ben-iamin interiit:  
& propter Prophētās, Ierusalem de-  
uastata est.  
*Postera autem die volens scire diligen-  
tius qua ex causa accusaretur à Iudæis,  
soluit eum, & iussit Sacerdotes cōuenire,  
& omne concilium: & producens Paulū,  
statuit inter illos. Tribunus sui officij  
admonitus resipuit, vnde Paulum sol-  
uit, accusatores citat, Paulum coram  
producit, ut audita vtraque parte, ut  
par est, rectius causa intelligi possit,  
& sententia recta pronuntari. Vtinā  
iudices omnes hoc exemplo moniti,  
sincerè suum munus præstare contē-  
dant, ut tantum innocentes seruent,  
fontesque puniāt pro delicti probati,  
& legum ratione; ut ita possint sibi  
gratiam cōciliare, supremi iudicis, ac  
incorrupti Domini nostri Iesu Chri-  
sti, cui cum Patre, & Spiritu sancto  
sitperpetua laus, comparque  
laudatio in secula secu-  
lorum. Amen.*

Romani ci-  
uis, quo affi-  
ci poterat vi-  
ctimum sup-  
plicium, quod  
nam erat.

Quantā sepe  
vel vnus ho-  
minis inno-  
cētis iniuria  
perniciem  
adferat.

Genes. 20.  
Ibidem.  
Intra 24.  
Iudic. 20.  
& sequent.  
Supra 19.  
Matth. 23.

Boni iudicis  
officium.



TRACTATVS LIII.

IN illa verba: *Intendens autem in concilium Pau-  
lus, ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona con-  
uersatus sum ante Deum, vsque in hodiernum diē.  
Princeps autem Sacerdotū Ananias, præcepit astā-  
tibus sibi percutere os eius, & c. vsque in finem  
Cap. 23.*

**P**AVLVS productus in  
concilium, & nullo accu-  
satore quicquā obijciente,  
cum contra morē iudicio-  
rum agi videret, non putauit sibi lon-  
giori oratione vtendum, præsertim  
apud eos, quos nouerat malignis ani-  
mis omnia sua excepturos: tantum-  
modo paucissimis verbis, & toto cor-  
poris habitu innocentiam suam pro-  
testatus est: nam intentis oculis in-  
spexit in concillium coactum. Sed  
vnde hæc illi tanta cōstantia, & causæ  
suz confidentia. Oculi enim, animi  
sunt speculum, & ut ille dixit:  
*Heu quam difficile est crimen non pro-  
dere vultu.*  
Quod ergo oculis ipsis indicauit, idē  
verbis testatus est, dicens, *Viri fratres,  
ego omni conscientia bona conuersatus  
sum ante Deum vsque in hodiernum diē.*  
Quasi diceret; Nihil mihi conscius  
sum, quod vestrū quenquam offen-  
derim, aut quid vinculis dignū com-  
miserim. Et quod dicitur, *Conuersatus  
sum ante Deum*, Græcè habetur, *πὲ-  
πολιτευμαι τῷ θεῷ*, id est, vt Budeus  
vertit, *Munere mihi credito sanctus sum.*  
Deo: nam *πολιτευμαι* hoc loco sig-  
nificat, non simpliciter conuersari,  
quod priuati faciūt, sed creditum sibi  
munus administrare, vt magistratus  
faciunt. Integritatem suam ergo fate-  
tur, etiam ante Deum: non enim satis  
est apud homines iustum esse, aut ha-  
beri. Et subdit: *vsque in hodiernum*

Pauli Apосто-  
li extimia cō-  
stantia, in  
Dgoque fidu-  
cia.

Oculi, animi  
sunt speculū.  
Iuuenalis.

1. Cor. 4.  
Omni con-  
scientia bona  
conuersari  
ante Deum,  
quid.

Budeus in  
comment.  
lingua Gra-  
ca.

diem. Quia hæc vitæ innocentia à ba-  
ptismo vsque ad mortem conseruāda  
est. Hac autem simplici conscientia  
suz confessione offensus Pontifex,  
impatiens agens, præcepit astanti-  
bus sibi os percuti. Quod verisimile  
est executioni confestim fuisse man-  
datum per astantes, vt videlicet ea in-  
iuria affectus, minimè iustus, sed iniu-  
stus iudicaretur, & vltra progredi in  
sui iustificatione desineret. Et fortas-  
sis alapa, quæ Christo Dño impacta  
est, non nisi verbo, aut nūtu Pontificis  
illata fuit: vt videas quales illi essent  
iudices, & ad reddendum cuique ius  
parati. Sed vt ibi Christus admonuit  
ministrum percussorem, & in eo illū,  
qui nūtu fortassis imperarāt, aut pro-  
hibere debuerat ne percuteret, aut  
postquam percusserat, corripere: ita  
Paulus hoc loco magis in Pontificem  
publicè præcipientem, quàm in per-  
cussorē insurrexit, & in eo ministrū,  
qui impegerat colaphū, iniquitatis &  
legis violatæ admonuit, dicēs: *Percu-  
tiet te Deus, paries dealbate. Et tu sedens  
iudicas me secundum legē, & cōtra legē  
iubes me percuti?* Quomodo Paulus ser-  
uauerit præceptū Christi, quod habet:  
*Si quis te percuserit in dexteram maxil-  
lam tuam, præbe illi & alteram;* & quod  
ipse dixit in alio loco: *Maledicimur, &  
benedicimus: persecutionem patimur, &  
sustinemus,* non satis constat. Ad hoc  
quidem respondent, Paulum non im-  
precando malum, aut illi cōstitando

Cor Pōtifex  
Ananias Pau-  
lo iusserit os  
percuti

Ioan. 18.

Ibidem.

Paulus Chri-  
sto similis, tā  
quo.

An Paul<sup>9</sup> ser-  
uauerit præ-  
ceptum Chri-  
sti de obu-  
tēda maxilla,  
alteram per-  
cutient.  
Matth. 5.  
1. Cor. 4.

locutum fuisse, sed futurā illius percussione a Deo pro peccato percussione iniustā pronuntiasse. Quē sensum confirmat lectio Græca, quæ habet *τυπῆν σὲ ὡς ἄλλοι οὐκ ἔδειχον κενόμαρτυρον*, id est, Percutere te debet Deus, paries dealbate, siue incrustare: quæ verba non tam maledictis sunt ex vindicta, quàm iustam prænantiantis Dei in illum ultionem. Prophetæ siquidē plerunque ventura mala super peccatores prænantiant, ut confundantur, & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion; &, *Inclinasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis*. Hinc Rabanus ait: *Non percutiat, quia propheta est, & non maledictio, Paulo dicente, Benedicite, & nolite maledicere; & iterum: Benedicite maledicentibus*. Hoc autem non solum de Anania, sed & de Sacerdotio Iudæorum accipiendum est, quod pro veteri Lege, & ficta superficie dealbato parieti comparat. Ita quoque Augustinus libr. de sermone Domini in monte exponit: *Paulus, inquit, Pontificis iussu palma percussus, & quod contumeliosè visus est dicere, cum ait: Percutiet te Dominus, paries dealbate minus intelligentibus conuictum sonat; intelligentibus verò propheta est. Paries quippe dealbatus, hypocrisis est, id est, simulatio. Sacerdotalem præferens dignitatem, & sub hoc nomine tãquam canido tegmine interiorem quasi luteam turpitudinem occultans*. Hæc illi. Præter hanc expositionem Oecumenius ait, non fuisse vindictam, aut iram, sed liberam confessionem, & fiduciam. Non enim volebat tribuno contemnendus videri: nam cum ipse flagris cædere eum abstinuerit, si postea ita ignobiliter à Iudæorum seruis verberari se permisset affectus. Deinde Paulus non fuerat percussus pro nomine Iesu, quia tacuisset, sed tantum quia se laudauerat, & innocentiam suā testatus fuerat, idèo debuit ut frater eum, qui percuti fecerat corripere. Adhæc et si Hieronymus in Dialogo aduersus Pelagianos dicat, Paulum non seruasse Domini consilium, nec patientiam quam Dominus: seruauit tamen con-

silium, quia de animi præparatione quam habebat, intelligitur. Sicut & Christus percussus non aliam malam obuertit, sed correctionē percipienti adhibuit; quod declararet, verba sua intelligenda esse in animi præparatione pro loco, tempore, & causa. Et quanquàm Paulus maledixit, ex eo quod produxit Legis testimonium: *Principem populi tui non maledices*: tamen quia ille reuera Pontifex non erat, cum sciret Sacerdotium in Christum fuisse translatum, & rectè loquētem (cum non probauerit eum mentitum) contra omnem iudicij ordinē puniri iussisset, maledictione dignus erat. Adhæc quia ipse erat Apostolus, cuius muneri fiebat iniuria, si importuna humilitate tacuisset, quia verè putari reus possit, & criminis conscius: idèo meritò eum iniuriam intulit, dicens, *Paries dealbate*; quod idè est ac illud quod Christus dixit: *sepulchrum dealbatum*. Paries quidem, quia debebat sustinere populū; dealbatum verò, quia tantum speciem sustentantis, non rem habebat. Est enim paries dealbatus princeps pictus, & hypocrita non verus. Quapropter quod dixit: *Nesciebam fratres, quia Princeps est Sacerdotium*, non fuit mendacium: nam etsi ex habitu Pontificum proprio, & ex sede eminentiori quam obtinebat, de qua ait: *Et tu sedens iudicas me secundum legem*; & ex præcepto percutiendi, cum iudicem cognouisset: reuera tamen ei non erat Pontifex alius nisi Petrus sub Christo principe Sacerdotum. Et per ironiam innuit se nescire illum Pontificem, nempe in illo actu non se illū gessisse ut pontificem. Nam ut ait Oecumenius: *Simulat ignorantem, quæ tamen non lædit, sed ædificat: possumus enim interdum ita simulatione ex dispensatione uti, ut maiorem vim quàm libera, & vera locutio habeat*. Hinc Cicero de quodam magno Oratore testatur, magna libertate dixisse, illum sibi consulem non esse, cui Senator ipse non esset. Beda verò scripsit: *Quod tranquillo animo hæc diceret, sequenti responsione manifestat, dicens: Nesciebam;*

Ioan. 18.

Preceptum Christi de præbenda altera maxilla dexterâ percutienti, quomodo accipiendum. Exod. 28.

Matth. 23.

Ananias pontifex cur paries à Paulo dicitur, & cur dealbatus.

Paries dealbatus quis mysticè.

Quam verè Paulus Ananiam dixerit se nescire esse principem Sacerdotum. Oecumen. in Acta.

Cic. libr. 3. de Oratore, sub initium. Beda in Act. tom. 5. sub finem.

Mos Prophetarum.

Psal. 128.

Psal. 118.

Rabanus. Rom. 12. Matth. 5.

Aug. lib. 1. in serm. Domini in monte, cap. 32. sub finem, tom. 4. circa finem.

Paries dealbatus quid teste August.

Oecumen. in Acta.

Hieron. to. 2. sub finem, Libr. 2. aduers. Pelag. inter med. & princip.

fratres, quia Princeps esset Sacerdotum. Nam etsi hunc verè nouerat in nouo Testamento principem non esse Sacerdotum, tamen erudiens alios, atque eos, qui in potestate sunt, modestius conuersari monēs, ipse quoque hic voluit temperare. Hæc ille. Atque ita manet absolutus hic locus.

Sciens autem Paulus, quia vna pars esset Sadducæorum, & altera Phariseorum, exclamauit in concilio, *Viri fratres, ego Phariseus sum, filius Phariseorum*. Quæ admodū superius Paulus seipsum vno verbo à flagellis eripuit, asserendo se ciuem Romanū: ita hic vno verbo se Phariseū, & Pharisei filiiū vocās, cautè se à concilio malignantiū liberauit, & Phariseos, & Sadducæos prudenter inter se committit. Non autē fecit hoc timore pœnarū, qui paratus erat millies pro Christo occumbere: nec quod delectaretur discordia, cū Deus oderit seminantem inter fratres discordias. Sed idè hoc fecit, primò, quia nullam iustitiam, æquitatēve ab eis sperare posse videbat. Deinde, quia videbat nullius fructus esse, si se periculo obijceret. Tertio, quia videbat eorum malam concordiam, & ad oppressionē iustitiæ, & veritatis tendere: quia eò quis ad malum audacior est, quò plures habet socios; idèo eam interrumpere curauit. Melius quippe erat eos inter se contendere, quàm vnanimitè veritatem impugnare. Quare solutio bona erat, ex qua etiam Sadducæi puniri poterant: qui tamen à Iudæis tolerabantur, quia dogma eorum moribus cõsentiebat; Legem autem ut contrariam non tolerabant. Et subiunxit: *De spe, & resurrectione mortuorum ego iudicor*. Quod addidit, ad ostendendum in quibus esset Phariseus, non quidem in moribus, sed in fide. Nouerat siquidē Paulus vtramque sectam acerrimè suasuere opiniones: nouerat eam sectam, quam amplecteretur, se defensurum contra alteram: adhæret autem secte, quæ minimè errabat in Fide, aut minus errabat. Sciendum est autē, Ananiam Principem Sacerdotum, post Ionatham in seditione quadam Pontificum contra Sacerdotes pro decimis

Phariseos Paulus cum Sadducæis quare commiserit.

Prouerb. 6.

Quo quis sit ad malum audacior.

In quibus Paulus esset Phariseus.

Quis fuerit hic Ananias Princeps Sacerdotum.

interfectū, successisse in Pontificatu, & Sadducæorum partes fouisse: idè pulchrè Paulus hac prudentia vsus fuit. Sic enim de hoc Anania scribit Eusebius: *Ananias autem iunior (quem pontificatum suscepisse supra diximus) proteruus admodum, & insolens moribus, heresim defendebat Sadducæorum, qui in iudicijs crudeliores Iudæis ceteris videntur, sicut iam supra diximus. Hic insolentia sua tempus datum credens ex morte Festi, confessum iudicum conuocat, & introducit in medium fratrem Iesu, qui dicitur Christus, Iacobum nomine, & alios quamplurimos, quos velut contra Legem gerere incusans, tradidit lapidandos*. Hæc ille; ut intelligas, Ananiam istū fuisse crudelissimum, & factionem Sadducæorum fouisse, & Iacobum fratrem Domini de medio sustulisse.

Sadducæi autem dicunt non esse resurrectionem mortuorum, neque Angelum, neque spiritum; Pharisei autem vtraque consistunt. Tres sectas Philosophorū fuisse apud Iudæos, nimirum Essenorum, Phariseorum, & Sadducæorum, ex Iosepho manifestū est. De Essenis multa ille de Bell. Iud. cap. 7. de quibus quoniam non spectat ad propositum agere, nihil dicimus. De Phariseis lib. 13. Antiquit. cap. 9. & lib. 18. cap. 2. *Phariseorum victus simplex est, nullis mollibus delicijs; & quicquid his ratio dictauit, id sequuntur pernicaciter: maiores natu venerantur, nec audent eis respondere monentibus, aut obloqui. Facto quacunque geruntur, tribuunt, nec tamen homini volunt aris assensum adimunt, hoc temperamento Deum uti dicentes; ut cum omnia fiant ex ipsius consilio, in homine tamen sit voluntas accedendi ad virtutē, aut vitium. Animas credunt esse immortales, & sub terris earum iudicia fieri: tū præmia cuiuscunque contingere ex virtutis, aut malitiæ merito; & has perpetuis damnari carceribus, illis facilem esse ad vitam reditum*. (quod declarans lib. 2. de bello Iud. in fine, transire ait in alia corpora solas animas bonorum, improborum enim interminabili supplicio cruciari) *Per hæc placita magnam sibi auctoritatem parauerunt apud populum, & quicquid ad solennes preces, ac cultū Diuinum attinet, iuxta horum interpre-*

Euseb. lib. 2. Hist. Eccle. cap. 23. in fine, tom. 1. Sadducæi quales.

Ananias infamatur ab illa.

Matth. 22.

Tres sectæ apud Iudæos quæ nã illæ.

Iosephus.

Idem. Secta Phariseorū qualis.

Phariseorū de animabus tam bonorū, quàm malorū opinio.

Epiph. lib. 1 aduers. Hæref. in her. 16. in it. Phariseorum appellatio vnde sit orta Phares Hebræe quid significat. Ioseph. lib. 18. Antiq. cap. 2. Sadducæorū sectæ descriptio per Iosephum.

Phariseorum humanitas, Sadducæorū verò inhumanitas.

Contra Sadducæorum hæresim. Psal. 102. Et alibi passim. Quæ illi spiritum negaret.

Spiritus cum articulo quæ denotet in sacris literis.

Luca ult.

tationem, ac prescriptum solet fieri. Tantum habent à ciuitatibus sapientia, temperantia, & vitæ honestioris testimoniū. Hæc de Phariseis. Multa quoq; Epiph. de illis tradit lib. aduers. Hæreses in eorum hæresim agēs, his verbis: Dicebantur Pharisei, eò quod separati essent ab alijs, propter spontaneā superflua religionē apud ipsos receptā. Phares enim Hebræica lingua separationē significat. Hæc ille. Iam audi quid dicat de Sadducæis Iosephus eodem in loco: At Sadducæorum opinio cum corpore extinguit simul & animas: nec aliud quicquam præter Legem seruandam existimant (hoc est, contenta in Pentateucho:) nam de sapientia cum præceptoribus disceptare, ad virtutem reputant. Huius sectæ pauci sunt, sed ferè dignitate præcipui: ex horum tamen sententia vix quicquam agitur. Nam quoties magistratus licet inuiti suscipiunt, Phariseorum decretis assentiunt; nisi facerent, non ferendi à plebeiorum multitudine. Et lib. 2. de bell. Iud. Deum extra omnem mali patratiōem, inspectionemq; constituunt. Aiunt autem electioni hominum vel bonum, vel malum esse propositū: & secundum voluntatem propriam, alterutrum vnicuique contingere. Animarum autem generaliter vel supplicia denegāt, vel honores. Et Pharisei quidem sociales, & qui studeant se mutua dilectione complecti, Sadducæi verò & inter se feris moribus discrepantes, & conuersatio eorum circa exteros inhumana. Hæc ille de Sadducæis. Quæ propterea allata sunt à nobis, vt conitaret quæ illorum esset in moribus crudelitas, & conuersatio, & quæ fides. Non enim credebāt esse resurrectionem mortuorum; quam tamē Dominus illis, ex verbis Moyfi indicauit Matth. 22. Nec credebant esse Angelos, id est, spiritus coelestes, qui mittuntur ad annuntiandū; cum tamen frequenter in libris Moyfi illi missi legantur. Nec credebant spiritus, id est, animos rationales coniunctos corporibus post mortem remanere, sed interire. Et quia spiritus Græcè dicitur πνεύμα sine articulo; rectè pro spiritu creato accipitur. Sicut cum Christus dixit: Spiritus carnem, & ossa non habet. Nam cum articulo significat Spiritum sanctum, vt

apud Ioannem diligenter annotauimus: & aliquando ex circumstantijs satis colligitur, spiritum accipi pro anima, vt in Cantico trium puerorū: Benedicite spiritus, & anima iustorū Dño; & illud: Spirituū ponderator est Dñs; & Probate spiritus si ex Deo sint; & Spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei; & ad Hebr. Patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerentiamur eos: nū multò magis obtemperabimus Patri spiritui, & viuemus? Vbi ex oppositione parentū carnis ad parentes spirituum, colligitur rationem esse de spiritibus humanis. Gregorius tamen Theologus lib. 5. Theologia: Spiritum sanctum Sadducæi penitus non esse censuerunt, quemadmodum nec Angelos, nec resurrectionem. Et videtur alludere ad hæc Lucæ verba. Ratio etiam non deest cur inficiarentur; vt eum de natura tollerent, vt potè suis principijs obstitentem. Cum enim Legem Moyfis tantū reciperent, Prophetis verò non crederent, sequebatur, suoque spiritu, & ingenio oracula fuisse, quæ ipsorū nomine ferebantur; & ita negabant Spiritū sanctū afflauisse Prophetas, ne eo admissio videretur repugnare Spiritui sancto, qui per eos loquebatur. Annotauit Oecumenius, quòd cum tria membra dixisset Lucas, resurrectionem, Angelum, spiritum, dixit Phariseos vtraque confiteri: vel in propriè vtraque pro tribus accipiēs; vel quòd Angelum, & spiritum pro vno, & eodē accipiēbāt. Et cū magna dissensio facta esset, timens tribunus ne discerneretur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere, &c. Iudicis officium erat eripere oppressū innocentē de manu fortiorū, quos videbat paratos ad necem inferendam; & maximè quòd annuntiauerat se esse ciuem Romanum, timebat ne in se cuderetur illa faba parū seruati ciuis Romani. Sequenti autē noctē assistens ei Dñs ait: Cōstās esto. Sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Roma testificari. Rectè dictum est per Prophetā: Iuxta est Dominus ihs, qui tribulati sunt corde; & humiles spiritu saluabit: & vbi humana desunt præsidia, adsunt diuina.

Ioan. 3. Lib. 8. tractat. Dan. 3. Prouer. 16. 1. Ioan. 4. Rom. 8. Hebr. 12.

Greg. Naz. sub libri initium. Spiritum sanctū esse Sadducæi omnino negarunt teste Nazian.

Vnde hæc illorum impietas.

Idē Prophetarū oracula humana esse, non diuina prædicabant Oecumen.

Pharisei cū resurrectionem, Angelū & spiritum, tria hæc, crederent, quomodo vtraque dicantur confiteri.

Munus iudicis quòdnam sit. Act. 22.

Psal. 33. Diuina quibus adsunt præsidia.

Iudæi vt se deuouerint ad necē Pauli, teste Chrysofomo. Chrysof. homil. 49. in Act. sub initium tom. 3. Romanorum se pro Republica mos deuouendi qua illi. Linius. Decij deuotio.

Romanorum dij.

Peculiarique, ratione ad commune bonum promouendum electi, varia indigent consolatione, & reuelatione Domini: quemadmodum Satanæ contra eos machinatur atque conspirat. Facta autem die collegerunt se quidam ex Iudæis, & deuouerunt se, dicentes neque manducatueros, neque bibitueros, donec occiderent Paulum, &c. Verbum, deuouerunt, Græcè est, anathematizauerunt, id est, vt Chrysofomus ait, dixerunt se esse extra fidem in Deum, nisi, quòd decreuerant contra Paulum, impleverunt. Cum detestatione ergo sui uouerunt, id est, se deuouerunt patratos se hoc delictum. Hæc ratio se deuouendi, longè erat diuersa ab illa Romanorum, qua se ipsos pro salute Reipublicæ certæ morti obijciebāt: quò genere se ipsam deuouedi, Decius Cossul, & filius, post eum etiam Consul, se ipsos pro incolumitate exercitus Romanorum deuouerunt. De priori Decio Linius lib. 8. r. Decadis ita loquitur: In hac trepidatione Decius Coss. M. Valerium (scilicet Pontificem Maximum) magna voce inclamat: Deorum, inquit, ope, Valeri, opus est, agendum Pontifex publicus Populi Romani, præi verba, quibus me pro legionibus deuoueam. Pontifex eum togam prætextam sumere iussit; & velato capite manu subter togam ad mentum exerta, super telum subiectum pedibus stantem sic dicere: Iane, Iuppiter, Mars pater, Quirine, Bellona, lares, diui Nouensiles, dij indigetes, diui, quorum est potestas nostrorum, hostiumq; dij. Manes, vos precor, veneror, veniam peto ferorq; vt Populo Romano Quiritum vim, victoriamq; prosperetis, hostesq; Populi Romani Quiritum terrore, formidine, morteq; afficiatis. Sic vt verbis nuncupauit, ita pro Republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxilijs Populi Romani Quiritium, legiones, auxilijsq; hostium, mecum dijs Manibus, Tellurijq; deuoueo. Hæc ita precatus, lictores ire ad T. Mælium iubet: matureq; collega se deuotum pro exercitu nuntiare. Ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit. Et subdit: Illud adijciendum videtur, licere Consuli, Dictatorijq; & Prætori, cum legiones hostiū deuoueat, non vti que se, sed quem velit ex legione

Romana scripta ciuem deuouere. Hæc ille. Iste est igitur modus deuouendi se ipsos, quo Romani utebantur, & alter quo Iudæi in vitam Pauli conspirauerant: quò dum aliorum vastationem, extinctionemq; appetebant, se ipsos aperto vitæ discrimini exponebāt. At Paulus, qui cupiebat anathema esse à Christo pro fratribus, longè excellentiori charitate sponte vitam suā Deo offerebat, quo Iudæorum fratrum suorum salutem demereri posset. Anathematizauerunt ergo Iudæi isti quadraginta se ipsos, ac deuouerunt, modò Paulo vitam eriperent. Deuouerat se Paulus, & anathema esse cupiebat, quò salutem, & vitam, quæ in amplectendo Christo consistebat, à Deo impetraret. Votum autem, siue iuramentum de malo, tacita quædā est blasphemia Dei, quasi malum Deo placeret; ideò bis peccat, & promittens scilicet, & obseruans. Secus verò est, eum quid Deo vel voto, vel iuramento bonum promittitur. Hinc stultum est, quòd Lutheranus quidam hoc loco ait, vota non obligare: & Apostolum, viduas cum ait habere damnationē, quia primam fidem irritam fecerint, exponendum esse, habere damnationem, scilicet infamiam, quia simulatè promiserunt. Sed hæc tantum autoritate hæretica afferuntur contra omnes: quia damnatio vt plurimum in Scripturis non est nisi æterna: & illæ mulieres viduæ verè vouerant, cum de illis dicitur, quia primam fidem irritam fecerint. Sed vide, obsecro, Diuinæ providentiæ secretum: nam per puerum, hoc est, filium sororis Pauli detectas infidias cognoscens Tribunus, Paulū à meditatīs insidijs liberauit. Et agnosce quanta extiterit Diuina potentia per puerum liberans, vnde tribunus vndiq; se videns angustijs præmi, prudenter cum bono comitatu Paulū misit ad Felicem Præsidem tantquam inferior ad superiorem, vt ille pro sua sapientia in re tam grati sententiā diceret: Atque hæc subnoctem fecit, ne præcognitus ab aduersarijs Pauli abitus tumultum aliquem maiorem concitaret. Magistratum enim summè decet iustitia, & prudentia: non enim

Rom. 9. Paulus pro Iudæis se vt deuouerit.

Votū seu iuramentum de malo, duplex peccatum.

Contra Lutheranos quendam votā obligare asserentem.

1. Tim. 5.

Damnatio in Scripturis quæ ferè assignet.

Diuinæ circa Paulum agumentū providentiæ.

Quæ res magistratū summè decet.

sapientis est dicere, Non putarā. Atq; hic licet pulchrum ordinem videre. Nam milites centurionibus parebāt, Cēturiones tribuno, tribuni præfidi, præfides Cæsari. Vt intelligamus, si necessarius est ordo in militia, non minus necessarium esse in Republica ad ministranda, & in Ecclesiastica hierarchia, quæ sine ordine protinus dissoluta est, vt Hæretici volunt, omnē ordinem confundentes. Cū tamē Paulus dicat: *Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis*: & Sponsus dicat de Sponsa: *Terribilis vt castrorum acies ordinata*. Addidit rursus literas tribunus, quibus totius negotij summam completitur. Et prima nocte venerunt milites cum Paulo in Antipatridem urbem Palæstinæ, in tribu Manasse, quæ olim dicta est Caphaasalama, vt habes i. Machab. 7. quæ sita est inter Diospolim, quæ & Lydda dicitur, & Cæsaream Palæstinæ, vbi erat Præses, non procul ab Ioppe. Hanc ad memoriam patris Antipatri Herodes filius renouandam curauit, & sic instauratam vocauit.

Traditur autem hic Felix fuisse libertus Claudij Cæsaris, maxime illi charus, missus in Iudæam procurator post Cumanum exilio multatū. Hic Drusillam prioris Herodis Agrippæ Regis filiam duxit in vxorem: cuius mors descripta est cap. 12. & soror erat alterius Agrippæ Regis, de quo cap. sequenti fit mētio. Hæc Drusilla prius nupserat Azizo Emesenorū Regi circumciso, cuius nuptias Epiphanes Antiochi Comagenorum Regis filius recusauerat; & intactam virginem reliquerat, eo quod religionem Iudæorū, & circūcisionem amplecti nolisset, vt erat pollicitus puellæ parentibus. Drusilla verò non multo post dimissa est ab Azizo. Felix verò cum esset Iudææ procurator, & hanc sceminarum pulcherrimam vidisset, amore eius captus, per Simonem quendam Iudæum genere Cyprium, pro mago se gerentem eam sollicitauit, vt relicto priori marito Azizo ipsi nubere; beatam fore promittens, si dominum non fastidiret. Illa male consulta; vt euaderet molestias sororis Berenicæ formæ

præcellentiam sibi inuidentis, cōfessit, calcata religione patriæ Felici nubere: & nato filio ex eo marito, nomē Agrippæ imposuit. Cornelius Tacitus lib. 21. Annalium scribit: *Claudius defunctis Regibus, aut ad modicum redactis, Iudæam prouintiam equitibus Romanis, aut libertis permisit. E quibus Antonius Felix per omnem scuitiam, ac libidinem, ius regium seruili ingenio exercuit, Drusilla Cleopatra & Antonij nepte in matrimonio accepta, vt eiusdem Antonij Felix progenet, Claudius nepos esset. Hæc ille, docens Drusillam fuisse neptem M. Antonij, & Felicem eius progenerum, & Claudium Imperatorem eius nepotem. Nam Drusus (filius Liuizæ vxoris Augusti, quem intra tres menses post coniugium illud progenuit) ex Antonia sorore M. Antonij tres viros sustulit, Germanicum, Liuillam, & Claudium, qui Caligulæ Imperio successit. Multæ seditiones in Iudæa ortæ sunt Felicis tempore, quas ille vt potuit, repressit: sed nō sine Iudæorū iniuria. Vnde post aduētū Porcij Festi à Nerone missi in locum suum, Iudæi apud Cæsarem eū accusarunt: nec euassisset pœnas debitas, nisi Nero eū donasset Palatis fratris precibus, qui tū in pretio maximo erat apud Principē: vt Iosephus lib. 20. Antiq. c. 13. in fine tra lit.*

Habes igitur quis fuerit Felix procurator Iudææ, ad quem causa Pauli est delegata. Qui dixit, *Audiam te*, inquit, cū accusatores tui venerint. *Iussitq; in pretorio Herodis custodiri eū*. Publicus em omnium hominū consensus exoptulat, in omni causa vtramq; partē esse audiendam, antequam quis sententiā pronuntiet. Vnde & Alexander Magnus dicebat se alteram aurem alteri parti seruare. Quod vtinā omnes qui sedent pro tribunali iudices obseruaret: sic enim rectè & incorruptè administrarent munus suum, & supremum omnium Præsidentem, & Regū Iudicem sibi conciliarent Dñm nostrū Iesum Christum, cui cum Patre, & Spiritu sancto æternas laudes, encomia, atq; gratiarum actiones decantent vniuersæ creaturæ per infinita secula seculorum. Amen.

Cornel. Tacit. inter i. nit. & med. libri.

Idem Felix, teste Cornelio, per omnē scuitiam, ac libidinem, ius regium seruil ingenio exercuit.

Iudæis grauiter offensus, ab eis est ad Cæsarem delatus.

Palantis fratris beneficio est à Nerone liberatus.

Iosephus.

Magnus Alexander alteram aurem alteri parti seruabat.

Ordo cū in militia, tū in Republica administranda quā sit necessarius.

1. Cor. 14.

Cant. 6.

Antipatris vrbs quæ & Caphasalama, vbi sita.

Diospolis idē quod Lydda.

Antipatris cur sic dicta.

Quis fuerit hic Felix Syriæ Præses.

Act. 12.

Qua ratione hic Drusilla habuerit vxorem.



TRACTATUS LIIII.

IN illa verba: *Post quinq; autem dies descēdit Princeps Sacerdotum Ananias cum senioribus quibusdā & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem aduersus Paulum, & rel. in fin. vsque cap. 24.*

**R** VRSVS nouum bellum paratur in Paulum. Nam impius ille Pontifex Ananias assumens seniores, & oratorem, quō facilius iudici imponeret, ascendit in Cæsaream ad Felicem, vt opprimeret Paulum. Sed perspicere Dei bonitatem: Paulus solus erat, & vincens, sed tamen egregium de illis triumphum retulit. Qui enim iustam fouet causam, huic Deus, & Angeli assistunt. Dicitur descēdisse Ananias, tūm propter regionis dispositionem, quia altior est Ierosolyma, vnde Paul. cap. 21. traditur ascēdisse ex illa, id est Cæsarea in Ierusalem; tūm etiam quia verè descendit, qui peccatis adiungit peccata. Continet autem præfens caput duas orationes in genere iudiciali, alteram Tertulli accusantis Paulum nomine Iudæorum: breuem illā quidem, sed adulationibus, calumnijs, & mendacijs plenam; alteram verò Pauli, sed veritati, & iustitiæ consentaneā. Nec mirum si prolixior sit: nam amplior clepsidrarum numerus dari solebat reo, quā actori, cum illi incubat munus obiecta crimina abluendi. Primum igitur Tertullus ita exorditur: *Cum in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam prouidentia. Laudibus præoccupat animum iudicis, quō eius fauorem sibi conciliet: sed falsò, cum multa tyrannicè gereret: nam & Pontificem Ionatham mentem, vt pietati daret operam, subornato Doro quodā amico Ionathæ, illum in Ierusalem interfecit: multas diuitū domos in Cæsarea exilauerat,*

quanquam aliòqui magos, & pseudo-prophetas repressisset. Et quāuis laudans eum ab eo quod non habebat, tacite admoneret eum qualis esse deberet: tamen quia de causa iniusta iustā facere contendebat, non caret reprehensione eiusmodi beneuolentiæ captatio. *Semper, inquit, & vbiq; suscipimus, subaudiendum est tuam prouidentiam: nisi fortè interpres dixit, suscipimus, hoc est, admiramur, commēdamus, & veneramur, siue, vt alij vertunt, comprobamus. Et addit solitum cognomentum, Optime Felix, pro quo habent Græca scriptura, id est, strenue, vel fortissime: Syrus codex, victoriose Felix.*

*Inuenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & autorem seditionis sectæ Nazarenorum, Qui etiam templum violare conatus est, &c.* Cūm videret Felicem in seditiones homines puniendos propensum; nam iam multos eorum supplicio affecerat; propterea ab ea re, ad quam videbat illum bene animatum, initū accusandi sumpsit: Proponit igitur tria crimina grauissima, quæ nisi fuissent: meræ calumniæ, ob illorum quodlibet dignus morte extitisset noster Paulus. Hominem, inquit, pestiferum, sicut Græcè dicitur per nomen abstractum *κακός*, id est, pestem: sicut i. Machab. 10. *Αυδεις λοιμοι*, hoc est, viri pestilentes; quō Iudæos à lege patrum suorum auerteret, & concitantem seditionem inter legem seruantes, imò inter Gentes, & Iudæos: deniq; quōd vnus esset ex præcipuis

Anania Pontificis Pauli infatibilis perendi libido.

Cūnā Deus, & Angeli assistant.

Descēdat mysticè quis.

Cur olim amplior clepsidrarū numerus reo, quā actori dari solueuerat.

Tertullus Ananiam Pontificis insinuatō adulatione plena. Felicis crudelitas.

Romani præfides quo ritulo honestari consueuerant.

In quam rem Felix præses maxime incumberet.

Triplex Pauli criminatio mendacissima Tertulli.

Christianos Iudæi, Nazarenos, eosque & Iulianus Apostata ob eandem causam Christianos vocabat Galilæos, & Christum fabrum.

Mar. 6. Nazarenus quidam interpretatur. Nazarenus Iudæis qui propriè.

Epiphanius in heres. 29.

Pauli innocentia singularis ostenditur. Rom. 10. Finis legis, Christus teste Apostolo.

Act. 21. Iudæi in legem insurij.

Ibidem. Supra 9.

Quanta sit vis veritatis.

Iudæorum in Paulum malignitas.

Pauli modestia insignis.

prædicatoribus cuiusdã nouæ sectæ, quam introduxit, Nazarenorû: ita enim Christi cultores vocabant ob contemptum: quemadmodum Iulianus Apostata ob eandem causam Christianos vocabat Galilæos, & Christum fabrum. Sed hoc in despicientiam illorum dictum, summa laus erat Christianorû: Nazarenus enim, sanctus, siue floridus interpretatur. Nomen tum Nazarenorum restrictum fuit ad significandam hæresim quorundam, qui Christum Dei Filium de Maria Virgine natum, passum, & suscitatum confitebantur: sed tamen legem, & circumcisionem adiugebãt, ita ut neque Christiani essent, neque Iudæi: in quos Epiphanius. Tertio accusabant illum de profanatione templi. Verum hæc omnia mera sunt mendacia. Nec enim pestifer est dicendus, qui omnes ad Christum, hoc est, ad salutem, trahere cupiebat: neque auertebat à lege, qui ad scopum, & finem legis amplectendum cohortabatur: neque seditionem concitabat, qui charitatis vinculo, & eiusdem fidei nexu coniungebat, sed ipsi potius Iudæi contra eum frequentes commouebant tumultus: neque violabat templum, qui septem diebus Purificationis permanserat in Templo: ac potius illi legem contumelia afficiebant, qui iuxta legem se purificantem percutere, & occidere volebant, atque insidias necere non cessabant. Quod ait: A quo poteris ipse iudicari, de omnibus istis cognoscere: intellige, non à Paulo, sed à Lysia. Falsum tamen erat, quia Lysias erat pro veritate, in quam non valent verba mendaciarum composita. Adiecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita se habere. Ipsi sunt accusatores, & testes, imò & iudices Pauli esse volunt. Expende, quot machinis Paulum inuasent: potestate Ecclesiastica, & seculari, multitudine, & oratore bene linguaci, assentantemque iudici.

Respondit autem Paulus (annuente sibi præside dicere) Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam. Vide quam simplici exordio utatur Apostolus, ac breui, sed Christiana grauitate digno: & illo quidem captat beneuolentiam, sed citra ullam adulationem: agnoscit eum iudicem

ordinarium, & longa experientia edoctum quid agere debeat, & omnia bona sibi de illo pollicetur. Nam quia negotium ipsum ad gloriam Dei, Evangelijque spectabat, non debebat Paulus causæ suæ deesse, cum esset Christi Apostolus: idem ubique respondet, sed ut Apostolum decet. Veritas siquidem nec potentiam, nec eloquentiam, nec vafram sapientiam timet. Perpende etiam Pauli modestiam, quod tantis conuicijs adeo non est irritatus, ut etiam verbum non respondeat nisi annuente sibi præside. Denique indicant ipsa verba, ne tantillum quidem animum eius fuisse commotum: Ex multis, inquit, annis te esse iudicem genti huic sciens. Felix enim antea administrauerat Trachonitidem, Bathanæam, & Gaulonitidem regiones: deinde præfectus fuerat Iudææ à Claudio Imperatore, ut testis est Iosephus lib. 11. De bell. Iud. & infra cap. 24. dicitur, quod biennio accepto accepit successorè Felix Porcium Festum.

Potes enim cognoscere quia non plus sunt mihi dies quam duodecim, ex quo ascendi adorare in Ierusalem. Argumentatur à breuissimi temporis spatio, quasi diceret, Quomodo rem tantam potui facere tantillo tempore? Secundò, à causæ loco, cum inquit: Non ascendi in Ierusalem tumultuaturus, sed oraturus. Tertio, non inuenerunt me in templo disputantem, aut concursum facientem turbæ. Demum volens omnia mendacia diluere, adiungit: Neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. Id est, efficaciter non possunt conuincere. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt hæresim, &c. Iuxta Grammaticam aduerte, Græcè legi, Κατὰ τὴν ἰδίαν ἡμέραν ἀποστῆναι: hoc est, quod secundum viam, quam dicunt hæresim, &c. ubi lex Evangelica primò dicitur via, quæ ducit ad vitam æternam, ut olim lex Moysi dicebatur via, iuxta illud: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: hanc viam dicit Paulus ab alijs vocari hæresim, id est, opinionem electam, siue sectam, quæ quisque sibi elegit (nam ita hæresis accipi solet interdum in bonam partem, quemadmodum hoc loco, & c. 26. ubi Paulus asserit se esse ex secta

Cur Paulus falso à Iudæis accusatus apud Præsidentem, seipsum defendit.

Pauli patientia, & constantia incredibile.

Iosephus.

Pauli apud præsidem Felicem legitima defensio.

Lex Evangelica vis cur ab Apostolo nominetur.

Psal. 118.

Hæresis ubi in bonum accipitur.

Cicero paradoxo 1.

Theophyl. in Acta. Religionem Christi, sectam, Canonorum nihil scriptorū quam obrem appellauerit teste Theophylacto. Hæreticus quis.

Quam verum, & constantem Christi confessor Paulus. Luc. 9.

Paulus quasi Deo seruitur, ipso teste.

Quatuor lex continet Evangelica.

Rom. 15.

Matth. 6.

Pharisæorum, & Cicero in Paradoxo ait: Cato perfectus (mea sententia) Stoicus, & ea sentit, quæ non sanè probantur in vulgus, & in ea est hæresis, quæ nullum sequitur florem orationis. Tamen, ut annotauit Theophylactus, nunquam religio Christiana ab illo canonico scriptore hæresis est vocata. Et ratio est in promptu: propterea quod quæ credimus, aut operamur in religione Christiana, non sunt hominum cogitationes, aut inuentiones, sed Dei leges atque prescripta, à quibus qui vel tantillum aberrat cum pertinacia, merito hæresim condere, & hæreticus merito dicitur. Propterea Paulus prudenter dixit, quæ dicunt hæresim: quasi diceret, Non propterea est, etsi ita ab alijs vocetur.

Quod ad rem spectat, constanter Paulus se fateatur Christianum, imò & Christianorum Doctorem, nec erubescit confiteri Christum coram hominibus, ne erubescat Christus illum confiteri coram Patre, & Angelis Dei. Interim verò Christianam religionem hæresim non esse vocandam, vel sectam, vel nouam doctrinam, tacite quatuor modis indicat. Quasi dicat: Etsi Christianorum religioni me addixi: nihil tamen in hoc à me peccatum est. Nam deseruio Patri, & Deo meo, vel Deo patrio meo, ut nunc habet textus Græci, id est, illi, quæ coluerunt patres mei. Deinde omnia credo, quæ in lege, & Prophetis scripta sunt: talia enim non sunt noua, sed antiqua, & probata. Et ita respondet ad illud de secta Nazarenorum: & ostendit, unum & eundem esse Deum Veteris, & Noui Testamenti, quæ lex, & Prophetæ nuntiauerunt: præterea eandem habere spem de resurrectione, quam ipsi Iudæi, & præsertim Pharisæi habent. Postremo cõtendo exhibere me omnibus irreprehensum, ac sine offendiculo. Ex quibus probauit, Christi doctrinam nihil mali continere. Oportet ergo credere in unum verum Deum. Deinde omnibus, quæ in lege, & Prophetis scripta sunt ad nostram salutem. Tertio sperare promissa Dei, & maxime resurrectionem æternæ vitæ, quod ab amore præsentis vitæ abduci, in futurum thesaurizemus. Quarto, præstat iustitia Christiana, ut conscientiam habeamus sine offensione coram Deo, & coram

hominibus: quod non fit sine charitate, & bonis officijs: hæc est enim summa nostræ religionis.

Post annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meam veni: Solut altera obiectione de templo violato, dicens se ascendisse Ierusalem, non leuitatis gratia, sed eleemosynam facturum genti suæ. Superius dixit, Ascendi oraturus: & utraq; est pia causa, deuotio scilicet erga Deum, & pietas erga proximum. Et hanc ostendit se non esse hominem pestiferum, ut qui ex longinquis regionibus adferebat eleemosynam in subuentionem pauperum: vel orationes, eleemosynas vocat, quæ vera sunt sacrificia, de quibus Paulus alio loco: Talibus enim hostijs promeretur Deus, vel ea sacrificia, quæ ex voto obtulit secundum ritum Nazarenorum, at qui verbo orabat, & purificabat se, nequaquam templum violabat, sed honorabat. Non enim violant templum, qui orant, & eleemosynas faciunt, aut offerunt sacrificium, & purificant se: ad quæ quatuor obseruanda cõditum est templum: sed illi tantum qui blasphemant, pauperes opprimunt, templum spoliant, atque impiè viuunt. In quibus, inquit, inuenerunt me purificatum in templo. Nam Christianus non debet inueniri in loco turpi, aut in opere malo, vel mali specie habere: sed in loco sancto, & in opere sancto. Quidam autem ex Asia Iudæi. Eleganter omnis tumultus causam reijcit in Iudæos, ostenditque eos nihil iustæ causæ habere, ut qui coram iudice cõpetente non ausi essent cõparere, etiamsi alioqui mei sanguinis sint sitientissimi, imò ne hi quidem, qui coramstant, habent quod obijciant, nisi de hac vna voce, quod dixi me Pharisæum, de resurrectione mortuorum ego iudicor, id est, nihil commisi, nisi quia prædicauit, quod & ipsi credunt. Quod si tumultus aliquis fuit ortus ex hac voce, ipsis potius, quam mihi venit imputandus, qui tam leui momento ad tumultus se excitari patiuntur.

Distulit autem illos Felix, certissime sciens de via hæc, dicens, Cui tribuimus Lysias descendere, audiam vos. Felix, cui Pauli innocentia ignota non erat, distulit ferre sententiam, nolens: neque rursus pro eo iudicauit, ne Iudæos repellere videre-

Quod Paulus templum Delimitime violauerit, ut ei obijciebatur.

Orationes, & eleemosynas cur dicantur à Paulo. Heb. 13.

Num. 6. Act. 21.

Templum cuius res gratia cõditum sit.

Probus Christianus ubi inuictus, & quid agere debeat.

Iudæorum solitudo, & iniquitas in Paulum ab eo cõprobata.

Act. 23.

Felix prædictis prudentia, & iustitia.



tur: in quorū etiā gratiā cēturioni praecepit, vt illum custodiret. Finxit, tribunum Lyfiam expectandū, cuius meminerat Tertullus; vt causam apprehensionis Pauli melius agnosceret; cū tamen tribunus per literas de Pauli innocentia illum admonuisset. Et ita Iudaeos tanquam coruos delusit hiantes, conatusq; eorū impios perfregit. Vides igitur quanto miraculo Deus suis assitit, & animum iudicis flectat erga Paulum, vt relaxationem ei praebeat, & ministerium ei non denegari precipiat.

Post aliquot autē dies veniens Felix cū Drusilla vxore sua, qua erat Iudaea, vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidem qua est in Christum Iesum. Disputante autem illo de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit. De Felice olim liberto Claudij, & nunc praeside Iudaeae, ac Drusilla vxore eius Iudaeae, dictū est superius: vnde & ppter vxorē libenter audiebat Paulum de fide in Christum. Tanta porro erat verborū Pauli efficacia, dū de iustitia agebat, quam ipse iudex iure tenebatur reddere, sed non obseruabat: sicut nec castitatem, quā matrimonio debebat, vel potius continentia, vt Graeca vox habet: quae absolutē posita, p omni abstinentia à voluptatibus gustus, & tactus accipi cōsuevit. Nam vt pulchrē dixit Tertullian. lib. De ieiunio in Psychicos initio: *Monstrum est libido sine gula. Vnde scriptum est: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Tanta, inquam erat verborum Pauli efficacia, vt eius sermonem iudex interrumpere nō dubitauerit. Subdit: *Et de iudicio futuro.* Quo eiusmodi erimina puniēda sunt, & iudicia omnium iudicum inferiorū ad illud supremum tribunal adducenda, atq; examinanda. Vt tremefactus Felix sermonis progressum impedierit, timens fortassis ne cum de malefactis poeniteret. Paulus em̄ ita cuiq; accommodabat sermonē, vt nō adulatoria, vel quae ad ostentationem spectant, praedicaret, sed vtilia, & quae ad rem facerent, & viuum tangerent eorum qui audiebant, euāgelizabat. Verbum enim Dei cor concutit; verbum corda impiorum concutit. quidē, sed

non ad poenitētiā, sicut Esau, & Iudaeā proditoris.

Quod nunc attinet, vade tempore autē opportuno accersam te. Simul & sperans qd pecunia ei daretur à Paulo, ppter quod & frequenter accersiens eum, loquebatur cum eo. In aliud tempus differt Felix, quā disputauerat Pāulus de fide, cum nesciret quid superuētura de se pareret dies, & Scriptura moueat: *Quaerite Deum, dum inueniri potest, inuocate eum, dū propē est.* Et terretur Gentilis praedicatione iudicij futuri, nec interrogat quomodo tanto tribunali intrepidus assitit, sed occasiones quaerit, vnde pecuniam capter à Paulo. Et quoniam iudicium aere redemptum, Caesari legibus erat damnatum, ideo nihil audens postulare impudentius, saltē colloquio occasionem offerēda pecuniae voluit suppeditare; nimirū vt contracta familiaritas; perspectaq; praesidis facilitas excuteret pudorē, quo impeditus minus auderet Paulus offerre pecuniam. Paulus verō innocentia contentus noluit se redimere, etiam si potuisset, ne fidei, & dignitati Apostolicae maculam vllam accerseret: nā etsi corpore seruus esset, animo liber erat. Nam etsi interdū liceat iusto redimere vexationem suam: tamē quia vt plurimum hoc remedio vtuntur impij & iniusti, noluit huius rei relinquere exēplum, ad cōsolationem eorum, qui cū iusti sint, non habent tamē pecuniam qua redimantur. Illud obserua, quales plerunq; sint animi iudicum, qui pecuniae à reis captandae inhiant, & quā verē dixit de Romanorū auaritia Mithridates apud Iustinum: Non temerē iactare Romanos, se lupae vberibus alitos. Omnes enim Romanos luporū animos habere inexplēbiles, sanguinis atq; imperij, diuitiarūq; avidos esse, & ieiunos. *Biennio autē expleto accepit successorē Felix Portium Festū. Volens autē gratiā praestare Iudaeis, reliquit Paulū vinctum.* Quod dicit de biennio expleto, non intelligas per biennium tantum administrasse prouintiam: nam vt Eusebius in Chronico docet, anno vndecimo Claudij missus est Felix, reuocatus verō secundo Neronis. Et ita ferē sex annis praesuit prouintiae. Beda

Gen. 27  
Matth. 26  
Felicis praesidis insipientia, suūq; salutis negligentia.  
Prou. 27  
Esa. 55  
Iudicium aere redimere, cautum erat apud Romanos.  
1. Cor. 9  
Cū Paulo integram fuerit apud iudicem pecunia se redimere, cur id nō fecerit.  
Quid senserit, ac dixerit de Romanorum auaritia Mithridates. Iustin. historicus.  
Euseb. tom. 2.  
Illud: Biennio expleto accepit successorē Felix Portium Festum, quomodo verum.

Mira Delia Paulum pro uidentia.

Verborum Pauli quantitas.

Tertull.

Vita proxima quae sint.

Ephes. 5.

Quanta Paulus cum dexterritate loqueretur.

II. opinio, quae reiectur.  
Beda in c. 23. Actū, tom. 5.  
Act. 12.  
Act. 16.  
Quid Paulus biennio illo, quo vinctus mansit sub Felice praeside, egerit.  
Matth. 11.  
Nona sub Portio Felice Iudaeae praesidis successore Pauli persecutio.  
Matth. 26.  
Infra 27.  
Luc. 23.

verō ex alijs historijs probat, Felicem missum eō tēpore, quo Agrippa Herodes ab Angelo interfectus est, & filius eius paruus Romae regno fuit inauguratus: quod factum fuisse tradit anno quarto Claudij. Et ita duodecim ferē annis praesuisset. Sed haec Bedae opinio videtur mihi ex incertis historicis collecta: nā vt diximus c. 12. septimus Agrippae Herodis annus agebatur; cū occidit Iacobū, & Petrū coniecit in carcerē. Biennium igitur istud, cōuersationis Pauli in Caesarea, nō praesidatus Felicis accipiendū est; & cōpurandum à tēpore, quo Paulus à Lyfia tribuno cōprehensus est Ierosolymae, & adductus ad Felicē: vt mirandū sit, Diuinā prouidentiam tantum Apostolum tanto tēpore vt fileret, permisisse; in documentū eorū, qui linguae dono praediti sunt, & tamē interdum sunt impediti, vt patienter agāt, ferēdo quod Deus euenire permittit. Sed, vt verisimile est, nō ierat mutus, aut elinguis, sed vinctus, vt Romae, ita in Iudaea omnes ad se accedētes docebat: nā neminem de suis prohibuit ministrare, & multos ad eū accessisse est verisimile: nā si Felici ad se vocati, Christū praedicabat; quid ni etiam alijs? Nā & Ioānes positus in vinculis discipulos habebat, & eos

instituire nō cessabat, donec eos misisset ad Christum.

Quod autē volēs gratiā praestare Iudaeis, Paulū reliquerit vinctū, crimen fuit acceptionis personarū. Et mirandū non est: nam & Herodes Antipas in gratiā Herodiadis, & adfatiū, Ioāne decollari iussit, & Pilatus Christū tradidit crucifigendum in gratiam Iudaeorum; & Herodes Agrippa videns quia placeret Iudaeis, occidit Iacobū, & Petrū seruauit post dies Azymorū puniendū: ita modo Felix ad captandā gratiā Iudaeorū, Paulū vinctū reliquit. Verū quod timet impius, veniet super eū. Felix enim nihilominus grauissimē accusat⁹ est apud Caesare: nec euasisset, nisi frater eius Pallas intercessisset, vt diximus. Vide igitur, quatione sancti impijs magistratibus ludeat, sibiq; mutuo gratificandi perpetua materia extiterint: vt olim Herodes & Pilatus reconciliati sunt in Christi causa agitanda; & illi ipsi aliquando argumentū erūt certissimae derisionis eorū; & dānationis. Nos ergo sanctos Dei ministros reueremur, colamusq; atq; in eis habitare agnoscamus, ac veneremur Dñm nostrū Iesum Christū, qui cū Patre, & Spiritu sancto uiuit, & regnat in secula. Amen.

Felicis Iudaeae praesidis 10 Pauli impietas.  
Infra 14.  
Infra 27.  
Act. 12.  
Prou. 10.  
Sancti quibus sint maxime iudicatio.  
Luc. 23.  
Sap. 5.



TRACTATUS LV.

IN illa verba: *Festus ergo cū venisset in Prouintiam, post triduum ascendit Ierosolymā à Caesarea. Adierūtq; eū Principes Sacerdotum, & primi Iudaeorū aduersus Paulum, &c. vsque in calcem 25. capitis.*

Nona sub Portio Felice Iudaeae praesidis successore Pauli persecutio.  
Matth. 26.  
Infra 27.  
Luc. 23.

Duentu noui procuratoris Iudaeae, nouū certamē Paulū oblatū est. A Lyfia enim tribuno ad Felicem, à Felice ad Festū Portiū, ab hoc ad Caesaris tribunal peruenit: vt Christus ad Caiphā, & ab illo ad cōcilium seniorum, ab illo ad Pilatū, ab eo ad Herodē, & rursum ab eodē ad Pilatū. Christianus ergo superata vna tētatione, semper expectet alia,

nec se, quādiu uiuit, somno tradat. Vide etiam illud impletū Sapientis: *Propter peccata terra multi Principes eius.* Nā Iudaeis saepe mutabatur praesides; quod à pluribus spoliaretur. Festiuum est illud aniculae pro vita Dionysij tyranni Deum deprecantis, quē omnes extinctū volebat: quae rogata quāobrem deprecaretur Deū pro vita tyranni, respondit: Ne alius, inquit, ieiunior, aut

Haec quid doceat Christianos.  
Prou. 23.  
Festiuū quoddam aniculae pro tyranni Dionysij vita Deum deprecantis responsum.



cuius amoenitatis Rex cupidus, è cubiculo spectabat, quicquid circa templum fieret. Quod Ierosolymitani perceres indignè ferentes; altum parietè excitauerunt super exedram, quæ erat in interiori templo versa ad solè Occidentem. Ob quod factum Agrippa Iudæis infestus, vt testis est historia Scholastica, descendit in Cæsareâ, nõ tam salutandi Festi gratia, quàm rogaturus, vt parietem illum dirueret: què & fecit dirui. Verùm ciues postea ab Imperatore obrinuerunt, vt murus permaneret. Atq; ex hac occasione, & nõ Pauli gratia, venit ad Festum. Sed interim hoc egit Deus, vt earatione nomen Christi à Paulo prædicaretur coram Agrippa iuniori.

Festus Regi indicauit de Paulo, dicens, Vir quidam est derelictus à Felice, vincetus, de quo cum essem Ierosolymis, adierunt me Principes Sacerdotum, &c. Ad quos respondi, Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquàm is, qui accusatur, presentes habeat accusatores, &c. Casu illi indicauit quæ gesta erant de Paulo: nam in postremo loco hæc apud illos habebantur: aperuitq; illi odium, quo Iudæi illum prosequerentur, & mortem illius petebant. Sed respondit, morem non esse Romanorù, vt indicta causa quisquam morti tradatur non auditus. Nam Valerius Publicola legem tulerat, vt nulli magistratui liceret corpus ciuis Romani indicta causa condemnare: liceretq; condemnatis ad populum prouocare: quæ sanè lex magna erat cum ratione coniuncta. Agrippa autem dixit ad Festum, Volebam & ipse hominè audire. Mirabile est istud profectò: Euangelium Christi penetrauerat Asiam, & Europam, & ipsam urbem Romam, hic tamen tam vicinus nondum audierat. Quemadmodum etiã de Herode Antipa refert Matthæus, quod cum Christus aliquandiu prædicasset, vix tamè audiuit famam Iesu: hic est magnatù morbus, vt verbum Dei negligat: etsi quandoq; desiderant, nõ nisi ex curiositate quadam humana. Ita etiam prædicantè Iona in ciuitate Niniue, & credentibus Niniuitis; & poenitentiã in ieiunio, & sacco agentibus, postremo

peruenit tandem verbum ad Regem. Altera autem die cum venisset Agrippa & Bernice cum multa ambitione. Græcè dicitur *μεγαλοδοξία*, id est, cum multo apparatu, siue pompa Regia; cū tamen ambitionem huiusmodi, & ostentationem in vestibus, seruis, & suppellectilibus Deus Regi prohiberet: Non poteris, inquit, alterius gētis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus. Quumq; fuerit cōstitutus, nõ multiplicabit sibi equos, &c. Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius, neq; argenti, & auri imensa pondera. *Quibere Festo adductus est Paulus.* Rectè dixit Apostolus: *Spectaculum facti sumus mūdo, & Angelis, & hominibus.* Ecce toties Paulus producit, vt aliorum oculis spectaculum præbeat, & causam suam perorare a diatur. Sed interim occasio præbetur propagandi verbi Dei, & Christū proponendi apud illos, qui nondum eum nouerant: ita vt sine magna prouidentia, & Dei gloriã nihil electis contingat. Et dum Festus ait: Ego verò cōperi nihil dignum morte eum admisisse, Pauli innocentia testimonium reddidit: verùm in eo prodit suam iniustitiam, imò etiam stultitiam, quod què nouit innocentem, illum in vinculis retinebat: imò proponit eum Cæsari vincitum mittere. Nã etsi appellasset, quò à violentia Iudæorum esset securus, dimittendus tamen erat, cū non esset causa, aut vinculorum, aut passionis. Porro rei in urbem cū elogio, id est, cum testificatione criminis scripto comprehensa mitti solebant: quã rem veteres elogi; voce significabant. Hinc Tertullian. lib. De resurrectione carnis: *Concupiscentia*, inquit, *totum hominem elogio transgressionis inscripsit.* Et Ammianus de Gallo Cæsare loquens, ait: *Deniq; Antiochia ordinis verendi duces sub vno elogio iussit occidi.* Et de Caligula Tranquillus: *Tres, inquit, gladios in necem suam preparados, Marti vltori, addito elogio (hoc est, inscriptione de qualitate facti testificante) consecrauit.* Tale fuit elogium Pilati, quod super caput Domini crucifixi posuit: *Et imposuerunt*, inquit *Matthæus, super caput eius: causam ipsius*

Agrippæ, & Bernice negligētis legis Diuinæ. Deut. 17.

1. Cor. 4. Dei in Paulum, atq; ad eō in electos suos omnes prouidentia.

Portij Festi iniustitia simul, & iniustitia.

Elogium duo significat.

Tertull.

Ammi. lib. 14. circamedium. Suetoni. in Caligula. c. 24.

Matth. 27.

Hist. Schol. in Acta. c. 114.

Hic aduētus Agrippæ vnde videri potest diuinitus procuratus.

Mos Romanorū iuri, & æquitati consentaneus.

Matth. 14.

Principum morbus, neglectus verbi Dei.

Iona 3.

Elogij significus alter. Cic. 1. Tusculana.

scriptam, id est, crimen eius, cum in Crucè est elatus. Constat tamen interdu, elogium in bonam partem sumi: Quid, inquit Cicero, ipsa sepulcrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Hæc autem verba Festus dixit Agrippæ, &

primoribus Iudæorum, ad coloradam vocationem Pauli ad preces Agrippæ, qui propensus erat ad audiendam ex ore Pauli fidem, & religionem Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto est par gloria, potestas, & imperium in seculis seculorum. Amen.



TRACTATUS LVI.

IN illa verba: Agrippa vero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu, cepit rationem reddere: De omnibus quibus accusor a Iudæis, Rex Agrippa, astimo me beatum apud te, cum sim defensurus me hodie; Maxime te sciente omnia, quæ apud Iudæos sunt, consuetudines, & quæstiones, & reliq. vsque in finem cap. 26. Actuum.

Quare Paulus extenta manu cepit sui rationem reddere coram Rege Agrippa, & præside Festo.

Cur tam frequens, & alst dua Pauli sui ipsius defensio.

Pauli sermo efficax ac cit cum spectus.

VM per Regem Agrippa facta esset copia loquendi pro semetipso, tunc Paulus extenta manu indixit silentium: quia interdum auditorium tumultuatur, antequam quis dicere exordiat. Ita superius cap. 21. Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem, & silentio facto, allocutus est illos lingua Hebraica, quasi manu silentium impetrasset. Sæpius autem cogit Paulus seipsum defendere, quò & innocentia eius omnibus esset testator, & Christi nomen in plures diffunderetur, & quò plures haberet aduersarios Evangelica veritas, ac semper mansisset, eò nos illi tutius, ac securius niteremur. Pulchra autem, & efficaci oratione vsus est in hac sui defensione. Nam in primis sermonem habebat ad eum, qui multum prædesse poterat conuersus: & e conuerso multum obesse, si contra Christianos concitaretur: vnde & pro Regibus, & in dignitate constitutis preces ad Deum

fundi voluit idem Apostolus: Tum quia nouerat, hominem quem alloquebatur, mundi illecebris huius esse captum, ac proinde ardentiori opus esse oratione ad eius reductionem. Mirum autem est, quod cum plerunque magni oratores, aut verecundia, aut timore, aut memoria exciderint, vt ultra progredi non valuerint, què admodum de Theophrasto restatur Gellius: nam pauca verba ad populum habiturus, verecundia obtinuit: & idem contigit Demostheni apud Philippum Regem Macedoniæ, & Ciceroni in causa pro Milone; Nunquam tamen Paulo, qui in Rhetorum palæstra exercitatus non erat, tale quid accidisse legitur; etiãsi vehementes timoris causas habere viderent. Sed quomodo cadere poterat ille, cui Dñs dixit: Ego dubo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri? *Iam expende quàm pulchro proceratio nraur: De omnibus, inquit, quibus*

1. Tim. 2.

Quibus vel maxime oratoribus anti quis fortunator videtur Paulus.

Gell. lib 8. Noct. Attic. c. 10.

Luc. 21. Prudens, atque elegans Pauli inuentione ad Regem Agrippa verba facientis.



Esaie 49. Act. 1. 3. Luca 2.

olim Esaias: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & faces Israel conuertendas. Dedi te in lucē Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terrae; & Simeon: Lumen ad reuelationē Gentium, & gloriam plebis tuae Israel. Et ita tacite affirmat quod praedicat, & testificatur regnum Dei, siue regnū coelorum, seu regnum Messiae:

Paulo cur dixerit Festus, Infans, &c. teste Chryf. Chryf. hom. 52. in Acta, tom. 3. Mūdi hulus de: Dei amicis quale iudicium. 4. Reg. 9.

Hac loquente eo, & rationē reddente, Festus magna voce dixit; Infans: Paule: multa te litera ad insaniam conuertunt. Chryfostomus testatur, Festum non nihil humani passum, quod non ad se, sed ad Regem, sermonē dirigeret. Et mundus seruos Dei insanos putat, quod rerum inuisibilibus amore capiuntur, & praesentia bona negligant; qua ratione mūdus pietatem iudicat insaniam. Ita Propheta, qui vnxit Iehu, insanus iudicatus est: & Christum putabant sui in furorem versum. Sic vitam piorum impij aestimabant insaniam, vt dicitur in libro Sapientiae. Cū verē mundus insaniat tēporaria praefereat aeternis, & carnem spiritui, & seipsum Deo. Et multis literis insaniam tribuit Festus, cū mundus non nisi per multam ignorationem sui ipsius, ac Dei sui insaniat.

Marci 3. Sapient. 5. Mundus quā verē insanire iudicandus est.

Non insano (inquit) optime Feste, sed veritatis, & sobrietatis verba loquor. Indicat, Christianam doctrinam non esse insaniam, sed sobrietatem; hoc est, virtutem contra insaniam, & furorem, & veritatem; cū contra mundus mendacio, vitioque nitatur, vitiosaque, atque mendax existat eius vita, atque doctrina.

Quid sit Christiana doctrina, secundū Apostolum.

Scit enim de his Rex, ad quem constanter loquor. Latere enim eum nihil horum arbitror. Ad Regem se conuertit, quia in Festo nullum videbat fructum: atque eius conuenit conscientiam: Scio, inquit, quod credis Prophetia. In quae verba Beda scribit: Non hac adulando, vt quidam putant, sed verē profatur. Agrippa enim, vt potē Iudaorum ritu, & legibus imbutus, credebat vera locutos esse Prophetas, sed ad quem eadem veritas pertingeret, id est, Dominum Christum, vt perfidus nesciebat: Quamuis in concione quadā cum Iudaeis habita dixisse legatur: Sed de religionis auxilio pra-

Cur Paulus Agrippam alloquens, eum laudet.

Beda in Acta, tom. 5

sumitis, cū orbem iam Romanum Iesu discipuli repleuerint; aut sine Dei nutu putamus illum crescere religionem. Hæc Beda.

Agrippa autem ad Paulum; In modico suades me Christianum fieri. Et Paulus; Opto apud Deum & in modico, & in magno: non tantum te, sed etiam omnes qui audiunt hodie, fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Agrippa contempnim videtur locutus: nam mundus risum, ac iocum putat, quod est maximē serium. Et quod ait; In modico, & in magno, Græcè est. In paucis, & in multo. Et est sensus: Breui tempore, ac compendiosa oratione tentas mihi persuadere vt fiam Christianus. Paulus autem, & quisque pius homo etsi videat se nihil proficere, tamen cupit, & optat prodesse, & breui, & longo tempore, & compendiosa, & longa doctrina: nā ad vtrumque se profert praestandum bonus minister. Est & boni cordis indicium, quod bona quae in se habet, alijs quoque optat, non autem mala sua: at impij mala alijs imprecantur, & sibi retinent bona. Sunt qui ita non ineptè hæc verba interpretentur: parū abest, quin mihi persuadeas, & nihil propius factum est, quā vt me faceres Christianum; vel non perfectè, sed aliquantulum, vel ex parte persuasisti. Et fortè erat occultus Christianus, vel saltem eō tunc impellebatur per diuinam inspirationem, nec ille repugnabat: quod ostendit desiderium audiendi Paulum, & verba quae paulo ante protulimus illum ad Iudaeos habuisse, vt se dederent Romanis, (de quibus Iosephus libro de bello Iudaico) & sententia quam protulit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset ad Caesarem; & quia, vt tradit Historia Ecclesiastica, imminente Ierosolymorum excidio, Ecclesia, quae Ierosolymis fuerat congregata, oraculo Diuino admonita, migrare iubetur ad oppidum quoddam Pellam nomine trans Iordanem in regnum Agrippae: quos ibidem benignè suscepit. Verū publicè non audebat se detegere, sicut nec olim Ioseph ab Arimathæa, nec Nicodemus occultus

Mundi ingenium.

Quid illud Regis Agrippae ad Paulum: In modico suades me Christianum fieri. Primus sensus

Boni cordis indicium.

Quid propriū impiorum.

Alter sensus.

Herodem Agrippam quibus rationibus quidam contendunt occultū fuisse Christi discipulum. Ioseph. li. 2. de bel. Iud.

Hist. Eccle. lib. 3. cap. 5 tom. 1.

Quō fideles se receperint Ierosolymae excidij tempore.

Ioan. 3. Infra 19. Quare Paulus optabat oēs esse Christianos, exceptis vinculis quibus ipse tenebatur. 2. Cor. 12. Philip. 1. & alibi. Colos. 1.

Quādo vtilis persecutio.

Iacobi 1.

Christi discipulus. Sed hæc, tantum sunt coniecturae, & indicia, non demonstrationes. Quod verò dixit: Exceptis vinculis his, non ideo dixit, quod vinctum esse pro Christo, rem putaret esse ignominia dignam, atque execrandam. Nam si hoc sensisset, alibi nequaquam dixisset: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis; & alibi gloriatur se vinctum esse Iesu Christi, & alibi ait: In quo (scilicet Euangelio) laboro vsque ad vincula, quasi malè operans: sed verbum Dei non est alligatum: sed se ad illorum opinionem, & infirmitatem accommodauit, ac demisit, qui pro summa infelicitate ducunt vincula: & persecutio per se non est bona, vel appetenda, nisi cū immititur à Deo, vt Iacobus testatur, & immissa vel patienter toleratur, vel vincitur.

Agrippa autem Festo dixit: Dimitti



TRACTATUS LVII.

IN illa verba: Ut autem iudicatum est nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis custodijs Centurioni nomine Fulio, cohortis Augustae, ascendentes autem nauem Adrummentinam, incipientes nauigare circa Asia loca sustulimus, perseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi, & reliqua vsque in finem Cap. 27.

Argumentum huius Capituli.

Act. 20. Cur venerit Paulus Caesarem.

DESCRIBIT his duobus Capitibus postremis nauigationem Pauli in Italiam, vt sisteretur coram Caesare, ad quem appellauerat. Vbi primum perpende, Diuina prouidentia Paulum, non tam suo consilio, quā Iudaeorum insidijs, & persecutionibus eiectum, Romam venisse. Et ad hoc ipsum Paulus venisse in Ierusalem visus est, cū spiritus non nisi vincula eum manere, & tribulationes praedi-

poterat homo hic, si non appellasset ad Caesarem. Omnes vno ore agnoscat, & testificantur innocentiam Pauli, & tribunus Lyfias, & Felix; & Portius Festus, & Agrippa; nemo tamen eum liberat. Nam vt dici solet: Probitas laudatur, & alget. Nec intelligebant dictum illud Prophetæ: Humilem, & pauperem iustificate. Eripite pauperem; & egenum de manu peccatoris liberate. Nec magnum est, si à nobis exigat Deus, vt innocentium patrocinium suscipiamus, cū ipse probonitatis suae diuitijs ad liberandum malè meritos seruos, & iusta sententia ad aeterna gehennae supplicia cōdemnatos, vni genitum suum miserit Dominum nostrum Iesum Christum, cui cum Patre, & Spiritu sancto vna est Diuinitas, & equalis gloria, eadem potestas, & imperium in secula seculorum. Amen.

Iuuenal. Saty. 1.

Psal. 81.

Dei Patris erga nos beneficentia.

Supra Act. 1.



**Ptolem. li. 3. cap. 17. prope initium.** petuenire possent, quæ optimus est Cretæ portus, & eius meminit Ptolemæus iuxta bonum portum Lassæam, & Asson: & cum aspirante Austro putabant se facile eo deuenire posse. Et respiciebat ille portus Phœnicæ ad Africum, & ad Chorum, uterque ventus Occidentalis est, ille à bruma li, iste fiat ab Occasu æstiuiali. Et fortè Lucas pro eodem posuit duas voces, vnam Græcam, & alteram Latinam: & ideo lectio Syriaca tantum habet: Et spectabat Austrum versus, pro Aphrico, & Choro.

**Typhoncus** ventus quis ille, quàm peifer, Plinio scilicet.

**Plin. lib. 2. cap. 43.** Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo. Typhonicus ventus vnus est ex ventis subitaneis, atque repentinis, qui exhalante terra coorti, rursusque deieci in terram nubibus obductis inclusi, procellam, vorticem, & flammam faciunt. Plinius vocat precipuam nauigantium pestem Typhonem, non antennas modò, verum & ipsa nauigia contorta frangentem: tenui remedio aceti in aduenientem effusi, cui frigidissima est natura. Hæc ille. Dicitur *εργοκλέδωρ*, quod ingentes excitet fluctus. Latine verò dicitur Euroaquilo, quod à loco inter Eurum, & Aquilonè sito flare soleat. Hinc apud Poëtã tempestates Aquiloni tribuuntur, ait enim: *Talia iactanti stridens Aquilone procella Velum aduersa ferit, fluctusq; ad sidera tollit.*

**Idem lib. 4. Aeneid.** Et iterum: *Et medijs properas Aquilonibus ire per vndas?* Volens deterrere eum à nauigatione, quod ille ventus omnia verset, & circumuoluat, & imminens vitæ periculum adferat. Rabanus verò in Glossa ordinaria: Typhonicus, ait, ventus, id est, tempestiuus: vbi videretur legendum, tempestuosus.

**Rabanus.** *In insulam autem quandam decurrentes qua vocatur Claudia.* Ab alijs Canda, & ab alijs Gaudos, vel Gaude, eam occupare non potuerunt, sed scapha misa adiuuare coeperunt nauem precipuentes eam: trahebant autem & anchoras, timètes ne incurreret in Syrtes. Et vt Beda ait: *Funibus à medio la-*

tere nauis vtrinque circa eiusdem anteriora demissis, anchoras bis qua traherentur, adiunxerunt. Sicut & in nostro, id est, in Britannico mari, refrenanda nauis post tergum molaria saxa subiungere solent. Hæc enim ad retardandum nauigium faciebant, ne prapropero incurso Syrtes incideret, solo etiam auditu terribiles, quod omnia ad se rapiant. Hæc ille. Caietanus intelligit succinxisse nauim extrinsecus demisso vase, hoc est, demissa multitudine vasorum vacuorum, quæ appellantur dolia: vt si incideret in Syrtim, hoc est, in mare arenosum, nauis ad neutrum latus deflecteretur dolijs ipsam sustinentibus. Verum quo modo possent dolia vacua tantam molem sustinere, non satis assequor. Ideo præstat sententia Bedæ de anchoris proiectis in medio nauis. Codex Syriacus habet, quod submiserint antennam. Porro *συρτώ* Græcis (vnde Syrtes) traho est, quod arenarum cunulos in certis locis ventus condat. Duas autem Syrtes in Africano littore ponit Sallustius in bello Iugurthino, & Strabo libro vltimo. Nam et si Syrtes iuxta Africam sitæ essent, & longè distarent; timebant tamen ne vi tempestatis in illas inciderent. Nam vt venerunt in Melitam insulam, ita poterant in Syrtes incidere, quæ non procul distant, maximè verò illa Lotophagorum. Scapha, siue catacospus, est nauicula leuis ex vimine facta, crudoque corio contestata. Dicta autem Græcè à contemplando, quod tali nauitæ, vel piratæ nauigio terras, & littora prospicere soleant. Hanc ergo cum pro adiuuanda naui maiori deponerent in mare, vix fluctu feruente potuerunt, ne laboreretur, obtinere, Canda autem insula, à Pomponio, & Plinio Gaudos dicitur, à Ptolemæo Claudus. Sed Beda in Glossa Ordinaria testatur se vidisse exemplaria habentia, Canda. Sita est non longè à Promontorio, quod contra Phycuntem Africæ promontorium spectare dicitur. Quod dicitur: *Summisso vase sic ferebantur:* potest esse sensus, quod nauis illis anchoris depressa, & submissiis nauigante ferebantur: vel submissio vase, id est, scapha pèfili, vel onere aliquo,

Syrtes quid proprium.  
Caier.  
Syrtes quid.  
In Africano littore duæ Syrtes.  
Sallustius. Strabo.  
Vbi Syrtes.  
Scapha seu Catacospus quid sit, & quare sic dicta.  
Pomp. Mel. lib. 2. cap. 2 à medio.  
Plin. lib. 4. cap. 12. sub initium.  
Ptolem. lib. 3. Geogr. cap. 17. in fine.  
Beda.

quod

**Chrysof. ho. 53. in Acta, tomo. 3. Beda to. 5.** quod nauim tardaret à præpostero cursu in Syrtes. Chryostomus legit, demisso velo: & annotat Beda aliam translationem habere: Timentesque, ne in syrtem exciderent, laxantes antennæ, ita ferebantur.

*Sequenti die iactum fecerunt: & tertia die suis manib; armamenta nauis proiecerunt.* Secundo die fecerunt iactum, id est, eiectionem omnium supellectilium de nauis: tertia verò die ornamenta, id est, instrumenta, ac munimenta, quæ sunt funes, ac vela. *Et cum multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem, ò viri, audite me, non tollere à Creta, &c.* Cum cognouisset Paulus omnium inediam, & immodicam ieiunationem ob amissam vitæ spem, & ipse esset ab Angelo suo custode confirmatus, orationem habuit, qua corroboraret alios. Et in primis aperuit se ab Angelo Domini accepisse nullam animam perituram, sed tantum nauim. Deinde animauit ad edendum, & ad læto, & forti animo permanendum: reuelauit insuper verba Angeli dicentis: *Et ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.* Hinc considera, quod impijs parci Deus propter iustos, sicut Sodoma ciuibus propter Lot; & filijs Israël, propter Moysen. Et quia dicit: *Donauit tibi omnes: innuit illos postulasse precibus suis.* Quod si Pauli hæc iuuat oratio, multo magis in cælo iuuare poterit, vbi charitas, quæ fons est bene deprecandi, perfectior extitit, necessitasque pro alijs deprecandi magis agnoscitur, sicut & fructus: & corpus non ita ab orandi studio impedit. Ab exemplis autem sanctorum dogmata stabiliuntur: quemadmodum Dominus ex Dauidis edentis panes propositionis factò, in Sabbatis spicas fricare, & edere licitum esse probauit. Adiecit: *In insulam autem quandam oportet nos deuenire.* Vt omnia certiora essent, & quomodo liberandi essent, aperiret. Docuit etiam suo exemplo Paulus, in periculis inuocandos esse Dei sanctos, qui nobis opem ferant. Ac pulchrè Chryostomus inquit: *Consuetudo misericordis*

*Dei est, honorem hunc dare seruis suis, vt propter eos saluentur & alij, vt propter Noe, vxorem, & filios seruauit, & propter decem iustos Sodoma, & propter Paulum, existentes in nauis.*

*Qui & summit têtes bolidem, inueniunt passus viginti.* Bolis, est plumbi pondus funiculo appensum, quo vtitur nauitæ ad explorandam altitudinem maris, dicta *ἀπό τῶν βολῶν*, quod est projicere: vnde & *βόλις*, id est, iaculum, & ballista instrumentum, quod projicit sagittam: & Baleares insulæ, ex quibus fundibularij egregij, lapides funda mittebant. De puppi mittentes anchoras quatuor. Ex quo apparet, nedum amissis naues anchoras suas, etiam si nauitæ valida essent tempestate iactati. Illis ergo iactis desiderabant diem fieri, vt agnoscerent vbi essent. Verum cum nauitæ turpem fugam meditarentur, & sua tantum quæreret, alienæ verò salutis parum essent solliciti, Paulus cognita fraude, admonuit Centurionem, & milites, dicendo: *Nisi hi in nauis manserint, vos saluari non potestis.* Quia Deus donauerat si manerent in nauis: & Deus prouiderat vt manerent, quia prouiderat de Paulo admonente milites de illorum fraude in mittenda scapha in aquam sub obtentu proieciendi anchoras. Quam rem vt cognouerunt milites, præciderunt funes, & illam permiserunt perire. Posita igitur prouidentia, non poterant non manere, licet considerato validiori libero arbitrio, exire potuissent, & perire resisterent. Et tantum manens in nauis Ecclesiæ, sicut olim in Arca Noë, seruatur. Enimvero hæretici nostri negantes potestatem Papæ, & Episcoporum, quasi nauis de medio tollentes, Ecclesiæ naufragium meditantur, & ruinam. *Et cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens, Quartadecima die hodie expectantes ieiunij permanetis, nihil accipientes.* Non est intelligendum nihil omnino accepisse, quia vitam protrahere non potuissent: sed humano modo, & more loquitur, quo dicimus eos non edere, qui parum edunt: quemadmodum Ioannes Baptista venisse dicitur ne-

Quem honore Deo det seruis suis.  
Gen. 6.  
Infra. 18.  
Bolis quid: vnde sic dicta.  
Ballista quid  
Baleares insulæ quare dictantur.  
Pauli diligentia, sagacitas.  
Nauitæ quatenos seruandæ erant.  
Extra Ecclesiâ nemo seruatur.  
Gen. 6.  
Hæretici nostri seculi quos videantur imitari.  
Nauitarum inedia.  
Matth. 11.

que

Quem panē gratias agēs Paulus fregit, & manducauit, Eucharistic⁹ ne fuerit, necne Chrysof. loco dicto. Beda ibidē.

Alter sensus.

Autor operis imperfecti in Matt. hom. 17. in fine, tom. 2. operum D. Chrysofomi.

que manducans, neq; bibens: & quod id quod parum admodum est, quasi nihil solet reputari. Et cum hac dixisset, sumens panem, gratias egit Deo in conspectu omnium, & cum fregisset, cepit manducare, &c. Non videtur Lucas de Sacramento Eucharistiæ loqui, vt Chrysofom. & Beda sentiunt, nihil interpretantes de Eucharistiæ Sacramento, sed allegorias quasdam elicientes: tum quia dicit omnes sumpsisse cibum, tum quia subdit: Et satiati cibo, alleuiabant nauim. Namque neque omnes illi apti erant ad communionem sacri panis, cum essent infideles, & modici gustu panis, qualis exhibetur in Eucharistia, non valissent expleri. Ideo gratiarū actio, de qua hic est sermo, de communi cibo erat, vt nos soliti sumus facere ante prandium: nec moris est, vt in naui fiat panis sancti consecratio. Quia tamē Lucas vtitur verbo luxuriosus, quod Christianorum vsu peculiariter pertinet ad Sacramentum corporis Domini, & quia prius dicitur gratias egisse Domino, quam fregisse, vt Matth. 26. fecit, cū in communi cibo sumendo prius sumatur cibus, & postea gratiæ agantur, vt turba saturata Ioan. 6. Ideo quidam censent de Eucharistia interpretandum hunc locum, & præcipue autor operis imperfecti in Mattheum. Obijcies, non esse morem apud Christianos, vt hoc mysterium coram incredulis & Gentibus celebretur. Dicendum est, Apostolum bene nouisse, Dominum, Cleopham, & socium eius per Eucharistiæ porrectionem illustrasse, sui que cognitionem imperitisse. Paulus sciebat etiam eos, qui in naui erant, sibi cœpisse credere, quoniam ob verbum Pauli absciderant milites funes scaphæ: & post perfectius credituros, dum hortatu, & exēplo suo cibum assumpsissent: sciebatque illos non irrisuros consecrationē Eucharistiæ, sed magis verbo & facto si suos se è naufragio eripiendos à Deo Pauli. Ideo in conspectu omnium ausus est Eucharistiā conficere, & sumere, vt alij eius exēplo, & verbo incitati cibū suū su-

merent. Non enim est verisimile illis porrexisset Eucharistiā, qui nondum erant initiati. Vnde subditur: Et cum fregisset, cepit manducare. Animi quoque autē facti omnes & ipsi sumpservnt cibum, scilicet suum, non datum à Paulo: quanquā dedit eum Lucæ, & alijs discipulis secum nauigantibus, non est absurdum, vt tradit autor operis imperfecti dicto loco. Quod verò graui sarcina alleuiarunt nauim, promissionem Dei non tollit, quia illa promissio ponebat exonerandam esse nauim.

Et cum anchoras sustulissent, comittebant se mari, simul laxantes iacturas gubernaculorum: & leuato artemone secundum auræ flatum, tendebant ad littus. Si de clauo, vel remone est sermo, non est ignota ratio laxationis earum, scilicet iuncturarum, quibus remo alligatur nauis, & ita laxatus est, vt nataret, alligatus fortē chorda: aliō qui potuisset nocere ob profunditatē impactione nauis in terram, quam vitare procurabant.

Quid verò sit artemon, non est vsquequaque perspectum. Alij enim dicunt significare antenas, siue trocleā, quibus alligantur vela; alij verò carbasa, alij verò, quod est verisimilius, vt Beda testatur, velum esse paruum, & directioni potius nauis accommodatum, quam celeritati, quo vti consueverunt in magna maris tempestate, vel cū in portum appellunt, à nautis cōmuniter vocatur trinchetto, in prora positum. Et quod sit genus veli, indicat quod ait, ad auræ flatum: quod verò esset paruum, ostendit, quia tendebat ad littus. Et cum incidissemus in locum dithalassum, impegerunt nauem. Græca vox est dithalassus, & significat locum bimarem, veluti isthmum quendam, qui duobus vtrinque maribus impellitur: hinc factū est, vt prora terrę impacta immobilis persisteret, puppis verò vtrinque maris vndis agitara dissolueretur: quæ non tam breuē dissoluta est, vt prius omnes non potuerint aut natando, aut tabulis adherendo terram contingere. Militum autem consilium fuit, vt custodias occiderent.

Diuine pollicitationis de salute nauis conferenda conditio.

De artemone, quid sit, triplex opinio.

Beda in Acta, tom. 1.

Dithalassus Græcè quid.

Militū quare consilium vt custodias interficeret, esse Chrysofomo.

Iterum

Chrysof. ho. 53. in Acta, tom. 3.

Pauli naufragio, quibus maxime extiterit salutatis.

Psal. 101.

Quod reddidit Lucas.

Melita, quò peruenit nūc Paulus, à Mitylene, & Miletu distingui.

Melita cur dicta.

Eius situs.

Iterum, inquit Chrysofomus, tentat diabolus obistere prophetiæ, & volebant quosdam interficere, sed non permisit Centurio, vt Paulum feruet: adeo illum iam familiariter diligebat. Et verum prædixisse cernebat: ac idcirco alij Paulo grati facti sunt, propter quem eos non permisit occidi Centurio. Ex quo ostenditur, quod Paulo donati sunt omnes, primò à Deo, deinde custodia: à Iulio Centurione: vt consideres, quam utilis extiterit Pauli nauigatio omnibus, qui in nauis erant, sed præcipue victis. Ille etenim catena, victus Romam mittebatur à Deo, vt audiret gemitus

compeditorum, vt solueret filios interemptorum: & hoc officium rectè cōgruit illi, qui olim alligabat Christi cultores, & in carcerem conijciebat, & in mortem tradere non dubitabat, vt ipse aliquando testatur. Agnoscamus igitur admirabilem, ac diuinam Pauli virtutem, ad illumque precibus confugiamus, vt ipse pro nostris spiritualibus vinculis dissoluedis, quibus indies alligamur, partes suas interponat apud Dominum nostrum Iesum Christum, cui cum Patre, & Spiritu sancto æterni dentur honores, laudes, ac gratiarū actiones, per infinita secula seculorum, Amen.

Dignum Pauli officium in victos. Act. 8. & Infra. 9.

Pauli patrocinium nobis quid profuerit apud Deum.



TRACTATUS LVIII.

In illa verba: Et cum euasissemus, tunc cognouimus quia Melite insula vocabatur, & reliqua vsque in finem capitis Actor. 28.

DESCRIPSIT hætenus Euangelista nauigationem Pauli, & sociorū eius, minus prosperam illam quidem, sed tamen à Dei prouidentia minimè alienam, cum omnes diuina Pauli virtute naufragium euaserint: nunc presenti capite Melitam primū, deinde verò in urbem Romam aduentum breuiter exponit. Et licet quidam codices corruptè habeant Mitylene, legendum est Melita, alia à Miletu in Asia minore, & à Mitylene, quæ vrbs est in Lesbo insula, quæ nunc Mitellinū dicitur. Sequitur ergo, quod sit insula inter Epirum, & Italiam, sita in Adriatico mari, & adiacet Sicilia, & interpretatur Mellita melliflua, fortassis quod melle abundaret olim. Et quia post hoc naufragium nauigatū est Syracusas, colligitur esse Melitā insulam, quam nunc dono Caroli Quinti possident religiosi milites S. Ioannis, qui equites Rhodenses dicuntur, & hodie paulò corrupto vocabulo, vernacula lingua dicitur Malta,

clara Pauli naufragio. Est autem sita inter Lilybeum Siciliae promontoriū, & Circinam Africae insulam, quæ sibi magnarū Syrtium adiacet. Barbari verò præstabant non modicam humanitatem nobis. Deo illorum naturam murante, vel quia cū barbari essent lingua, moribus exulsi erant: cū contra alij lingua polita præditi existant, sed moribus plusquam barbari. Rectè ergo Chrysofomus: Ruborem, inquit, nobis asserant Barbari: nesciebant enim quinam essent illi, sed ob calamitatem iam miserebantur, quod homines essent. Vnde & accensa pyra reficiebant eos tempestatis frigore rigetes, membraque torpentia, & contracta habentes: & vt ait Poeta Latinus: Et sale tabentes artus in litore ponunt. Sed iam audi quid acciderit: Cū congregasset autem Paulus sarmenorum aliquantam multitudinem, & impulsisset super ignem, vipera à calore cū processisset, inuasit manum eius. Paulus, vt arbitror, alios infirmiores iuuandi studio, cū charitatis, exercendæ

Dignum Pauli officium in victos. Act. 8. & Infra. 9.

Pauli patrocinium nobis quid profuerit apud Deum.

Melitenium barbarorū in Paulū humanitas.

Chrysof. ho. 54. in Acta, tom. 3.

Virgil. lib. 1. Eneid.

quali.











Propositio  
quæstiois so  
lutio.  
Supererat, no scripto tradiderit, quonia  
quæ nondum gesta erant, nondum  
literis poterant consignari. Fieri quidem  
potuit, vt Lucas magistri sui reliquos  
actus, & mortis genus cogitauerit  
aliquando describere, atque suis scriptis  
illustrare: sed vel alijs negotijs  
præpeditus, vel Deo illum ad id  
peculiariter non vocante, aut tentante  
quidem opus aggredi, sed non succedente,  
aut Deo non perficiente, cogitationes  
eius, atque conatus impediti, atque  
reſtincti sunt, etiamsi maxime  
præſens adesse potuerit Pauli martyrio.  
Nam eius mentionem facit honorificam  
Paulus in posteriori ad Timotheum, dum  
ait: *Lucas est mecum solus.* Verum non fuit tunc Paulus  
de medio sublatus, Nerone per quinque  
annos in nostros mitiori existente, cum  
tamen tempus resolutionis suæ sibi instare  
in eodem capite prædiceret. Quamquam  
etiam vitam paulo prolixiorẽ duxerit  
Lucas, cū teste Hieronymo, & in libro de  
Scriptoribus Ecclesiasticis, & in præfatione  
in Lucæ Evangelium, octoginta quatuor  
annos agens abierit in Bythyniā plenus  
Spiritu sancto. Non mirum igitur, illum  
Pauli mortem non descripsisse. Nam vt  
descripsit obitum Iacobi Apostoli per  
Agrippam, haud tamen eius prædicationem  
& gesta, neutrius tamen historiam enarrauit.  
Si autem quis exquireret, cur Deus non  
peculiari instinctu impulerit Lucam ad  
describendam vtriusque Apostoli mortem:  
id planè factum est, quia scripta hæc  
sufficiunt ad dogmata Fidei stabilienda,  
& mores nostros informandos (quemadmodum  
nec omnia Christi gesta, & miracula descripsit  
Euangelistæ.) Reliqua vero noluit quidem  
omnino memoria aboleri, sed vel traditione  
per alios non canonicos Doctores scripta ad nos  
peruenire voluit, vel cōiectura ex his  
quæ scripta sunt, elici, quia simpliciter ad  
salutem non sunt necessaria: nã si fuissent,  
minimè omiſsa fuisset ab eo, qui vult  
omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ  
veritatis venire. Neque opus erat, vt vniuersas  
actio-

nes, quæ Paulo acciderunt tempore  
suæ elapsæ prædicationis, vel in Syria,  
vel in Iudæa, vel in Asia, Lucas complecteretur.  
Constat enim, pugnam illam Pauli cum  
bestijs, quam Ephesi habuit, ab eo fuisse  
prætermiſſam, de qua Paulus meminit, cum  
ait: *Si (secundum hominem) ad bestias  
pugnauit Ephesi: quid mihi prodest, si mortui  
non resurgunt?* De qua pugna, siue, vt  
Græcè dicam, ὁρμημαχία, in hunc modum  
scribit Nicephorus Callistus libro Ecclesiasticæ  
Historiæ, dicens: *Cum Ephesi principem locum  
Hieronymus obtineret, multa cum libertate  
est conuentionatus. Quare Hieronymus ille bene  
quidem, & disertè dicere, sed orationem  
eius non esse eorum temporum, testatus est.  
Plebs quidem certè, per insolentiam, &  
furorem, Paulo compedibus iniectis, carceri  
eum includit, vt leonibus vorandus obijceretur.  
Ibi tum Ebula, & Artemilla, clarorum  
Ephesi virorum coniuges, fidem edoctæ  
a Paulo (noctu enim ad eum veniebant)  
diuini lauacri gratiam ab eo petunt. Itaque  
virtute diuina, atque Angelicæ satelliti  
ministerio, caliginem noctis exuberantia  
splendoris illustrante, Paulus ferreis  
compedibus liberatus, illas diuino  
Baptismo ad littus maris initiat: & cū  
id nemo omnium, quibus custodia cura  
mandata fuerat, sensisset, ad vincula  
rursum sua, in quibus leonibus esca  
asseruabatur, redit. Sed enim ingenti  
magnitudine, & robore intolendo, leo  
contra ipsum immiſſus, in arenam  
quidem ille procurrat: sed mox ad pedes  
Pauli confedit. Et cū itidem alia immanes  
fera immitterentur, ne tangere quidem  
vlla sacram corpus ad orationem erectum,  
atque compositum, sustinuit. His ita  
actis, de repente fragore multo vehemens  
quidem supra naturam ordinem grado  
decidens, multorum simul, & virorum,  
& ferorum animalium comminuit capita,  
ipsiusque etiam Hieronymi aurem amputat:  
qui deinde cum suis per Paulum Deo  
conciliatus, salutiferum suscepit lauacrum.  
Leo autem ille, profugus in montes  
proximos euadit: & Paulus inde in  
Macedoniam vadens, Troadem, & Miletum  
contendit. Atque inde tandem Ierosolymam  
proficiscitur. Mirandum vero non est,  
Lucam hanc Pauli, cum bel-*

1. Cor. 15

Nicep. li. 2.  
Eccles. Hist. cap. 25. initio.

Pauli Apostoli, cuius ipse meminit, cū bestijs Ephesi habitæ pugnae descriptio.

Ebulam Ephesi & Artemillam nobiles forminas Paulus cum miraculo baptizat.

Hieronymus quidam Ephesus cum suis olim Paulo iansenus, ab eodẽ rursus nouo miraculo Chriftianus efficitur.

Quamobrẽ  
Lucas hanc  
Pauli cū  
bellu  
pugnam  
reliquis  
eius  
actis non  
in  
feruerit.  
Joan. 11.  
1. Cor. 11.  
Idem quæ  
alia ad Paulum  
pertinentia  
silenti  
sup  
preſſerit.  
2. Cor. 11.  
Act. 22.  
Infra 27.  
& sequent.  
2. Cor. 9.  
Rom. 15.  
2. Cor. 11.  
Infra 12.  
Galat. 1.  
Infra 2.

luis pugnam reliquis eius actis non in  
feruisse. Nam etiamsi ex Euangelistis so  
lus Ioannes Lazari resurrectione com  
memorat, minus tamen de fide, verita  
teque eius ambigendum. Scimus enim, non  
omnes omnia scribere, credere, & nosse.  
Sed vti unicuique largitus est Dominus,  
& vt cuique diuidit, & dispensat Spi  
ritus, ita etiam intelligit, credit, & scribit  
ſpiritualiter ea qua sunt Spiritus. Hæc  
ille. Sicut igitur hæc historiam omisit  
Lucas: ita mirum non est si alias non  
attigerit, vt quod ex Corintho scrip  
ſerit Epistolam ad Romanos, & ex  
Philippis vtramque ad Corinthios,  
& ad Thessalonicenses, vtramque ex  
Athenis. Ad hæc 2. Cor. 11. Ter, inquit,  
virgis caesus sum; cum tamen Lucas non  
nisi semel eum verberatum narret.  
Nam a Centurione non est verberatus,  
cū se ciuem Romanum esse dixisset.  
Ter etiam naufragium se fecisse  
narrat, & nocte, ac die in profundo  
maris fuisse: quorum posterius si a  
Luca est commemoratum, non vnã  
noctem, & diem vnũ, verum multos  
in fundo maris fuit. Nam nec Solem,  
nec Sydera multis diebus nauiganti ei  
cum cæteris visa esse tradit. Quod ad  
naufragium attinet, Lucas præter  
illud sibi Romam nauiganti, nullum  
accidisse commemorat. Illa autem  
epistola miſſa est à Philippis Macedonia  
per Titum (vt habent exempla Græca,  
& Syriaca) & per Lucam cum illo, vt  
addit Græca, & id etiam indicat  
cohortatio illa ad elemosinas faciendas  
Sanctorum, qui erant in Ierusalem,  
exemplo Macedonium, qua in ea  
vititur, & cuius meminit in Epistola  
ad Romanos. Narrat prætereã pericula  
multa in eadem epistola, de quibus  
periculis latronum: quæ tamen Lucas  
suppreſſit, sicut visionem illam ante  
annos quatuordecim, siue in corpore,  
siue extra corpus: Deus scit. Et ad  
Galatas se in Arabiam venisse refert,  
deinde rediisse Damascum, & Ierolosy  
mã videndi Petri gratia venisse, apud  
quem per quindecim dies mansit: de  
inde post annos quatuordecim iterum  
venisse cum Tito, & Barnaba, vt de  
Euangelij docendi

Quid Paulus  
Apostolus in  
tregro bien  
nio Romanæ  
memoratio  
nis egerit, &  
docuerit.

Philip. 1.

Paulum inter  
& Senecam  
Neronis in  
stitutorẽ quã  
arcta familiaritas  
interceſſerit.

Hieron. to. 1

Quæna du  
ctus ratione  
Hieronymus  
Senecam sacros  
criptores tetulerit.

Aug. epist. 54. nõ loqẽ  
a principio.

Linus Papa.  
Senecam illũ  
moralis Philo  
sophiæ omnium  
facile principem,  
initiatũ fidei  
nostræ myste  
rijs, vnde cõ  
ſtare poſſit.

et sunt reuelata, quæ paucis diuinitas concessit. Certus igitur ego sum, quod in agro fertilissimo semen fortissimum sero non quidem materiam, quæ corrumpi videtur, sed verbum Dei stabile derivamentum boni crescentis, & manentis in æternum. Quod prudentia tua affecta est, indeficiens fore debet: & Ethnicorum, & Israelitarum obseruationes esse vitandas. Hæc ille, quibus nescio quid iam excellentis fidei in corde Senecæ à Deo concessum esse testatur. Et Augustinus libro de Ciuitate Dei, loquens de Seneca: Christianos tamen, ait, iam tunc Iudæis inimicissimos in neutram partem commemorare ausus est, ne vel laudaret contra patria sua veterem consuetudinem, vel reprehenderet contra propriam forsitan voluntatem. Sic ille Pater. Ergo erat bene affectus Christianis, & præclare de illis sentiebat. Hic postea de medio à Nerone scæuente, per duos annos ante martyrium Petri, & Pauli sublatus est, ut testis est Hieronymus libro de Scriptoribus Ecclesiasticis. Quod verò Ecclesia eiusmodi epistolas Pauli ad Senecam non coniunxerit cum alijs, inde factum est, quia Patres nouerunt, assistente illis Spiritu sancto, quæ Paulus ut homo scripserit, & quæ etiam ut Apostolus, & Doctor Gentium.

Quamplurimos in Christi fide retinere, non min⁹ quâ ad illam allicere, ut Pauli elaborauit industria.

2. Tim. 4.

2. Cor. 11.

Epistolæ Pauli Apostoli quales illæ. Vnde scriptæ, & per quos.

scriberet: sicut Tertio excipiente misit Epistolam ad Romanos. Et licet quidam tradant, Epistolam ad Galatas ex Epheso scriptam fuisse: inscriptio tamen Græca, & Syriaca planè indicat ex vrbe fuisse datam, licet vinculorum non meminerit. Epistolæ verò, quæ ad Ephesios & Colossenses sunt, ex vrbe Roma per Tychicum sunt missæ, & in Asiam delatæ: iterum Epistola ad Philippenses, ex Roma per Epaphroditum, cuius in ipsa Epistola meminit, & ad Philemonem per Onesimum: porro Epistola ad Hebræos per Timotheum ex vrbe videtur missa in Iudæam, ut ex Capite vltimo ad Hebræos licet colligere, & ex subscriptione Græca, & ibi etiam meminit vinculorum suorum. Secunda quoque ad Timotheum Epistola ex vrbe Roma missa est in Græciam, vbi tunc agebat Timotheus à Paulo destinatus: nam prior Epistola ad eundem, è Laodicea multò antè scripta erat, sicut illa ad Titum ex Nicopoli Macedoniæ. Et ita habes in Paulo generale quoddam Ecclesiæ regimen, quasi ad hoc solum natus esset, atque ei muneri minimè vincula officerent.

Fuit quidam Marsilius de Padua, qui vixit sub Ioanne XXII. & librum edidit pestiferum, quo Papæ potestatem abrogabat, atque Petrum Romæ fuisse negabat: quod nulla scriptura Canonica id sit proditum; Paulum autem, qui Lucæ testimonio Romam venisse declaratur, admittebat fuisse Episcopum vrbis Romæ. Sed vtrumque perinde falsum est, & contra Patrum perpetuam traditionem. Et primum sequenti Tractatu latè confutabimus; at verò Paulum, Episcopum vrbis fuisse, nullus vnquam dixit. Et cum Paulus Romam venit, ià Petrus ante aliquot annos ibi sedem fixerat suam, & per Linum, & Cletum Episcopos illam administrabat.

Quod verò Epiphanius in Carpocratitas Apostolum Petrum, & Paulum Episcopos Romæ constituat; id benignè interpretandum est. Quia præcipuum munus Episcopi est prædicare, quo Paulus ibi functus est. Et quia cum esset Apostolus, ob ampli-

Rom. 16.

Ephes. 6. & 2. Tim. 2. Coloss. 4. Philip. 2.

Philem.

Marsilij nescio cuius, petri in vrbe aduētum denegatis, Paulumque Romæ Episcopum fuisse negantis, falsa dogmata confutantur.

Epiphanius in Hæresim 28 Petri, & Paulum Romæ fuisse Episcopos, quo sensu dicat Epiphanius.

Linus & Clemens à quibus fuerint Apostolis ordinati. Clemens Romanus.

Pauli apud Neronem Cæsare suisque defensio vnde colligi possit. Act. 22. & sequent. Infra 24. Infra 25. Infra 26. & sequent.

Paulus ad tribunal Cæsaris quando steterit.

itudinem suæ potestatis omnes Episcopales functiones præstare potuit non minus Paulus, quàm Petrus, & non minus Romæ, quàm in omnibus alijs locis, ad quæ venisset, ita ut ministros necessarios Ecclesijs præficeret. Vnde & libro septimo Constitutionum Apostolicarum, Cap. 46. Linus dicitur Romæ ordinatus à Paulo, sicut Clemens à Petro.

Qua verò ratione se defenderit Paulus, cum primò sifteretur Neroni contra accusatores suos coram tribunali Cæsaris, non est per Diuinas, & Canonicas scripturas expressum: sed ista aliunde sarcire possumus. Nam habemus defensionem Pauli factam coram Cl. Lyfia, alteram coram Felice præside, aliam coram Festo, & aliâ coram Agrippa Rege: ex quibus habemus substantiam purgationis eius, qua vsus est coram Nerone Imperatore; præsertim cum omnes illæ eiusdem sint generis, & argumenti, qualis illa extitit coram Cæsare. Similiter habemus quid, aut quomodo prædicauerit Paulus Syris, Asianis, Macedonibus, Græcis, & alijs Gentibus: nam ea omnia pulchre sibi constant. Ita Romæ idem prædicauit, quod attingit ad doctrinæ substantiam: noua tantum locorum, & populorum nomina posuisset, si Lucas historiâ con-textuisset. Habemus etiam eleganter descriptas mortes Ioannis Baptistæ, Christi, Stephani, & Iacobi Apostoli, id est, exitus beatorum hominum, tametsi necis genera sint diuersa: ideo Spiritus sanctus non curauit Petri, & Pauli martyrium peculiari Canonico libro nobis tradere.

Cum ergo anno secundo Neronis Romam appulisset Paulus sub finem biennij, hoc est, instante iam quarto anno Neronis, parauit se ad causam dicendam coram eo: valeque dixit amicis, quasi vltimo supplicio destinatus. Ceterum Cæsar ea actione distulit negotium, nec certum quicquam pronuntiauit. Producitur rursus ad tribunal Cæsaris, ut suam agat causam: at tunc eo audito, lata est ab eo sententia, qua Paulus innocens pronuntiatus absoluitur: quemadmodum prius à suis

ministris Felice, & Portio in Iudæa pro eo pronuntiatum fuerat. Nam, ut ait Hieronymus, necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historia, Paulus à Nerone fuit dimissus. De hac autem sua liberatione ita in posteriori ad Timotheum scribit: *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Dominus autem mihi assistit, & confortauit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes quia liberatus sum de ore leonis.* Et in fine eiusdem epistolæ habet inscriptio: *Scripta è Roma, ad Timotheum secunda, cum Paulus iterum sifteretur Cæsari Neroni* (in codicibus enim Græcis hæc subscripta leguntur.) Quia ergo in prima sua defensione putauit se trucidandum, valedixit amicis, & Timotheo per epistolam illam, in qua dixerat: *Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamè certauit, cursum consummaui, & reliq. Cæterum cum secunda defensione liberatus esset, non curauit expungere, quæ de immolatione, & fine vitæ suæ instante scripserat; ut indicaret quo animo, & quàm ad mortem parato ad tribunal Cæsaris accesserit. Imò coronidis loco adiecit: *Festina ad me venire citò. Demas me reliquit, diligens hoc seculum, vsque in finem, quæ omnia huiusmodi sunt, ut videantur adiecta post secundam defensionem, cum iam cogitaret de prædicatione continuanda, & de nouis peregrinationibus instituendis: in quem finem adiungit: *Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio* (scilicet prædicationis Euangelicæ.) Et: *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens asser tecum, & libros, maxime autem membranas.* Et acceperat confirmationem à Domino de prædicando adhuc Euangelio inter Gentes. Et loquitur de prima illa enuntiatione, quæ Gëtibus est facta. Idem etiam probatur ex eo, quod sicut in cæteris epistolis eius scriptis ex vrbe, ut ad Ephesios, Philippenses, & Colossenses, Hebræos, & Philemonem, meminit vinculorum suorum, & ca-**

Hieron. loco citato.

2. Tim. vlt.

Secundam ad Timotheum epistolam cur scripserit Paulus.

Eiusdem ad mortem pro Christo subeundam propensio. 2. Tim. 4.

Qua re Marcus Paulus deseruabat. Ibidem.









Nero primus inter Romanos Imperatores Christianorum persecutor fuit.

Tertull. Euseb. Casariensis. tomo 1.

Quo Nerone Imperatoris anno Petrus & Paulus fuerint interempti.

Epiphanius in haeresi. 27.

Petrus & Paulus an eodem die & mense eiusdem anni interempti sint, necne. I. optatio. Hieronymus. tom. 1.

Euseb. lib. 20. Eccl. histor. c. 25. Caius scriptor.

Dionysius Corinthi Episcopus.

atque eos interficiendos madauit. Est tamen magna Christianae fidei, & eam confitentium gloria, Neronem primu coepisse in nostros sauire. Vnde Tertullianus in Apologetico, & citatur ab Eusebio Casariensi lib. 2. historiae Ecclesiasticae cap. 24. Cōsulite, inquit, commentarios vestros, illic reperietis primum quoque Neronem in hanc sectam, tum maxime Roma orientem, Casareo gladio ferocisse. Tali dedicatore damnationis nostra etiam gloriamur. Qui enim scit illu, intelligere potest, non nisi grande aliquod bonum a Nerone damnatum. Hæc ille. Fuerunt ergo ultimo Neronis anno Apostolorum Principes de medio sublatis, ut omnes vno tradunt consensu: quanquam Epiphanius in Carpocratitas eorum eadem referat in duodecimum Neronis annum. Sed in hoc, ut alijs multis ad rationem temporum spectantibus, Epiphanius singularis fuit.

Dubium tamen est inter veteres Patres, an eodem die, & mense eiusdem anni interempti sint, an vero eodem quidem die, sed tamen anno vno interposito. Priorem sententiam sequitur Hieronymus in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, ubi ait: Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodẽ die quo Petrus Romae pro Christo capite truncatus, sepultusq; est in via Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimo septimo. Deinde idem testatur Eusebius producens testimonium Caii scriptoris antiqui, qui cum Zepherino Episcopo Romano aduersus Proculum quendam Cataphrygam disputans, hæc de Apostolorum commemorat locis: Ego, inquit, habeo trophaea Apostolorum, quae ostendunt: Si enim progredas via regali, quae ad Vaticanum ducit, aut via Hostiensi, inuenies trophaea defixa, quibus ex vtraque parte statutis, Romana communitur Ecclesia. Quod autem eodem tempore ambo passi sint, Corinthiorum Episcopus Dionysius, cum in vrbe positus esset, & de Scripturis disputaret, hoc dicit: Sed & vos habentes commotionem a Petro, & Paulo, plantationem Romanae, & Corinthiorum Ecclesia coniunxistis. Ambo etenim simul aduentantes, & in nostra Corinthiorum Ecclesia docuerunt, & per omne

Italiam: atque in hac vrbe simul docetes, etiam martyrio pariter vno eodemq; tempore coronati sunt. Hæc ille. Idem etiã Eusebius in Chronico, in vno & eodem anno, id est quattodecimo Neronis, vtriusq; Apostoli necem constituit, sicut & Egesippus loco superius a nobis citato, id est lib. 3. cap. 2. Leo Papa serm. De natiuitate Apostol. Petri & Pauli, cum Petro loquens, ait: Ad quam (gloriam passionis) beatus coapostolus tuus, vas electionis, & specialis magister Gentium Paulus, occurrens, eodem tibi consociatus est tempore. Ad hæc B. Augustinus sermone in festo Apostolorum Petri, & Pauli sic habet: Verum inter ipsos quis cui prapronatur, incertum est. Puto enim illos, aequales esse meritis, qui aequales sunt passione, & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrii gloriam peruenisse. Non enim sine causa putemus factum, quod vna die, vno in loco, tyranni vnus tolerauere sententiam: vna die passi sunt, ut ad Christu pariter peruenirent: vno in loco, nec alteri Roma deesset: sub vno persecutore, ut aequalis crudelitas vtrumq; constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute. Hæc ille, quæ videntur consona his, quæ Ecclesia canit: Gloriosi Principes terra quomodo in vita dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. Et iterum: Nō sunt in terris corpora eorum separata, quorum merita sunt in caelis coaquata. Quanquam hunc Augustini sermonẽ alij tribuunt B. Ambrosio, num. 67. & iterum idem docet sermone 68. Prima (ait) hæc in illis beatitudo est, quod ambo vna die passi esse noscuntur; scilicet ut quos vna dies seruitio deuinxerat, vna dies martyrio coronaret. Maximus quoque in sermone primo De natali eorũdem Apostolorum idem confirmat. Damasus quoq; in vita B. Petri: Post hanc dispositionem (Petrus) cum Paulo martyrio coronatur, post passionem Domini anno 38. Hæc ille. Et ante eum Anacletus epistola 3. ad vniuersos Italiae Episcopos tradit, vno, eodemq; tempore Apostolos martyrio fuisse coronatos. Et Nicolaus Pontifex Romanus in epistola ad Michaelem Imperatorem: Sed Romam in carne venientes (scilicet Petrus & Paulus)

idẽ Euseb. tom. 2.

Egesipp. Ivo. Papa serm. 1. De natiu. Apostol. Petri & Pauli, a medio.

Act. 9.

1. Tim. 2. & 2. Tim. 1. August. sermo. 3. in Festo Apost. Petri & Pauli prope initiu seu De sanctis ser. 27. tom. 10.

Petrus & Paulus inter se meritis, ut passione aequalis.

Ambros. tomo 3. in fine.

Idem ibid.

B. Maximus.

Damasus Papa.

Anacle. Papa.

Nicol. Pontif.

Isidorus Hispalen.

Niceph. lib. 2. hist. Eccl. c. 36. prope finem.

Altera optatio. Greg. Turonens.

Prudentius Rom.

Arator Cardin. in Acta Apostol.

August. sermo. De sanctis, in fine, tom. 10.

Sim. Meta. apud Lippoman. 1. p. histor. a med.

lus) verbum vita euangelizantes, ab ea erroris caliginem amouentes, veritatis lumine mentes hominum illustrantes, & in ea vno eodem die martyrium consummantes, sanctam Romanam Ecclesiam roseo cruore suo consecrauerunt. Hæc ille. Et Isidorus in vita beati Pauli in libro De Patribus Noui Testamenti, & in Praefatione in Concilium Nicænum. Nicephorus: Petrum quidem in crucem egit, Paulum vero gladio feriens occidit, eodem tempore, eodemq; die.

Non ignoro tamen nonnullos esse, qui aliter sentiãt. Nam Gregorius Turonensis in Opere in gloriam plurimorum Martyrum edito cap. 28. in hunc modum scribit: Paulus Apostolus post reuolutum anni circulum, ipsa die, qua Petrus Apostolus passus, apud urbem Romam gladio percussus occubuit, ex cuius sacro corpore lac defluxit, & aqua. Hæc ille: idem docet Georgius Cedrenus in historiarum compendio. Et ante eum Prudentius in libro, quem Peristephanon inscripsit: Festus Apostolici nobis redit hic dies triumphus, Pauli atque Petri nobilis cruore. Vnus vtrumque dies, pleno tamen innouatus anno, Vidit superba mente laureatum. Et Arator Cardinalis Ecclesiae Romanae in calce 2. libri, loquens de coronis Petri & Pauli: ita librum concludit:

His etiam germanus amor, quibus amplius actus, Quam natura dedit, geminos quos edidit astris, Non eadem, tamen vna dies, anniq; voluto Tempore sacrauit repetitam passio lucem, Et tenet aeternam socialis gloria palmam. Deinde Augustinus 4. sermone in Festo Apostolorum Petri & Pauli (si tamen ille sermo ei sit adscribendus, in quo prioribus testimonijs videtur sibi contrarius) Currunt vterque ad palmam martyrii, & vterque perueniunt ad coronam: non quidem eodem temporis cursu, sed eodem anni vertetis occurſu. Hæc ille. Adhæc Simeon Metaphrastes in Tractatu de consummatione Apostolorum Petri, & Pauli, ita habet: Dicunt vero quidam processisse quidem Petrum

anno vno, & beatam illam, & Dominicam suscepisse perpeſionem, cum animam posuisset pro ouibus. Eum autem fuisse consecutum magnum illum Apostolum Paulum, ut dicit Iustinus, & Irenaeus, cum totis quinque annis synaxes, & disceptationes per se facerent ante resolutionem ad Christum. Atque ego quidem eis magis assentior. Hactenus ille. Pseudo Abdias autem in vita Pauli recenset Paulum duobus annis a passione Petri elapsis martyrio coronatu. Non dubito plures esse alios, quorum quidã pro prior sententia, alij vero pro posteriori pugnant. Verum hæc controuersia non magnopere ad Fidem facere videtur, cum ex vtraque, Christi gloria, & Apostolorum illustretur, & cultus Ecclesiae sit idem: mihi tamen prior sententia magis arridere videtur, & si nõ auderem contrariam, ut falsam refutare, ut facit autor historiae Scholasticae in fine libri Actuum Apostolicorum ob autoritatem tot Patrum. Certè Gelasius Papa in epistola ad omnes Episcopos orthodoxos decernit: Sancta Romana Catholica, & Apostolica Ecclesia nullis Synodicis constitutis ceteris Ecclesijs pralata est: sed Euangelica voce Domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam. Cui data est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli vas electionis: qui non diuerso (sicut Heretici garriunt) sed vno tempore, vno eodemq; die gloriosa morte cum Petro in vrbe Romana sub Casare Nerone agonizans coronatus est. Sic Gelasius. Cuius opinioni subscribit Nicephorus Callistus, qui ex Tertulliani sententia, & Caii cuiusdam scriptoris tempore Zepherini, & Demetrii Episcopi Corinthiorum, ostendit vno & eodem tempore & die martyrio coronatos. Ceterum (inquit) hæc propterea sunt adducta, ut certiore fide res Apostolica historia confirmarentur. Non enim ignoro, esse quosdam qui dicunt, vno exacto anno, die eodem, martyrio Paulum quoque finem vita cepisse. Hactenus Nicephorus. Mihi certè hæc prior sententia probabilior videtur. Et propter illud verbum Gelasij annotabis, non propterea aliquid esse hæreticu: quia

Ioan. 10.

Iustin. Irena.

III. optatio. Abdias lib. 1. De vitis Apostol.

Petrus Comestor.

Gelas. Papa dist. 21. c. Quauis, quod videtur accepisse ex Anacleti epistola. 111. Matth. 16.

Act. 9.

Niceph. Callist. lib. 2. c. 37. circa medium.

Quid dogma  
aliquid fa-  
ciat hæreti-  
cum.

Prioris senten-  
tiæ commo-  
da.

II. ratio.

Simon & Iu-  
das Apostoli  
ambo, & pa-  
riter interem-  
pti ubi nam  
sint.

Roma sub  
Nerone Ba-  
bylon spiri-  
tualis.

ApoC. 18.

Act. 22.

Ioan. 19.

E Pauli cer-  
uice cur lac  
effluerit.

Vnde hæc hi-  
storiæ pro-  
betur.

Chrysof.

asseritur ab Hæreticis; sed quia Fidei  
contradicit. Hoc autem cum hære-  
nus definitum ab Ecclesia non sit; id-  
circo non facit hanc secundam sen-  
tentiam hæreticam, quod asserta sit  
ab Hæreticis: præsertim cum multi  
Catholici illam affirmant. Mihi tamē  
prior sententia magis arridet, quia &  
numero testium vincit, & cultui Ec-  
clesiæ magis est consentanea, atque ra-  
tionibus magis fulcitur. Etenim si v-  
terque Romæ erat, non est verisimi-  
le, immanem illam feram, Neronem  
dico, alterum morti adiudicasse, al-  
teri verò pepercisse, qui nomen Chri-  
stianum omnino extinctum esse vo-  
lebat, & in omnes Christianos sævie-  
bat: maximè si vterque illi muliereu-  
las abducebat ab impuro congressu.  
Neque probabile est illos, aut tempore  
persecutionis delituisse, aut Neronem  
non primùm de capitibus, & ma-  
gistris Christianorum fecisse inquisi-  
tionem, vt in eos animaduerneret.

Deinde si, vt omnes testantur, vl-  
timo anno Neronis Petrus est sup-  
plicio affectus, quo alio anno distin-  
cto ultimo potuit D. Paulus occidi?  
non enim est imperij Neronis, nisi v-  
nus vltimus annus. Sicut igitur Si-  
mon & Iudas Apostoli vno die pro  
Christi gloria interempti sunt in Ba-  
bylonia Orientali: ita Petrus, & Pau-  
lus causa Euangelij vno die sangui-  
nem profuderunt in ea ciuitate, quæ  
vera erat Babylon spiritualis: nec alia  
fuit differentia, nisi in mortis gene-  
re. Nam Petrus cruce, hoc est, seruilii  
morte, extinctus est; Paulus verò tan-  
quam ciuis Romanus, gladio percuf-  
sus, emisit potius vndam lactis, quàm  
sanguinis: vt sicut è latere Christi ex-  
iuit sanguis, & aqua, ita ex collo eius  
effluerit lac, & sanguis. Lac quidē,  
in signum innocentie, quæ admodum  
& B. Catherinæ martyri Regis filie  
contigisse legimus.

Ne quisquam verò hanc lactis pro-  
fusionem inficiari, vel in dubium re-  
uocare valeat, intelligat primo Chry-  
sostomum in homilia quadam, seu  
potius Encomio Apostolorum Petri,  
& Pauli, quod habetur apud Simeo-  
nem Metaphrasten, id sensisse: *Quis-*

*nam, inquit, d. Paule, ensis sanctum tuū  
guttur peruasit Dominicum instrumen-  
tum, quod à calo habetur in admiratio-  
ne, & quod terra reueretur? Quisnam lo-  
cus tuum sanguinem excepit, lactis spe-  
cie, in eius qui te percussit, tunica appa-  
rentem, qui animam illius Barbari supra  
modum dulciorem reddens, fidelem effecit  
cum socys. Sic habet lectio in Breuia-  
rio Romano nuper emendato. Cæte-  
rùm apud Simeonis Metaphrastis in-  
terpretem in vitis Sanctorum, quas  
complexus est Lippomanus Episco-  
pus Veronensis in vnum volumen, ita  
habetur: *Quisnam locus tuum excepit  
sanguinem, qui cruentauit quidem exte-  
riorem tunicam Barbari, qui te palo af-  
fixit; atram autem eius anima vestem,  
dealbauit modo inexplicabili. Verunta-  
men prior lectio sincerior videtur, &  
magis accedere ad Græcam literam.  
Idem docet Augustinus sermone 2. De  
Pauli verò ceruice cum eam persecutor  
gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis  
magis vnda quàm sanguinis, & mirum  
in modum sanctum Apostolum baptisimi  
gratia in ipsa nece fecit splendidum po-  
tius quàm cruentum, &c. Eadem omni-  
nò verba habet Ambrosius sermone  
68. vt nescias discernere quis eorum  
ab altero acceperit. Cum autem Am-  
brosius paulo antiquior sit, quàm Au-  
gustinus, dicendum est, ab Ambro-  
sio Augustinum accepisse. Idem do-  
cet ille pseudo Abdias qui circumfer-  
tur, & Gregorius Turonens. lib. De  
gloria Martyrum, capite 38. Sangui-  
nem ergo profudit in argumentum  
sue charitatis ad Christum, qui pro  
eo suum dederat. Rursus lac dedit,  
quia Gentes incredulas parturiuit, ac  
lacte spiritali nutritas, ad cibum so-  
lidum Scripturarum perduxit. *Quid  
enim mirum, inquit Augustinus, si abun-  
dat lacte nutritor Ecclesia, sicut ipse ad  
Corinthios ait: Lac vobis potum dedi, non  
escam? Denique sanguinem largitus  
est, quò illo obsignaret, atque confir-  
maret quæ prædicauerat de Christo,  
nosque suo exemplo ad tantam glo-  
riam inuitaret, & alliceret, fundendi  
videlicet sanguinem nostrum pro Do-  
mino.***

Satagamus igitur, vt quantum gra-

Pauli Enco-  
mium.

Aloysius  
Lippo.

August. to-  
mo 10.

Ambros. to-  
mo 3. in fi.

Abdias su-  
pra citatis.  
Gregor. Tu-  
ronen.

E Pauli item  
ceruice cur  
lac, & sanguis  
exierint.  
1. Cor. 3.  
August. loco  
prædicto.

Ad imitatio-  
nem Apo-  
stolorum Petri,  
& Pauli co-  
hortatio.  
2. Cor. 12.

Institutum  
Auroris.

Act. 1.

tia Dei assequi possumus, tantorum  
Apostolorum, & Præceptorum nostro-  
rum vestigia sectemur, fidem ample-  
ctamur, monitis obtemperemus: vt  
eorum, tanquam bonorum parentum  
(quorum est pro filiis suis thesauriza-  
re) amplissimis meritis ditati, & co-  
rû acceptissimis deprecationibus ad-

iuti, ad eandem cum ipsis hæredita-  
tē possidendam peruenire valeamus;  
Præstante Domino nostro, cui cum Pa-  
tre, & Spiritu sancto reddatur sempiternus  
ab omni creatura ratione præ-  
dita honor, gloria, & imperium  
in secula seculorum.  
Amen.



TRACTATUS LX.

IN Quo de vita, doctrina, & gestis B. Petri  
Apostolorum Principis, ac simul de mortis  
genere, quo Dominum glorificauit, ex Pa-  
trum sententijs, ac fidedignis Historicorum  
testimonijs differitur.



VE M A D M O D V M  
Pauli historiam in finem  
vsque vitæ vt cunque pro-  
duximus, suppletes, vel  
ex ipso Paulo, vel ex Patrum veterum  
lectione quæ à B. Luca prætermiffa  
fuerunt, quæ scilicet ad postremum  
vitæ suæ decennium pertinebant: pari-  
ratione etsi multa in hoc volumine à  
Luca de gloriosis rebus gestis, & ad-  
mirandis prædicationibus Petri sint  
in Actis Apostolicis enarrata, curan-  
dum nobis est, vt ex probatis, & an-  
tiquis Scriptoribus ea adiungamus, &  
in vnum veluti corpus congeramus,  
quæ de illustribus eius actionibus, ac  
præstantibus doctrinis, atque adeo  
de totius Ecclesiæ vni sibi super alios  
omnes Apostolos creditæ administra-  
tione apud diuersos sparsim enarrata  
inuenire potuimus. Vt sicut hoc vo-  
lumen Lucæ à principio Petrum in-  
troduxit ad fideles concionantem de  
substituendo altero in locum Iudæ A-  
postoli, ita terminetur in Petro per  
Crucem Christum consecrante, & al-  
terum, id est, Clementem, loco sui suf-  
ficiente, atque illum apud cætum fi-  
delium oratione sua, ac prædicatione  
commendante. Illudque adhibebi-

mus temperamentum, vt quæ fufius  
dicta, aut iam probata sunt, ita quidē  
atingamus, vt minimè retractemus.

Quò verò dicenda aliquem ordinē  
teneant, & libentiùs excipiantur, vbi  
de Prouincijs inter Apostolos sor-  
titione, diuisioneque, ad quas Euange-  
lium prædicandi gratia amandati sunt,  
non nihil dixerimus, differendum in  
primis, an Petrus fuerit Episcopus An-  
tiochiæ, & quando ibi cathedram suā  
fixerit. Secundum, an, & quando præ-  
dicauerit dispersis Põci, Galatiæ, Cap-  
padociæ, Bithyniæ, & Pamphyliz, an  
videlicet antequam Romam veniret,  
an postea, vt quidam contendunt. Ter-  
tium, an fuerit Romæ, & quando, &  
quoties. Quartum, an reliquerit Cle-  
mētē immediatū sui successorē,  
an verò Clementem præuenerint Li-  
nus, & Cletus. Quintum, vbi & quo  
martyrij genere vitam finerit, & quæ  
illius extiterit causa: nam in his om-  
nibus à plerisque magnis viris dubita-  
tum est, ac propter historicorum varias  
ac diuersas sententias disceptatum.

Primo igitur præmittendum, pe-  
culiari Domini voce Apostolos admo-  
nitos, ne à Ierosolymis, vel à Iudæa  
ad Gentes proficiscerentur ante duo-

De Petro A-  
postolo quæ  
ferè verti so-  
leant in con-  
trouersiam.  
1. Pet. 1.

Apostolis an-  
ter 2. annum  
ab Iudæa ne  
discederēt, à  
Christo fuisse  
nā datum,  
vnde colligitur.

Lib. 1. Prolegom. Euseb. lib. 5. hist. Eccl. c. 18. in s. tomo 1. Vincen. Belouacen. Beda in Actuum. c. 13. in it. tom. 1. Prouintiarum inter Apostolos ad praedicationem facta distributio vnde constat. Euseb. in. c. 13. Actorum.

Cap. 2.

Niceph. lib. 3. cap. 1. Leo serm. 1. De nat. Petri & Pauli ante med. Act. 1.

Gelas. 1.

decim annos: quod nos probatum a libi reliquimus ex testimonio martyris cuiusdam Thraseae ab Eusebio citato, & ex Beda, & ex historia Scholastica, & ex Vincentio Bellouacensi, & ex Martyrologio Romano. Completo vero illo tempore Apostoli inter se Prouintias forte partiti sunt: quod non tantum Patrum, & Ecclesiae traditione obseruatum est, sed etiam verbis Esaiæ longè antè praedictum. Inter Patres quidem Eusebius ex Origene libro 3. explanationum in Genesim, haec verba producit: Sancti vero Apostoli Domini & Saluatoris nostri, ceterisque discipulis, ad praedicandum verbum Dei, per singulas quasque orbis terrae prouintias, dirimuntur. Thomas (sicut nobis traditum est) sortitus est Parthos, Matthaëus Aethiopiã, Bartholomaeus Indiam citeriorem, Andreas Scythiam, Ioannes Asiam: vnde apud Ephesum & commoratus est & defunctus. Petrus Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam, ceterasque confines prouintias, Iudaeis duntaxat praedicans, circumfisse deprehenditur, & ad vltimum in vrbe Roma commoratus, vbi crucifixus est, deorsum capite demerso: quod ipse ita feri deprecatus est, ne exaquare Domino videretur. Similia docet Nicephorus Callistus in sua Ecclesiastica historia. Adde Leonem sermone De natiuitate Apostolorum Petri, & Pauli: Nam cum duodecim Apostoli, accepta per Spiritum sanctum omnium locutione linguarum, imbuendum Euangelio mundum, distributis sibi terrarum partibus, suscepissent: beatissimus Petrus Princeps Apostolici ordinis, ad arcem Romani destinatur imperij, vt lux veritatis, qua in omnium gentium reuelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. His adiunge Ecclesiam, quae vt habetur in Martyrologio, consecrat. 15. Iulij diem diuisionis Apostolorum, quae post ascensionem Domini anno duodecimo Ierosolymis celebrata est. Alij dicunt, decimo tertio anno. Gratianus distinctione 15. capit. Sancta Romana Ecclesia, reponit inter apocryphos libros, librum qui fors Apostolorum appellatur, in quo vt arbitror, diuisio Apostolorum in varias prouintias for-

tibus diuisorij celebrata continebatur, non sine aliqua falsitate, vel mendacio: ob quod reprobata est. Denique ad stipulatur Spiritus sanctus, qui Esai. 34. Et ipse, inquit, misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: vsque in aeternum possidebunt eam. Pro his verbis legunt Septuaginta: Et ipse immittet eis sortes, & manus eius diuisit eis, vt pascerentur in aeternum, &c. Quae verba ad literam Hieronymus, & Cyrillus interpretantur de Sanctis Apostolis, quibus quadam sorte diuisae sunt orbis prouintiae, ad quas ad plantandum vbique Euangelium erant amandandi. Et dixit, vt pascerentur, pro eo quod est, praedicarent, quia iussi sunt verbo Dei occidere, & manducare, hoc est, infideles nationes incorporare sibi: sicut Petro dictum est: Occide, & manduca. Hebraea tamen litera habet: diuisit eis manus eius in mensuram, hoc est, in aedificationem Ecclesiae, quae perpetuo duratura est. In eum modum exponunt illi Patres. Nam vt olim Terra promissa in duodecim tribui fuit diuisa, & per sortes cuilibet tribui pars sua obtigit: ita vniuersus orbis in duodecim partes distributus. Et Apostoli sorte deprehensi sunt qui ad Orientem, & qui ad Occidentem, qui rursus ad Meridiem, & qui ad Septentrionem essent destinandi, etiam si Petrus, cui principaliter cura omnium credita erat, posset per se solus statuere, quod quisque esset ad euangelizandum dispergens, quae Petri successores saepe fecerunt. Sed haec ratio fortis iudicata est magis expedire tempore Petri, vt quoniam sortes à Domino temperantur, apprehenderent se à Spiritu sancto emissos, & in illa minus esse solet locus suspicioni, aut inuidiae, aut acceptionis personarum vitio. In hac porro partitione non est inclusus Paulus, nisi quatenus ipse forte substitutus esset in sortem Iacobi Zebedaei filij, post cuius mortem est electus, citra quam Petrus & Paulus mundum in vniuersum sunt partiti, vt Petrus circumfissus, & Paulus plenitudini Gentium euangelizarent: vt ad Galat. 2. inter eos conuentum fuit, & Dñs ordinauerat. Quod vero haec

Esai. 34.

Hierony. tomo 5. Cyril. in Esaiam.

Apostoli quod iussi verbo Dei occidere, & manducare.

Act. 10.

Num. 34. et 35.

Prouintiae inter Apostolos cur sorte diuisae. Prouer. 16. In hac sortitione Paulus comprehensus quatenus fuerit.

Act. 12.

Petrus fedisse Antiochia, multis euangelizatur.

Act. 8.

Vbi docuerit Petrus Antiochia. Clem. Rom.

August.

Hierony. tomo 1. sub s. nem.

Petrus quam diu federe Antiochia.

Euseb. lib. 3. Eccl. histor. c. 2. tom. 1.

Apostolorum diuisio post decollatum Iacobum, & Petrum à carcere Herodis liberatum acciderit: Diuina est prouidentiae adscribendum: quae nouit quid sit gerendum, & quod sit cuiusque rei commodum tempus ad perficiendum. Qui enim insurgebant, & saeuiebant in Apostolos, & in ipsum Apostolorum Principem, & in verticem, Petrum; digni iam erant, & maturi, qui omnino desererentur, & se ad eos in salutem prouocandos, hoc est, ad Gentes conuerterent: sicut & factum est.

Sequitur quaestio de tempore, quo Petrus Antiochenam tenuit Ecclesiam. Video enim quosdam hoc in dubium reuocasse, & contendisse non nisi post Petri in vrbe Roma moram, & reditum eius in Iudaeam, sedem suam ibi collocasse: leui, vt mihi videtur, argumento permoti, quia videlicet non legimus Petrum in urbem Antiochia venisse. Sed certe satis debet esse traditio illud docens. Vt enim, Samaria ad Christum conuersa, missus fuit ad eam Petrus cum Ioanne, ita ad Antiochenam Ecclesiam accessit vt pastor, vt visitaret oues suas nouellas, & inde fugato Simone Mago, vatesis est Clemens. postremo libro Recognitionum. Erecta est illi cathedra in domo Principis Theophili, vbi quotidie docere solitus erat: quam etiam Antiochenam diu Petri cathedram solenniter celebrat Ecclesia Romana 22. die Februarij, & Augustinus duobus sermonibus tom. 10. ad finem illustrat. Sunt praeterea solida huius rei apud Patres testimonia. Nam B. Hieronymus lib. De scriptoribus Ecclesiasticis. Simon Petrus, &c. Princeps Apostolorum post Episcopatum Antiochenis Ecclesiae, & post praedicationem dispersionis eorum, qui de circumcisione crediderant in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia. Secundo Claudio anno ad Simonem Magum Romam pergit, ibique viginti quinque annis sacerdotalem cathedram tenuit, vsque ad vltimum annum Neronis, id est, decimum quartum. Eusebius vero ita scribit: Petrus Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam, ceterasque confines prouintias, Iudaeis duntaxat praedicans, circumfisse deprehenditur, & ad vltimum in vrbe Roma commoratus, vbi & crucifixus

est. Idem in Chronico anno 23. Tiberij scribit, Petrum, Ecclesiam Antiochenam fundasse, & ibi cathedram erexisse, & docuisse: at constat, si secundo anno Claudio Romam accessit, Antiochenam Ecclesiam fundasse. Damasus in Pontificali: Petrus fuit temporibus Tiberij, Caij, Claudij, & Neronis, sub quo venit Romam: vbi fuit annis 25. mensis duos, dies tres, postquam fuerat in Antiochia septem annis. Accedit & Leo Papa sermone praedicto: Augebant quoque fiduciam tuam tot signa miraculorum, tot dona charismatum, atque experimenta virtutum. tam populos, qui ex circumfissione crediderant, erudieras. In Antiochenam Ecclesiam, vbi primam Christiani nominis dignitas est orta, fundaueras. Eam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam atque Bithyniam legibus Euangelicae praedicationis implueras, nec aut dubius de propectu operis, aut de spatio tuae ignarus aetatis, tropicum crucis Christi Romanis arcibus inferebas, &c. Anacleus ite Papa epist. 3. idem tradit Marcellus etiam Pontifex epistola ad Antiochenes: Rogamus vos, inquit, fratres, vt non aliud doceatis, nec sentiat, quam quod à B. Petro Apostolo, & à reliquis Apostolis, & Patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis, ideo non oportet vos proprium derelinquere patris, & alios sequi. Ipse enim caput est totius Ecclesiae, cui ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: eius enim sedes primitus apud vos fuit, quae postea iubente Domino Romam translata est. Cui adnunciant gratia Diuina, hodierna praesidemus die. Innocentius quoque Primus epistola 14. Beda libro De natura rerum, & Isidorus libro De ortu, & obitu Sanctorum: Petrus postquam Antiochenam fundauit Ecclesiam, sub Claudio Caesare Romam venit, contra Simonem Magum praedicans. Postremo, ratio adnunciat. Nam si ante accessum ad urbem Petrus Antiochia non fuit, & cum primum Romam appulit, urbis Romae sedem sibi addidit; sequitur quod postea non potuit esse Episcopus Antiochia, nisi aut haberet simul duas Ecclesias, aut deserta Roma se Antiochiae applicaret: quemadmodum deserta Antiochia, Romanam sibi copulauit Eccle-

Idem tom. 2.

Damasus Papa.

Leo Papa.

Act. 11. In Antiochenam primam Ecclesiam Christiani nominis dignitas est orta.

Anacle. Papa. Marcellus Papa.

Petrus Ecclesiae pater, & caput. Matth. 16.

Innocen. 1. Beda tomo 2. Isido. Hispanen.

Rationibus idem probatur.

II. ratio.

Ecclesie Antiochene Petrus quem reliquerit successorem.

III. ratio.

Petrus quando disperso in Iudæorum inter Gentes predicauerit

Iaco. 1.

Euseb. ibid. Hierony. v. bi sup. Leo Papa ibid.

fiam. Quorum neutrum dici potest, cum sit absurdum, & habere duas Ecclesias, exempli minimè boni sit. Deinde verisimile est, Petrum diuina prouidentia præditum, antequam iter Romanæ vrbs arriperet, reliquisset successorem Ecclesie Antiochenæ, ne tanta vrbs tot annis absentia pastoris laboraret: maximè quia Euodius paucis annis illam tenuit Ecclesiam, à Petro constitutus: quia paulò post à Paulo Antiochiã visitante ordinatus fuit B. Ignatius eiusdem Ecclesie Episcopus mortuo iam Euodio. Adhæc non sine causa Petrus Ierosolymitana sede relicta, & in ea Iacôbo Alphæi Episcopo collocato, liber māsīt, vt posset immunis ab immediata illius cura se Antiochenæ primo, & deinde Romanæ applicare: quia Sponsa Christi non ex paucis Iudæis, sed ex multis Gentibus constanda erat. Et ideo relicta vrbe Iudaicæ religionis capite, ciuitati, quæ erat Orbis vniuersi caput, aptandus erat, & colligandus.

Secundo loco propositum est, quãdo videlicet Petrus dispersioni Iudæorum inter Gentes predicauerit, an videlicet ante accessum ad urbem Romam, an postea: non enim desunt qui vtramlibet partem tueantur. Quod enim illis euangelizauerit Petrus, & binæ ad ipsos literæ missæ testantur, & Patres ferè omnes, qui de vita Petri aliquid scripto consignarūt. Quãquam literæ ad eos missæ efficax argumentum non reddant præcedētis suæ inter eos prædicationis: nam in illis nulla prorsus mentio de prædicatione sua ad illos præmissa. Imò de alijs videtur loqui: nam 1. Pet. 1. dicitur: Vobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis: nil de se apertè in sinuans, & potuisset ad illos aliorum prædicatione instructos scribere, vt Paulus Romanis scripsit, quos tamen non viderat. Et Iacobus scribit dispersis in duodecim tribubus, qui tamen nunquam egressus Ierosolymam inuenitur. Quod autem ante liberationem carceris Herodiani, & abitum eius in urbem illud præstiterit, testantur Eusebius, Hieronymus, Leo Papa paulò

ante producti, Simeon Metaphrastes & Beda, & alij similiter, qui illud vt certum tradunt. Non deest etiam ratio: nã qua ratione Petrus potuit peruenire Samariam, & Antiochiã prædicando, & euangelizando Iudæis, eãdem potuit peruenire in Pontum, Galatiam, Cappadociam, & in alias Asiæ minoris prouintias, quas sua præsentia illustrauit, vt his qui erant ex circumcissione, lætium Euangelij nũtium adferret, & ne duodecim annis otiosum Petrum ponamus.

Qui verò contrariam tuentur sententiam, his rationibus agunt. Primo, quia præceptum Christi erat, ne Apostoli ante duodecim annos completos extra Ierusalem, & Iudæam discederent ad prædicandum Gentibus. Sed dici posset, illam principaliter peregrinationem suscepisse propter Iudæos Christo adiungendos, & obiter propter Gentiles qui crediderunt: quemadmodum Christus de se dixit: *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel*, & tamen conuertit Centurionem, Chananæam, & quosdã alios ex Gentibus. Secundo, quia celebrato Concilio illo Apostolorum, quod habetur Act. 15. Paulus & Barnabas cū Petro ita conuenerunt, vt illi Gætium conuersioni vacarent, ipse verò strenuam operam fidelibus ex circumcissione impenderent, vt habes Galat. 2. At hoc Concilium celebratum est anno 18. ab assumpto Christo, quo tempore, Petrus vrbe expulsus per edictũ Claudij Ierosolymam redierat, vt intercesset concilio. Sed nihil hoc vrget quominus prius vterque suæ fidei creditis hominibus euangelizauerit, etiã ante coactum illud concilium. Certè Simeon Metaphrastes in commentario illo, quo agit de certaminibus, & peregrinationibus, & consummatione Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, testatur Petrum propter Simonem Magum obiisse omnes ciuitates Cœlesyriæ, & præterea Pontum & Asiã, vt que Galatiam, & multos Episcopos in diuersis locis constituisse, & reuersum per Antiochiã in Ierusalẽ: quo loco cū iã tertius annus præterijisset à uocatione magni Pauli, ab ipso

Matth. 15. supra 8. infra 15. II. argum.

Cocillum Ierosolymitanum, quo de Act. 15. firmiter mentis, quãdo celebratũ fuerit.

Sim. Metaphrast.

Act. 9. Paulus quando ascēderit Ierosolymã videre Petrum vt ipse testatur. Gal. 2.

Sim. Metaphra. Beda.

Alterius opinionis proponuntur argumenta, atq; soluuntur.

I. argum.

Matth. 15.

supra 8. infra 15. II. argum.

Cocillum Ierosolymitanum, quo de Act. 15. firmiter mentis, quãdo celebratũ fuerit.

Sim. Metaphrast.

Act. 9. Paulus quando ascēderit Ierosolymã videre Petrum vt ipse testatur. Gal. 2.

Paulo

Apostolorum, atque Episcoporum cura, & vigilantia super Christi gregem assidue.

III. argum.

2. Pet. vlt.

An vnquam Petrus Romã venerit.

Hoc planè qui negent.

Eandem qui vertant indubium.

Paulo visitur, & māsīt apud eũ diebus quindecim, vt legitur in epist. ad Galatas. Cũ autẽ iterũ Petrus reuersus esset Antiochiã, & ibi Euodiu Episcopum constituisset, venit Synadè Phrygiæ, & inde Nicomediam Bithyniæ, vbi Prochorum & Ilion Hellepõti, in quo Cornelium Centurionem à se prius ordinatos reliquit, reuersum tradit in Ierusalem. Non ausim tamẽ negare, eum & ante, & post reditum ab vrbe sæpè illas prouintias pro sui Apostolatus munere non inuisisse: vt & Paulus solitus erat eos quibus prædicasset, visitare, & in fide, epistolis datis confirmare.

Tertia ratio efficacior videtur: quia vt testatur Apostolus Rom. 15. nõ prædicauit, vbi Christus antè nominatus esset, ne super alienum fundamentum ædificaret: quod ille scripsit postquã Galatis Phrygiæ, & Asiæ prædicauerat: ergo Petrus nõdum prædicauerat illis Prouintijs ante accessum ad urbem Romam, ne mendacem Paulum faciamus. Quod etiam colligitur ex eo, quod Petrus in posteriori sua epistola commendat epistolas Pauli ad dispersos Ponti, Galatiæ, Cappadociæq; missas ante suã: in quibus, inquit, sunt quædam difficulta intellectu: ergo vt posterior fuit Petri epistola ad eos, ita etiã prædicatio. Et ita probabilis quoque hæc sententia relinquatur.

Tertio loco propositum est, an vnquam Petrus Romã venerit. Id enim olim quidam Marsilius Paduanus, cuius superiori tractatu meminimus, homo schismaticus, etiã edito libro impudenter, & apertè negauit in gratiã Ludouici Bauari ab Imperio deiecti: Qui liber etsi belli maximi seminariũ extiterit, ipse tamen pacis defensorẽ inscripsit. Hunc secutus nostri seculi hæreticus Fúcius, in chronologia sua fabulatur nunquam Petrum Romã fuisse: quod Lutherus, Calvinus, & Molineus facillè in dubium vocari permittunt, licet affirmare non audeant. Sed hoc impudentissimum esse mēdaciũ, ex summa & affectatã ignoratione depromptum, siue potius ex insigni maligniã, non erit difficile euacuate, quia non tantum in fidem peccant Christo

in baptismo datã, sed etiam in ipsam humanitatem, & ciuilitatem. Inciuile est enim propter vnũ aut alterum sine ratione loquentem id negare, quod vniuersi Patres vniuersi consensu docuerunt: & facilius quidem, illum Romam venisse, & fidem prædicasse, & Ecclesiam illam permultos annos tenuisse, ostendere, quã quò præcisè tempore eo accesserit, & quò tempore cũ Simone Mago congressus fuerit, euincere. Tamen reitandũ de his tribus, quæ probabiliora inuenire cõtingerit, proponere. Quod ergo Petrus Romã sit versatus, & illam Ecclesiam, quam Paulus prius scripto, deinde & verbo instruxit, erudit, facillè indicant Scripturæ sanctæ, Patrum veterũ scripta, & rationum momenta, & quæ in oppositum obijciuntur, refelli possunt. Ex Scripturis quidẽ duos locos habemus: alterum Ioann. vlt. vbi Dominus dixit Petro: *Cum senueris, exten des manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis.* Per manuum extensionem intellige certũ mortis genus, id est, Crucem: & per præcinctionem intellige, quod alligatus sit cruci. Atque ita subdit Euangelista: *Hoc autem dixit, significans quã morte clarificaturus esset Deum.* Hoc autem nullibi factum est, nisi tantum Romæ post deũctum Simonem decimoquarto anno Neronis, vt ostendit locus sanctus montis Aurei, vbi crucifixus fuit, & traditio, & communis sensus, & concursus populorum fidelium ex vniuersa Ecclesia ad visitandum limina Apostolorũ Petri, & Pauli. Alter locus est ex 1. epistola Petri cap. vlt. *Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone, collecta, & Marcus filius meus.* Quæ verba, teste Papia ex Eusebio Cæsariensi citato, & Tertuliano libro Aduersus Iudæos, atq; Hieronymo in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum de Romã intelliguntur: nam ad aliam Babylonem Petrus nunquam profectus est, & quia Marcum filium suum ex baptismo allegat, quẽ constat per antiquos historicos Romã fuisse. Vocatur autem Roma Babylon. Tum quod sicut olim Babylon fuit caput Orbis, propter Imperium eius latissimum, ita etiã Romã,

Petri in urbem aduersus multifariam ostenditur.

A Scripturis. I. locus.

Quidmannũ extensio, quid præcinctio Petro à Dño prædicta significet.

Petrus vbi Romæ crucifixus.

Alter locus.

Papia. Euseb. lib. 2. hist. Eccl. c. 15. tom. 1. Tertull. Hieronym. tom. 1.

1. Pet. 5. Roma ab Petro Babylone dicitur.

& quia

& quia, vt illa olim Iudæos, & iustos affligebat, ita Roma omnium crudelissima omnes, qui Christi fidem profitebantur in omnibus mundi partibus, siue Africa, siue Asia, siue Europa, tormentis læuissimis vexabat, & martyrio afficiebat; ita vt Ioannes in suo Apocalypsi. c. 18. tradat de Babylone: *In ea omnis sanguis Prophetarum & Sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.* Tùm quia nomen Babylonis confusionem sonat, quæ magna Romæ erat, & sæpius fuit ob negligentiam eorum, qui vigilare debebant. Atque ita Roma vocatur in Apocalypsi Babylon, de qua dicitur: *Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immunda, & odibilis. Quia de vino ira fornicationis eius biberunt omnes gentes, & Reges terra cum illa fornicati sunt.* Magna enim idololatriæ olim, tùm postea horrendorū flagitiorum, & peccatorum confusio inuenta est. Et paulò ante inquit Angelus: *Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet: & de Roma testatur Poëta:*  
*Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,*  
*Septem qua vna sibi muro circumdedit arces.*  
 Secundo idem probatur per Patrum traditionem. Nam idè testantur Græci veteres Patres, atque Latini. Ignatius in epistola ad Romanos innuit Petrum, & Paulum Romæ fuisse: *Non sicut Petrus & Paulus, inquit, præcipio vobis: illi enim Apostoli sunt Iesu Christi, ego autem minimus,* Insinuans, illos, vt eorum Apostolos, & Doctores, potuissent illis præcipere. Egesippus latè aduentum Petri in urbem describit in lib. De excidio Ierosolymit. Irenæus tradit, Matthæum Hebraicè scripsisse Euangelium, cū Petrus, & Paulus Romæ euangelizarent, & fundarent Ecclesiam. Idem docet Eusebius lib. Ecclesiasticæ histor. qui & refert Iudæū Philonem cum Petro Romæ collocutum: & Neronem cruce Petrum, gladio Paulum interfecisse: & citat Caiū, qui trophæa eorum Romæ vidit. Athanasius in Apologia de fuga sua: Pe-

trus quoque, qui ob metum Iudæorū in latebris se habuit, & Paulus Apostolus in sporta demissus, & ita fugiens, cū audissent oportere se Romæ martyrium subire, non abiecerunt eam professionem, sed potius cum gaudio obierunt. Dorotheus in Synopsi: Petrus Apostolorum coryphæus, tadem Romæ prædicauit, crucifixus, & sepultus est. Chrysostomus in epistolam ad Romanos, beatam prædicat Romam, quod, quemadmodum corpus magnū ac validum duos habet illustres oculos, Sanctorum videlicet illorum corpora: ita cælum non splendescit, quādo radios suos Sol ex se dimittit: quē admodum Romanorum vrbs duas illas lampades vbiq; terrarū effundens. Idem tradit fusè in Psalm. 48. Epiphanius in Carpocratitas; Theodoritus epistola ad Leonem Papā, Romam celebrat, quod eius fedes cunctis præsit, ac dominetur, & sepulchra præceptorum veritatis, patrumq; totius orbis Petri, & Pauli contineat. Et in Psalm. 116. Sic magnus Petrus, ait, ab Ierosolyma vsque ad Romanorum urbē percurrit, omnibus veritatis radios adferens.  
 Idem tradunt Patres Latini. Et in primis Tertullianus lib. aduersus Marcionem: *Quid etiam Romani de proximo sonent, quibus Euangelium, & Petrus & Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt.* Et libro De præscriptionibus aduersus Hæreticos: *Felix Ecclesia (scilicet Romana) cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: vbi Petrus passioni Dominica adaquatur.* Et libro, qui inscribitur Scorpiacum aduersus Gnosticos: *Orientem fidem Roma prius Nero cruentauit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cū cruci astringitur. Tunc Paulus ciuitatis Roma consequitur natiuitatem, cū illic martyrij renascitur generositate.* Cyprianus ad Cornelium Papam, Romam vocat Petri cathedrā. Arnobius lib. Aduersus Gentes: *Viderant enim (scilicet Romani) cursum Simonis magi, & quadrigas igneas Petri ore diffatas, & nominato Christo euauisisse. Viderant, inquam, fidentem dijs falsis, & ab eisdem metuentibus proditum, ponderè præcipitatum suo, cruribus iacuisse*

Babylō quid sonat.  
 Apoc. 18.  
 Vrbs Roma quā olim fornicaria.  
 Cap. 17.  
 Roma septi-collis vbi figurata.  
 Virg. lib. 2.  
 Georg. in fine.  
 Petrum Romam venisse.  
 Græci patres qui testentur.  
 Ignat. epist. 15. paulò ante med.  
 Egesippus lib. 3. c. 2.  
 Irenæ. lib. 3. c. 1. & 3.  
 Euseb. lib. 2. hist. Eccl. c. 14. & 15.  
 Infra 25.  
 Caius.  
 Act. 9.  
 Athanas. tomo 2.

Dorothe. Episcop.  
 Chrysost. homil. 16. in epist. ad Roma. tom. 4.  
 Petrus, & Paulus vrbs Romæ quales lampades Chrysostomo.  
 Epiphani. in heres. 27. medio.  
 Theodor. Romanæ vrbs encomiū  
 Idem par. 1  
 Latini Patres.  
 Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem. nō procul abinitio.  
 Idem.  
 Ioan. 21.  
 Cypria. lib. 1. epist. 3. sub init.  
 Arnob. lib. 2. aduer. Gentes, circa initium.  
 Simonis Magi qualis interitus.

Lactan. li. 4. Amb. serm. 63. de natali Petri, & Pauli, tom. 3. in fine.  
 Idem serm. 69. & lib. 5. epist. 32. eo dem tom. 3.  
 Optat. lib. 2. de Schism.  
 Hieron. t. 1. Idem.  
 Idem to. 9.  
 Aug. in epist. fundam. cap. 4. t. 6.  
 Ioan. 21. Idem lib. de vr. lit. credē di, cap. 17. Idem.  
 Prudentius. Prosper.  
 Arator Cardinalis.  
 Gregorius Turonensis de sacr. hist. lib. 1. c. 28.  
 Seuer. Sulp. sacra hist. lib. 2.  
 Oros. lib. 7. cap. 6. init. tom. 2.  
 Pontifices.  
 Clem. Rom. epist. 1.  
 Anaclet. epist. 2.  
 Cornelius epist. 1.  
 Lucius.  
 Sixtus.  
 Marcellus.

præfractis, & reliq. Lactantius, & Ambrosius idem tradit serm. de natali Apostolorum, dicens Dñm Orientis regionem propria illustrasse passione: Occidentis plagam, ne quid minus esset, vice sui Apostolorum sanguine illuminasse. Idem docet & in alio sermone in eodē festo, & in Epist. de basilicis tradēdis. Optatus lib. de Schismate; Hieron. in Catalogo scriptorū Ecclesiasticorū, idē epist. ad Marcellā: *Trophæa Apostolorum sunt Roma, vbi ab Apostolis est prædicata fides.* Idem ad Damasum, Cathedram Apostolicā docet esse Ecclesiam Romanam. Idē in cap. 2. ad Gal. *Denique primum Episcopū Antiochenæ Ecclesie Petrum fuisse, & Romā inde trāslatū, quod Lucas penitus omisit.* Sic Hieronymus. August. in Epistolā fundamenti sic ait: *Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendauit, vsque ad presentem Episcopatū (scilicet Syriaci) successio Sacerdotum.* Idem lib. de utilitate credēdi, & serm. 28. & 29. de Sanctis. Prudentius quoque in Carmine de passione Petri, & Pauli, & in Carmine S. Laurentij. Prosper in Carminibus de ingratis: *Sedes Roma Petri. Arator in fine Act. Apost. ait: Venit ad excelsa sublimia culmina Rome, Et infra: (ceps, Petrus in Ecclesia surrexit corpore Prin- Hac turrita caput mūdi circumtulit orbis.* Gregorius quoque Turonensis de sacra historia; Seuerus Sulpit. in sacra hist. Oros. in Ormesta mundi; Greg. Magnus Epist. ad Eulogiū Episc. Alexan. His testimonijs subscribunt Pōtifices quamplurimi. Primus, est Clem. epist. ad Iacobum fratrem Dñi: secundus, Anacletus epist. ad vniuersos Italiæ Episcopos: tertius, Cornelius epist. de translatione corporū Apostolorū Petri, & Pauli: quartus, Lucius epist. ad Galliæ, & Hispaniæ Episcopos: quintus, Sixtus epist. ad Gaium Episcopum: sextus, Marcellus epistola ad Episcopos Antiochenæ Prouintiæ: septimus, Eusebius ad Episcopos Tardiciæ, & Campaniæ: octauus, Melchisedes epistola ad Episcopos Hispaniæ: nonus, Damasus in Pontificali, in vita B. Petri: decimus, Leo in sermone de

natiuit. Apostol. Petri & Pauli. Idem docet in epist. ad Damasum Episcopū Antiochenum. Non descendo ad inferiores, ne prolixior sim. Quis ergo se, nisi sponte desipiat, aut sponte infanariat, tanto veterū Doctorem torrenti opponat, vel tātō Pontificū cōsensui? Hæc etiam fides rationibus confirmatur, quarum prima est: quia eum Petrus viginti quinque annis vt pastor Romæ præsedisse dicatur, & precibus suis Simonem volantem præcipitasse; vel verum est, vel falsum. Si verū, cur impudenter negant veritatem? Si falsum, quomodo omnes qui eo tēpore floruerunt auctores, tam apertū mendacium contra omnem veritatem, & sensum docere potuerūt? aut quomodo aliquis eius temporis hæc historiā falsitatis non conuiciū? erant enim eo tempore plures Fidei nascentis aduersarij. Secundo: si duo exploratores Iosue, & Caleb veram historiam terræ Chanaan narrātes, præualuerūt contra decem exploratores falsa docētēs, & populum ferè innumerabilem ad eorum sententiam propensum, qui constabat ex sexcentis millibus peditum: quanto magis sententiæ patrum, & toti Ecclesiæ hoc testanti standum est, quā tribus apostatis ignorantibus, & malitiosis? Tertia: si Petrus nō venit Romam, vbi iacet eius corpus? Certè non potest dici euauisisse, quia constat de aliorum Apostolorum corporibus vbi conuersati, & mortui sunt, & vbi corpora eorum iacent: vt Alexandrina Ecclesia iactat Marcum, Ierosolymitana Iacobū, Antiochena Euodiu, & Ignatium: ergo etiā Roma ostendere deberet caput suū. Quarta: si Petrus non fuit Romæ, & Cathedrā nō tenuit, quomodo ergo Cathedrā S. Petri 18. Ianuarij celebrat Ecclesia Romana? & quomodo in Martyrol. anti-quo dies eius anniuersarius est Romæ cathedræ? nunquid falsum, & com-mentitiū festum celebrat Ecclesia? Ecclesia enim celebrat 22. Febr. festum cathedræ Antiochenæ: sicut ergo illud festum arguit, Petrum Antiochiē docuisse, & cathedrā tenuisse; ita festū Romæ Cathedræ, Petrum ostendit Romæ fuisse, & Cathedram tenuisse.

Eusebius.  
 Melchisedes  
 Damasus.  
 Leo serm. 1. in natiuitate.  
 Pet. & Pauli ante medium.  
 Rationibus & quidē firmitas eadē veritas comprobatur.  
 Ratio prima.  
 Secundū.  
 Numer. 13.  
 Exod. 12.  
 Tertiaratio, vt etiam illa quæ sequuntur, ab incōmodis.  
 Quarta.



Annorū 25. quibus Petrus Romæ præfuit, ratio vbi constat. *Supputatio prima. Euseb. to. 1.*

*Hieron. loco præscripto.*

*Iustin. martyr tom. 1. Iren. lib. 1. cap. 20.*

*Philo part. 2. circa fin.*

*Iose. lib. 18. Antiq. c. 10.*

*Hieron. t. 1. Euseb. lib. 2. cap. 16.*

*Hic sententia quæ in fine difficultates.*

*Astor. 12. Quo anno Petrus fuerit in vincula coniectus.*

*Euseb. ibid. cap. 25.*

fitum, quo videlicet tempore contigerit hæc Petri in urbem profectio, ita ut inueniantur hi viginti quinque anni moræ tractæ in urbe. Nam etsi omnes in hoc conueniant, accidisse Claudij principatu, tamen quidam tradunt in ipsis eius initijs, ut Eusebius docet lib. 2. Eccles. Hist. cap. 14. & apertius in Chronico, in cuius secundo anno hunc Petri aduentum in urbem collocat, sicut etiam Hieronymus, & permulti alij, qui hos secuti sunt. Quod etiam comprobatur aduentus Simonis Magi, qui sub Claudio animos Romanorū suis magicis artibus demeruerat, & apud eos aras, & statuas obtinuerat, ut testes sunt Iustinus in Apologetico ad Antoninum, & Iren. lib. aduersus Valentinianos. Idem quoque colligitur ex congressu Philonis, cum Petro Romæ. Nam bis ille Legatus destinatus Romam fuerat nomine Alexandrinorum, & prius ad Caium Caligulam, cuius ipse meminit in libello de legatione ad Caium, & Iosephus in Antiquitatibus: posterius ad Claudium, sub quo ad Senatum habuit actionem in Caium Caligulam, de qua scribit Hieronymus de Script. Ecclesiasticis, & Eusebius lib. Eccles. historiz, in qua familiariter Philo locutus est cum B. Petro, ob quam causam Ecclesiam B. Marci discipuli B. Petri apud Alexandrinos laudibus ornauit. Sed hæc sententia nonnulla habet incommoda. Primum est, quia si secundo Claudij anno Romam peruenit, quomodo potuit eiusdem Claudij anno tertio sub initium in Ierosolymitanū carcerem ab Herode conijci. Nam illo anno carcerem illum accidisse, testatur historiis omnes: nam accidit anno septimo Agrippæ Herodis, post quem defunctus est, & anno tertio Claudij. Opus ergo fuit illū venisse Romam, & subito regressum. Deinde annus ille duodecimus (quo cum Iudeis versari debuerit Apostoli, Tharsez martyris apud Eusebium, & Bedæ in Actor. 13. & Martyrologij Romani autoritate confirmatus) nondum eo tempore transierat. Et si enim intra illud tempus aliquæ Discipulorum excursions extra Iudæam propter Iu-

dæos tolerari possint, imò & sedes Antiochena ob eandem causam: iter tamen in urbem, quod potius erat ob innumeros Romanos piscandos, quàm ob paucos Iudæos, alienum ab illo Domini præcepto videtur. Quod si forte obijcias ex libro primo Recognitionum Clementis, Barnabam secundo anno à Christi assumptione tempore Tiberij Cæsaris in urbem Romam venisse, & ibi primum prædicasse, & Clementem ad Fidem traduxisse: ita ut paulo post discessum eius in Syriam nauigauerit, & Barnabam, ac Petrum Cæsareæ Palæstinæ inuenerit, & in eius comitatu ductum Antiochiam: in cuius itineris historia, & congressibus Petri cum Simone Mago, & prædicationibus, decem illos libros Recognitionis conscripserit Clemens. Dicendum est, si historia illa vera, & certâ est; ut quidam volunt, hoc nihil præcepto Christi Apostolis dato de manendo per duodecim annos in Iudæa, obstitisse, quia illud alijs Christi discipulis ab Apostolis non fuit datum; & ideo poterant ad Gentes diuertere. Quemadmodum Paulus, qui ex numero duodecim nondum erat, ubi conuersus fuit Damasci, profectus est in Arabiam, in qua per trienniū prædicationi non solum Iudæorum, sed & Gentium vacauit, ut est probabile.

Quidam tamen sunt, qui illam Clementis de Barnaba historiam in dubiū vocant: Primum, quod eius rei Euseb. lib. 2. cap. 14. & in Chronico, & Oros. lib. 7. & Hieronymus libr. de Script. Eccles. non meminerunt, & primatū prædicationis Euangelicæ in Urbe Petro tribuunt, licet Dorotheus in Synopsi tribuat Barnabæ; quæ facit Episcopū Mediolanensem. Secundo, quia ut quidam verisimilius loquuntur, præceptum Domini Apostolis datum, etiam ad discipulos extensum fuisse credendum est. Quid refert, siue per se, siue per alium nostro nomine quicumque fiat? At Apostolorum erat, & maxime summi Pastoris, prædicatores mittere, ut Apostoli miserunt Petrum, & Ioannem, & Iudam, & Silam Antiochiā, & Paulus in Arabia non Gentibus fortassis, sed Iudæis inter eos dispersis, qui multi

Clem. Rom.

Galat. 1.

Clementis Romani de Barnabæ post biennium à Christi ascensione, in Urbe aduentu ad prædicandū, historia quibus de causis in dubium reuocatur. *Euseb. to. 1. Orosius. Hieron. t. 1. Dorotheus Episcopus. Secunda ratio*

erant,

Tertia ratio.

erant, quia vicini, & de quibus mentio fit Act. 2. euangelizauit. Tertio quod plus vrget, ordo, & series eorum, quæ de Barnaba in Actis Apostolorum narrantur, tam longam peregrinationem non commodè patitur. Nam ille Act. 4. conuertitur ad Christum, & pretium agri venditi posuit ad pedes Apostolorum. Et anno Domini primo erat Damasci, vel Ierosolymæ, vel saltem post triennium à reditu suo ex Arabia. Et cum nondum omnibus innotuisset Pauli conuersio, Barnabas apprehensum Paulum duxit ad Apostolos Act. 9. neque multo post Barnabas ab Apostolis Antiochiam ad eos confirmandos, qui Christianam religionem susceperant, missus est, autoribus quibusdam Cyprijs, & Cyrenensibus, qui dispersi fuerant in tribulatione facta sub Stephano, cuius cædem constat primo Domini anno contigisse, oportet ut non longè ab ea consecuta sit Antiochenum conuersio, cuius conseruator, & amplificator mittitur Barnabas, ibique diu moratur cum magno Christianorum prouentu. Deinde rectè profectus Tarsum, Saulum Antiochiam perducit: & cum eo simul per annum ibidem prædicans, moratur, & in illis diebus descendit Ierosolymis Agabus Antiochiā ubi famem prædixit, quæ sub Claudio fuit. Ex qua factorum serie nullus apparet locus, in quo tam longam peregrinationem Barnabas in Italiam suscipere potuerit. Adde quod ibidem narrat Clemens: Vix Barnabas Romam peruenerat, & meditabatur reditum Ierosolymam, festi religionis sui celebrandi gratia, id est, ut arbitror, Paschalis, quod adhuc Apostoli studio quodam cum honore sepeliendi Synagogam obseruabant. Scio Simeonem Metaphrastem, & Dorotheum hoc priuilegium concedere Barnabæ, ut primus Apostolorum in urbe Roma prædicauerit, postquam venit Antiochiā missus ab Apostolis consolandi, & confirmandi eos causa: unde in varias vrbes discessit ad prædicandum, etiam in urbem Romam, & postea redijt Ierosolymam, & Antiochiam, & tunc Paulum vocauit ex

Astor. 8.

Stephanus quando à Iudeis lapidatus.

Supra 7.

Infra 11.

Quarta ratio Clem. Rom.

Simeon Metaph. Dorotheus Episcopus in Synopsi.

Tarso. Lego quidem hoc, sed an satis cum his, quæ narrantur in Actibus Apostolorum cohæreant, ambigo. Videtur enim illa peregrinatio in urbem ad tam breue tempus, & sine magno fructu, & intra duodecim primos annos fingi, præsertim cum huius historiz nullus grauis autor meminerit. Quod verò quidam pro Barnaba legendum putent Barfabam (qui Act. 1. cum Matthia dignus est iudicatus loco, & Apostolatu Iudæ) suas etiam patitur difficultates, & omnes historici Barnabam, non Barfabam legunt, & in eo etiam locum habebat præceptum moræ in Iudæa instruendæ per duodecim annos. Hic Barfabas à Dorotheo in Synopsi ponitur Episcopus Eleutheropolis, & ab Hippolyto Episcopus Heracleæ, & nullus fide dignus historicus quicumque de eius in urbem aduentu scripsit.

Sed redeamus ad propositum scopum probandum. Si Claudij secundo anno Romam Petrus peruenit, non iam 25. annis Romæ sedisset, sed propè 27. nam si simul iungas 13. annos principatus Claudij, & 14. Neronis, quos illi Hieronymus tribuit, essent 27. nec si sic quidem ad viuum annos refecet, ratio temporum constabit. Nam Claudius 13. annos, & menses propè nouem regnauit, quibus si addes 14. Neronis, efficies summam 27. & nouem mensium, ex quibus si detrahas primum annum Claudij (nam secundo Romam profectus dicitur) & circiter tres menses, quibus D. Petri martyriū finem 14. anni Neronis antecessit, reliqui fient Romano Pontificatui B. Petri anni 26. & circiter sex menses.

Ut igitur hos scopulos, & difficultates superare possimus, consultum erit, Romanæ profectiois, & cathedræ Petri tempori vnum aut alterum mensem post liberationem ab Herodiano carcere in Ierusalem tribuere: qui cum contigerit diebus Azymorū, hoc est, ad finem Martij, qui erat propè mensis secundus anni quarti Claudij (qui cepit regnare 25. Ianuarij) multi eiusdem quarti anni menses supererunt post carcerem, hoc est, decem: quibus si addas plusquam octo menses,

Barnabas ille, an Barfabas fuerit secundum alios.

Dorotheus.

Hippolyt. li. de 70. Disc.

Hieron. loco in dicto. Claudius quam diu imperauit.

Alteram supputatio.



Euseb. to. 2.  
Hieron. su-  
pradieto  
loco.  
Damasus  
Papa.

Abbas Re-  
gino.  
Ioannes  
Naucerus.

Onuphrius  
Panuinius.  
Act. 11.  
Oros. lib. 7.  
cap. 6.  
Fames ab A-  
gabo prædi-  
cta, quo an-  
no imperij  
Claudij con-  
tigerit.

Quam com-  
moda hæc  
posterior sup-  
putadi ratio  
sit.

ad quos ex 14. Neronis anno perue-  
nit, & nouem menses, quibus Clau-  
dius regnavit supra 13. annos, effi-  
cies prope 25. quibus Petrus secundū  
omnes historicos, id est, Eusebium in  
Chronico, Hieronymum libro De  
Scriptoribus Ecclesiasticis, & Dama-  
sum in vita Petri, Romæ sedisse tra-  
ditur. Qui non sunt ita præcisè intel-  
ligendi, ut numerus paruo aliquo ex-  
cessu, vel defectu non possit per figu-  
ram Synecdoches constare. Atque  
hanc numerandi rationem sequuntur  
ex antiquioribus Abbas Regino ante  
septuaginta annos in suo Chronico,  
& Ioannes Naucerus, qui in secundo  
volumine Generatione secunda scri-  
bit: Anno Domini nostri Iesu Chri-  
sti 46. Claudij verò anno 4. Petrum  
Romam venisse, ferè omnes Sancto-  
rum temporum scriptores testantur.  
Adiunge autorem Catalogi Sancto-  
rum qui in festo Cathedræ sancti Petri Ro-  
manæ, scribit, Petrum Romæ sedem  
tenuisse anno Claudij quarto, & die  
18. Ianuarij quo die creditur Romæ  
ingressum primum fecisse, ut testis  
est Onufrius Panuinius. Adde quòd  
Agabus Propheta famem ingentem  
futuram tempore Claudij prædixit:  
at illa, teste Orosio, & Eusebio in  
Chronico suo, & alijs, contigit anno  
quarto Claudij: idè rectè anno præ-  
cedenti prædicta fuit per Agabum, ut  
scribitur Act. 11. Adde, quòd iratus  
erat Herodes Agrippa Tyrijs, & Si-  
donijs, & idè negabat illis frumenti  
extractionem, & persuaso Blaſto, qui  
erat super cubiculum Regis, postula-  
bant pacem, eò quòd alerètur regio-  
nes eorum ab illo, ut Lucas Act. 12.  
tradit: quia fortè tempore imminētis  
mortis cœperat iā inualeſcere fames  
prædicta. Et ita sibi omnia constant.  
Adhæc tali annorum ratione posita,  
tolluntur omnia incommoda prædi-  
cta. Nam neque carcer Herodis festi-  
nantem in Italiam retrahit Petrum,  
neque ex Italia Romæ agentem in Iu-  
dæa incredibili velocitate transmit-  
tit, neque ipsum remoratur præceptū  
duodecim annorum manendi in Iu-  
dæa; quia in tertium Claudij annum  
desierant: neque postremò Romanæ

Cathedræ plus, minusve tēporis da-  
tur quàm oportet. Verum est tamen,  
vnum Simeonem Metaphrasten tar-  
dius Petrum Romam aduentasse, tra-  
dere: sed cum ille singularis existat,  
& tantum dicat, & non probet quæ  
tradit, plus videtur alijs, qui diligen-  
tius tempora supputarunt, quàm ipsi  
tribuendum.

Fuit autem causa in urbē veniendi:  
& ut subtraheret se ab ira Regis He-  
rodus, vel filiorū eius; & ut conatus,  
& technas Simonis Magi dissiparet,  
ut tradunt Eusebius, Egesippus, Am-  
brosius, Augustinus, & Maximus; &  
quòd habuit reuelationem ut in urbē  
veniret, ut testatur Metaphrastes: &  
denique quia tempus iam erat, hoc  
est, duodecim annorum expletum, ut  
deserta Iudæa, Apostoli ad Gentibus  
Euangelizandum proficiscerentur, &  
peculiariter Petro Italia obrigerat.

Alia dubitatio oritur hoc loco,  
quando videlicet Simon Petrus cum  
Simone Mago conflixerit: quia etsi  
hoc non multum referat scire, quod  
ad Fidem nostram attinet, aliquid ta-  
men lucis, & adiumenti confert ad  
maiorē historiæ cognitionem: præ-  
sertim cum Patres valde in hoc dissen-  
tiant. Nam alij hanc congressionem  
narrant sub Nerone Magorum Prin-  
cipe, & protectore, sed peculiari Si-  
monis Magi amico; ob cuius interitū  
tradunt plerique ira inflammatum,  
Apostolos mortis eius autores de me-  
dio sustulisse. Hoc in primis fusiori  
sermone docet Egesippus libro 3. de  
Excidio Ierosolymitano, & qui eum  
sunt secuti, ut Cyrillus Ierosolymita-  
nus, dicens: Et ita seduxerat ciuitatē  
Romanam (scilicet Simon Magus) ut  
Claudius illi statuam erexerit, cum  
ea inscriptione in lingua Romana:

*SIMONI DEO SANCTO.* Di-  
latato autem errore, par amicorum  
bonorum illam calamitatē correxit,  
Petrus, & Paulus, cum essent præfides  
Ecclesiæ, & ostentantem se istum Si-  
monem statim extinxit. Cum enim  
prædicaret Simon in cœlos sese af-  
censurum, & vehiculo dæmonum in  
aërem esset sublatus, flexis genibus  
serui Dei, & concordiam ostendētes,

Euseb. supra  
dicto loco.

Petrus cur  
Romam ve-  
nerit.

Simeon Me-  
taphrastes.  
Euseb. Ege-  
sipp. Ambr.  
August. S.  
Maxim. lo-  
cis præscri-  
ptis.

Quo tēpore  
Petrus cum  
Simone Ma-  
go congressū  
habuerit.

Prima opi-  
nio.

Simon Magus  
Neroni quā  
carius.  
Egesippus.  
Cyril. Ieros.  
Catech. 16.  
paullò ante  
medium.

de qua dixit Iesus: *Quod si duo ex vobis  
conserint, de quacunque re, quam pe-  
tuerint, fiet ipsis: concordia hoc telum per  
orationem emittentes in Magū, deiecerūt  
illum in terram.* Hæc ille, etsi Neronis  
expressam mentionem nō faciat. Si  
verò nunquam Paulus Romā ve-  
nit, nisi anno secundo Neronis, opus  
est statuere, illū congressum Apoſto-  
lorum cum Simone Mago, fuisse sub  
finem principatus Neronis. Atque  
huic sententiæ subscribit Damasus  
in vita B. Petri, dicens: *Hic (scilicet  
Petrus) cum Simone mago multas dispu-  
tationes habuit tam coram Nerone, quam  
coram populo: & quos B. Petrus ad fidem  
Christi aggregabat, ille per magias, &  
deceptiones segregabat.* Extat præterea  
sermo primus in Apostolorum solē-  
nitate B. Maximi, qui prorsus idē est  
cum sermone 3. Augustini in eodem  
Festo, & cum 66. sermone B. Ambro-  
sij, ut nescias cui ex illis tribus sit tri-  
buendus, in quo martyrij Apostolo-  
rum causa refertur ad Neronem de-  
plorantem amici Simonis magi ca-  
sum. Idem quoque tradit Nicephorus  
Callistus libro 2. cap. 35. Extat &  
Dionysij Areopagitæ de obitu Pauli  
ad Timotheum epistola, ubi de mar-  
tyrio Apostolorum loquitur, & cō-  
gressū illo cū Simone Mago sub Ne-  
rone, quam Ioannes Trithemius cō-  
mendat, & Iacobus à Voragine in vi-  
ta Petri. Sed illa certè, ut conficta, &  
apocrypha, ab omnibus reiicitur. Et  
cū Suidas vetus, & bonus autor om-  
nes eius epistolas percontat, huius  
ne mentionem quidem ullam fecit.  
Quemadmodum Egesippi historia,  
quæ circumfertur, à multis viris do-  
ctis reprobat, tanquam tanto viro  
indigna; & quia his, quæ Hierony-  
mus tradit in lib. de Scrip. Ecclesia-  
sticis, illum Patrem scripsisse, parum  
respondet.

Altera sententia ergo est aliorum  
Patrū, qui docent eiusmodi Petri A-  
postoli congressum Romæ sub Clau-  
dij principatu, non sub Nerone con-  
tigisse: idque his euincunt rationib⁹.  
Prima, quia cum Petrus à Cæsarea, &  
Antiochia, & alijs Syriæ ciuitatibus  
Simonem Magum fugasset, & ille

(sponte se in Urbem Romam recepisset,  
quo tutus esset, vel eò iussu Impe-  
ratoris adductus fuisset, ut alij tra-  
dunt, ibiq; magicis suis artibus mul-  
tos perdidisset, & à veritatis via ab-  
alienasset, & statuam inter duos pon-  
tes à Claudio obtinuisset, & ut Deus  
haberetur, confestim Petrus ad eius  
insidias, & errores detegendos, & co-  
natus perfringendos, sub initio im-  
perij Claudij missus à Deo traditur.  
Cum autē ab initio principatus Clau-  
dij ad finem imperij Neronis fluxe-  
rint. 28. anni, non est verisimile Si-  
monem Petrum tot annos Romæ e-  
gisse. Vnde Eusebius reprehensionem  
eius doctrinæ, & mortem ad tempo-  
ra Claudij referre videtur; & infra  
non refert, Neronem ob casum Simo-  
nis seuiſse in Apostolos, sed quia a-  
pertum se hostem diuinitatis profes-  
sus erat: secus patres antiquos, hoc  
est, Irenæum martyrem, & antiquis-  
simum patrem, & Iustinum martyre,  
paulò antiquiorem, in oratione ad  
Antoninū Pium pro Christianis: qui  
duo tradunt, Simonem tempore Clau-  
dij Romam venisse, & ab eo statua  
inter duos pontes cum inscriptione,  
*Simoni Deo sancto*, honoratum fuisse.  
Et cōfirmatur hæc autoritate Simeo-  
nis Metaphrastis, qui in Commenta-  
rio suo sæpè citato sub finem ita scri-  
bit: *Gaius verò quidam vir Ecclesiasti-  
cus, & Zephyrinus Romanus Episcopus,  
& Dionysius Episcopus Corinthius scri-  
bunt, vno tempore & Petrum, & Paulum  
simul subiſse martyrium, tertio decimo  
anno imperij Neronis. Dicunt enim Nero-  
nem eo tempore fuisse motum aduersus  
Christianos, propter eius feminas, quæ in  
Dominum crediderant, & pudicè, castèq;  
viuere statuerant: nec cum eo congredi  
deinceps, non autem propter Simonem Ma-  
gum. Et infra: Princeps ergo, & diuini  
(ut prius diximus) Apostoli decimoter-  
tio anno Neronis consummantur. Exce-  
rã autem Simonem circa medium an-  
norum Claudij aiunt, mortem subiſse te-  
rribilissimam. Hæc ille. Ex quibus liqui-  
dum redditur, testimonij Nicephori  
Callisti, & aliorum deferendum esse:  
maximè verò, quia Nicephorus affir-  
mat, Nerone imperante, Simonem*

Simon Ma-  
gus diuinos  
honores ab  
eodem obri-  
nuit infelix,  
ille.

Euseb. li. 2.  
Eccles. Hist.  
c. 14. & 15.

Cap. 25.

Iren. lib. 1.  
cap. 20. sub  
initium.  
Iustin. Mar-  
tyr. tom. 1.

Sim. Meta-  
phrast. apud  
Lippoman.  
par. 1. am-  
dio.

Magi Simo-  
nis interitus  
quando con-  
tigerit.

Niceph. lib.  
2. cap. 27.



Euseb. li. 5. Eccles. Hist. ca. 10. to. 1.

erat eorum munus. Vnde Eusebius de Panteno verba faciens, ita explicat: *Frant enim adhuc in illis temporibus Evangelista nonnulli, qui ad imitationem sanctorum Apostolorum in diuersis orbis partibus oberrantes, per gratiam Dei, & animi sui virtutem, verbum Dei, & fidem Christi ignorantibus quibusque gentibus inferebant.* Sic ille. Recepto igitur hoc multiplici Petri in Urbem accessu, & recessu, omnia quae de ipso traduntur, recte sibi constant.

Viginti quinque quibus Petr. Romae sedis annorum suppuratione exactior, ac diligentior.

Euseb. to. 2. Epiphani. de ponder. & mensur. Eutrop. Beda de temporu ratione, cap. 25. in fine, tomo. 2. circa med.

Tiberius, Caligula, Claudius, & Nero quot annis regnauerint, secundum Historicos.

Quo vero adhuc magis ad viuum reseceatur haec Petri in Vrbe per. 25. annos cathedra, sic cogitabis. Cum enim Christi salutaris mors in. 18. annum Tiberij inciderit, vt testantur plerique veterum, nimirum Eusebius in Chron. Epiphanius, Eutropius, & Beda de temporum ratione, duplex constitui potest ratio supputandi annos, qui elapsi sunt a. 18. anno Tiberij, id est, a morte Christi, ad B. Petri martyrium, quod contigit 14. anno Neronis. 29. die Iunij, vna quidem ratio communis est, & expedita, quae omnes annos, quos Imperatores siue trasegerunt, siue attigerunt, numerat integros, vt minutis paruis omissis numerus rotundetur. Altera vero implicata longe, sed accuratior, quae annos integre a Caesaribus peractos, perfectos accipit, inchoatos vero, siue dimidiatos per menses, & dies numerat. & vtriusque habeda est ratio computationis propter aduersarios. Communis ergo, & expedita ratio sic habet: Tiberius imperauit annis. 23. autoribus Suetonio, Tacito, Orosio, Epiphanio, & Beda. Caligula annis quatuor, vt tradunt Tacitus, Sex. Aurelius Victor: quibus duos menses adimunt Suetonius, Eutropius, & Beda, & quidam apud Clementem lib. 1. Stromatum. Claudius annis. 14. apud Suetonium, Tacitum, Aurelium, Clementem Alexandrinum, Orosium, Eutropium. Nero. 14. Suetonio, Tacito, Clemente, & Eutropio testibus. Si ergo quinque annos Tiberij, qui a 18. eiusdem, hoc est, a morte Domini, qui reliqui sunt ad. 23. eiusdem, iungas cum quatuor Caij. 14. Claudij, & totidem Neronis, efficiet summam. 37. annorum,

& tot annos numerat Hieronymus de Scrip. Ecclesiast. a Domini caede ad martyriu Petri & Pauli. Sed quia Damasus in Pontificali ijs annis adiecit. 18. Tiberij, quo Domini mors accidit. 38. annos collegit a Domini morte ad Petri finem, & vterque recte supputat iuxta communem, & rotundam supputandi viam, non solum humanis, sed & diuinis literis familiarem, & frequentem: nisi forte hanc variam computandi rationem referamus ad diuersitatem annorum, quibus Caesares imperarunt, praesertim Claudius, & Nero. Neroni enim tribuit Eusebius. 13. annos lib. 3. cap. 5. totidem vero cum duobus mensibus minus duobus diebus Claudio tribuit Epiphanius lib. de mensuris, & ponderibus. Alterum horum si secutus est Hieronymus, consequens erat, vt inter Christi & Petri caedem. 37. anni intercederent. Sed Damasi computatio probabilior videtur, quia quater denos annos Claudio & Neroni dederunt scriptores plures, & meliores. Et haec de prima via supputandi.

Altera vero est molestior. Sed vt illa melius capiatur, Consulatum inire solebant Romani Consules Kalendis Ianuarijs, vt docet Florus in Epitome. 47. & in Chronico Cassiodorus: quare non semper erat idem anni initium Caesaribus, & Consulibus, quia plerumque vnus Imperatoris exitus, & initium alterius in eisdem Consulibus incidebant. Nam Cofs. Sextis Pompeio, & Apuleio. 17. Kalend. Septembris excessit Augustus apud Suetonium in vita eius, cap. 100. reliquis eiusdem Consulatus Tiberius expleuit a die. 16. Augusti ad. 1. Ianuarij, donec alij Consules suffeati sunt: quare primu sui imperij annum Tiberius non a Kalendis Ianuarijs inchoauit, sed a. 16. Augusti, & in eudem singuli sui principatus anni desinunt. Quare si per Consules computatio sumatur, intermedios cuiusque Caesaris annos integris Consulatus metiri possumus: primu vero, & nouissimu dimidijs ferere raro integris: ita tamen, vt ex parte Consulatus sub primo cuiusque Imperatoris anno, & ex altera parte

Hier. to. 1.

Damasus Papa.

Euseb.

Epiphani.

Romani Consules quando inire solebant Consulatu. Florus. Cassiodor.

Sueton.

Imperij Tiberij ratio.

Con-

Consulatus vltimi sub eodem Caesare conficiamus annum integrum, aut menses aliquot. Idcirco Tiberius 22. Consulatus integros habuit, ac per hoc tot integros annos: at. 23. annus eius constandus est ex fine Consulatus, a quo ipse imperare coepit, & ab initio Consulatus nouissimi, ad quem peruenit. Decessit autem tertio mense nouissimi Consulatus, nempe. 17. Kal. Aprilis Cofs. C. Pontio Nigro, & Cn. Aecronio Proculo, vt Suetonius, & Tacitus testantur. A Kalendis vero Ianuarijs, quibus hic vltimus annus incepit, ad 17. Kalendas Aprilis sunt duo menses, & dimidius: quos si iungas cum quatuor mensibus & dimidio a Tiberio expletos post obitum Augusti, nempe a. 16. die Augusti ad Kalendas Ianuarias, fient menses septem, qui cum viginti duobus integris Consulatus, annisque intermedijs incidunt, totum Tiberij principatum absolues vigintiduos annis, & mensibus septem. Ideo Tacitus de Tiberio scribit, *Rei Romanae arbitrium tribus ferere, & viginti annis obtinuit.* Et Suetonius ait: *Obijt anno tertio & vigesimo Imperij.* non dixit: Expletis viginti tribus annis. Iosephus autem superius in libro de Antiq. Annis vigintiduos, mensibus sex. Nec longe iaculatus est Tertullianus lib. aduersus Iudeos: *Annis viginti duobus, mensibus septem, diebus viginti.* Qui omnes graues autores non expleunt vigesimum tertium annum Tiberij. Ex quibus liquidum redditur, Tiberium Christo fuisse superstitem, nempe annis quatuor, mensibus vndecim cum dimidio. Et ratio est in proptu: quia cum Domini mors circa initium Aprilis euenerit, decimo octauo anno Tiberij, Cofs. Cestio, & Seruilio, horum Consulatus tres menses tantum consumpsit. 18. autem Tyberij menses septem, & dimidium. Nam cum primus Tiberij annus 16. siue potius. 17. Augusti inciderit, in eundem desinere debent singuli eiusdem anni: quare. 18. annus. 17. die Augusti inchoatus, finiendus erat sequente Augusto. At vero a. 17. die Augusti ad initium Aprilis, quo mortuus est Dominus,

Sueton. in Tyberio, capite. 23. Tacitus libro. 5.

Cornel. Tacitus. Sueton.

Ioseph. lib. 18. cap. 14. Antiq. Tertul. cap. de pas. Christi, & vastatione Ierusalem sub finem.

menses sunt septem & dimidius. Quare decessit Dominus anno Tiberij 17. completo mense septimo ac dimidio ad liquidum, a quo tempore ad annos viginti duos, menses septem, quibus totus Tiberij principatus absoluitur, reliqui tamen sunt anni quatuor, menses vndecim cum dimidio, quibus mors Domini obitum Tiberij antecessit.

Caligula vero tres intermedios Consulatus exegit, duos vero extremos dimidiavit: initium regnandi fecit post obitum Tiberij. 17. die Martij, ante quem proximo Tiberius decesserat: quare huius Consulatus sub Cofs. Proculo & Nigro duos menses cum dimidio consumpsit Tiberius: reliquos vero nouem menses cum dimidio Caligula perfecit. His adde tres integros Consulatus, adde & sequentis initium: mortuus enim. 9. Kalend. Februarij apud Suetonium, cap. 57. & ita huius postremi Consulatus 24. dies tantum attingit, quos si iungas cum tribus annis integris, & mensibus nouem cum dimidio, fiet omne Caligulae imperantis tempus ad liquidum anni tres, menses decem, dies octo: quod tempus ad verbum tribuunt Caligulae Suetonius cap. 59. & quidam apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Strom. & Eutropius: ad quod accedens Tacitus in Dialogo, Caligulae tribuit propere quadriennum, Orosius quatuor annos non plenos, Eusebius in Chronico annos tres, menses decem. Sunt ergo a Domini caede ad interitum Caligulae anni octo, menses nouem, dies vigintitres.

Sequitur Claudius, sub quo. 12. Consulatus euoluti sunt, & ante hos imperauerat mensibus vndecim, diebus septem, quia mortuo Caligula. 9. Kalend. Februarij suscepit imperiu Claudius 25. Ianuarij, a quo ad sequentem Consulatum sunt elapsi menses nouem, dies septem, expletis. 12. integris Consulatus. 13. etiam inchoauit per menses nouem, dies tredecim. Excessit enim Cofs. Asinio Marcello, & Acciolo. 3. idus Octobris, testibus Suetonio in eius vita, & Tacito: qui omnes anni

Caligulae imperantis tempus.

Sueton.

Idem.

Eutrop. Tacitus. Oros. li. 11. cap. 5. Euseb.

Claudij imperij suppuratione.

Sueton in Claudio, capite. 45.

in vnum

in vnu collecti, efficiunt tredecim annos, menses octo, dies viginti, a qua summa non longe absunt quidam apud Clementem, qui tribuunt Claudio annos tredecim, menses octo, dies viginti octo; at Orosius quatuordecim non plenos. Suetonius scribit eum mortuum anno decimoquarto, signans annum nondum expletum. Eusebius vero Claudio ascribit annos tredecim, menses octo, & Iosephus libro de Bello Iudaico: *Administravit, inquit, imperium Claudius annis tredecim, mensibus octo, diebus triginta.* A Christi vero cruce ad obitum Claudij fluxerunt anni. 22. menses sex, dies duodecim.

Reliquus est Nero, qui imperandi initium fecit post obitum Claudij, nempe. 14. Octob. ad quem eundem diem terminari oportet eius. 14. annum. Ad diem illum non pervenit Petrus, mortuus est enim decimoquarto Neronis anno, 29. Iunij, qui festus illi dicatur ab Ecclesia dies. Quare ex decimoquarto anno Neronis accepit tantum octo menses, dies. 17. qui ab Octobr. 14. die fluxerunt ad 29. Iunij. Vixit igitur sub Nerone Petrus annis tredecim, mensibus octo, dies quatuordecim, qui adiuncti annis Tiberij, Caij, & Claudij, fiunt anni. 36. menses tres, vno vel altero die minus, qui inter Crucem Domini, & caedem Petri fluxerunt, si ad liquidum tempora metiamur. Idcirco Recte Hieronymus caedem Petri & Pauli. 37. anno Domini ponit, nempe inchoato, si ita ipse rem intellexit: si vero communem, & expeditam numerandi rationem est secutus, erit. 36. annus Domini ferè peractus. Idque ex sententia fortè Hieronymi, vel rectius cum Damaso. 38. No-uum verò est, & falsum, quod Beda in caput. 15. Actuum Apostolorum, & Thomas in caput secundum ad Galatas docent, Petrum anno quadragesimo exacto à Christi passione Romæ crucifixum; quod contrarium est Patrum traditioni. Et hætenus nobis dictum de præcisa, & constanti ratione temporum, vt explicaremus viginti quinque illos annos, qui-

bus Beatus Petrus Romanæ Cathedralæ præfuit.

Quarto loco, verisimile est; primarios Apostolos Christi, Petrum, & Paulum, cum ex revelatione cognoscerent, mortis tempus sibi imminere, multa & fecisse, & docuisse ad perpetuam rei memoriam, quod Ecclesiæ Dei prospicerent. Nam & Iudæorum excidium sunt vaticinati iam post paucos annos instare, vt Lactantius docet, & Gentes in Christi fidem, & corpus inferendas, & Christianos multa & graua persecutionum genera ab Imperatoribus manere: sed post nonnulla secula tandè persecutores conuertendos ad Christum. Tradidit & multa Clementi, quæ ad ministrorū Ecclesiæ Dei ordinem, & decorum spectabant; de quibus ipse tum in libris Diataxeon, tum in epistola ad Iacobum fratrem Domini, verba facit. Adhuc sicut Romanorum erat excogitare vias, & rationes ad Romanum imperium progandum; ita Apostolorum inter alios principum duorum, scilicet Petri & Pauli, munus fuit ad prorogandam Christi religionem, & imperiū, rationes inire. Idcirco communicatis inuicem consilijs ad administrandas Ecclesias, quæ Christo lucrifecerant, & nouas parandas, multos instantemorte in Episcopos consecraverunt, & in diuersas prouincias ad prædicandum emisserunt. Nam beatus Paulus id solus præstiterat, cum se ad mortem accingeret: *Crestens, inquit, abiit in Galatiam, Titus in Dalmatium, Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum.* Petrus verò cum Paulo multos alios in prouincias Septentrionales, & Occidentales destinauerunt, & præcipue in Hispaniam septem Episcopos miserunt, nempe Torquatam, Indalecium, Euphrasium, Cecilium, Secundum, Ctesiphontem, Hefichium, quorum septem aduentum in Hispaniam, celebrat B. Isidorus in Missali, & Breuiario suo, & Vsuarijs, Beda quoq; in suis Martyrologijs; & Martyrologiū B. Hieronymi

Beatissimi Petri & Pauli proxime martyrio communi, de quibus primū Ecclesiæ Christi prospexerint

Lactan. lib. 4. cap. 25.

Clem. Rom. epist. 1.

Propriam Apostolorum munus, Petri & Pauli potissimum.

2. Tim. 4.

Quinā missi à beatissimis Apostolorū principibus Petro & Paulo ad Euangelium disseminandū fuisse perhibentur in Hispaniam.

B. Isidorus Vsuarius.

Oros. lib. 7. cap. 6. in fine.

Sueton. vbi supra.

Euseb. li. 2. Eccles. Hist. cap. 22. tomo. 2.

Ioseph. li. 2. de Bel. Iud. cap. 11.

Nero quādiu regnauerit.

Petrus sub Nerone quādiu vixerit.

Hier. in loco predicto.

Quo tempore Petrus fuerit crucifixus, secundū Bedā, & Thomā, sed falsò.

Beda to. 5. B. Thom. tomo. 16.

continet ipso die, scilicet Idib. Maij, sanctorum Confessorum Torquati, Ctesiphontis, Secundi, Cecilij, Hefichij, Indalecij, & Euphrasij; qui Romæ à sanctis Apostolis ordinati, ad prædicandum verbum Dei ad Hispanias tunc adhuc Gentili errore implicitas diriguntur. Cumq; diuersis vrbibus euangelizassent, & innumeras multitudines Christi fidei subiugassent, quieuerunt. Sic ibi. Loca autem Hispaniæ ab eisdem lustrata sunt. In primis Torquatus Accij Episcopus, id est, Guadix, apud quam est Ecclesia parochialis eius Sancti; & corpus iacet in Orensi ciuitate prouintiae Gallæciæ. Ctesiphon verò Vergij, id est, Berja prope Almeriam. Secundus, fuit Abulæ, id est, Episcopus Abulensis primus, & ibi corpus eius asseruatur. Cecilius, in Illiberi ciuitate prope Granatam, vbi & templum illi egregium est constructum, quod vsque hodie est parochia. Hefychius, in Carcefa, vel Carthesa, quam alij putant Astorga, alij aliud. Euphrasius, Illiturgi, id est, Andujar, vbi magna est corporis eius veneratio, & eius meminit Eulogius Cordubensis in Apologetico Martyrum. Indalecius, Vrcij Episcopus, id est, Almeriæ, cuius est frequens memoria in regno Aragoniæ: fortassis est alia ciuitas. Et præter hos omnes autores, est Gregorius VII. Pontifex ante quingentos annos, qui libri primi, registri sui (quod habetur in Vaticana Bibliotheca Romæ) episto. 64. ad Adefonsum & Sanctium Reges Hispaniæ, & eorum Episcopos scribens, ait; Cum B. Paulus Apostolus Hispaniam se adiisse significet, ac postea septem Episcopos ab vrbe Roma ad instruendos Hispaniæ populos à Petro, & Paulo Apostolis directos fuisse, qui destructa idololatria, Christianitatem fundauere, religionem plantauere, ordinem, & officium in Diuinis cultibus agendis ostendere, & sanguine suo Ecclesias dedicauere, vestra diligentia non ignoret quātam concordiam cum Romana vrbe Hispania in religione, & ordine Diuini officij habuisset, satis patet. Hæc ille, qui de Pau-

lo tantum meminit, & septem missis Episcopis ex vrbe, qui nec Hispani fuisse dicuntur, nec Iacobi Apostoli, sed Apostolorum Petri, & Pauli discipuli. Denique quod tunc magis vrgebat, prospexit Petrus de successione, qui suum locum teneret, & Romanæ Ecclesiæ cathedram regeret, & administraret. Nā vt moriturus Moy ses sollicitus fuit in Iosue successore designando, & Christus in Petro pastore ouium suarum constituendo: quemadmodum prius in Antiochena Ecclesia Euodius Episcopum reliquerat, post cuius mortem Paulus beatum Ignatium creauerat, vt testis est Clemens in constitutionibus Apostolicis: Ita etiam Romæ moriturus legitimum ordinauit successorē aliquem, qui eius Cathedralæ præesset, si rectè, & vtiliter sui pastoratus munere perfunctus est: quod quidem de tanto Apostolo minimè est dubitandum. Sed quis ille extiterit, Linus, an Clemens, in controuersia est positū, & tenebris propter varios Scriptores oblitum. Est ergo Irenæus, qui huic ordinem ponit, Petrus, Linus, Anacletus, Clemens: quam etiam sententiam sequitur Eusebius in Chronico: & lib Ecclesiasticæ histor. ait: *Vespasiano, decennio principatu ministrato, Titus filius in imperio succedit. Cuius secundo regni anno. Linum duodecim annis in sacerdotio transactis, vrbis Romæ Episcopatum tradidisse Anacleto ferunt. Idem quoque tradit: Fundata igitur, & adificata Ecclesia, beati Apostoli Linus officium Episcopatus iniungunt. Huic succedit Anacletus, post quem tertio loco Episcopatum suscepit Clemens.* Et hanc videtur sequi sententiam B. Hieronymus libro De scriptor. Ecclesiasticis: *Clemens, inquit, quartus post Petrum Romanus Episcopus. Siquidem secundus Linus fuit, & tertius Anacletus (at particula Siquidè vel suspèdit, vel affirmat) tametsi pleriq; Latinorum, secundum post Petrum Apostolum putent fuisse Clemens-tem.* Sic ille. Hanc eandem ordinis rationē amplectitur Nicephorus in sua historia, atque pleriq; alij, qui sequi solent Eusebium, & Irenæum. Adde quod scribit Ignatius epistola ad

Quæ loca Hispaniarum Euangelij gratia illi lustrauerint.

Eulog. Cordub.

Greg. VII.

Petri Apostolorum Principis erga Ecclesiam prouidentia. Num. 27.

Ioan. 21. Tertius à B. Petro Episcopus Antiochenus quibus, & quo ordinatus.

Clem. lib. 8. Constit. Apostol. An Clemens Petro immediate successerit, an antea cum Linus, & Cletus.

Opinio: quæ postea confutatur.

Irena. lib. 3. cap. 3. Euseb. tom. 2.

Idem lib. 3. Eccl. hist. c. 12.

Idem lib. 5. cap. 6.

Hierony. tomo 1.

Niceph. lib. 2. cap. 35.

Ignatius.

Mariam Zarbensem, vel secundum alios, Cassobolitam: *Obuenit itaque mihi dicere, quia verus est sermo, quem audiui de te, cum esses Roma apud B. Papam Anacleum, cui successit beatitudine dignus Clemens, Petri & Pauli auditor.* Sed hæc sententia parum firma redditur, quia vel omittit Cletum, vel confundit cum Anacleto; cum tamē Cletus, & Anacletus sint non tantum nomine, sed etiam patre, & patria, & rebus gestis diuersi, denique tempore, & die mortis distincti. Cletus enim fuit natione Romanus, Æmilianus filius sub Vespasiano creatus, & initio imperij Vespasiani 6. Kalendas Maij occisus. Anacletus verò Græcus, patria Atheniensis, patre Antiocho, nouissimis Domitiani temporibus 3. Idus Iulij interfectus. Adde, quod vtriusque tanquam diuersi Ecclesia diuersum diem festum celebrat. Deinde est & aliud inconueniens, quod Anacletus, qui iudicio omnium fuit immediatus successor Clementis, ponitur antecessor: quod absurdum videtur. Tertio, si Cletus, & Anacletus distincti fuerunt, & tot annis federunt, quot sedisse referuntur post Petri mortem, nulla ratione recte ordo ille statuitur, Lini, Cleti, Clementis, & Anacleti, cum vndecim ad minus anni superfluant, & qui in illos, qui præcedunt, sunt distribuendi. Irenæus ergo licet illis temporibus Pontificum vicinus extiterit: quia tamen aduenas, & Gallus, & ex nominum similitudine falli potuit, & Cletum cum Anacleto confundit, & eos Clementi ut veros Pontifices præposuit, eo quod illos à B. Petro adiutores ordinatos fuisse intellexerat: nõ est tamē in temporum serie contenda certissimus autor, sicut etiam non admodum accuratus fuit in Christi historia describenda: quia Christum 31. ætatis anno, & 15. Tiberij passum affirmat. Item D. Petrum sub Caligula Romam venisse scripsit: quorum vtrumque falsum est. Eusebius secutus Irenæum, non est mirum si aberrauerit. Hieronymus verò eisdem loco ita scripserit, alibi tamen aliter docuit, ut paulo post dicemus.

Cletum, & Anacleum nõ vnum & eundem fuisse, sed duos.

II. argum.

III.

Insignis martyr Irenæus atque doctissimus, in historia tamē quare minus diligens fuisse deprehenditur.

Ad testimonium ex Ignatij epistola ad Mariam Cassobolitam, dicendum est aliter legi in verusto exemplari Bibliothecæ Medicæ Florentinæ, vbi non legitur Anacleto, sed Lino, quod est multo verisimilius. Ita enim habet: *Cum esses Romæ apud Linum, cui nunc successit Clemens. Hæc tibi.* Secunda sententia est Optati Mileuitani lib. 2. in Donatistas, & Augustini epist. 165. qui ex parte sequuntur Irenæum, & Eusebium; statuentes hunc ordinem: Petrus, Linus, Clemens, Anacletus: vbi Cletum cum alijs Pontificem non agnoscunt, quæ ferè ipsè rationibus facile expugnari potest. Tertia sententia est Epiphanius in Hæresim 27 qui post Petrum, & Paulum, quos Romæ primos Episcopos nominat, subiungit Linum, Cletum, Clementem, Euaristum, Alexandrum; vbi ab Irenæo, & Eusebio differt, quod pro Anacleto Cletum habet: ab Optato verò, & Augustino, quod eundem Cletum Clementi præponit. Sic enim ait: *In vrbe Roma fuerunt primi Petrus & Paulus Apostoli ydem, ac Episcopi, deinde Linus, deinde Cletus, deinde Clemens, qui contemporaneus fuit Petri, & Pauli. Huius mentionem facit Paulus in epistola ad Romanos. Et nemo mireretur quod ante ipsam alij Episcopatum assumpserunt, cum sub Apostolis hic fuerit contemporaneus Petri, ac Pauli: nam & illi contemporanei Apostolorum fuerunt; siue igitur adhuc ipsis superstibus à Petro accepit impositionem manuum Episcopatus, & eo recusato remoratus est; dicit enim in vna epistola sua: Secedo, ab eo erigatur populus Dei (hoc enim in quibusdam commentarijs reperimus) siue post Apostolorum successionem à Cleto Episcopo hic constituitur, non ita clarè scimus. Verum tamen etiam hic potuit superstibus adhuc Apostolis, Petro videlicet, ac Paulo, alios Episcopos constituere: propterea quod Apostoli sæpe ad alias terras ablegabantur, propter Christi prædicationem: non potuit autem vrbs Roma sine Episcopo esse. Paulus enim in Hispaniam profectus est, Petrus verò sæpe Pontum, & Bithyniã visitauit. Possibile est autem, postquam discessit, ac recusauit Clemens (si modò sic factum est; rationem enim sic in eo, non*

B. Ignatij locuscorsumptus.

II. opinio. Optatus Mileuit. August. tomo 2.

III opinio. Epiphanius. Euseb.

Philipp. 4. Tribuit Epiphanius Paulus quod Clementis fecerit mentionem in epistola ad Romanos: cum dicendum sit ad Philippen fecerit.

*decerno) postea post obitum Lini, & Cleti, quorum vterque ad duodecim annos Episcopatum tenuit, post sancti Petri, ac Pauli obitum, qui contigit duodecimo anno Neronis, hunc rursus coactum esse ad suscipiendum Episcopatum. Sic ille. Cuius sententiam sequitur Anastasius Bibliothecarius, qui vitas Pontificum vsque ad sua tempora, Pontificali Damasi adiunxit: secutus etiã est Sabellicus, atque alij, qui Clemetem ob modestiam à Petro designatum alijs duobus Lino, & Cleto Papatum renuntiasse tradunt, ne videlicet mali exempli occasio esset talis successio. Et Platina in Clemente ita habet: *Clementem certè constat tanta modestia fuisse, ut coegerit Linum, & Cletum ante se munus Pontificatus obire, ne posteris hæc principatus ambitio perniciosi exempli haberetur: licet eidem Petrus (ut ipse in epistola ad Iacobum Ierosolymitanum Episcopum missa restatur, & hoc ipsum canonizatur in Decretis) quasi ex testamento successiones tradiderit. Sed si hæc vera essent, etsi ab Epiphano, ut dubia referantur, opus esset aut Pontificum tempore contrahere præter historicorum sententiam, aut vnus illorum omninò esset excludendus: quorum vtriusque perinde absurdum esset. Nec est verisimile, Clementem onus à B. Petro impositum recusasse, quod eiusdem rei multa exempla haberet: & quia à Domino Petrus acceperat ut Pontificatum in Clementem conferret; nec erat vlla mali exempli species, cum eo tempore Pontificatus nil aliud esset, quam mera crux, & martyrium. Nullus præterea ex antiquis eius rei præter Epiphaniū mentionem fecit, qui id dubitando refert, & inuentum fuit à nostris, & confirmatum à tempore, quo Cælestinus Papa V. Pontificatus renuntiauit. Similia quoque docet Gabriel Biel in expositione Canonis, lect. 32. & glossa cap. Si Petrus 8. quæst. 1.* In quarta sententia sunt Latini veteres, quos lib. De scriptoribus Ecclesiasticis citat Hieronymus. Qui etsi Clementem statim Petro subiiciant, nõ sunt tamen sequendi. Tum quod ipsi Cletum cum Anacleto confundunt; tum quod Linum post Clementem Episcopum faciunt, qui tamen ante Clemem-*

Anast. Bibliothec.

Sabellicus.

Platina in vitis Pontif.

Clementem (ut dixit Epiphanius, & alij) traditam sibi à Petro Romanam cathedram minime detrectasse.

Pontificatus tempore Petri quid erat tatummodo.

Gabriel Biel. Glossa. III. opinio, quæ etiã impugnatur. Hierony. tomo 1.

tem, imò etiam ante Petrum consummatum fuisse à quibusdam ex Græcis perhibetur. Quinta sententia est Onuphrij, qui post Petrum collocat Clementem, deinde Cletum, deinde Anacleum. Sed hæc constare nõ possunt, quia nullus bonus autor extat, qui Clementi subiecerit Cletum, bene tamen Anacleum; & Anacletus suum proximum præcessorem vocat Clemetem; & quia multi testantur, Linum & Cletum Pontifices Ecclesiæ Romanæ nõ extitisse, sed bene viuente Petro eius adiutores, & Episcopatus, siue Sacerdotij munia, ut ministros exercentes. Sexta & postrema opinio est Tertulliani lib. De præscript. Hæreticorum, qui apertè post Petrum successorum immediatum collocat Clementem, & Hieronymus lib. aduersus Iouinianum: *Clemens, inquit, successor Apostoli Petri, scribit epistolas, omnemque penè sermonem suum de virginitatis puritate contexit. Hic verò Clemens vir Apostolicus, post Petrum Romanam rexerat Ecclesiam.* Idem docet in commentarijs in Esaiam cap. 52. tom. 5. Hæc sententia docet, Clemetem Petro mortuo successisse, & Linum, & Cletum viuente Petro Episcopatum tantum administrasse: quæ sententia & asseritur ab Epiphano superius producto, & à Rufino in præfatione librorum decem De recognitionibus, his verbis: *Quidam enim requirunt, quomodo cum Linus, & Cletus in vrbe Roma ante Clementem hunc fuerint Episcopi, ipse Clemens ad Iacobum scribens, sibi dicat à Petro docendi cathedram traditam? Cuius rei hanc accepimus esse rationem, quod Linus & Cletus fuerunt quidem ante Clementem Episcopi in vrbe Roma, sed superstite Petro, videlicet ut illi Episcopatus curam gererent, ipse verò Apostolatus impleveret officium. Sicut inuenitur etiam apud Cesaream fecisse, vbi cum ipse esset presens, Zachariam tamen à se ordinatum habebat Episcopum. Et hoc modo vtrumque, verum videbitur: ut & illi ante Clementem numerentur Episcopi, & Clemens tamē post obitum Petri docendi suscepit sedem. Et Leo II. qui successit Agathonis, siue Ioannes III. ante mille annos, in epistola Decretali ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ, dicens: Si*

V. opinio. Onuphrij, recens scriptor.

VI. opinio. ac vltima. ceptione dignissima. Tertull. Hierony. tomo 2. lib. 1. aduers. Iouinian. ante med.

Idem tom. 5.

Epiphanius. Rufinus.

Clemens epist. 1.

Leo II. alius Ioann. III. 8. q. 1. c. Si autem Petrus.

autem Petrus Princeps Apostolorum adiutores sibi ascivit Linum, & Cletum; nō tamen potestatem Pontificij, aut ligandi, aut solvendi eis normam tradidit, sed successori suo sancto Clementi, qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem Pontificalem tradente sibi B. Petro, tenere promeruit. Linus vero, & Cletus ministrabant exteriora, Princeps autem Apostolorum Petrus verbo, & orationi instabat. Et infra: Linum namq; & Cletum nihil legitur unquam ex Pontificali ministerio egisse, potestateve; sed quantum eis à B. Petro praeceperat, tantum solummodo agebant. Damasus quoq; huius sententiae celebris est autor, qui in vita Clementis ait: Hic ex praecepto B. Petri suscipit Ecclesia Pontificatum gubernandum, sicut ei fuerat à Domino Iesu Christo cathedra tradita, vel commissa: & tamen in epistola qua ad Iacobum scripta est, qualiter ei à beato Petro commissa est Ecclesia, reperies. Ideo Linus, & Cletus ante eum conscribuntur, quia ab ipso Principe ad ministerium Sacerdotale exhibendum sunt Episcopi ordinati. Et idem in vita B. Petri: Hic (scilicet Petrus) ordinavit duos Episcopos, Linum, & Cletum, qui praesentialiter omne ministerium Sacerdotale in vrbe Roma populo, vel ad se venientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, praedicatione populum erudiens vacabat. Et infra: Hic Petrus beatum Clementem Episcopum consecravit, cui & cathedram, & Ecclesiam omnem disponendam commisit, dicens: Sicut mihi gubernandi tradita est à Domino meo Iesu Christo potestas, ligandi, solvendiq; ita & ego tibi committo, ut ordines dispositores variarum causarum, per quos actus non Ecclesiastici prosligentur, & tumine curis seculi deditus reperiaris, sed solummodo orationi, & praedicationi ad populum vacare stude. Haecenus ex Damaso ptulimus testimonia: quae secutus est Haymo Alberstatis lib. 3. De Christianarum rerum memoria: Aiant, inquit, qui de cathedra Romana Ecclesia perscrutati sunt, quod Linus, & Cletus non sederunt ut Pontifices, sed ut summi Pontificis coadiutores, quibus beatus Petrus tradidit Ecclesiasticarum rerum dispositionem: ipse vero orationi, & praedicationi vacabat. Vnde tanta auctoritate donati, meruerunt in catalogo Pon-

tificum reponi. Haec Haymo. Et licet in libro, qui Damasi nomine De vitis Pontificum inscriptus prodijt, post Petrum statim agatur de Lino, deinde de Cletto, & quarto loco de Clemente, & quinto de Anacleto, & sexto de Euaristo, septimo de Alexandro: id tamen ab Anastasio Bibliothecario, qui & Damasum supplevit, vitas Pontificum usque ad sua tempora scribendo, & librum Damasi multis de suo insertis (ut Paulus Diaconus de Eutropio fecerat) plane corrupit; praeter Damasi sententiam factum est; ut de Imperatorum, & Consulium serie, qua Damasus religiose sequitur, colligi potest. Ex quibus constare potest, Linum viuentem Petro, Episcopatum Romanum administrasse, & Clementem immediate Petro successisse. Vnde Damasus de Lino scribit: Linus, natione Italus sedit annos 11. menses 3. Fuit autem temporibus Neronis, à Consulatu Saturnini, & Scorpionis usque ad Capitonem, & Ruffum Consules: Qui, ut Casiodorus scribit, biennio martyrium Petri, & Pauli antecesserunt. Et illo eodem anno, quo interfecti sunt Petrus & Paulus fuit & Linus martyrio coronatus teste Hieronymo. Si ergo, illo anno est defunctus Linus, quo Petrus, & Paulus morte sua Dominum glorificauerunt, vel biennio ante, non potuit Linus Petro mortuo succedere. Et confirmatur haec sententia per epistolam primam Clementis ad Iacobum fratrem Domini, in qua describitur historia Petri donantis eorum omnibus cathedram suam, & locum Clementi. Et lib. 7. Constitut. Apostolic. cap. 46. scribit: Romanae Ecclesiae Linus Claudia (Graece Ἰὼς Κλαυδίας, id est, filius Claudiae, de qua 1. Timot. 4. Salutat vos Linus, & Claudia) primus à Paulo; Clemens post eius mortem à me Petro. Vbi testatur Linum à Paulo Romae Episcopum ordinatum (licet alij aliter tradant) ita à Petro Clemens. Tertio in Concilio Florentino De Sacramento Eucharistiae ponitur Alexander V. à B. Petro: quod esse non potest, nisi Clemens immediatus esset successor Petri, & supprimerentur Linus, & Cletus in vita B. Petri, qui 25. annos tenuit cathedram. Quarto, ac-

Anastasio Bibliothecarij indignum Damasi, tanto vel dellect Pontifice, operis supplementum.

Damasus Papa. Linus Romae quandiu sederit.

Casiodoro.

Hieron. lib. De scripto. Eccl. tom. 1 à med.

Clem. Rom.

Idem.

Concil. Florent. in Bulla unianis.

cedit

Linu & Cletum haud Romanos Pontifices, sed Petri ministros fuisse tantummodo, asserit Leo. Damasus Papa.

Matth. 16. Clem. epist. 1. prope initium.

Idem.

Matth. 16.

Haymo Episcop.

Sim. Metaphrast.

Sophronius Ierosol. Marianus Scotus.

Onuphrius.

Masseus Cameracen. recens. nostri seculi chronographus.

In hanc sententiam quae sunt argumenta solvantur. I. argum.

cedit Simeon Metaphrastes, qui in vita Apostolorum Petri, & Pauli scribit praemortuum Linum Petro, & Petrum locum suum, & sedem tradidisse Clementi. Idem quoq; de morte Lini ante Petrum consummatum, tradit Sophronius Ierosolymitanus in homilia De agone Petri, & Pauli. Idem tradit Marianus Scotus, & probat ex epistola decretali Ioannis III. & annos Lini computat sub Nerone viuentem Petro, annos vero Cleti sub Tito, & Vespasiano, sed sedente in cathedra Clemente tempore Galbae, & Vespasiani. Postremo Damasi haec sententia videtur caeteris praefenda, quia diligentissime scripsit ad preces Hieronymi; & quia per Imperatores, & Consules vitas Pontificum descripsit; & quia vidit libros archiuos, epistolas, actionesq; Romanorum Pontificum. Cum ergo Clemens proximè successerit Petro iam extincto, ut principalis secundus numeratur à Petro, ut verò successit Lino, qui administravit Episcopatum Romanum viuentem Petro, merito tertius; ut verò etiam successit Cletto, qui post mortem Lini fuit quoque Petri adiutor, Quartus dicitur: Ut ita quae in specie videntur contraria, Clementem fuisse secundum à Petro, vel tertium, vel quartum, contraria non inueniantur, sed diuersis rationibus vera sint. Atq; haec numerandi ratio à traditione accepta, praefenda est omnibus fastis Consulium; quos producit Onuphrius pro sua sententia. De quibus in prologo octauo libri ita scripsit diligentissimus nostro seculo Chronographus Masseus Cameracensis: Nihil hodie incertius, quam per solos Consulibus computare, quod partim supprimantur ab historicis, partim diuerso loco, & ordine collocentur: quod pluribus exemplis historicorum docet. Additq; confiteri etiam Tit. Liviū nescire se, in multis annis qui fuissent Consules: esse praeterea Consules bimestres, trimestres, & interdum paucarum horarum.

Sed in haec posset primo obijci quod dicitur in Canone Missae: Lini, Cleti, Clementis: ubi illi duo praefertur Clementi. Sed ut martyres & adiutores Petri ibi ponuntur, non ut Pontifices;

quia viuentem Petro non poterant esse duo eiusdem ciuitatis Episcopi: sicut nec duo eiusdem corporis capita: ideo adiutores erant, & operarij, dum Petrus ad visitandam Ecclesiam, & munus Apostolicum praestandum per vniuersum orbem discurreret. Secundo obijcies, certamina, & passionis Apostolorum Petri, & Pauli describi Opusculo quodam à Lino: qui ergo fieri potuit, ut si praemortuus fuerit Apostolis, illorum agones, & palmas scripto consignauerit? Ad hoc facile dici posset, non vnū extitisse Linum, sed duos: quod probari potest ex eo, quod Dorotheus in Synopsi, & Hippolytus martyr in libro De Septuaginta discipulis Domini inter eos recensent Linum quendam Episcopum vrbis Romae: qui sanè nisi Iudaeus, & ex sanguine Iudaeorum natus esset, assumptus à Christo non fuisset in discipulum, ne Iudaeos scandalizaret. Oecumenius in principio Actuum Apostolicorum ante literam, ex lib. 5. informationum tradit, Barnabam, Sothenem, Cephā eiusdem cum Petro cognomeni Matthiam, Barsabam & Linum, Thaddaeum, & Cleophā fuisse ex numero 72. discipulorum. Idem sentiunt Patres exponentes huc locum. Alter verò Linus, cuius meminit Apostolus. 2. Tim. 4. & filius putatur fuisse Claudiae; Italus fuit ex Thustia, patre Herculano, ut testis est Damasus in Pontificali suo; & hic verè Petro Romae operam suam in Ecclesia nauauit. Cum huius mors praecesserit obitum Apostolorum, non potuit martyria eorum describere: licet Scriptores vnū cum altero confundant, ut diximus; fertur tamè à nostris istum Linum, & Marcellum olim Simonis Magi discipulos; & conuersos postea, Petri Apostoli sectatores congressiones, & disputationes vtriusq; Simonis, Apostoli, & Magi descripsisse. Quare Opusculum illud de consummatione Sanctorum Apostolorum, si titulus non mentitur autorem, non potuit esse huius Lini, qui Papa fuit, sed alterius alicuius Lini, vel Hebraei, vel Gentilis. Quod verò Theodorus Beza scribens in Ioanem cap. 21. vocet impium Lini libellum: Qui si vera narrat, inquis, iusta

II. argum.

Duo Lini comemorantur apud sacros historicos.

Dorothei Hippolyti.

Oecumen.

Linus alter.

Damasus Papa.

Linus & Marcellus olim quales illi.

Quid de Lini libello De vita Petri senserit Beza haec hae retic nostris seculi scriptor, in quae dicitur.

de causa Petrus damnatus fuisset, ut qui uxores abduceret à suis maritis contra Christi, & Apostolorum doctrinam: auctoritate hæretica id facit, & odio vitæ cœlibis, & continētis. Nulla enim sui dicti rationem legitimam producit, cū illæ fœminæ non essent legitimæ Neronis uxores, sed pellices & scorta. Ignorabat ille, Simeonem Metaphrasten eandem prorsus rationem necis Petri adducere, quod videlicet mulieres duas fidem Christi profitentes ab eius impuro congressu subtraxerit. Et Chrysostomus lib. i. aduersus vituperatores vitæ monasticæ non aliam cædis Pauli causam profert, nisi quod pellicem Neronis impurum commercium vitare constanter docuerit. Ut interim taceam Ioannis Baptistæ cædem, sollicitante Herodiade inſiſtam, propter eam quod diceret: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*, & Matthæum sacra peragētem lanceis interfectum, quod Iphigeniam Christo dicatam à matrimonio Regis Polemonis abstinere persuaserit. Est enim virginitas, siue cœlibatus, summa virtutum omnium, quas mūdus merito admiratur, & naturæ lumine impossibilis, & quæ Christus coluit, eamq; exemplo suo dicauit, & verbo consuluit, etiā si mūdus qui totus caro est, eam non agnoscat, sed horreat, & excreetur.

Superest postremo, ut de mortis genere, & causa, & loco, vbi consummatus est, non nihil dicamus. Nam Apostolus, teste Simeone Metaphraſte, Ierosolimam venit ex reuelatione propter Deiparæ Mariæ dormitionem & migrationem, & reuersus est in Ægyptum, & per Africam Romam rursus redijt: deinde ex vrbe venit Mediolanum, & Photicem, quæ sunt ciuitates in continente: vbi cum constituiſſet Episcopos, & Presbyteros, venit in Britanniam: quo in loco longo tempore moratus, cum multos ad fidem traxiſſet, Angëlicam habuit visionem, quæ dixit: *Petre, instat tempus tuæ resolutionis; & oportet te ire Romam, in qua cum mortem per crucem sustinueris, recipies mercedem iustitiæ.* Pro qua visione cum Deo gratias egisset, post paucos dies ordinatis Ecclesiarum ministris

Episcopis, & Presbyteris, Romam reuertitur: & inueniens Linum consummatum, ordinauit Clementem, reculantem, & curam eam ex humilitate, ut est verisimile, detrectantem: & post paucos dies cum Nero fureret in Christianos, capitis pronuntiauit sententiam in omnes, qui in Christum crederent. Petrum erucifigunt, Herodionem & Olympam cum magna multitudinē gladio subiiciunt, Clemēti vero, ut Cæsaris cognato, pepercerunt. Sic ille, quæ multis verbis docet. Mortis ergo genus fuit crucis, ut Dominus illi significauerat, cum dixit: *Cum esses iunior, ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod tu non vis.* Quibus verbis crucis supplicium delineauit, quo ab alio præcinctus manus extendit. Congruerat autem, ut sicut loco & gradu, ita etiam genere mortis Christum delinearet. Et intelligant qui Apostolicos, & excelsos in Ecclesia gradus sustinent, quam pro Christo & ouibus eius propter Christum charitatem debeant præstare, eximio mortis genere declarata: illud singulare fuit humilitatis Petri argumentum, quod vbi crucifixus fuit, præcepit inuerti crucem, ne Domino exæquari videretur, & ne videretur esse primarium caput, sed vicarium, & secundarium, & ut capite deorsum inflexo liberè posset locum, vbi Christus est, spectare, & oculis felicem ac beatam regionem illam cœlorum intueri: quemadmodum Stephanus vidit cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Reddit enim magis tolerabilem ac dulcem mortem Christum cōspectus, ut Apostolus dicat: *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen; aspicientes in autorem fidei, & cōsummatores Iesum.* Amplissima quoque præmij magnitudo labores immittit, iuxta illud: *Non sunt condigna passionis huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Liberius, etiā cōspecto cœlo preces pro se, & pro ouibus suis fundebat bonus pastor, ne in lupos inciderent deuorandæ: prædicauitq; ibi non secus atque Christus in cruce fecerat, & Andreas frater

Chrysoſt. to mo 3.

Matth. 14.

Qualis virtus virginitas sit, siue cœlibatus.

De Petri cōsummatione per martyriū modò differitur.

Simeo. Metaphrast.

Qualis mortis genere Petri? Dominū glorificauerit. Ioan. 21.

Modestæ Petri documentum insigne.

Act. 7.

Heb. 12.

Rom. 8.

cuis.

Cur Petrus interdum, ad preces fidelium ab vrbe secederet.

Matth. 10.

Petrus cur passus. 1. Pet. 4.

Nero primus Romæ fidem Orientem cruciavit teste Tertulliano.

Tertul. lib. aduers. Gnosticos sub finem.

Euseb. lib. 2 cap. 25 Ecles. hist.

Petrus vbi passus.

eius. Ne videretur etiam se ipsum sponte in mortem conijcere, & oues suas deserere voluisse, permisit se precibus, & lacrymis fidelium exorari, quod se ad illorum salutem magis promouendam seruariet, ut sese subduceret ex vrbe, & declinaret ab ira Neronis concepta. Nam egressus urbem est, & occurrit illi in via Dominus: qui à Petro interrogatus, Domine, quò vadis? (nā ille Romam versus gressus dirigebat) respondit: *Vado Romam iterum crucifigi.* Tunc Petrus certò apprehendit, Domini voluntatem esse, ut Dominum morte glorificaret: quam, vbi ad suos redijſſet, cum significasset: fideles acquirerunt. Seruilis erat mors crucis: sed non est seruus maior dño suo, & eadem frater eius Andreas Dominum glorificauerat.

Quod ad causam attinet, satis multa paulò antè expressimus: *Nemo vestrum, inquit ipse Petrus, patitur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autè ut Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine.* Cōceperat enim Princeps odium in Petrum, quem audierat duceem, & Doctorem Christianorum, quos ille grauissimis supplicijs exsecutus: adeo ut prima Ecclesiæ Dei persecutio illi tribuatur: & Ecclesia, ut Tertullianus est autor, in tali persecutore, & hoste glorietur. Eusebius nihil dicit Neronē ob casum Simonis Magi in Apostolis seuiſſe, sed quia apertum se hostem diuinitatis, ac pietatis professus erat. Adde, non nihil eius animum inflammasse, quod mulierculas, quibus abutebatur, iam resipiscentes, & ad Christum conuersas ab eius amicitia, & cōgressu Apostoli abalienassent: hæ causæ magnæ erant ad irritandam immanem illam belluam, ut Apostolos ad mortem vsque cum multis alijs eorum discipulis perqueretur.

Quod ad locum attinet, Romæ cōsummatus est, Domino dicente: *Vado Romam iterum crucifigi.* Nulla etiam ciuitas alia de eius sepulchro gloriatur: nulla corpus eius, aut caput exhibet venerandum: visitur Petri carcer, osculandæ offeruntur caræ: limina Apo-

stolorum visitaturi fideles omnes Romam proficiscuntur: Omnes Patres Sædem Romanam, Sædē beati Petri, vel Principis Apostolorum, vel Apostolicam vocat: Petri successorē, & Christi Vicarium, Episcopum Romanum nominant. Sed peculiaris locus vrbi fuit mons, nō Aureus, sed Vaticanus, sic dictus, quod erat in eo templū Apollinis vaticinantis. Passus est ergo non in monte Aureo, ut quidam putat, sed in Circo Iulij Cæsaris inter duas mētās. Nobis verò Petrus in Ecclesia instar Apollinis omnia dubia dissoluit, & Diuinam voluntatem vaticinatur. Sepultus est autē non longè à loco, in quo passus, & confessus est, nec longè etiam à Cæsaris aris, & in festo dedicationis Ecclesiæ sanctorū Apostolorum Petri & Pauli, quod Ecclesia Romana 18. Nouembris celebrat legitimus partem montis Vaticani appellatam fuisse Petri confessionem. Et olim, ut tradit Concilium Ancyranum, in loco confessionis, & martyrij edificabantur templa, & sacrificia celebrabantur, & pro more veteri consueuerunt tēpli diui Petri atrium superatis gradibus ascendentes conuerti ad Orientem, & ibi preces superstitiosas ad Solem fundere, ut testis est Leo Papa in quodam sermone. Et ideo in parte illa Orientali ad abolendam illā superstitionem, picta erat imago nauiculæ Petri, & Christi ambulantis super mare. Est autem ingens meritorum thesaurus, quem visitantes limina Apostolorum Petri, & Pauli consequuntur; adeo, ut Cletus Papa in epistola quadam tradat, visitationem liminum Apostolorum maioris esse meriti, quam duorum ieiunium annorum. Atq; hoc loco videtur terminandus hic tractatus ad Petri & Pauli Apostolorū honorem, gloriam, & memoriam recolendam, & fidelium omnium animis imprimendam, in qua, & per quam æternus Pater, Deiq; Filius Iesus Christus vnā cum Spiritu sancto immortalis gratiarum actione ab omnibus creaturis per infinita secula celebrentur, & illustrentur.

Vrbs Roma prærogatiua singularis.

Mons Vaticanus quare sic dictus.

Petrus vbi sepultus.

Concil. Ancyranum.

Leo Papa serm. 7. De nauicula Domini.

Matth. 14.

Cletus Papa.

Liminum Apostolorū visitatio, ut ait Cletus, quanti sit meriti apud Deum.



TRACTATUS LXI.

IN quo differitur, num potestas spiritualis, quæ residet in Episcopis, à Christo immediate deriuetur, ac proinde iuris sit Diuini; an verò à Christo quidè, sed non nisi medio Pontifice Romano, & consequenter iuris sit Ecclesiastici: sed in hoc tractatu præsertim iuris Diuini natura, & proprietates, per quas distinguitur à iure Humano, diligenter, & latè perpenduntur.

Tract. 41. & 42.

Proposita disputatio nis ordo.

Ius Diuinum quotuplex sit.

Ius Diuinum in genere, quid.

Quoniam de potestate, quæ per Sacramentum Ordinis confertur, multa sunt à nobis superiò disputata: illud iam in controuersiam venit, nõ tantum inter Catholicos, & Hæreticos, sed etiam inter eos ipsos, qui Catholicam, & orthodoxam fidem profitentur ac tuentur, an potestas altera Ecclesiastica, quæ iurisdictionis vocatur, iure Diuino insit Episcopis, atque alijs Ecclesiæ pastoribus; an verò illam iure Ecclesiastico, ac per hoc medio Pontifice obtineat. Quod igitur dilucidior atque illustrior procedat nostra disputatio, præmittendum est quotuplex sit ius Diuinum, & quod nã sit illud, de quo hic est sermo. Deinde statuendum, quæ nã sit potestatis Ecclesiasticæ natura, siue ordinis illa sit, siue iurisdictionis. Tertio, ex his deducendum est, quid nã sit ad propositam controuersiam respondendum, & quæ in oppositum producantur, dissoluenda.

Primum igitur ignorandum nõ est, dupliciter sumi ius Diuinum apud sanctos Patres: aliquando quidè laxè, siue cõmuniter, aliquando verò strictè, siue propriè. Nã ignoratio huius duplicis acceptionis multis imposuit, & ad huc imponere possit. Ius igitur diuinum laxè sumptum; nõ tantum legè à Deo immediate, & per se instituta, sed etiã

legem à Deo per Ecclesiasticam potestatem latam cõprehendit. In hunc siquidè solum leges Ecclesiasticas, quas Ecclesia pro tempore instituit, ac proinde tollere potest, ac mutare, ius vocat Diuinum. Et ne vlla huius rei dubitatio apud quenquam remaneat, perpènde diligenter quas ex Patribus producimus sententias, hoc ipsum clarè cõtestantes. Petrus igitur Cluniacensis, vir insignis, & Bernardo æqualis, hoc ius Diuinum, quod laxum vocamus, definiens, in hunc modum ait: Hoc tamè reducere ad mentem charitas vestra debet, quod Diuina mandata partim mobilia, partim sunt immobilia. Diuina verò mandata diximus, non solum ea, quæ per se ipsam in carne Diuinitas apprensens hominibus tradidit; aut ea, quæ per Apostolos teneri constituit, siue illa, quæ ante susceptam carnem per Patriarchas, vel Prophetas madauit; sed etiam illa, quæ post Apostolos apostolici viri apostolica vestigia secuti, vnanimi multorum Catholicorum consensu seruari præceperunt. Idem enim diuinus Spiritus, qui priorum Patrum cordibus se infundens, humanæ salutis cõgruentia per eos dedit præcepta, per hos quoque, qui recetiores videtur, hominum salutem operari, salubria iubendo, nõ destitit. Per diuersos igitur

Petrus Cluniacensis lib. 3. epist. 28. inter med. & fin. Petrus Cluniacensis quæ do floruerit.

Præcepta diuina duplicia, & quæ nam.

præcones Dni verba edita veneramur: in diuersis organis eiusdè Spiritus flatu agnoscimus. Hæc ille, docens Diuina mandata non solum quæ Christus per se hominem, vel per Prophetas, & Apostolos præcepit, sed etiam quæcūque per Patres, aut in Sede Apostolica sedentes, aut in Concilijs Generalibus residentes rectè sunt instituta. Nã ille non tam respiciebat immediatum autorem mandatorum, quàm Deum, à quo deriuatum est mandatum, etiam si medio homine instituentem effluerit, iuxta illud Bernardi in libro De præcepto, & dispensatione dicentis: Quod si tantopere cauenda sunt scandala paruulorum, quanto amplius prælatorum, quos sibi Deus æquare quodammodo in vtrâque parte dignatus, sibi met imputat illorum reuerentiam, & contemptum, specialiter contestans eis: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. An non denique hoc ipsum & regula nostra perhibet, ubi ait: Obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur? Quamobrem quicquid vice Dei præcipit homo: quod non scit tamè certum displicere Deo: haud secus omnino accipiendum est, quàm si præcipiat Deus. Quid enim interest, vtrum per se, an per suos ministros, siue homines, siue Angelos hominibus innotescat suum placitum Deus? Hæc ille. Nec tantum istos, qui recetiores Patres videri possunt, sed etiã antiquissimi eodem modo acceperunt legem, siue præceptum diuinum. Inter quos Anacletus epistola 1. scribit: Ipsis quoque in ciuitatibus, vel locis nostris Patriarchas, vel Primates, qui vnam formam tenent, licet diuersa sunt nomina, leges Diuina & Ecclesiastica poni, & esse inserunt: cum tamen constet, non esse nisi legis merè canonicæ, & positivæ, quod in vno loco sit Patriarcha, vel Archiepiscopi. Ideo subdit ibidè Anacletus, quod ab Apostolis, & B. Clemente, huiusmodi prouintiarum diuisio sit renouata: constat autem, Clementem nõ potuisse ius Diuinum propriè condere. Victor quoque, Papa ita scribit: Hæc verò statuta (scilicet de celebrando Pascha in die Dominico) nulla debent improbitate conuelli, nulla nouitate mutari, quia alia est ratio causarum secularium,

Bernard.

Matth. 18.

Cum magno pere paruulorum, tunc Prælatorum maxime vitanda scadala sunt, teste Bernardo.

Luc. 10.

Capit. De obedientia. Obedientia quæ maioribus præbetur, cui maxime exhibetur, eodem autore.

Anacle. Papa.

Victor Papa epistol. ad Theophilum Episc. c. 1.

alia Diuinarum. Hæc ille, cuius verba citantur à Gratiano. Præterea Leo ad Episcopos per Africam cõstitutos, & habetur in quinta parte Iuonis c. 106. Superest fratres, vt concorditer salubres suscipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimes, Diuinis, & Apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidentissima Canonum decreta violari. Hæc ille, vocans in ea epistola Diuina, quæ positivæ sunt multa. Idem scribens ad Anastasium Thessalonicensem: Igitur secundum Sanctorum Patrum Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, metropolitanos singularum prouintiarum Episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tua cura prædeditur, ius tradita sibi antiquitas dignitatis intemperatum habere decernimus. Hic et si Canonica decreta Leo non appellet Diuina, satis tamen indicat, cur & à se, & ab alijs sanctis Patribus Diuina sapè vocentur: nimirum quia ab Spiritu sancto illuminatè, & agente maiores, qui illa cõdiderunt, profecta sunt. Ad hæc Innocentius III. in Concilio Generali Lugdunensi (& habetur in 6. De priuilegijs cap. Cũ de diuersis) ita statuit: Cum de diuersis mundi partibus multi cõfluant ad Sedem Apostolicam quasi matrem: nos ad communem tam ipsorum, quàm aliorum omnium, commodum & profectum paternam sollicitudinem intendentes (vt sit eis mora huiusmodi fructuosa) prouidimus, quod ibidem de cetero regatur, & vigeat studium iuris Diuini, & Humani, Canonici videlicet, & ciuilis. Hæc ille, qui per ius Diuinum apertè explicat ius Canonicum intelligendum, iuxta quem sensum veteres Patres loquuntur. Nam Augustinus in Ioanem: Diuinum ius in Scripturis habemus, humanum ius in legibus Regum. Et infra: iure ergo humano, iure Imperatorum. Quare? Quia ipsa iura humana per Imperatores, & Reges seculi Deus distribuit generi humano. Hæc ille, aptè docens, leges Imperatorum dici iura humana: quia licet à Deo sint, sunt tamen per Imperatores, & rectores seculi cõstituta: qua ratione iura quoque erunt Ecclesiastica, quæ per rectores Ecclesiarum eduntur à Deo. Ambrosius quo-

De consecr. dist. 3. c. Ce lebritatem.

Leo Papa epist. 85. c. 2.

Idem epist.

Canonica decreta Leo Pontif. cur appel let Diuina.

Innoc. III.

Aug. tract. 6. in Ioan. prope fin. to mo 9. init.



**Ambro. lib. 8. epist. 66. tom. 3. sub finem.** que epistola ad Paternum: *Quid enim est quod dubitari queat, cum lex Diuina etiam patrueles fratres prohibeat conuenire in coniugale copulam, qui sibi quarto copulantur gradu. Sic ille, qui quartum gradum prohibitum esse docet lege Diuina; cum tamen lege tantum Ecclesiastica sit prohibitus, & in illo facilime cum omnibus dispensetur. Adhuc Epiphanius haeresi postrema Apostolorum constitutiones diuinam Scripturam vocauit: & loquitur de illis, quae in Sacris Biblijs aperte scripta non existunt. Accedit Cyprianus, qui ferm. 5. de lapsis, in illos, qui fideles idolatriae crimine pollutos absque Canonicis satisfactionibus ad communionem admittebat: *Contra Euangelij, inquit, vigorem, contra Deum, ac Dei legem temeritate quorundam laxatur incautis communicatio. Irrita, & falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Non quarunt sanitatis penitentiam, nec veram de satisfactione medicinam.* Haec ille, non hoc dicens, quod putet Ecclesiasticas has vel illas satisfactiones praescriptas esse in Euangelio, vel Dei lege; sed quod Euangelium, & Dei lex commendat obedientiam legibus Ecclesiae debitam, quandiu illae obligant, ac proinde contra Euangelium ac Dei legem est, si quis eis, ut par est, non morem gerat. Eandem quoque loquendi rationem usurparunt Graeci Patres. Inter quos Athanasius epistola ad vniuersos Orthodoxos, vocans Diuinas leges ipsos Ecclesiasticos Canones de ritu excommunicandi, & eligendi Episcopos, dicit solui ex hoc Ecclesiasticos Canones, Gentesque; ad blasphemam mandu impelli, atque ad putandum non Diuinis legibus, neque secundum iura maiorum, sed execrabilibus nudinis, ac per vim Ecclesiae Praesules statui. Basilius quoque in reg. Breuiorib. praecipit Ecclesiae de ieiunando, Dei mandatum vocat, his verbis: *Omnino & ieiunium, & cibus ex ratione pietati accomodata assumi debet, ut videlicet quotiescunque, mandato Dei per ieiunium satisfaciendum sit, ieiunemus: quotiescunque, ite mandatum Dei cibum desideret, quo corpus confirmetur, edamus, non ut belluones, sed ut operarij Dei.* Basilius imitatus Nazian-*

zenus ad Celestinum scribens, ait: *Iniquè agis, quod cum iudex sis, non ieiunas. Et quomodo custodies leges humanas, cum Diuinas contempnas?* Sic ille, loquens de praecipito Ecclesiastico ieiunandi. Theophilus Alexandrinus lib. 3. Paschali scribit: *Ecclesia iusta iudicia nequaquam irrationabili clementia destruat, ne legi Dei arbitria praeserantur humana.* Sic ille de Decretis Ecclesiae verba faciens. Firmum igitur est apud veteres Patres, leges Diuinas saepe dici, leges Ecclesiasticas, & positiuas; humanas vero, appellari leges Principum, & Magistratum, quae ab hominibus latae sint, & in bonum humanum tendant. Hanc vero doctrinam orthodoxi Patres non a se ipsis, sed ab ipso Euangelio, ac B. Paulo hauserunt. Dominus siquidem de praecipitis pastorum Ecclesiae loquens, ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.* Et alio loco: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus.* Et de praecipitis Scribarum, & Pharisaeorum dixit: *Quaecunque dixerint vobis, seruate, & facite, secundum opera vero eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt.* Paulus quoque postquam multa praecipita positiua, & quae ad modicum tempus erant duratura, tradidisset, subiungit: *Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quae scribo vobis, quia Domini sunt mandata.* Et de similibus mandatis dicebat: *Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam.* Apostoli quoque in Concilio statuentes, dixerunt: *Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris quam haec necessaria. Ut abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione; cum tamen omnia ferè illa essent merè positiua, ut fufius infra dicemus. Etsi igitur ita ius Diuinum a multis Patribus sit acceptum: tamen dum in controuersia venit an refidètia Episcoporum, vel eorum iurisdictionio sit iuris Diuini, an Positiui, non ita capiunt laxè ius Diuinum, sed proprio, & stricto modo: nam alioqui si priori modo sumeretur, dubium non erat apud aliquem, quin illo modo, & iurisdictionio Episcoporum, & pastorum sub eis curatorum ordinaria, quinimò & delega-*

Theophil. Alexandr.

Vnde haec doctrina iuris Diuini sit accepta.

Luc. 10.

Matth. 18.

Infra 23.

1. Cor. 14.

Supra 7.

Act. 15.

Ut aliquid sit ius Diuinum, tria requirantur.

Ius naturae quid sit.

Arist.

Quae dicitur ius Naturae. Psal. 33. & Per. 3. Tob. 4. Matth. 7. Quae sint iuris Diuini. Marc. vlt. Matth. 22. Ephes. 2. Rom. 5. Exo. 20.

Scriptura Canonica ius Diuinum cur censori possit.

ta siue commissaria Archiepiscoporum, legatorum, Vicariorum, siue aliorum exemptorum, iuris Diuini existat. Nam cum haec sint iuris Ecclesiastici, erunt: & Diuini hoc modo sumpti. Ut igitur quid sit ius Diuinum proprie, ac distinctum à iure Ecclesiastico, & Ciuili explicemus, & non prout vtrumque; includit, ut saepe loquuntur sancti, & Scripturae, tria sunt necessaria. Primum, ut sit lex iusta. Deinde ut sit à Deo. Tertio, ut sit à Deo immediatè, hoc est, non interueniente hominis autoritate, licet illa ei à Deo sit concessa. Quod autem requirantur haec tria, ex duobus constare potest. Primo enim omnia, quae sine controuerfia ius Diuinum dicuntur, illa tria in se habent: at verò illa, quibus aliquid horum defuerit, ius, aut institutum Diuinum, nec sunt, nec dicitur. Ius igitur Naturae, hoc est, dictamen inditum hominibus ex ipso naturali rationis lumine, ius Diuinum & est, & dicitur: & illi conueniunt illa tria praedicta. Nam lex iusta est, & à Deo immediatè condita. Ipse enim Deus, qui per se animos condit, hoc illi ius Naturae immediatè indidit, quod iuxta Aristotelis doctrinam idè est apud omnes, & in omni loco, & in omni tempore, quale est: Bonum esse faciendum, & malum fugiendum, & neminem iniuste laedendum, & esse alteri faciendum, quod nobis fieri merito, & cum ratione vellemus. Lex quoque fidei, & charitatis institutum est prorsus Diuinum, quia iusta est, & à Deo immediatè proficiscitur: praecipit enim Dominus & credere, & amare, *Qui non crediderit, inquit, condemnabitur: & de charitate, Diliges Dominum Deum tuum.* Decalogus quoque, & leges omnes, quas Dominus Iesus per se ipsum instituit, siue per sacram Scripturam, siue per fidelem traditionem ad nos peruenerint, cum sint iustae, & ab eo immediatè latae, proprium ius Diuinum sunt vocandae, etsi nobis vel per Apostolos, vel per autores Scripturae, vel per ipsam Ecclesiam, eiusque fidelem traditionem sint promulgatae: tota denique Scriptura Canonica ius

Diuinum dici potest: tum propter leges quas continet, à Deo immediatè constitutas; tum etiam quia tota à Deo reuelata est, & mentibus autorum Scripturae inscripta. *Non enim voluntate humana allata est aliquando propheta; ait Petrus, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* Institutio etià septem Sacramentorum Noui Testamenti, ius Diuinum est, quod quidem attinet ad eorum substantiam: nam Deus per se ipsum instituit, non autè Apostoli, aut ipsa Ecclesia, tanquam per illum, sicut per Apostolos nonnulla nobis promulgauit. Quod autem illa, quibus aliquid horum defuerit, non dicantur proprie ius Diuinum, aperte etiam probatur. Nam si aliquid in primis non est lex iusta, non potest ius dici Diuinum: Si autem iusta est, proculdubio à Deo est, per quem legum conditores iusta decernunt. Et si possit esse lex iusta, quae à Deo non esset, non possit ius Diuinum dici: nec enim intelligi potest, ut quod à Deo non est, Diuinum sit, vel dicatur. Nec verò satis est, ut aliud sit institutum Diuinum, quod sit lex iusta, & quod sit à Deo quomodocumque, sed opus est, ut sit à Deo immediatè. Qua in re quia aliqui dissidere inter se videntur, remouenda est huius verbi (immediatè) æquiuocatio, siue ambiguitas: nam iuxta communem Theologorum, Scholasticorum doctrinam dupliciter sumitur. Aut enim dicit, ut ipse loquitur, immediationem virtutis; aut immediationem suppositi (qui eruditus, & Latinis vocibus sunt assueti, boni consulant, rogo, nostram libertatem loquendi: nam haec vocabula artis sunt, & propius rem indicant.) Illud autem immediatè aliquid efficit (quod ad virtutem attinet) cuius virtus per se ipsam pertingit ad ipsum effectum. Atque hoc modo loquendo, indubium est, Deum omnia immediatè operari: quia sua infinita virtute attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter: atque hoc non solum in effectibus qui naturam superant, sed etiam in naturalibus. Causa siquidem pri-

2. Pet. 1.

Quibus tria praedicta defuerint, ea iuris Diuini appellatione haud venire. Prou. 8.

Immediatè quid duobus modis dicitur apud Scholasticos

Quid sit immediatè aliquid efficit se immediatè ad effectum virtutis.

Sap. 8.

Causa prima quantopere influat in effectum causae secundae, secundum Philosophos. D. Tho. lib. 3. contra Gentes, cap. 7. circa medium. 9.

ma, etiam iuxta Philosophos, plus, & interius influat in effectum causae secundae, quam ipsa causa secunda. Quamobrem praeclare sanè D. Thomas contra Gentes scripsit: *Sicut agens infimum inuenitur immediatum actiuum, ita virtus primi agentis inuenitur immediata ad producendum effectum: nam virtus infimi agentis non habet quod producat hunc effectum ex se, sed ex virtute superioris proximi: & virtus illius ex virtute superioris: & sic virtus supremi agentis inuenitur ex se productiua effectus, quasi causa immediata: sicut patet in principijs demonstrationum, quorum primum est immediatum. Sicut igitur non est inconueniens quod vna actio producatur ex aliquo agente, & eius virtute: ita non est inconueniens quod producatur idem effectus ab inferiori agente, & à Deo: ab utroque immediate, licet alio, & alio modo. Hæc sanctus Doctor, tradens, immediate Deum omnia operari, etiam si causae secundae immediate operentur, quod eius Diuina virtus omnia penetret, & ad omnia immediatissime pertingat. Quem locum egregie explicat frater Franciscus Ferrariensis eius libri commentator. Sed non hoc solum modo dicitur Deus aliquid immediate operari, iuxta eiusdem Thomae doctrinam: sed tunc immediate operari dicitur, quando per se ipsum ita totum effectum producit, vt circa illum non admittat operationem creaturæ. Sic enim mundi, & animarum nostrarum creatio, gratiae ipsius, & gloriae infusio, & miraculorum operatio, à Theologis opus Dei proprium, & immediatum dicuntur: reliqua vero naturæ, siue gratiae opera, ad quæ efficienda causae secundae concurrunt, dicuntur immediate à causis suis produci, à Deo autem non nisi mediate, loquendo de mediatione, quæ vocantur suppositorum, nimirum quod per se ipsum solus non habet, sed admittat inter se & effectum causas secundas. Idcirco idem B. Thomas, qui in libro contra Gentes docuerat Deum omnia immediate operari, in secundo sententiarum illos reprehendit, qui Deum omnia immediate operari dicebant, excludentes scilicet supposita creatura.*

Ait enim: Est opinio quorundam, quod Deus immediate operetur omnia, ita quod nihil aliud est causa alicuius rei à Deo, &c. Sed hæc positio stulta est, quia ordinem tollit vniuersi, & propriam operationem à rebus, destruit iudicium sensus. Hæc Thomas. Apud quem nullum est absurdum, Deum & omnia immediate operari, & non immediate, & hæc inuicem sibi non repugnare, cum respectu eiusdem non sumantur: sed immediate operari dicitur omnia respectu suæ virtutis omnia fortiter attingentis; non immediate autem respectu creaturarum, quas eadem virtus sibi cooperari sinit, & vult, disponens omnia suauiter. Vnde idem Thomas in Quæstionibus disputatis hoc idem declarans, ait: *Sic ergo si consideremus supposita agentia, quodlibet agens particulare est immediatum ad suum effectum. Si autem consideremus virtutem, qua fit actio, sic virtus superioris causae erit immediatior effectui, quam virtus inferioris.* Hæc etiam ille. Ad rem igitur, quam præ manibus habemus, non satis est ad hoc, quod aliquid sit ius Diuinum, quod sit lex iusta, & procedens à Deo immediate, loquendo de immediatione virtutis: sed opus est, vt sit à Deo immediate respectu suppositi, hoc est, vt fiat per Diuinam potestatem exclusa omni alia Ecclesiastica, vel humana potestate à Deo homini communicata. Quod ita esse, probatur ex multis. Primo, quia leges omnes ciuiles, iustæ, quantumuis de rebus positiuis tractarent, proprie dicendæ essent iuris Diuini: quod est contra omnium sententiam. Nam tales leges à Deo sunt, etiam immediate respectu eius virtutis, quia per eam Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Secundo, idem probatur, quia omnes Ecclesiasticæ leges, quantumuis positivæ, vt de confitendo, & de communicando semel in anno, de delectu ciborum, ieiuniorum, & festorum dierum obseruatione, ad ius Diuinum proprie spectant: quod est contra omnium Doctorum Catholicorum consensum, iuxta quem leges eiusmodi & dispensari possunt à Pontificibus, & desuetudine abrogari.

Sap. 8.  
Idem in quaestio. disput. 9. 3. art. 7. sub fin. conclus.

Non omnem legem iustam à Deo immediate virtutis produci se diuisi, abunde probatur.

Prout. 8. II. argum.

Quod

Inferior nihil potest in legem superioris.  
Augus. epif. 86. inter med. & fin. tom. 12.  
Aureus planè dictum Aurelij Augustini.  
Hieron. Leo Papa. Quadragesimæ ieiunium vnde.  
Ambro. ser. 36. in Quadrages. propè initium, & alibi, to. 3. Tertium argumentum.  
Quamvis Apostolica præcepta desuetudine fuerint abrogata.  
1. Cor. 11. Infra. 14.  
Ibidem.  
1. Tim. 3.

Quod tamen fieri nequaquam posset, si proprie ius diuinum esset: quia inferior non potest sua vti potestate, aut dispensare, aut abrogare legem superioris. Hinc Augustinus ad Casulanum de ieiunio verba faciens, ait: *Ego in Evangelicis, & Apostolicis literis, totoque Instrumento, quod appellatur Testamentum Verus, ac Nouum, animo id reuoluens, viderem diebus non oporteat ieiunare, & quibus non oporteat, præcepto Domini, vel Apostolorum non inuenio definitum.* Hæc ille. Qui etsi ieiunium in genere dicat iure diuino institutum: in particulari præceptum ieiunandi hoc, vel illo die, non purat esse iuris diuini. Hinc sanctus Hieronymus, atque Leo Papa Quadragesimam ab Apostolis venisse dicunt. Quod etsi Ambrosius Christo Domino tribuat: id intelligendum est, quia ipse per Apostolos illud instituit. Tertio, idem ex eo euincitur, quod omnes leges latæ ab Apostolis non quatenus erant promulgatores constitutionum immediate à Christo procedentium, sed quatenus pastores, & institutores Ecclesiasticarum legum per potestatem sibi à Christo communicatam: omnes, inquam, tales leges proprie iuris essent diuini, quia ad sensum dictum immediate à Deo erant. Quicquid enim Apostoli immediate statuebant, Deus statuebat per illos etiam immediate. Quod autem dictæ leges nequaquam sint proprie iuris diuini, ex eo constat, quod Apostoli Act. 15. præceperunt fidelibus abstinere ab immolatis idolis, & suffocato, & sanguine: quod tamen non est ius diuinum Noui Testamenti, quia videmus illud esse desuetudine abrogatum. Apostolus etiam præcipit, vt mulier velato capite ore, vir autem capite detecto, atque detonso. Ad hæc vt plurimum conuenientibus, & vno loquente, si cuiuspiam aliquid reuelatum fuerit, prior taceat. Et ita per singulos loquantur ad ædificationem. Item, quod mulier taceat in Ecclesia: quod cibos deferat in Ecclesiam, vbi alantur pauperes: quod digamus & percussor non assumantur in Episcopos: quod patris sui torum maculans cum nouerca, excom-

municetur. Hæc autem omnia, & his similia, licet Domini sint mandata, quia Deus suggerebat Apostolis, vt illa auctoritate Ecclesiastica sibi concessa præciperent: non sunt tamè præcepta diuina. Et licet nobis mandaret, vt illis more geramus, cum diceret: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit:* non tamen proprie sunt ius diuinum: tum quia desuetudine abrogata multa ex illis videmus; tum etiam quia dispensari possunt à Summo Pontifice, & quotidie in his dispensatur, vt recte propterea asserat Canonistæ, dispensari quidem posse in multis, quæ continentur in epistolis Pauli: qualia sunt, quæ paulo antè protulimus; non autem in contentis in Euangelio: quod in illis non contineantur præcepta, nisi immediate à Christo instituta. Hoc quoque B. Thomas in 4. quodlibet. art. 12. docet, videlicet Summum Pontificem dispensare posse cum digamo, vt promoueatur: & præceptum Pauli non esse iuris diuini: cuius sunt hæc verba: *Ad primum ergo dicendam, quod Apostolus dupliciter in doctrina sua aliquid proposuit: quadam quidem sicut promulgans ius diuinum, sicut illud quod habetur ad Galat. 5. Si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit, & multa alia huiusmodi; & in hoc Papa non potest dispensare. Quada vero sicut propria auctoritate aliqua statuens: nam ipse dicit 1. ad Cor. 11. Cetera cum venero, disponam. Et infra in 16. cap. mandauit, vt collectæ quæ fiunt, in vna Sabbati fiant: quod non pertinet ad ius diuinum. Et similiter etiam quod dicitur de digamo non promouendo; non est iuris diuini; sed institutio auctoritatis humana diuinitus homini concessa.* Hæc ille. Cuius doctrinam Scotus secutus est in Quarto, dicens: *Apostoli publicantes præceptum Domini in scripturis suis, vt eabantur modo loquendi, per quod poterat innotescere, quod erant præcones Christi: vt quædo 1. Cor. 7. producendo præceptum Domini de dimittenda vxore: Præcipio non ego, sed Dominus. Quando autem vult facere propria persuasionem, vt de cohabitatione conuersi ad fidem cum sua vxore infideli, vel è conuerso: (quia hoc licet sit sine communi Christi, non tamen est necessarium) ait: Dico ego, non Dominus: alioqui non*

1. Cor. 5.  
Luc. 10.  
Euangelica præcepta cur nullo modo abrogari valeant.  
D. Thomas tom. 8. circa finem.  
Duplex præceptorum genus apud Paulum.  
1. Tim. 3.  
Scot. in 4. dist. 17. q. 1. art. 1.  
Quibus verbis Apostolus Dominum à suis mandata distinguit.



Esai. 40.

Ius quale cō-  
fendum.

Idem lib. 1.  
de ferm. Do-  
mini in mō-  
te, cap. 27.  
tomo. 4. sub  
finem.

1. Cor. 7.

Chrysol. 10.  
4. in princ.  
ad Cor. c. 7.  
Homil.

1. Cor. 7.  
Orig. li. 16.  
in lib. Num.

Hieron. loco  
dicto.  
Augustin⁹,  
Thomas, &  
Scotus, lo-  
cis prefatis

*iusti, tamen hominis: sed qui acceperat à Domino talem gratiam, ut dignus esset præire iudicem, & eum digito ostendere, & implere vocem prophetia illius: Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. Tale autem Baptisma Domini, qualis Dominus: ergo Baptisma Domini diuinum, qualis Dominus Deus. Hæc ille. Quem sequendo dicere possumus, tale esse ius, qualis est ille, cuius autoritate instituitur: si hominis, humanum: si Dei, diuinum. Neque solum Origenes, & Hieronymus, atque Ambrosius afferunt, Mosen, & Paulum quandoque loqui in persona propria, licet non nisi ea, quæ sunt à Deo suggesta; sed de Paulo idem sentit Augustinus. Ita enim ille libr. de sermone Domini exponens Pauli sententiam, qua suadet, fidelem coniugem cum infideli habitare: Cateris autem ego dico, nō Dominus, scribit: Hic primò videndum est, quibus cateris. Dicebat enim superius ex Domini persona his, qui sunt in coniugio: nunc verò ex sua persona cateris dicit. Et paulò post: Si ergo non præcipit ex Domini persona, sed ex sua persona monet: ita hoc est bonum, ut si quis aliter fecerit, non sit præcepti transgressor. Sicut de virginibus paulò post dicit, præceptum Domini se non habere; consiliū autem dare. Er rursus ibidem: Monetur autē vir fidelis, si habeat uxorem infideli consentientem secum habitare, non eam dimittere: quia non est præceptum Domini ne dimittat, sed consiliū Apostoli. Sicut monetur virgo non nubere: sed si nupservit, consiliū quidem non tenebit, sed contra præceptum non faciet. Sic Augustinus, qui in sua persona Apostolum loqui tradit, eū vel consulit virginitatem, vel coniugem fidelem nō recedere ab infideli, quanquam hoc secundum nō consiliū, sed præceptum B. Chrysostomus hunc locum exponens asserat, licet aliter interpretetur ea verba Pauli, Non ego, sed Dominus; & Ego, non Dominus. Sed certè prior expositio contextui literæ magis est consona: & præter Origenē, Hieronymum, Ambrosium, & Augustinum, illā expositionem sequuntur Thomas, & Scotus.*

Cæterum, quò naturam iuris diuini

ni propriè dicti, & iuris humani, prout etiam comprehendit Canonicum, meliùs penetrare valeamus, operæpretiū erit, proprietates, & notas vtriusque iuris perpendere: quibus consideratis, agnoscemus etiam notas iuris diuini laxè accepti: nam pro ea parte, qua comprehendit Canonicum, conueniunt ei notæ iuris humani; pro ea verò, qua propriam, & strictam institutionem Dei complectitur, illi diuini iuris notæ quadrabunt; ac proinde opus non erit de illo peculiarem tractatum facere. Ius enim Ecclesiasticum, siue Canonicū, siue Pontificium, cum medium sit inter ciuile, & diuinum, si ad ciuile cōferatur, diuini iuris nomen induere potest: si verò comparatio eius fiat ad proprium ius diuinum, ad humana iura est referendum.

His igitur constitutis, prima differentia horum iurium est, quod et si vtrumque & lex iusta esse debeat, & à Deo: hoc tamen interest, quod ius diuinū propriè ab autoritate diuina immediatè proficiscitur, ius autem humanum immediatè ab autoritate humana oritur, loquendo de immediatione suppositi: quam differentiam fufius comprobauimus. Cui illud addere possumus, quod Anacletus epist. 1. ait: *Apostoli hoc statuerunt iussione Saluatoris, ut maiores, & difficiliore quæstiones semper ad sedem referantur Apostolicam, super quam Christus vniuersam struxit Ecclesiam, docente ipso ad beatum principem Apostolorum Petrum: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Hæc ille. Ex cuius verbis perpendere possumus differentiam inter iussionem, quam Christus fecit per se, Cathedrā Petri constituēs, & illam quam fecit per Apostolos, ut ministros, licet ipso iubente eam facerent: quam propterea per se possunt ea causa rescindere. Ius verò humanum, siue cōprehendat ciuile, siue canonicum, à Deo immediatè nō prodit: sed ciuile quidem, vbi iustum est, à Deo est, sed per rectores, & magistratus politicos editum, iuxta illud: *Per me Reges regnāt, & legū conditores iustā decernunt.*

De iure di-  
uino propriè  
accepto quid  
consideran-  
dum.

Iuris diuini  
& humani  
multiplex  
signatur dif-  
ferentia.  
Primum dif-  
ferentia.

Anacletus  
Papa.  
Quæ nā quæ-  
stiones ad Se-  
dem Aposto-  
licam sint re-  
ferendæ, Apo-  
stolorū præ-  
cepto.  
Matth. 16.

Prou. 8.

Act. 20.

Bernard.

Stabile man-  
datum quod,  
testē Bernar-  
do.

Regularia  
statuta, atq;  
Canonica, à  
quibus cōtū-  
mutari va-  
leant.

Secundū dif-  
ferentiam ius  
inter, &  
humanum.

B. Thom. 10.  
mo. 8. sub fi-  
nem.

Ius autem Canonicum cum conueniens est, atq; æquitati consonum, à Deo quidē est, sed per pastores, & Episcopos Ecclesiā Dei, quos posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiā Dei, cōstitutum: nā inter alia sic regūt Ecclesiā, ut condant regulas, & canones, quibus fideles dirigant, & ordinatè disponāt in Ecclesiastica politia: quorum mandatum Bernardus stabile vocat. Nam lib. de præcepto, & dispensatione, illud ius explicās, ait: *Et quidem stabile dixerim, quod ita est necessarium, quod nō cui libet homini illud mutare fas sit, nisi solis dispensatoribus mysteriorū Dei, id est, præpositis. Ut v. g. Regulas sanctorū Basilij, Augustini, Benedicti, nec nō authentici Canones, & si qua sunt alia Ecclesiastica instituta dignæ autoritatis, quæ quoniam à sanctis tradita sunt, sancta stabiliter perseuerant: nec omnino cuius sanctorū ea variare, vel mutare cōceditur. Quia tamē ab hominibus, etiam per homines loco, & officio illis Canonica electione succedentes, licet interdum, innoxieque pro causis, personis, locis, & temporibus dispēsantur.* Hæc ille, egregiè docens, ideo mutari posse regularia, & Canonica instituta per superiores, quia etiam per eos condita sunt, hoc est, per eorū autoritatem: & ideo licet à Deo sint, non sunt tamen ab eo immediatè, sed per homines.

Secūda differentia est: Ius diuinum propriè sumptū, & obligās in Nouo Testamēto, ad particularia nō admōdū descendit, nec de ijs, quæ media sunt, & illis accedunt, tractare solet; ut sæpè faciebat Deus in Veteri Testamēto: sed in vniuersalibus se cōtinet: seria, & præcipua, & per se bona præcipit, ut articulos Fidei, moralia omnia, Fidē, Spē, & Charitatē, & septē Ecclesiæ Sacramēta, nec vltra descēdit, vel ad omnes minutas ceremonias Sacramētorū, vel ad vniuersaliū determinationes præceptorū. Nam hæc Dñs per se discere noluit, sed Ecclesiæ relinquere, & per illā statuerē. Quæ sanè præclara doctrina si rectè expendatur, multas difficultates illustrare valet: desumptaque est à B. Thomā in Quodlib. 4. art. 13. *Dicēdū, inquit, quòd Papa habet plenitudinē po-*

*testatis, ita scilicet, quòd quacūq; sunt instituta per Ecclesiam, vel Ecclesia prælatos, sunt dispensabilia à Papa: hæc enim sunt, quæ dicuntur esse iuris humani, siue iuris positivi. Circa ea verò, quæ sunt iuris diuini, vel iuris naturalis, dispensare non potest, quia ista habent efficaciam ex institutione diuina. Ius autem diuinum est, quòd pertinet ad legem nouā, vel veterē. Sed hæc est differentia inter legem vtramque: quia lex vetus determinabat multa, tam in præceptis ceremonialibus pertinentibus ad cultū Dei, quam in præceptis iudicialibus pertinentibus ad iustitiā inter homines cōseruandā. Sed lex noua, quæ est lex libertatis, huiusmodi determinationes non habet, sed est contenta præceptis moralibus naturalis legis, ut articulis Fidei, & Sacramētis gratiæ: vnde & dicitur lex Fidei, & lex gratiæ, ppter determinationē articulorū Fidei, & efficaciam Sacramētorū. Cætera verò, quæ pertinent ad determinationem humanā iudiciorū, vel ad determinationē humani cultus, libere permisit Christus, qui est nona legislator, prælati Ecclesiæ, & principibus Christiani populi determinanda. Vnde omnes huiusmodi determinationes pertinent ad ius humanam, in quo Papa potest dispensare: in solis verò his, quæ sunt de lege natura, in articulis Fidei, & Sacramētis noua legis, dispensare nō potest. Hoc enim nō esset posse pro veritate, sed contra veritatem. Hactenus ille. Ex quo constat, ea, quæ sunt iuris diuini in nouo Testamento, vniuersalia, & per se bona, hoc est, ad virtutem, vel ad gratiam immediatè præstantia; vr Sacramenta, existere: contra verò se habere ea, quæ iuris positivi sunt, manifestum est. Nam ad particularia descendunt, quæ determināt ea, quæ in vniuersali dicta sunt. Ius etenim diuinum & naturale dicitur esse ieiunandum, orandum, & oues pascendas: ius verò posituum quomodo, & quoties, & quādo. Iuris est diuini vsū Sacramētorū percipere, hoc est, ea, quæ ad eorū usū spectāt: iuris positivi est, determinare, quo die, & qua ratione, & quoties, & quo tempore sint suscipienda. Et ita de alijs. Re-  
tē etgo docuit B. Bernardus huiusmodi, de quib⁹ ius posituum disponit, nō*

In quibus Pa-  
pa dispēsare,  
vel nō dispēs-  
sare potest.

Lex vetus à  
noua quid  
differat.

Iaco. 1.

Rom. 3.

Gal. 5.

Lex nobis,  
lex fidei, &  
lex gratiæ,  
cur sit dicta.

Quæ sint ius-  
ris positivi,  
quæ diuini.

B. Bernar-  
dus lib. de  
dispens. &  
præcep. 16.

Positua præcepta quid conferant.

esse per se bona, siue per se virtutes, nec absolute ad salutem necessaria, antequam præcipiantur: iuuare tamen ad profectum, vel conseruatione charitatis. Ait enim de huiusmodi loquens, de præcepto, & dispensatione: *Ideo autem hanc ipsam mutationem taliter, & à talibus recipere possunt, quoniam non naturaliter, nec per se bona sunt. Porro inuenta, atque instituta sunt: non quia aliter viuere non liceret; sed quòd ita magis expediret: nec planè ad aliud, quàm ad lucrum, & custodiam charitatis.* Sic bonus ille, & sanctus Pater.

Tertium discrimen furis diuini, & humani.

Ius diuinum esse immutabile, vnde id constat.

Psal. 116.

Matth. 24.

Supra. 5.

2. Cor. 13.

Virtutis quanta vis.

Supra. 10.

Solut legem, quid sit.

Simile.

Quòd ius Moyfi durare debuisset.

Matth. 12.

Tertia differentia est: quòd ius hoc diuinum immutabile est per hominem, è contrario verò ius humanum. Hanc autem differentiam Scriptura, Patribus, atque rationibus constabillire possumus. Scriptura enim verbù Dei immobile esse sæpè declarat: nã ita dixit Dauid: *Veritas autem Domini manet in æternum, & Dominus, Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Et iterum: *Non veni soluere legem, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum, & terra, iota vnũ, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Et Paulus: *Non possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate.* Et infra: *Secundùm potestatem, inquit, quam Dominus dedit mihi in edificationem, & non in destructionem.*

Neque obijciat mihi aliquis legem Moyfi solutam, quia cessarunt ceremoniæ, & iudicia: nõ enim, solui legem, est legem cessare, sed auferre ab illa obligandi vim pro tempore, quo debebat obligare: sicut nec nox interrumpitur, quando tota eius periodo cõpleta succedit illi dies, per què minimè abrumpitur, sed cessat, & illi cedit. Tunc autem verè abrumpitur, quòd luce ante finem noctis adueniente, partem aliquam illi abscinderet. Nequaquam autem ita factum est in lege, ideo non est soluta, quia vis obligandi tandiu durauit, quanto tempore durare debebat, hoc est, vsq; ad Christum passum, & suscitatum. Nec rursus probat legem Moyfi mutabilem, siue solubilem, quòd aliquando vel Sabbato: bellauerint Iudæi, vel

bouem, vel asinum è fouea abstraxerint, vel Apostoli fricauerint spicas, vel infiniti sanati à Domino portarint grabatum: hæc enim omnia non fuerunt dispensationes, sed legis interpretationes, cuius legislator nobis hac his casibus necessitatis legem obligare. Doctores etiam eandem iuris diuini immutabilitatem agnoscunt, & fatentur, sed præcipue Lactantius, atque Bernardus. Ille quidem lib. 6. diuinar. institut. cap. 8. dicens: *Suscipienda igitur Dei lex est, qua nos ad hoc iter dirigat, illa sancta, illa cœlestis, quã M. Tullius in lib. de Repub. tertio penè diuina voce depinxit, cuius ego, ne plura dicerem, verba subiici. Est quidem vera lex, recta ratio, natura congruens, constans, sempiterna, qua vocet ad officium, iubendo, vetando à fraude deterreat: qua tamen neque probos frustra iubet, aut vetat; nec improbos iubendo, aut vetando mouet. Huic legi nec propagari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Nec verò aut per se natum, aut per populũ solui hac lege possumus. Neque est quærendus explanator, aut interpret eius alius. Nec erit alia lex Roma, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: sed & omnes gentes, & omni tempore vna lex, & sempiterna, & immutabilis cõtinebit, vnusq; erat communis quasi magister, & imperator omnium Deus: ille legis huius inuentor, disceptator, lator, cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernabitur: hoc ipso luet maximas penas, etiam si cetera supplicia, qua putantur, effugerit. Quis sacramentum Dei sciens tam significanter enarrare legem Dei possit, quam illam homo longè à veritatis notitia remotus expressit? Ego verò eos, qui vera imprudenter loquuntur, sic habendos puto, quasi diuinent spiritu aliquo instincti. Quòd si, vt legis sanctæ vim, rationemque peruidit, ita illud quoque scisset, aut explicasset, in quibus præceptis lex ipsa consisteret, nõ Philosophi sanctus esset officio, sed Propheta. Hęc Lactantius, cõmendans ea, quæ docuit M. Tullius de natura diuine legis, tãquã è diuino spiritu profecta. In quibus quidè Cicero de lege naturæ, quæ diuina quantum ad eius prima principia, à Deo indita existit,*

Ibidem.

Ioan. 5.

Lactant.

M. Tullius de lege diuina, seu naturali quã præclarè & scripsit.

loquitur, & ideo legem illam immutabilem esse asserit, ita vt nec tota abrogari, nec ex parte per hominem dispensari possit, communemq; esse, & eandem omnibus gentibus, locis, ac temporibus. Est igitur Lex Dei iuxta sententiam Lactantij & Ciceronis immutabilis.

Bernardus.

Ius stabile, & inuolabile quæ Bernardus.

Exod. 20. Supra 12. Infra 12. & sequent.

Ius incommutabile quod sit.

Bernardus verò libro de præcepto & dispensatione, postquã diuisit præceptum obligans in stabile, sub quo comprehendit positua Ecclesiæ mandata, & in inuolabile, sub quo comprehenditur Diuinum, quod Deus ipse aliquando dispensat, quale est, *Non furaberis*: in quo ait, Deum dispensasse cum Hebræis, qui spolia Ægyptiorũ præripuerunt, & in incommutabile, quod nec ipse Deus dispensat, ita seorsum de his differit: *Necessarium deinde, quod inuolabile nominauit, illud intelligo, quod non ab homine traditum, sed diuinitus promulgatum, nisi à Deo qui tradidit, mutari omnino nõ patitur.* Hęc ille. Et de incommutabili subiungit: *Iam verò necessarium, incommutabile quod accipi velim? Equidem nihil congruentius, quàm quod diuina ita constat, & æterna ratione firmatum, vt nulla ex causa possit vel ab ipso Deo aliquatenus immutari.* Et paullo post: *Primam ergo necessitatem (loquitur de statutis Monasticis) suam cuique facit in promittendo voluntas: secundam (loquitur de præcepto inuolabili) præcipientis autoritas: tertiam (loquitur de incommutabili) præcepti dignitas.* Differunt autem, vt iam dictum est, quibusdam à se inuicem gradibus tres ista necessitates: nec vnà omnes sequitur immutabilitatis firmitas. Nam ex prima quidem quod efficitur, etsi non penitus immutabile, tamen vix mutabile esse constat, dũ solis illud liceat mutare Prælati, & hoc non nisi fideli, & prouida dispensatione. Quod verò sit ex sequenti, quæ & maior est ista, est penè iam incommutabile. Soli quippe Deo esse mutabile, superius demonstratũ est. Porro quod de nouissima sit, tanquam omnium maxima, omnino immutabile est, vt potè quod ne ipsi quidè mutari liberum est. Hęc Bernardus, qui docet, præceptum quidem Positiuum immutabile esse per inferiores, mutabile verò per ipsos superiores, qui

paris tamen cum his qui condiderunt, potestatis existunt; Diuinũ verò, omnino immutabile esse per homines.

Huic autem sententiæ Patrũ consonat ratio. Nam primũ, si par in parem non habet potestatem; multò minus qui impar est Deo, non poterit mutare quæ ipse stabiliiuit. Deinde cũ Deus, optimus sit architectus, nunquã præcipiendo destruit, sed semper ædificat: auferre igitur, quæ ipse ædificauit, destruere est. Deus autem nullam ad destruendum contulit potestatem, vt testatur Apostolus. Tertio, Ecclesia quasi sponsa Christi non potest sigillum sponsi sui frangere, nec fidem literis ab sponso obsignatis auferre: quia minor est sponso; nec est domina scripti sponsi, sed testis, & interpres: sicut è contrario Scriptura sponsi non est iudex, sed testis sponsi, & sponsæ, sicut scriptum est: *Scrutamini Scripturas, quia illa sunt quæ testimonium perhibent de me.* Cũ igitur Scriptura sancta, Christi obsignatum à Deo testamentum existat, id nequaquam mutare, vel rescindere Papa, vel Ecclesia potest, sed seruare potius, eoque regi, & gubernari debet. Quarto, stante veteri Testamento nemo potestate ordinaria immutauit præcepta Dei, quæ tunc obligabant, nec ad pontifices Legis veteris accurrebatur pro immutatione præcepti Diuini, vel pro solutione obligationis eius, sed pro interpretatione: quemadmodum etiam in nouo Testamento nunquam accurritur ad Põtifices, vel Concilia Generalia, vt in totum, vel ex parte ius Diuinum abrogetur, sed vt illud interpretationem, & expositionem accipiat. Ergo, vel non est illa potestas in Ecclesia Dei, quod verissimi mum est, vel si est, vel si fuit, semper otiosa fuit, est, & erit, quod est vehementer absurdum. Ex hac autem differentia aliæ subsequuntur.

Quarta differentia est, quòd ius Diuinum est per hominem indispensabile, contrà verò ius humanum: vt luculenter in superius dictis declarauit B. Thomas. Bernardus etiam, dũ docuit, mandata Diuina immutabilia esse per hominem: planè etiã docuit

Par in parem non habet imperium.

Secunda ratio

2. Cor. 10. & vlt.

Tertia ratio. Ephes. 5.

Ioan. 5. Scriptura quid sit mysticã.

Quarta ratio

Quartum discrimen iuris diuini, & humani.

B. Thomas. Bernardus.



ita presentes ex causis legitimis possunt illis antiquis vel omnino, vel ex parte contrarias Leges condere suas, sed presenti tempore Ecclesie magis conducibiles.

Sextum, ac postremum argumentum.

Innocent. Tertius. Vnde ius prodit, interpretatio quoque procedit

Diuinae leges, & preceptiones si vllam exceptionem admitterent, quid inde.

Sexta, & postrema differentia est, quod ius diuinum nullam habeat exceptionem à voluntate, vel potestate humana pendentem, sed si quam habet, à Dei potestate, & voluntate habet. Contra autem, ius humanum exceptiones habet ex potestate, & voluntate humana prodeuntes. Cuius ratio est non obscura. Nam vt testatur Innocentius Tertius in cap. Inter alia, de senten. excommunicationis, Vnde ius prodit, interpretatio quoque procedit: cum ius diuinum à Deo prodeat, exceptiones Diuinarum regularum non nisi à Diuina potestate prodire debent. Et ideo homini dispensationem in Diuinis rebus faciendi credere non cogimur, nisi ex Scripturis Catholicè intellectis, vel ex ijs, quæ manifestè deducuntur, exceptionem illam comprobet, vel à Deo auctoritatem habeat Scripturam sacram authenticè interpretandi, qualè habet Papa è Cathedra loquens, ac definitis Fidei controuersias, vel generale Concilium legitimè congregatū. Alioquin frustrarentur Diuinæ regulæ, inanesque, ac vanæ efficerentur, si cuius priuato liceret in illis excipere. Ius autem humanum ex eadem ratione, quia abrogari, & mutari potest per humanam potestatem, per quam conditum est: ita potest non solum ab ea declarari, sed etiam exceptiones recipere, quas illatenus non receperat,

si ita ad edificationem magis expediat.

Est igitur ius Diuinum propriè siue strictè, prout distinguitur ab Ecclesiastico & ciuili, institutum immediatè à Deo, id est, absque media auctoritate ciuili, vel Ecclesiastica: quemadmodum Ecclesiasticum est, quod immediatè ab Ecclesia prodit; vt ciuile, quod à potestate prodit seculari. Quemadmodum opus Diuinum propriè est, quod à Deo immediatè fit: opus Naturæ, quod à Deo media natura: artis, quod à Deo media arte producitur. Et vt apertiori exemplo illustremus, fons Diuinus est, & Naturalis, & Artificialis. Diuinus quidè ille, qui Dei opere ac signo immediatè prodit, vt ille Esaiæ in quercu, vel ille, quem ostendit Clemens sub pede agni, cum esset relegatus ad metallum: naturalis verò est, qui nulla adhibita arte humana confurgit: quemadmodum artificialis, qui artificio constat, atque ab eo tantum pendet. Cognoscitur autem ius Diuinum aut Scriptura, aut traditione, aut euidenti deductione, & necessaria ex Scripturis, vel quia non potest humana lege, vel consuetudine derogari, aut exceptionem ab humana auctoritate recipere. Et hætenus nobis de natura iuris Diuini, & Humani in eius definitione contenta, ac de notis, & proprietatibus, & differentijs vtriusque dictum sit, ad gloriam, & laudem Domini nostri Iesu Christi, qui omnium iurium suo modo effectus est & conditor: ipsi cum Patre, & Spiritu sancto gloria, honos, & imperium in sempiternis seculis. Amen.

Exéplis hæc illuminatur doctrina.

Ius diuinum tribus modis habetur.



## TRACTATVS LXII.

In quo argumenta, quæ contra iuris Diuini naturam, & definitionem à nobis assignatam, à quibusdam adferri possent, soluuntur planè, ac refelluntur.

Veritas requirit duo.



QVONIAM satis non est veritatem ipsam omnibus intuendam proponere, & confirmare, nisi eam ab argumentis, quæ contra sunt, tueamur, & res hæc non modicam lucem his quæ dicta sunt, & vtilitatem non mediocrem Lectoribus adferre valeant, mei esse muneris, existimaui bona fide illa in medium adducere, & quam parum efficiant, aut euincant quod volunt argumentantes, ostendere.

Constat igitur ex his rationibus, ac Patribus, quos produximus, tam in veteri, quam in nouo Testamento esse quædam in Scriptura, quæ cum enarrantur per humanam auctoritatem, licet à Deo concessam, fuisse quidem instituta, propriè tamen ius diuinum dici non debere. Sed in hoc quidam offenduntur, contenduntque, quicquid à Moyse, vel ab Apostolis sancitum est, propriè esse ius diuinum, non secus atque ea, quæ à Deo immediatè sancita sunt: neque volūt distinguere inter Apostolos quatenus Apostoli erant, hoc est, promulgatores, & pre-cones iuris diuini, & quatenus pastores erant, & Ecclesiarum antistites iura Ecclesiastica sancientes: vt acutè annotauit D. Thomas, atque alij: nec rursus inter Moysen, quatenus Prophetæ erat, hoc est, minister, & denunciator diuinæ Prophetiæ, & quatenus erat legislator, ex auctoritate sibi à Domino communicata precepta tradens. Ob hos ergo minimè distinguentes, ac propterea seipsos con-

D. Thomas Quodlibet. 4. art. 13. tom. 8.

fundentes, & suis se argumentis implicantes, merito respondendum est. Primum igitur turbatur, quod in Lege Moyli distinguendum esset inter precepta decalogi probata à Deo per nudum ministerium Angelicum, & inter precepta reuelata quidem ab ipso Deo ipsi Moyli, sed per ipsum, non tanquam nudum ministrum, & preconem, sed tanquam per legislatorem ex auctoritate Dei in se deriuata promulgata: & priora quidem dicimus propriè esse Dei, posteriora autem nõ ita propriè. Sed hæc turbatio immeritò oritur in illorum cordibus, cum in re ipsa omnes conueniamus. Nam fatemur, tam illa, quæ precepta sunt ab Angelis in monte Sinai, quæ in Decalogo continentur, quam ea, quæ Moyses promulgauit, ab eodè Deo optimo, & maximo esse profecta. Deinde fatemur, quod promanât ab eo, nõ quidem medio solo lumine naturalis rationis, vt leges omnes humanæ, & ciuiles, sed lumine reuelato, & supernaturali: Nec enim (ait Petrus) voluntate humana allata est aliquando prophetia; sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Tertio quoque fatemur, quod tã illa vox, quam populus audiebat, cum Dominus profferret decalogum in monte Sinai, quam doctrina legis Moyli traditæ, vt populo illam promulgaret, non sic fuerunt immediatè à Deo pronuntiata, quin ad vtrumque vteretur ministerio Angelico: per Angelum siquidè organo aliquo corporeo

Primum argumentum.

Exod. 20. & sequent.

2. Petri 1.

Exod. 20.

Act. 7. & Galat. 3.





non ita propriè : præsertim cum respectu eius, quod propriū est, minus proprium iuxta communem loquēdi modum dicatur impropriū, aut nō proprium. Vnde & Dominus per Ieremiam & Ezechielem differentiam faciens inter legem Dei moralem, & reliquam Moyfi: *Non sum, inquit, locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de Terra Aegypti, de verbo holocaustorum, & victimarū. Sed hoc verbum præcepi eis, dicens, Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulatores in omni via quam mandavi vobis.* In Ezechiele quoque de moralibus præceptis verba faciēs, ait: *Ego Dominus Deus vester, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea.* Quæ postquam dixit à Iudæis violata, de ceremonijs subiungit: Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus non viuent. Et pollui eos in muneribus suis, cum offerrent omne quod aperit vuluam, propter delicta sua: & sciant quia ego Dominus. Ait ergo Dominus per Ieremiam, se non locutum de verbo holocaustorum, quia eorum præceptum in Decalogo, quem per se locutus est, non posuit. Per Ezechielem autē tradit se dedisse præcepta non bona, quia ceremonias & iudicia per Moysen tradiderat.

Verū obijciunt nonnulli contra ea, quæ diximus, probantes legem Moyfi à Deo esse propriè, & immediatè. Primò, quia non solum Decalogus, sed vel illa lex: *Non alligabis os boui triturantis,* propria Dei est, Paulo illam de alendis prædicatoribus exponente: *Nunquid de bobus cura est Deo?* Deus igitur, inquiunt, eius legis est autor, & consequenter omnium aliarum legum, quas tulit Moyses. Respondemus, indubium esse, legem illam, quam Moyses tulit, à Deo esse profectam: nam illam Deus per Angelum Moyfi reuelauit. Sed quia sæpissimè in eadem Scriptura non tantum lex Dei, & Domini, sed etiam lex Moyfi frequenter dicitur, præsertim in Euangelio; sequitur quod & ipse Moyses legislator extiterit, ac præceptor. Et quia in eadem Scriptura

dicitur lex per Angelos data; colligitur illam legem à Deo in Angelum, ab Angelo in Moysen, & à Moyse ut legislatore, & non ut nudo præcone, in populum promanasse. Et ita verū est quod Moyses illam legem de boue triturante tulit, Deus autem mediatè, si loquamur de mediatione suppositi; immediatè verò, si fermo sit de immediatione virtutis, illam pronuntiauit.

Secundò, idem probant per illud Pauli ad Hebræos 9. qui exponens quid significaret illud, quod Sancta sanctorum non paterent, ait: *Hoc significante Spiritu sancto, nondum propagatam esse sanctorum viam:* Si ergo Spiritus sanctus per umbras veteris Testamenti significabat nostra, proculdubio ipse cōdidit eiusmodi ceremonias, in quibus illa significarentur. Respondemus, verum esse, à Spiritu sancto conditas illas leges: quia Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines: non tamen sequitur quod immediatè condiderit illas, sed per Moysen, quem docuit, & instituit legislatorem. Tertio, producant Epiphanium Hæresi vigesimatertia in Ptolemaitas, vbi Ptolemæum reprehendit, quod inter alia deliramenta dixerit esse quædam à Deo profecta, quædam ab humano Moyfi spiritu contrario Diuino, ut illud de libello repudij. Respondemus, Epiphanium non reprehendere Ptolemæum, quod dixerit Moysen quædam protulisse ex reuelatione & potestate legislatoris sibi à Deo communicata; sed quia dixit, illum locutum fuisse ex humano spiritu, absque eo quod Deus per illū loqueretur, quod nos ne per somnium quidem cogitamus. Quod autē res ita habeat, euidenter constat, tum ex verbis ipsius Ptolemæi in epistola ad Floram; tum etiam ex verbis Epiphaniij eum refutantis. Verba igitur Ptolemæi ad Floram fœminam, quæ ab ipso Epiphanio recitantur, hæc sunt: *Primum igitur dicendum, quod vniuersa illa lex, quæ in quinque libris Moyfis continetur, non ab vno aliquo sancita est. Dico sanè non à solo Deo; sed sunt quædam ipsarum*

Actor. 7. Galat. 3?

Secundum argumentum. Hebr. 9.

2. Petri 1.

Tertium argumentum. Epiphanius

Deut. 24. Matth. 19.

Ptolemæi cuiusdam de Mose minus pti iudicium

præcepta

Ierem. 7.

Quid Iudæi mandauerit Deus.

Ezech. 20.

Quare se Dominus nō Iudæis ait præcepisse de verbo holocaustorum, & victimarū.

Idē cur dixerit Iudæis se dedisse præcepta nō bona.

In hanc sententiam quæ sunt obiecta diluuntur. Deut. 23.

1. Cor. 9.

Mosen, verū fuisse legislatorem, non præconē tantummodo.

præcepta etiam ab hominibus lata, & trifariam hanc diuisam esse, Saluatoris verba nos docent. Nam in ipsū Deum, & eius legislatorem diuiditur, & in Mosen; non quemadmodū per ipsum Moysen dat Deus, sed sicut ex propria intelligentia procedens, etiā Moyses aliqua sanciuit, & in Seniores populi, qui primi comperiuntur mandata quædam proposuisse. Hæc Ptolemæus, asserens quod Moyses nō Deo loquente per ipsum, sed ex propria intelligentia aliqua sanciuit. Quæ sensum redarguens Epiphanius, ait: *Quæ verò à Moyse, neque ipsa extra Deū sancita sunt, sed à Deo per Moysen. Id quod ex ipsa Saluatoris responsione ostenditur. Ipsa enim quæ produxisti testimonia, contra te ipsum collegisti. Dicit enim Dominus in Euangelio: Moyses scripsit secundum duritiam cordis vestri. Quod verò scripsit Moyses, non extra voluntatem Dei scripsit, sed ex Spiritu sancto sanciuit. Dixit enim Dominus in Euangelio: Quod Deus coniunxit homo non separet. Et quomodo coniunxit? verbum declarauit, ut discamus, dicens: Idcirco derelinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne vna. Deinde infert, dicens: Quod igitur Deus coniunxit, homo ne separet: quanquam Dominus hoc nusquam dixerit, quando Adam, & Euam formauit, sed solum, Faciamus ipsi secundum ipsum auxiliarem. Verum hoc ab ipso Adam dictum est, quando surrexit ex somno, & dixit: Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro suo sumpta: & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem vnam. Non igitur Deus hoc locutus est, sed Adam. Dominus autem testatur in Euangelio, Dei verbum esse, quod per Adam dictum est: & ab hoc ipso argumento ostendit, quod ipse quidem Adam dixit, verum voluntas Dei loquebatur. Et hic Moyses legem tulit Deo ipsi annuntianti legislationem. Hæc Epiphanius, quem constat in hoc reprehendisse Ptolemæum, quod dixisset Moysen ex suo cerebro, & non Deo suggerente nonnulla sanciuisse: quod nemo Catholicus dixit.*

Quarto obijciunt ex prophetia,

Matth. 19. Deuter. 24.

ibidem. Genes. 2.

Suprà 1.

Quartum argumentum.

quæ cum supra naturam existat, à Deo est immediatè, & homo illam suscipiens, ac proponens tantum nudum exhibet ministerium, nec in ea suam auctoritatem admiscet. Vnde Prophetæ dicere solent: *Et factum est verbum Domini ad me, dicens, vel: Manus Domini facta est super me.* Se ipsos etiam solent deicere, ne, quod dicunt, humanæ adscribatur auctoritati, ut Amos, qui dicebat: *Non sum Propheta, & non sum filius Prophetæ, sed armentarius ego sum vellicans syconoros.* Igitur & Moyses, qui in lege ferenda Prophetam agebat, cum umbra esset futurorum, non miscuit auctoritatem legislatoris: & ita lex illa purè, & immediatè est à Deo profecta, æquè propriè atque prophetia. Respondemus, legem posse dupliciter considerari: aut enim perpenditur, quatenus iuxta sensum literalem dirigebat illū populum in iudicijs discernendis, & politia per præcepta iudiciaria, & in Diuino cultu, ac ceremonijs per præcepta ceremonialia, & sic habet rationem legis: aut perpenditur iuxta sensum spiritalem, & allegoricum, quatenus futura in nouo Testamento designabat, & sic prophetiæ rationē induit, significante Spiritu sancto per illam legem quæ erant futura. Ita ergo Moyses, quatenus legē in sensu literali tulit, legislator fuit, & legislatoris auctoritatem à Deo sibi communieatam præcipiendo, & prohibendo adhibuit; præmiaque, & pœnas proponendo. At verò quatenus lex illa Prophetica erat, cum eam per Spiritum sanctum accepit, & intellexerit iuxta exemplar sibi in monte præmonstratum (intelligentia liquidem opus est in visione Prophetica, teste Daniele) Prophetam egit, & sic nudum exhibuit ministerium absque legislatoris auctoritate.

Quinto argumentantur: quia iuxta hanc sententiam lex Moyfi monstrum quoddam est ex humana, ac Diuina auctoritate, & doctrina compactum. Respondemus, hoc minimè sequi: quia quæ Moyses ut legislator sanciuit, ex auctoritate, & ex doctrina sibi cœlitus patefacta, nō autē ex humana; testatur.

Prophetæ cur dicebāt. Factū est verbum, vel manus Domini ad me, dicens, &c. Amos 7.

Hebr. 10.

Lex Moyfi duobus modis consideratur

Moyse quo modo legislator fuerit, & Propheta.

Exod. 25.

Daniel. 10.

Quintum argumentum.









dictis constat. Nec etiam necessariū est vt contineatur in ipsa Scriptura, quia nonnulla ex his quæ fide credimus, & multorum Sacramentorum formæ, ac materiæ, etſi in Scriptura non contineantur, sunt tamen iuris diuini perinde atque illa, quæ Scriptura complectitur. Nam vt quid sit ius diuinum, sat est, quod sit à Deo solo institutū: siue illa institutio constet per Scripturam, siue alio modo, vt per traditionem, vel miraculū, vel reuelationem. Atque ex his liquidū redditum est, quid sit propriè ius diuinum appellandum.

Ius humanū quid.

Ex quo etiā facilè colligitur, quid sit ius humanum. Est enim lex iusta, ab homine legislatore procedēs immediatè, siue politica sit, siue Canonica. Quod enim non est lex, vel non est lex iusta, non meretur nomen iuris. Rursus lex iusta, quæ non immediatè ab homine procedit, loquendo de immediatione suppositi, sed immediatè ab alio procedit, non est ius humanum, sed diuinum, si immediatè à Deo procedit, vel Angelicum, si ab Angelo tanquam legislatore proficiscitur. Ex his etiam explicari potest, quid sit aliquid esse de iure diuino, vel esse de iure humano. Si enim de legibus ipsis loquamur, non propriè dicuntur ipsæ leges esse de iure diuino, vel de iure humano, quia potius sunt ipsummet ius diuinum, vel ius humanum: nam propriè dicitur legem esse de lege, & ius de iure. Si

De iure diuino quomodo aliquid sit, & de iure humano.

aurem loquamur vel de materia ipsa legibus contenta, vel de hominum potestate, vel de Sacramentis, & ritibus, propriè quæritur, an hoc, vel illud sit de iure diuino, vel humano; hoc est, an institutum sit ea lege, quæ propriè sit ius diuinum, an ea lege, quæ propriè dici debeat ius humanū. Quæstio igitur de iure diuino, vel humano, non habet locum nec in ipsis legibus, quia non sunt de iure, sed ipsum ius: neque habent etiam locū in rebus, quæ non instituuntur per leges, & ita non quærimus an Angeli, vel elementa, vel mixta ex eis cōposita, sunt iuris diuini, vel humani: quia huiusmodi res non instituuntur legibus, sed vi, & potestate Dei, vel causarum secundarum: sed habet locum hæc quæstio in his, quæ legibus instituuntur, vt sunt potestates humanæ, & actiones, & ritus, & Sacramenta. Nemo autem miretur, si superiori sermone huius iuris diuini naturam persecuti fuerimus: nam ad eas quæstiones, quas proximis tractatibus absoluemus, hæc necessaria esse existimauimus, & nī fallor, ad futuras in Ecclesia Dei controuersias, an aliquid sit iuris diuini, vel humani, aliquid lucis, & adiuuenti nostrū laborem allaturū speramus, in Christo Iesu Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit æterna laus, honor, & imperium, in secula seculorum, AMEN.



TRACTATUS LXIII.

IN Quo differitur de duplici potestate, Seculari, & Ecclesiastica: & rursus de gemina autoritate Ecclesiæ, ordinis, & iurisdictionis, atque adeò de causis earum, & vnde illæ deriuentur in ministros: & quod potestas iurisdictionis à Christo per Petrum in Apostolos sit deriuata.

De Natura potestatis Ecclesiasticæ & humanæ scribitur.

Homo quale animal sit.

Rom. 13. Ecclesiastici 15.

**A**D Propositæ quæstionis faciliorem, ac dilucidiorē solutionem, duo nobis esse præmittenda promissimus: alterum, quid esset ius Diuinum, & quotuplex; alterum, quænam esset natura potestatis Ecclesiasticæ, siue illa sit ordinis, siue iurisdictionis. Cū igitur primum præstiterimus, superest vt ad secundum explicandum aggrediamur, quò videlicet institutionem potestatis Episcoporum, & eorundem super Presbyteros prælationem facilius intelligere valeamus. Cū igitur homo animal sit minimè ferū, & foliuagum, sed sociale, & ciuile; animamq; habeat non mortalem, vt bruta, sed immortalem à Deo: hinc factū est, vt semper cognita fuerit ab hominibus duplex potestas, altera ciuilis, & politica, qua homines in officio erga se inuicem continerentur, altera vero sacra, qua in officio erga verū Deū per verum cultum retinerentur. Quòd ideo dixerim, quia nulla fuit, vel erit vnquam in terra vera potestas, vel ad cultum falsi Dei, vel ad falsum, & superstitiosum cultum Dei veri: Nā vt Deus (à quo omnis potestas est) nemini mādauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi: ita etiam nemini ad impiè agendum contulit potestatem. Hinc vana, & à dæmone, vel tyrannide, vel crassa hominum igno-

rantia, & iniustitia idolorum Sacerdotia inuenta fuerunt, & cuiusuis alterius sectæ, quæ infidelitate laborauerit: de quibus hic nulla erit mētio. Quamuis etiam infideles suffragētur huic potestatum distinctioni: nam vel etiam ipsi semper deputarūt aliquos, qui Deorum cultui vacarent; alios vero, qui politicam administrationem tractarent, vt ex Sacris, ac profanis libris constat: nam Babyloni, Persæq; ac Medi, Græci, ac Romani, Ægyptij atq; alij suos Sacerdotes, suos etiam Reges, & iudices habuerunt: hic autē de populo Dei tantū loquimur, in quo iam fuisse legitimam Dei potestatem ex Scriptura, ac Patribus constat. Nam in lege Naturæ præfuerunt alijs Adam, Cain, filius eius, qui ædificauit ciuitatem, Seth etiam, & Noe, & Sem, & alij, qui populos administrabant, & politicè regebant: primogeniti etiam Sacerdotio fungebātur, vt Melchisedec (quem fuisse Sem primogenitum Noë, Hieronymus, atq; alij tradunt) qui erat Sacerdos Dei altissimi. Abrahā etiam, Isaac & Iacob, quos sacrificasse legimus, & ob Sacerdotium Christos suos eos Dominus per Prophetam vocat, cū ait: Nolite agere Christos meos; & in Prophetis meis nolite malignari. Esau etiam profanus dicitur à B. Paulo, quod primogenita, quibus erat annexum Sacerdotiū vē-

Idolorum Sacerdotia vnde fuerint inuenta.

Gen. 4. Melchisedecus filius primogeniti extitit iuxta nonnullos. Intra 14. Heb. 7. Hieron. lib. de qq. Heb. in Gen. 10. mo 3. Sacerdotes à Prophetarum Christi dicantur. Psal. 104.







Gratia Dei non tollit, sed perficit naturam. II. ratio.

adiurisdictionem spectat. Erunt igitur hæ duæ potestates in Ecclesia, cum gratia Dei non tollat, sed perficiat naturam. Tertiò, quia per functiones cognosci solent facultates ipsæ, & virtutes. Cum igitur in Ecclesia videamus actus exigentes iurisdictionem, ut sunt ligare, & absoluerè; indulgentias dare, & excommunicare; præcipere, & prohibere, & ius Ecclesiasticum dicere: alios verò, qui potestatem Sacramentalem requirunt, ut conficere, & offerre sacrificium; confirmare, & ordinare, & administrare Sacramenta omnia, & quædam ad ea pertinentia, ut consecrare templa, altaria, vasa, & ornamenta: erunt igitur illæ duæ potestates, à quibus huiusmodi actus proficiscuntur, in Ecclesia Dei.

Quid sint hæ duæ potestates. Ordinis potestas quid sit.

Ad secundum, explicandum quid sit utraque potestas. Et breuiter dicendum est, quod potestas Ordinis, siue Sacramentalis, est facultas, qua quis potest exequi quosdam actus eminentes in Ecclesia, qui vel simpliciter, vel saltem ex ordine non possunt fieri à non consecrato, quales sunt consecrare siue ordinare Ecclesiæ ministros, conficere Eucharistiam, eamq; atque alia Sacramenta administrare, Charisma, & Oleum infirmorum, aras, templa, vasaque sacra, ac virgines sacrare, & similes. Diximus in primis esse potestatem, siue facultatem, non anxie discutiendo quæ Scholastici solent disputare de charactere, an scilicet sit relatio, vel qualitas absoluta: & si absoluta est, an existat in intellectu, vel in voluntate, vel in facultatibus executiuis: & rursus an sit vna, qua conficimus, alia, qua absoluimus in foro conscientiæ, alia, qua sunt quæ Episcopalis ordinis propria sunt, an verò vna quapiam re hæc omnia præstentur: quæ omnia Theologis Scholasticis decidenda relinquuntur. Hic enim satis est intelligere per potestatem Ordinis id, quo quis valet iam dictos actus exercere. Dicitur in definitione: Actus eminentes in Ecclesia: quia reuera eminent actus, qui per hanc potestatem exercentur, ut infra explicabitur. Additur, prædictos

actus vel non posse fieri, vel non communiter à non consecrato: quia sublimiores non valent omnino fieri à non habente per consecrationem potestatem ad eos actus ordinatam. Nec enim non existens Episcopus, potest consecrare Sacerdotem, vel Diaconum, & qui non est Presbyter, non potest conficere Eucharistiam, vel absoluerè in foro conscientiæ. Alij verò actus minores, ut baptizare, possunt à non consecrato, qualis est laicus, præstari. Sed id non fit communiter, cum proprius baptismi minister sit Sacerdos: sed fit ex commissione. Similiter ex commissione Presbyter potest Sacramentum Confirmationis conferre, vasaq; & altaria, atque Ecclesias consecrare secundum quorundam sententiam, quamuis ordinarius horum actuum minister sit Episcopus, ut ex Patrum constat decretis. Et hætenus quid sit potestas Ordinis.

Potestas autem Ecclesiasticæ iurisdictionis, prælatio quædam, siue superioritas est, per quam clericus dirigit sibi subiectum fidelem in vitam æternam secundum legem Diuinam, vel Canonicam, per actus quosdam, qui etiam à non consecrato exerceri possunt. Explicatur in primis prælatio, siue superioritas: quia reuera non est aliud habere super aliquem iurisdictionem, quam illi præferri, & quoddam genus Domini habere super eum, ita ut possit illi ius dicere, iuxta illud Apostoli: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Additur etiam, hanc potestatem esse in clerico: quoniam qui Christianus non est, aut qui clericus nondum est, quales sunt fideles omnes laici, & mulieres, etiam religiosæ, & religiosi non clerici, non possunt esse huius iurisdictionis capaces iuxta ius commune. Subditus etiam, fidelis esse debet, ut in illum sit Ecclesiastica iurisdictionis: Quid enim ad nos de us qui foris sunt, iudicare? Ideo, sicut neque infidelis habet super Christianos Ecclesiasticam iurisdictionem, sed civilem, si dominium est iustum, vel nullum, si est iniustum: ita etiam Christianus, quamuis clericus, quamuis

Baptismi proprius minister quis.

Quid sit potestas iurisdictionis.

Super aliquem habet iurisdictionem quis. Rom. 14.

Iurisdictionis super aliquem, qui minime sunt capaces.

1. Cor. 5.

Explicantur definitio.

Ad quæ se minime extendat potestas iurisdictionis.

In quos non possit esse iurisdictionis.

Pontifex summus iurisdictionem Ecclesiasticam super infideles non habet, sed civilem, si habet in eos principatum, vel dominium despoticum, si sint serui. Hinc fit, ut ad iurisdictionem Ecclesiasticam opus sit, ut qui præest, sit Christianus clericus: qui subest, sit Christianus clericus. Tertiò autem opus est, ut qui præest, dirigat subditos in vitam æternam, ac proinde secundum legem diuinam, vel canonicam ex ea deductam, in quibus Ecclesiastica iurisdictionis à civili differt, quia civilis in quouis homine fidei, vel infidei, vel etiam in muliere esse potest, & erga quemuis fidelem, & in finem temporalem pacis externæ per legem naturalem, vel civilem ex ea deductam subditos dirigit. Dicitur autem, per actus, qui à non consecrato valent exerceri: quia per hos potestas iurisdictionis differt ab ea Ordinis, quod illa actus habeat, qui tantum à consecrato debent exerceri, hæc verò tendit ad actus, qui fieri possunt per non consecratos, quales sunt, præcipere, vetare, præmia, & pœnas Ecclesiasticas adhibere, excommunicare, & ab excommunicatione absoluerè: indulgentias cõcedere: de doctrina statuere: his tribuere iurisdictionem, illis auferre: docere, prædicare, necessaria victui exigere, &c. Et hæc de secundo.

Iurisdictionis quæ sunt propria.

Potestatum Ordinis, & iurisdictionis causæ. Forma.

Act. 13.

Esa. 49.

Materia.

Ad tertium: considerandum quæ sunt causæ harum potestatum. Et dicendum, quod si de forma sermo est, ipsæ potestates iam definitæ sunt formæ. Si autem de fine quæritur, is est vita æterna subditorum: ad ædificationem enim, & animarum æternam salutem institutæ sunt huiusmodi potestates, dicente Apostolo: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repelitis illud, & indignos vos iudicatis æternam vitam; ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus: Dedit in lucē Gentiū, ut sis salus mea vsq; ad extremum terræ. Materia verò videtur esse ipsa animæ sanitas, iustitia, & perfectio. Ut enim potestas civilis instituta est ad vitam, & bona, & honorē, & iustitiam civiliter tuendam; ita potestas spiritualis instituta est, ut animæ pec-

catorum morbis liberentur, & iustitia atq; perfectione Christiana exornentur, ac locupletentur; ad quæ præstadium potestas Sacramentalis attingit immediatus, dum Sacramenta, quibus sanatur animi, spiritualiterq; datur, atq; perficiuntur, exhibet. Potestas verò iurisdictionis non nisi mediata, quatenus per eam ad Ecclesiam admittuntur infideles, vel excluduntur indigni. Ita ut potestas Sacramentalis comparari possit ad Sancta Sanctorum, quæ quidem modo quodam viciniora erant ipsi Deo sedenti in templo inter duo Cherubim; Potestas autem iurisdictionis similis est anteriori parti templi, quæ dicitur Sanctum: quæ etiam Deo non ita appropinquaret, via tamen erat, per quam ad Sancta Sanctorum posset accedere. Sicut qui intra consortium fidelium recipitur per potestatem iurisdictionis, disponitur ut apte queat suscipere Sacramentum: ad quæ administranda instituta est potestas Sacramentalis.

Quod verò attinet ad efficientem causam, de qua principaliter hic dubitatur, & quam pertractando, expediemus quod quarto loco proposuimus (Nimirum an & unde deriuentur illæ potestates) Dicendum est in primis, quod principalis causa efficiens, & immediata potestatis ordinis non solum in Petro, & alijs Apostolis in Ecclesiæ initio Christianæ consecratis, ac promotis, sed etiam in quouis, qui ad ordines sacros promouetur, non est alius, quam Christus Dominus noster. Ipse enim, ut vidimus, promouit Apostolos in Sacerdotes, tradens eis potestatem consecrandi Eucharistiam, & remittendi peccata. Ipse fecit Petrum totius Ecclesiæ suæ Episcopum, pastorem, & Principem, etiam ipsorum Apostolorum. A Paulo quoque potestas Ordinis, quæ cum impositione manuum dabatur, gratia vocatur, quam solus Dominus valet conferre. Sic enim Hormisdæ Pontifex epistola ad Bonifacium scribit: Hoc itaque ad priora coniugimus, ne benedictio per impositionem manus, quæ à Deo esse creditur, pretio comparetur. Quia Simon Magus

Potestas Ordinis cui rei similis, cõtem illa iurisdictionis videatur. Exo. 26. & Heb. 9.

Ordinis, & iurisdictionis efficiens causa.

Matth. 26. supra 18. & Ioa. 20.

Hormisdæ Pontifex.

Impositio manuum vnde sit.

Act. 8.

volens Spiritum sanctum precio mercari, Apostoli Petri fuit detestatione percussus. Hæc ille, docens fide tenendum esse, benedictionem, quæ conceditur ordinatis, à Deo esse. Omnes etiam Patres, qui vel Episcopos, vel Sacerdotes, vel Diaconos à Deo institutos asserunt (quorum dicta inferius producentur) ob id ita loquuntur, quia censent à Deo solo posse conferri ordinis potestatem.

Qui sint actus effectusve potestatis Sacramentalis.

Ratio quoque non obscure indicat potestatem ordinis à Deo immediate proficisci. Nam cum effectus ipsius omnem naturam superent, quales sunt remittere peccata coram Deo, conficere Eucharistiam, conferre potestatem conficiendi Corpus Christi, perpetuo & immobiliter Deo sacrari, personas, vasa, altaria, atque templa, potestas quæ sunt huiusmodi faciendi, prorsus supra naturam est, nec nisi à Deo conferri potest. De quo quia in dubium non venit, non faciemus de ea longiorem sermonem: omnes quippe Catholici vno sensu ferè eam fatentur esse proximè à Christo profectam.

Potestatem iurisdictionis à Deo immediate secundum originem suam derivari, tripliciter ostenditur.

At verò de potestate iurisdictionis, circa quam magna existit controuersia, dicendum est, quòd etiam illa si in sua origine consideretur, proculdubio à Deo immediate derivatur: quod Scriptura, & Patribus, & rationibus facile euincitur. Per originem iurisdictionis intelligimus hoc loco, iurisdictionem beato Petro, & successoribus suis collatam: quam Christum per se ipsum instituisse, ex Evangelio constat. Semper enim maiores causæ fidei Christianæ ex toto orbe ad Petri cathedram allatæ sunt, & ab ea decisæ, non ex Apostolorum, vel Conciliorum institutione. Etsi enim Vicarius generalis alicuius Principis alios eiusdem Principis particulares Vicarios creare ex eius institutione possit: vniuersalis tamen Vicarius à nullo constitui potest nisi ab ipsomet Principe, vel ab habente eandem cum illo, vel maiorem potestatem. Cum igitur nulla alia sit maior potestas, neque æqualis illi Christi Domini no-

stri: sequitur, neminem præter Deum posse concedere potestatem iurisdictionis, quam Petrus, & eius successores habent: in cuius signum ipsimet Pontifices ipsam totam potestatem alijs delegare non valent. Nec enim Pontifex potest alium creare Pontificem, sed tantum vocatis in partem sollicitudinis, portionem suæ impartiri potestatis, quia semper sibi retinet plenitudinem potestatis.

Est igitur res fide Catholica tenenda, quòd iurisdicatio Ecclesiastica Petri, & aliorum summorum Pontificum à Christo sit immediate instituta, & non ab hominibus. Dixi autem, de Ecclesiastica iurisdictione: nam temporalis, siue ciuilibus iurisdicatio, quam habent summi Pontifices, vel alijs Episcopi, aut Abbates, à consensu populorum, vel Principum Christianorum, vel ab alio humano iure orta est, non secus atque illa quam habent alijs Principes seculares. Ob hanc etiam causam iurisdicatio Episcoporum, & aliorum inferiorum, de iure Diuino est in sua origine, quia Christus Dominus per se ipsum præcepit Petro, vt iurisdictiones in alios Episcopos, prout sibi in Domino videretur, distribueret: non tamen ei præscripsit, hanc, vel illam iurisdictionem potestatis in hunc, vel illum esse conferendam: quemadmodum præcepit ei, vt instituerentur ieiunia, sed non quæ, & qualia. Iurisdictionis autem distributionem in alios præcepit, eum dixit: *Pasce oves meas*: quas omnes cum per se pascere non posset, debuit, vt præcepto Domini pareret, vocare alios sub se pastores in partem sollicitudinis.

Pontificum, aliorumque inferiorum Antistitum temporalis ciuilibus iurisdictione vnde profecta.

Vltra iurisdictionem Ecclesiasticam Petri, & successorum eius, quam immediate à Deo esse diximus, nonnulla est inter Catholicos controuersia de iurisdictione, quam habuerunt Apostoli: quibusdam probabiliter dicentibus, eos illam habuisse à Christo immediate, licet sub Petro illis data fuerit; alijs verò è contrario asserentibus, eos à Christo per Petrum omnem iurisdictionem suscepisse. Quæ quidem sententia cum proba-

Ioan. 21.

An Apostoli quam habuerunt potestatem iurisdictionis, à Christo immediate acceperint, necne. I. optinio. Secunda.

Quod Apostoli iurisdictionem suam immediate non à Christo, sed à Petro suscepissent, trifaria ostenditur. I. I. locus à Scripturis.

bilis sit (sicut, & eius contraria) nitar illam ex Scripturis, Patribus, atque rationibus confirmare: atque obiectionibus in contrarium quæ fiunt, respondere. Quod attinet ad Scripturas: cum Dominus Apostolos in multis alijs pares fecisset, soli tamen Petro dixit: *Pasce agnos meos*: & *Pasce oves meas*: quibus verbis illi soli omnes oves commisit. Quicumque igitur oves aliquas curaturus erat, à Petro debuit eas suscipere, sicut & à Christo: quia Christus plures oves non habebat vt Dominus, quam Petrus, vt eius Vicarius. Neque dici potest, Apostolis ante Petrum oves commissas, ac ideo non oportuisse, illas pasceudas à Petro suscipere. Nam si ne Petro, vel eas suscepissent, & hoc est præposterum, cum Petrus illis fuerit in omnibus præpositus, vt ex historia Evangelij constat, vel eas suscepissent cum Petro gubernandas: & hoc non, quia viuente Domino in carne mortali, ipse oves suas gubernabat, & nulli eorum iurisdictionem legitur tradidisse: nullam igitur habuerunt ante Petrum iurisdictionis potestatem, ergo ab illo eam habuerunt simul cum ouibus. Idem deduci potest ex illo loco: *Tibi dabo claves regni cælorum*: in quo proculdubio omnis iurisdicatio Ecclesiastica Petro est commissa, & deinceps collatis ouibus ad pasendum exhibita. Ideo quemadmodum ab alijs oves per Petrum erant suscipiendæ, ita & iurisdicatio.

Quam infirmum illud, Apostoli ante Petrum iurisdictionem à Christo acceperunt suam.

Matth. 18.

II. locus à traditione Patres, siue Pontificum.

Anacle. Pa. pa.

Matth. 16.

Idem quoque colligitur ex Patribus, Apostolos videlicet à Petro omnem iurisdictionem accepisse: nec solum illam, sed & ipsum quoque ordinem Episcopalem, siue per eum tanquam consecratorem, siue de eius consensu per alios suscepissent. Ita enim loquitur Anacletus epistola secunda ad Episcopos Italia: *In Nouo Testamento post Christum Dominum à Petro Sacerdotalis cepit ordo, quia ipsi primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus est, dicente Domino ad eum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersus eam. Sic ergo ligandi, sol-*

uendiq; potestatem primus accepit à Domino: primusq; ad eundem populum suam predicationis virtute adduxit, verbosq; instituit: ceteri vero Apostoli cum eodem pari consortio honorem, & potestatem acceperunt, ipsamq; Principem eorum esse voluerunt. Hæc ille. In cuius verbis id est in primis obseruandum, quòd cum dicat, à Petro accepisse Sacerdotalem ordinem, de Sacerdotio maiori, & consummato, hoc est, de Episcopatu loquitur: nam Sacerdotium simplex eodem die cæne à Christo Domino omnes Apostoli immediate susceperunt. Et quanquam tunc verisimile sit Petrum ante alios communionem accepisse, non tamen ob id primo creatus est Sacerdos, quia omnibus simul dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*: quo verbo ad Sacerdotium sunt promoti.

Obseruandum deinde, Anacletum ex illo verbo: *Tibi dabo claves regni cælorum*, inferre, primum collatum Sacerdotium beato Petro: non quòd tunc institutus fuerit Sacerdos, quia tantum promissio fuit Sacerdotij, sed quòd ponat verissimam extitisse Christi promissionem, ac proinde ita exhibitam sicut promissit, atque oves illi commisit, super quas illum Episcopum, & speculatorem constituit, tunc primus traditur vsus fuisse clauibus, adducens populum ad fidem verbo predicationis.

Tertio obserua, Anacletum asserere, ceteros Apostolos pari consortio honorem, & potestatem accepisse, intelligendum esse de eo honore, & potestate, quam omnes Apostoli acceperunt à Christo, antequam Petrus creatus esset Pontifex: vt etiam ex Cypriano colligitur. Cum vero Petrus Christi verbo Pontifex creatus est, proculdubio ab eodem est ipsis Apostolis præpositus: nam & ipsi maxime oves Christi erant, & à Petro, vt prædixit Dominus, confirmandi. In quam tamen prælationem ipsi consenserunt, non tanquam suo assensu illum Pontificem creantes, quem sine eorum consensu ipsis Dominus præfecerat: sed tanquam voluntati Domini morem gerentes, nec

Quo scitu, ordinem Sacerdotalè à Petro accepisse Anacletus ostendit.

Infra 28.

Quo verbo Domini fuerint Apostoli facti Sacerdotes.

Luc. 22. & 1. Cor. 11.

Idem Anacletus B. Petri accipiendæ clauis regni cælorum primum accepisse Sacerdotij à Christo, quomodo allaturus sit.

Ioan. 21.

Eiusdem vt verum illud dictum sit: Apostolos pari consortio honorem, & potestatem accepisse.

Cyprianus.

Luc. 22.

amplius de primatu contententes. Anacletum secuti sunt alij Pontifices, ut Felix primus, qui in epistola ad Athanasium, & Episcopos in Alexandrina Synodo congregatos, ita scripsit: Incipiamus ergo adiuuante Deo, & sancto Petro Apostolo, per quem Apostolatus, & Episcopatus in Christo cepit exordium.

Felix I.

Innocen. I. epist. 25.

Idem epist. 26.

Idem epist. 2.

Syricius Pa. pa.

Anacle. Pa. pa.

Anicetus Papa. Iacobus frater Domini a quibus Apostolis tribus fuerit Episcopus ordinatus.

Præterea Innocentius primus epistola ad Conciliū Carthaginense post alia ait: Ad nostrum referendum approbatis esse iudicium, scientes quid Apostolica sedi (cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolum) debeat, a quo ipse Episcopatus, & tota autoritas huius nominis emerit. Idem ad Concilium Mileuitanum: Quoribus fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & Episcopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis, & honoris autorem referre debere. Velut nunc retulit vestra dilectio. Idem in epistola ad Victorium: Incipiamus ergo, adiuuante Deo, & sancto Dei Apostolo Petro, per quem & Episcopatus, & Apostolatus cepit exordium. Syricius quoque ante eum epistola quarta quæ continetur in Concilio Teleni, sic habet: Cum in vnum plurimi fratres conuenissemus ad sancti Apostoli Petri reliquias, per quem & Episcopatus, & Apostolatus in Christo cepit exordium, &c. Hi ergo Pontifices vno ore omnes Episcopatum à Petro aiunt sumpsisse exordium. In quo cum ordo includatur, & iurisdictio, vtrumque ab illo emanasse asserunt. Quod verò hi in genere docent, in specie confirmant. Anacletus epistola secunda ad Italix Episcopos, & Anicetus epistola ad Gallix Episcopos, tradentes Iacobum fratrem Domini à Petro, Iacobus, & Ioanne Apostolis Episcopum esse ordinatum. Cum autem Iacobus à tribus sit ordinatus, proculdubio illi tres Episcopi fuerunt: alioqui ex hoc non probaretur, ordinationem Episcopi per tres Episcopos celebrandam. Cum Dominus non legatur aperte ordinasse Iacobum, & Ioannem, euincitur, ipsum Dominum, Petrum quidem per se ipsum ordinasse, Petrum verò primo

loco alterum duorum illorum Apostolorum, & cum illo tertium, & deum cum illis duobus Iacobum fratrem Domini in Episcopum consecrasset. Quod verò superius probatum reliquimus, Dominum in cœna Apostolis non solum Presbyterorum, sed etiam Episcoporum dignitatem contulisse, vel saltem in die Ascensionis per benedictionem, & manuum impositionem illos ad Episcopatus honorem promouisse: tantum probabiliter dictum fuit: quemadmodum etiam non nisi probabile est quod hic asserimus, Petrum cum filiis Zebedæi ordinasse Iacobum fratrem Domini; ut præterea prudens lector mirari non debeat, quod hæc illis, aut è contra illa istis aduersentur, cum in materia probabili versemur.

Luc. vi. & Act. 1.

Cyprian.

Matth. 16.

Ioan. 20.

Item Cyprianus in tractatu quarto De simplicitate Prælatorum: Loquitur Dominus ad Petrum: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & super istam petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferorum non vincet eam. Tibi dabo claves regni cælorum. Quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis. Et eidem post resurrectionem suam dixit: Pasce oves meas. Et quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum sanctum. Si cui remiseritis peccata, remittuntur illi: si cui tenueritis, tenebuntur: Tamen ut vnitatem manifestaret, vnitatis originem ab vno incipientem sua autoritate disposuit. Hoc erant vtrique & ceteri Apostoli quod fuit Petrus, pari consortio præditi, & honoris, & potestatis. Sed exordium ab vnitatem proficiscitur, ut Ecclesia vna monstretur. Hæc Cyprianus, aperte docens, Apostolos quidem omnes ante Petri pastorem pares fuisse potestate; per promotionem autem Petri factum fuisse, ut vnitatem Apostolorum, atque adeo totius Ecclesie conseruaretur per hoc, quod ab vno Petro originem sumeret omnium aliorum potestas. Nam si ab illo non oriretur, licet vnus Petrus fuisset primus, qui accepisset potestatem, & deinde alij

parem

parem potestatem acciperent, non esset vbiq; vnitatem, sed mala potius multitudo Principum non sibi inuicem subordinatorum. Cum igitur inueniatur in Petro origo potestatis Apostolorum, & tunc Apostoli non haberent ordinem Episcopalem, & à Christo, & non à Petro recepissent: reliquum est, ut origo illa ad potestatem iurisditionis beati Petri sit referenda, per quam vnitatem Ecclesie teste Cypriano, conseruatur. Fauet huic doctrinæ Cypriani Alexander II. epistola ad Valerianum Episcopum, & martyrem, dicens: Vnde cum discipulis parem ligandi, atque soluendi potestatem Dominus daret, Petro pro omnibus, & pro omnibus claves regni cælorum se daturum promisit, dicens: Tibi dabo claves regni cælorum. Quicumque ergo ab vnitatem Ecclesie (qua per Petrum intelligitur) fuerit alienus, execrari potest, consecrari non valet: excommunicationis, vel reconciliationis potestatem non habet. Hæc ille. Qui cum duo doceat, nempe Apostolis omnibus parem datam fuisse potestatem, antequam claves Petro contulisset, & eas illi collatas pro omnibus, & præ omnibus: manifestè sequitur, à Petro deriuatam in omnes potestatem iurisditionis minorem ea Petri. Nam si non est deriuata, non accepit pro omnibus: si autem æqualis, vel maior, & nulla ratione minor fuit Apostolis collata, non accepit ergo præ omnibus. His accedit Leo Pontifex epistola ad Viennenses, dum de prædicandi munere verba facit, dicens: Huius muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro omnium Apostolorum summo principali ter collocaret, ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus diffunderet, ut exortem intelligeret se diuini ministerij esse, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Et idem sermone 3. assumptionis suæ: Multò dignius est ad beatissimi Petri gloriam contemplandam aciem mentis attollere, & hunc deum potissimum in illius veneratione celebrare, qui ab ipso omnium charismatum fonte ita copiosus est irrigationibus inun-

B. Cyprian. 24. distin. 1 cap. Adriani.

Matth. 16.

Leo Papa.

Idem.

datus, ut cum multa solus acceperit, nihil in quenquam sine eius participatione transferit. Et infra: Et tamen de toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocatori, & omnibus Apostolis, cunctisq; Ecclesie Patribus preponatur. Ut quamuis in populo Dei multi sint Sacerdotes, multiq; pastores, omnes tamen proprie regit & Christus. Magnum, & mirabile, Dilectissimi, huic viro consortium, potentie sua tribuit Diuina dignatio: ut si quid commune cum eo ceteris voluit esse Principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quicquid alijs non negauit. Hæc ille. Et paullo inferius edisserens illud Domini verbum ad Petrum: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, ait: Commune erat omnibus Apostolis periculum de tentatione formidinis, & Diuina protectionis auxilio pariter indigebant, quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere: & tamen specialis Petri à Domino cura suscipitur, & pro fide Petri proprie supplicatur: tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens Principis, victa non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & Diuine gratie ita ordinatur auxilium, ut firmitas, qua per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur. Hactenus Leo, aperte docens firmitatem, & omne donum per Petrum in alios Apostolos fuisse deriuatum. Idcirco rectè intelligenda sunt; ne sibi ipsi contradicatur, qui in eodem sermone tractans illud: Tibi dabo claves regni cælorum: subiungit: Transiit quidem in alios Apostolos vis potestatis huius, & ad omnes Ecclesie Principes decreti huius constitutio committitur: sed non frustra vni commendatur, quod omnibus intimatur: Petro enim ideo hoc singularetur creditur, quia cunctis Ecclesie rectoribus Petri forma preponitur. Sic ille. Cuius verba non ita accipienda sunt, tanquam eadem, vel æqualis potestas sit à Christo immediate in Apostolos, & alios Ecclesie pastores collata. Sic enim nec Petrus fuisset Princeps Apostolorum, aut aliorum pastorum: neque per Petrum deriuata esset firmitas, vel potestas in ceteris: contra quam expresse docet Leo.

Luc. 22.

Matth. 16.

Explicatur dictum Leonis, quo inflatur parè Apostolis à Petro fuisse à Domino tractatam potestatem.

Neque

Neq; etiam Christus Ecclesiam suam bene constituit, eam tantæ multitudini principum non sibi inuicē subiectorum tradendo. Transitus igitur, & commeatio illius potestatis: Tibi dabo clauēs regni cælorum, per Petrum, & eius successores fieri est intelligēda, & non æqualiter in omnes, sed iuxta ipsorum distributionē, quā in eos faciunt, quos in partem sollicitudinis vocant, & non in plenitudinem potestatis: quibus omnibus Petrus ut forma præponitur, ut ipsorum pastor, quemadmodum eorum singuli forma debeant esse gregis sui. Diuus quoq; Thomas libro contra Gentes: *Soli, ait, Petro promisit: Tibi dabo clauēs regni cælorum, ut ostenderetur potestas regni per eum ad alios deriuanda ad conseruandam Ecclesiam vnitatem.* Et alio in loco: *Ad primum ergo dicendum, quod ad absolutionem à peccato requiritur duplex potestas, ordinis scilicet, & iurisdictionis. Prima quidem potestas est æqualiter in omnibus sacerdotibus, non autem secunda. Et ideo vbi Dominus Ioan. 20. dedit omnibus Apostolis communiter potestatem remittendi peccata: intelligitur de potestate qua consequitur ordinē. Vnde & sacerdotibus, quando consecrantur, illa verba dicuntur. Sed Petro dedit potestatem singulariter remittendi peccata Matt. 16. ut intelligatur, quod ipse præ alijs habet potestatem iurisdictionis. Potestas autem ordinis, quantum est de se, extenditur ad omnes absoluendos: & ideo indeterminatè Dominus dixit: Quorum remiseritis peccata: intelligens tamen quod usus illius potestatis esse deberet præsupposita potestate Petro collata secundū ipsius ordinationem. Idē docet Ricardus de Mediavilla in quarto, distinct. 24. & multo clariùs quàm Thomas, & Durandus in eadem distinct. dicens: Potestas qua tota vni data est in suo fonte, non est in alijs nisi deriuata, & limitata pro voluntate illius. Sed potestas iurisdictionis qua est ad regendum populum, tota, & in suo fonte data est beatissimo Petro, & eius successoribus, quando cura Ecclesie sibi soli cōmissa est post resurrectionem Christi dicentis ad eum: *Pasce oues meas. Hac enim nulli aliorum Apostolorū dicitur, nec tunc, nec ante, nec postea:**

*ergo totam potestatem, & plenam solus habet sancti Petri successor, nec est in alijs nisi deriuata, & limitata secundum placitum Papæ.* His addit Richardus præfatus in dicto loco, quod vsus potestatis illius, quam omnes Apostoli immediate acceperunt à Christo, dependebat indirectè à Petro. Idem dico de potestate Episcoporum per comparationem ad Papam. Rationibus quoq; idem confirmatur. Primum enim hæc deriuatio iurisdictionis in Apostolos per Petrum magis facit ad vnitatem ipsorum inuicem seruandam. Ut enim omnes homines mutuo sese magis diligerent, voluit omnes ab vno Adam originem trahere: & ut Principes, qui suos principatus à suo obtinuerunt Rege, magis cum illo vniuntur, & minorē habent occasionem deficiendi ab eo: ita sancti Apostoli magis cum Petro vnitati fuerunt, ab eō iurisdictionē accipientes. Dominus igitur, qui omnia disponit suauiter, pro sua sapiētia ita constituit. Secūdo, Petrus dicitur à sanctis Princeps, caput, & vertex, sicut coryphæus Apostolorum: sed horum omnium natura est vim suam influere, ac deriuare in alios, quibus supereminet. Vnde & B. Anacletus ait in cap. Sacrosancta, distinct. 22. *Inter beatos Apostolos est quadam discretio potestatis: & licet omnes Apostoli essent, Petro tamen à Domino concessum est (& ipsi inter se voluerunt id ipsum) ut reliquis omnibus præset Apostolis, & Cephas, id est, caput, & principium teneret Apostolatus.* Tertiò, Christus Dominus non videtur immediatè contulisse potestatem iurisdictionis alijs Apostolis à Petro: ergo per Petrum. Quod verò in eos immediatè non contulerit illā, ex eo liquidum redditur, quia non illā dedit limitatam super aliquas oues: Tū quia verba eius ad Apostolos generalia sunt, tū quia Dominus non legitur diuisionem aliam ouium per se ipsū fecisse. Ideo absq; temeritate non potest illius limitatio asseuerari. Neque contulit etiam eis generalem potestatem nulla ratione arctatam. Sic enim creasset malam Principū multitudinem, & Petrus caput, aut Princeps, aut vertex Apostolorū nequaquā

Richard. de Mediavil.

I. ratio, ad probandum, Apostolos iurisdictionem suam à B. Petro immediatè, & non à Christo accepisse: ab vnitatem desumpta. Simile.

Sap. 8. II. ratio, ab capitis natura.

B. Anaclet.

Ioan. 1.

III. ratio.

Episcopi, vt & alij pastores quam à summo Pontifice potestatem accipiant.

D. Tho. lib. 4. Cōc. Gener. c. 76. tom. 9.

Idem in 4. dist. 19. q. 1. art. 3. tom. 7.

Vni Petro, eiusque successoribus Christi potestas cur data ligandi, atq; soluendi.

Ricard. de Mediavil. Durand.

Ioan. 21.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Matth. vlt.

Marc. vlt.

Quarta ratio

Optimum temporale regimē quod.

Ecclesia regnum Christi.

Ratio quinta.

Prioris sententiæ argumenta proponuntur, ac diluuntur.

Primum argumentum à Scripturis.

dici potuisset: vanaque & illusoria priuilegia illi soli concessa fuissent: nec Ecclesia verè diceretur in Petro potius suscepisse clauēs, quàm in alijs Apostolis, quia in omnibus æquo illas recepisset, si omnibus data essent. Ante mortem etiam Christi Apostoli frustra iurisdictionem, quæ non erant tunc vsuri, suscepissent: post resurrectionem autem primo fit mentio de ouibus datis Petro, ergo per eum alijs cōmunicata sunt Apostolis. Vnde post illa verba dicta soli Petro, dictum est Apostolis in die Ascensionis: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &c. Euntes predicare Euangeliū omni creatura.* Quarto, Deus gubernat omnia suauiter: ergo ita regit Deus spiritualiter, sicut temporaliter regnat, & inter temporalia regimina optimū est monarchicum, in quo Rex habet totam reipublicæ potestatem: ergo in Ecclesia, quæ regnum est Christi, eius vicarius habet plenitudinem potestatis, & per eum in alios etiam Apostolos omnes deriuata fuit. Alias meliùs prospectum esset ciuili, & seculari potestati, quàm spirituali, & Deus maiori dilectionis affectū prosequeretur corpora, & fortunas nostras, quàm animos immortales. Quinto, Apostoli principium fuere Ecclesie, & in eis maxime decuit, ut futuræ gubernationis Ecclesiasticæ exemplum eluceret: sed in seculis futuris, in quibus non viguit tanta charitas, quanta in Apostolis, maximum fuisset inconueniens, & scandala maxima secuta, nisi inferiorū iurisdictione oriretur, & penderet ab vno superiori. Tempore ergo Apostolorum debuit splendere hoc exemplum.

Sed quoniam opinio contraria probabilis quoque est, & suas habet assertiones ex Scriptura, Patribus, & rationum momentis, operæpretum erit illas pducere, ac resolvere. Producent ergo ex Scripturis, Dominum ante mortem suam per se ipsum, & immediatè misisse Apostolos ad prædicandum, & signa faciendum, quorum vni dedit illis tradi-

dit facultatem, vt habes Matthæi capite. 10. Lucæ. 6. & 9. Idem quoque Luc. capite. 10. septuaginta duobus discipulis à se designatis præcepit. Cum igitur Dominus per se miserit, potestatemque prædicandi, & signa edendi, non solum facultatem inueniendi alimēta ab his, quibus prædicabant, contulerit, videtur quod iurisdictionem illis per se dederit. Respondemus, Dominum minime illis contulisse iurisdictionem: tū quia ante passionem per se ipsum regebat Ecclesiam, & Apostoli nullum iurisdictionis actum videntur exercuisse: quia nec Sacerdotes tunc erant, nec Episcopi, nec plenam, & generalem habuerunt iurisdictionē, ac sic æquales Petro extitissent, & ideo non fuisset eorum caput: quin verò superiores eo fuissent: quia tū illi nondum collata fuerat plena iurisdictione, sed tantum promissa per illud verbum: *Tibi dabo clauēs regni cælorum.* Nec data fuit illis vlla iurisdictione limitata, quoniam non est maior ratio quod super has oues fuerint præfecti, quàm super illas. Non habuerunt igitur iurisdictionem, sed solum potestatem prædicandi, edendi signa, & cibum sumendi: quæ quidem iurisdictionem vllam non dicunt, quia nec subditos cogere poterant, nec vlla censura coercere: sed tantum volentibus illos audire, & signa suscipere, poterant illa præstare.

Secundo producent alios Scripturæ locos, ex quibus iurisdictionem inferre conantur, quorum vnus est ille: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Alter est ille Matthæi: *Quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.* Item verba dicta ad Petrum, *Tibi dabo clauēs regni cælorum, & quæcumque ligaueris super terram, &c. Pasce oues meas.* Quæ Leo Papa sermone tertio assumptionis suæ ad Pontificatum, in alijs Apostolos transfuisse tradit. Ad hæc, verba Christi ascendenti in Apostolos dicta: *Euntes in mundum, vniuersam*

Christum ad vniuersam, nullam Apostolis iurisdictionem dedisse.

Matth. 16.

Apostoli à Christo viuente quam acciperint potestatem tantummodo.

Secundū argumentum.

Ioan. 20.

Matth. 18.

Supra. 16. Ioan. 21. Leo Papa ser. 3. assumptionis suæ ad Pontificatum.

Marc. vii.

prædicare Euangelium omni creaturæ. Ex quibus omnibus inferunt, iurisdictionem collatam fuisse, & nõ tantum Petro. Respondemus ad verba illa Ioan. 20. de potestate Ordinis, qua peccatores in foro conscientiæ absoluuntur, locum quidem habere: ita tamẽ si iurisdictionis potestas accedat, vt ait Thomas, quam à Petro acceperant. Vnde eadem verba simplicibus Sacerdotibus dicuntur, dum ordinantur, quos tamen nullam habere constat iurisdictionem. Verba illa: *Quæcunque ligaueritis super terrâ, &c.* nõ ostendunt, vllam iurisdictionem à Christo tunc esse datam, quia de futuro sunt, sicut & illa: *Tibi dabo claues regni cælorum.* Nec etiam ostendunt promissam à Christo potestatem: quia Dominus non dixit, Dabo vobis, sicut Petro; sed tantum prædixit, quod haberent potestatem ligandi, soluendi quæ etiam in foro exteriori: quæ quidem prædictio impleri potuit Christo per Petrum dante illi iurisdictionem, licet per se ipsum immediatè non illam contulisset. Quod autem Petro dixit: *Tibi dabo claues regni cælorum, & pasce oues meas.* illi soli datam plenitudinem iurisdictionis ostendit. Et licet vis illius constitutionis ad alios Apostolos commeauerit, vt ait Leo: commeauit tamen per Petrum, per quem Dominus alijs contulit quicquid ipsis non denegauit, vt ibidem Leo testatur. Potestas autem prædicandi, & baptizandi in die Ascensionis à Domino concessa, nõ euincit iurisdictionis potestatem: quia prædictio illa, & baptismus erga nondum Christianos exercebatur, super quos propriè non est iurisdictionis, quia nihil ad nos de ijs, qui foris sunt, iudicare. Et si quicquam euinceret, intelligendum esset accepta potestate iurisdictionis ab eo, cui singulari priuilegio dixerat: *Pasce oues meas.*

Tertium argumentum.

Act. 1.

Psal. 108.

Tertio argumentantur exemplo Matthiæ, cui electo à Domino in Apostolum ipsemet Dominus videtur contulisse iurisdictionis potestatem; & non Petrus. Nam iuxta prædictionem Dauid, Episcopatum Iudæ, ac

proinde iurisdictionem accepit. Idẽ aiunt de Paulo, qui potestatem à Christo accepit: nihil enim illi contulerunt reliqui Apostoli; & non ab hominibus, neque per hominem Apostolus factus est, & illi Dominus dedit potestatem in ædificationem, & non in destructionem. Respondemus: Et si daremus Matthiam à Christo Domino fuisse immediatè creatum Apostolum, non tamen ob id fieret, eum immediatè iurisdictionem à Christo accepisse: quia alij etiam Apostolatu à Christo Domino initiati sunt, in quo tamen nullam iurisdictionem acceperant. Quod verò dicitur de Iuda: *Episcopatum eius accipiat alter:* vel Episcopatus ibi pro Apostolatu accipitur, vel, quoniam Iudas creatus est Sacerdos in die Cœnæ Dominicæ, habuit etiam ibi potestatem alios promouendi ad Sacerdotium, dicente Domino: *Hoc facite* (scilicet quod ego feci, qui vos consecraui Sacerdotes) *in meam commemorationem.* Ob hanc igitur Episcopalem Ordinis potestatem, Episcopatus vocari potuit potestas Iudæ, quæ in Matthiam est translata: qui licet per Petrum consecratus fuisset Episcopus, verum nihilominus esset, eum accepisse Episcopatum Iudæ.

De Paulo etiam asserendum, quod vel ex priuilegio accepit iurisdictionem immediatè à Christo, vel quod Apostolatu, & potestatem prædicandi habuerit ab eo; in quibus quidem, vel in doctrina nihil ei contulerunt alij Apostoli. Iurisdictionem verò accepit Paulus à Petro sicut alij Apostoli, ne solueretur vnitas. Secundo argumentantur ex Patribus, inter quos primus Romanus Clemens libro octauo Constitutionum Apostolicarum, inquit: *Etenim à Mose Dei amicissimo principe Sacerdotum constituti sunt & sacerdotes, & Leuitæ, à Salvatore autem nostro nos tredecim Apostoli, ab Apostolis verò ego Iacobus, & ego Clemens, & nobiscum alij.* Respondemus, Si hæc ab hæreticis non sunt deprauata, & alicuius autoritatis existant, commodum sensum pos-

Gal. 2.

Supra. 1.

2. Cor. 10. & vlt.

Marc. 3.

Illud Propheeticum de Iuda: Et Episcopatum eius accipiat alter: quod tendat. Matth. 26. Luc. 22. & 1. Cor. 11.

Pauli iurisdictione quã habuit, vnde.

Gal. 2.

Argumentis traditione scriptorũ in contrarium responderetur. Clem. Rom.

se ref.

Secundus locus.

Aug. 10. 4.

Apostoli omnes immediatè à Christo potestatem & consecrationis, & iurisdictionis accepissent, quid inde.

Tertius locus.

Anaclet.

Cyprianus.

se recipere: vt Apostoli quidẽ creati dicantur Episcopi à Christo, vel per Petrum; vel si immediatè ab ipso potestatem ordinandi collatam in Cœna habuerunt, ex illis tamen non inferri, accepisse illos vllam iurisdictionis autoritatem.

Secundo producitur sententia Beati Augustini, qui libro de quæstionibus Noui & Veteris Testamenti quæstione. 97. scribit: *Nemo ignorat Episcopos Saluatorem Ecclesijs instituisse. Ipse enim priusquam in calos ascenderet, imponens manum Apostolis, eos ordinauit Episcopos.* Hæc ille. Responderi autem potest, aut hunc librum non esse Augustini, vt aliqui volunt, aut in his quæ sunt facti, non ita credendum, sicut Anacleto, & alijs vicinioribus temporibus Apostolorum, qui factum hoc melius potuerunt nosse; aut dicendum est, Christum ordinasse Apostolos in Episcopos ea ratione, quia per Petrum illos consecrauit; atque eo consecrante illos, Dominum tradidisse potestatem Ordinis, licet illam iurisdictionis potestatem ex iniunctione Petri Apostoli acceperint. Nam aliõ qui si impositione manuum, & benedictione Saluatoris omnes ex æquo ordinati sunt ad potestatem Ordinis, & iurisdictionis, certè Petrus non fuit primus Episcopus, nec origo honoris, & nominis Apostolatus: quod contra tot Pontifices militat, qui in hac parte videntur præferendi Augustino.

Tertio producitur Anacleto, qui in capite, in nouo, distinctione. 21. tradit, Apostolos pari consortio cum Petro honorem & potestatem accepisse. Cyprianus quoque capite, loquitur Dominus, vigesima quarta, quæstione prima, ait, quod Dominus Apostolis post resurrectionem parem tribuit potestatem. Verum hi loci vel de Ordinis potestate intelligendi sunt, vt etiam Iosafa Decretorum interpretatur, vel loquuntur de potestate Apostolica, in qua omnes pares erant; non autem de potestate soli Petro collata, qua

omnibus antecellebat Apostolis, & de qua Clemens Papa, capite in illis, distinctione. 80. ait: *Quoniam neque inter ipsos quidem Apostolos par fuit institutio, sed vnus præfuit omnibus.*

Quarto producitur Beatus Ambrosius, qui in capite, Beati, secunda, quæstione septima, ait: *Beatus Petrus & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos, & speciali quadam prerogativa præcellunt. Verum inter ipsos quis cuique proponatur, incertum est. Puto enim illos aequales esse meritis, qui aequales sunt passione: in simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse.* Hæc ille. Non igitur, inquit, Petrus potestate Paulo erat superior. Sed profecto nemo ignorat, Beatum Ambrosium de meritis hæc loqui, non de potestate, de qua manifestum est, Christum Petro dixisse: *Pasce oues meas;* ac proinde Paulum illi fuisse ouem commissam: nemo autem dixerit, Petrum fuisse ouem Pauli.

Quinto producitur Beatus Hieronymus in epistolam ad Galatas: Paulus Petrum reprehendit: quod nõ auderet, nisi se non imparem sciret. Sed Hieronymus non negat Petrum excellere, vt summus erat Pontifex, & pastor, sed tantum Paulum dicit illi parem in Apostolatu immediatè à Christo accepto, & in illa causa, de qua eum reprehendebat, fuisse superiorem, quia veritatem sequebatur, licet potestate impar esset.

Profertur & idem Hieronymus in Matth. 18. verba illa: *Quæcunque alligaueritis, sic scribens: Potestatem tribuit Apostolis, vt sciãt qui à talibus condemnantur, humanam sententiam diuina sententiã roborari: & quodcunque ligatum fuerit in terra, ligari pariter & in cœlo.* Respondetur, quod, vt vidimus, & iam probatum reliquimus, nullam tunc potestatem Apostolis contulit, neque promissit, sed conferendam tantum prædixit, non explicans per quem, an per se, an verò per Petrum. Cæterum, quia verba Domini immobilia existunt, perinde certum erat

Clemens Papa.

Quartus locus.

Ambros.

Ioan. 21.

Quintus locus.

Hier. 10. 9.

Gal. 2.

Idem ibidẽ.

Matth. 24.

quod essent ligandi, vel soluendi, qui per Apostolos ligabantur, vel solvebantur, ac si tunc collata esset potestas. Et in hunc sensum ait Hieronymus contulisse Apostolis potestatem, hoc est, prædixisse certissimè conferendam.

Sextus locus Greg. to. 2.

Ioan. 20.

Sexto profertur Gregorius hom. 26. in Euangelia, pertractans illa verba: Quorum remisistis peccata: Sciendum verò est, inquit, quod hi, qui prius Spiritum sanctum acceperunt, ut ipsi innocentes viuerent, & in prædicatione quibusdam prodesse; idcirco post resurrectionem Domini patenter acceperunt, ut prodesse non paucis, sed plurimis possint. Liber ergo intueri, illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati, ad quantum culmen gloria sint perducti. Ecce non solum de se ipsi securi sunt, sed etiam principatum superni iudicij sortiuntur; ut vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam verò relaxent. Horum nunc in Ecclesia Episcopi locum tenent, & soluendi, & ligandi auctoritatem suscipiunt, quia gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed graue pondus istius est honoris. Durum quippe est, ut qui nescit tenere moderamina vita sua, iudex fiat vita aliena. Dicimus, Gregorium hoc loco de potestate Ordinis, qua quis absolueret potestatem in foro conscientiae, locutum esse, si accedat iurisdictio, quæ vocat auctoritatem superni iudicij, & gradum regiminis: non quod per eam solam possit quis absolueret, vel animas regere, sed quod sit in potentia ad illa præstanda, siue in actu primo, qui quidem ut se in secundum actum proferat, opus est, ut accedat iurisdictio, quam Apostoli non hinc à Christo, sed post Pontificatum Petri ab eo acceperunt.

Episcopalis honor quantum onus.

Septimus locus.

Ioan. 20. Chryso. tom. 3.

Septimo, adfertur Chrysostomus, qui exponens illud, Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, asserit eandem potestatem Apostolis collatam à Christo, quæ Pater contulit Filio. Sed quia Petrus non habuit maiorem potestatem à Christo, quam Christus haberet, colligitur, Petrum Apostolos non superasse in potestate: consequitur etiam, eos à Christo accepisse iurisditionem. Respondemus, verba Chry-

stostomi diligenter esse expendenda, si errare nolumus, aut ei errorem aliquem adscribere. Clarum enim est, sanctissimam Trinitatem maiorem habere potestatem remittendi peccata, quam Christi habeat humanitas: rursus Christum Dominum potestatem habuisse excellentiæ, quam non accepere Apostoli, vel Petrus, & Pontifices. Nec enim ipsi instituere Sacramenta valent, quibus remittantur peccata, vel merito suo delicta expiare, vel conferre effectum Sacramenti, id est, gratiam sine ipso Sacramento. Mens Chrysostomi igitur docentis, eandem potestatem Apostolis collatam, quam Christo, non est asserere, parem eos cum illo accepisse potestatem; sed quod de eadem potestate participauerunt, quam Christus habuit in sua plenitudine: quemadmodum dicere possumus, idem lumen, quod est in Sole tanquam in fonte, & in perfecta sua plenitudine, esse quoque in stellis, vel aëre, non quidem in ea plenitudine, sed participio quodam pro earum captu. Itaque sicut ibi est eadem plenitudo luminis, variè tamen participata, ita eadem est potestas Christi, variè tamen deriuata in Petrum, & alios Apostolos, considerando Petrum tanquam Pontificem, & aliorum Apostolorum caput. Nam si consideretur quatenus Apostolus fuit, eodem modo sicut alij de potestate Christi participauit, dum in eos insufflauit in die resurrectionis: accepit namque cum illis potestatem Ordinis Sacerdotalis, qua posset remittere peccata in foro conscientiae, si accederet iurisdictio, de qua potestate intelligendus est Chrysostomus.

Potestatem excellentiæ solus Christus habuit.

Quomodo verum sit dictum Chrysostomum parem Christo potestatem Apostolos accepisse.

Exemplum huius rei.

Ioan. 20.

Rationes pro æquali Apostolorum cum Petro iurisditione à Christo accepta soluantur. Prima ratio. Exod. 29. Num. 11.

Præter Scripturas, & Patres, agunt rationibus. Quarum prima sumitur à figura Veteris Testamenti. Videmus enim, Moysen assumpsisse Aarō, & filios eius, illosque consecrasset in Sacerdotes: ille etiam elegit septuaginta duos seniores, & eis Dominus per se ipsum, non autem Moyses, dedit de Spiritu Moyse ad populum regendum. Cum igitur veritas figuræ debeat respondere, Christus debuit

Luc. 10.

Hebr. 10.

Veritas cur non in omnibus figuræ debeat respondere.

Ad quæ usque in Veteri lege demitteret Deus.

1. Reg. 10.

Num. 11. &

Leuit. 11. & seq.

potestatem iurisditionis tamen ipsi Petro figurato per Aaron, & Apostolis, quorum typum Aaron filij gesserunt, quam etiam septuaginta duobus discipulis, quos adumbrabant septuaginta duo seniores. Respondemus, fuisse quidem illa antiqua umbras & figuras eorum, quæ sunt in Nouo Testamento; ceterum non ob id oportet ut in omnibus respondeat veritas figuræ: iam enim non esset veritas, sed figura, & figura non esset figura, sed veritas. Verum ergo est, quod ut illi Patres antiqui à Deo aliquid acceperunt, ac per Moysen consecrati, ita etiam aliquid Apostoli omnes, ac septuaginta duo discipuli acceperunt immediate à Christo, nimirum potestatem Ordinis; quando in Sacerdotes promoti sunt; vel potestatem prædicandi acceperunt septuaginta duo, ut Luc. 10. dicitur. Et hoc factum est, ut veritas respondeat figuræ. Nec opus est, ut si ibi immediate collata est iurisdictio antiquis, propterea conferri debuerit vel Apostolis, vel septuaginta duobus discipulis. Innumera enim olim in Veteri Testamento fiebant immediate à Deo, atque idcirco iure diuino statuebantur, quæ in Nouo Testamento Iuris sunt Ecclesiastici, siue Canonici. Omnia enim iudiciorum, siue ceremoniarum præcepta à Deo sunt statuta, iurisque diuini erant. Quinimo si acies instruedæ, si futurus aliquis euentus intelligendus, ut futura sanitas Ezechiae, & Ochozia; vel inuentio asinarum Saulis, vel deprehensio adulteræ, & similia, ex reuelatione, & iure diuino illi percipiebant. Adde spectantia ad architecturam, ut tabernaculi, & templi fabrica, vel pertinentia ad sanitatem, diuino oraculo habeantur præscripta: quia prohibebantur illis multi cibi insalubres, & viles tantum concedebantur: quæ tamè omnia in Nouo Testamento relicta esse videntur humanis artibus, ut militari, architecturæ, & medicinæ, vel superiorum præceptis, siue illi seculares, siue Ecclesiastici existant.

Ratio autem huius diuersitatis perdere videtur ex duplici capite. Pri-

mo ex hoc, quod ille erat vnus populus in vno loco usque ad determinationem tempus aduentus Messiae: & ideo est Deus omnia in specie præscripsisset, poterant in vna gente, & in vno loco, ac in vno tempore stabilia permanere: In Nouo autem Testamento, ad quod vocatæ sunt gentes innumerae in diuersissimæ temperaturæ habitantes locis, & ad diem usque iudicij permansuræ, non ita commoda fuissent. Quamobrem si Deus leges particulares de his condidisset, necessum fuisset vel illas fore acerbissimas, si à tam varijs gentibus; in tam varijs locis, & temporibus essent obseruandæ, vel si mutandæ essent pro loco, & tempore, & personis, diuinæ auctoritatis pondus amisissent, nec, si cui deceret diuinas leges, tractarentur: quia opus esset subinde eas relaxare, & interdum etiam abrogare, quod in diuinæ sapientiæ, & auctoritatis iniuriam vergeret. Nam vel imprudens videri posset, si leges tam incongruas nesciens earum futuram incommoditatem, ac incongruitatem, tulisset: vel si præsciens quod mutandæ forent contra suam auctoritatem, leges adeo labiles, & abrogatione dignas condidisset: quæ certè in Deum cadere valent nequaquam. Hæc autè omnia locum non habuerunt in Veteri Testamento, quia fixæ illæ leges permanserunt usque ad aduentum Christi.

Prima ratio Moysi inter Christi leges, & statuta discriminis.

Altera ratio.

Gal. 3.

Luc. 10.

Supplet deinde altera ratio: quoniam vetus ille populus cum pueri instaret sub prædago rudis, & ignarus; idcirco minus fidendum erat discretioni, & charitati superiorum eius: nec illorum arbitrio permittendum, ut leges de his singularibus ferrent, quia non habebant tantum spiritum ad eas condendas. Inferiores etiam, utpote rebelles, ac proterui, in quibus dominabatur fomes, non ita præceptis paruissent humanis, nec illud intellexissent: Qui vos audit, me audit. At hæc omnia secus se habent in Nouo Testamento: quare degenissimum fuit, ut Christus Dominus per se ipsum ad tot singularia non descenderet, & referuaret

illa Spiritui sancto, qui acturus esset corda superiorum ad leges ferendas, & inferiores ad parendum eis.

Secunda ratio aduersariorum.

Luc. 22. & 1. Cor. 11.

Secunda ratione agunt: quia cum Ioan. 20. Dominus dicat: *Quorum remiseritis peccata*, ac ibi non sit collata potestas Ordinis, quæ in cœna data fuit, cum dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*: ergo vel nihil illis concessum fuit, vel concessa est potestas iurisdictionis. Respondendū, collatam fuisse nouam potestatem Ordinis ad remittenda peccata, vltra illam, quæ collata fuit in cœna ad conficiendum corpus, & sanguinem Domini: si tamen accederet iurisdictio, quam hic negamus esse collatam. Tertiam produciunt rationem: quando quidem nullibi legimus, Petrum iurisdictionem contulisse reliquis Apostolis: quinimodò legimus in Actibus Apostolorum, omnia Apostolos communi consilio administrasse, & ad democratiā potius spectasse illam Ecclesiæ primitiæ gubernationē, quā ad monarchiam: omnes enim in difficultatibus, & causis incidētib, ad Apostolos, & seniores occurrebant, & non ad solum Petrum. Ex omnium etiam communi decreto definitiones statuebantur, & nō ex solo ipsius Petri arbitrio. Respondendum, haberi quidem ex Scriptura, quod Petrus alijs contulerit iurisdictionem, quia ex verbis soli Petro dictis, & iuxta sanctorum Patrum sententias intellectis colligitur, potestatem in illo, tanquam in capite, ac proinde in alios, qui eam participare volebant, esse deriuandam. Quæcunque enim aliqua qualitate participant, ab eo illam habent, in quo illa est, tanquam in fonte. Constat autē ex Apostolorum Actis, Petrum multa solū, & primum fecisse, atque ad eum videndū, Euangeliumque conferendum, Paulum Ierosolymam ascendisse: Quia tamen Petrus arrogans non erat, &

Gal. 1.

Infra. 8.

plus vacabat vsui charitatis, quam potestatis, in communi cum alijs Apostolis cōsultabat, ac definiebat: ita tamen vt ipse primus loqueretur, ac decerneret, suaque sententia ab alijs probaretur: quæ vt maiorem haberet apud Christianos auctoritatem, non vnus Petri nomine, sed aliorum quoque, qui accedebant ad eius consiliū, sententiæ proferebantur. Nam & illi etsi à Petro haberent iurisdictionem, votum tamen habent non solum ad consulendum, sed etiam ad definiendum: vnde sententiæ dubia definiētes, omniū nomine pronūtiabantur.

Petri Apostoli humilitas, & charitas.

Quarta ratio

Agunt quarta ratione: Fuerunt namque Episcopi quidam post Apostolorum tempora, quibus Dominus immediate visus est contulisse potestatem, quales fuerunt Ambrosius, Nicolaus, & Gregorius, & alij, qui non sine miraculo vocati à Deo fuerunt ad Episcopatum; ac proinde illis immediate dedit Deus iurisdictionem. Quod si illis dedit; ergo Apostolis, qui præ illis primitias acceperunt Spiritus. Responsio est, huiusmodi quidem Episcopos peculiari, & proximo favore à Christo fuisse vocatos; ab eodem etiam accepisse quicquid est potestatis, & gratiæ supernaturalis, quia eiusmodi munera alius quam Deus ex auctoritate conferre non valet: cæterum iurisdictionem non necesse est dicere à Christo immediate accepisse, sed collatam fuisse illis ex iniunctione Pontificis, vel alterius ab eo habentis auctoritatem, dum vel confirmabantur, vel consecrabantur. Nam & illi, quantumuis sancti, & eminentes viri, subiecti erant summo Pontifici, atque in eo tanquam vicario agnoscebant, ac venerabantur Dominum nostrum Iesum Christum, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit sempiterna gloria, summa potestas, & imperium in seculis seculorum, Amen.

Rom. 8.

Qui Deo reuelante Episcopi per populum facti sunt, vnde acceperint iurisdictionem suam.



## TRACTATVS LXIII.

In quo ostenditur Scripturis, ac Patribus, Iurisdictionis potestatem, quæ residet in Episcopis, & alijs pastoribus, totam à Deo per summū Pontificē Romanū deriuari.



Probabile est, vt ostendimus, iurisdictionis potestatem à Petro in alios Apostolos fuisse deriuatā; multo erit certius ac euidentius, à Petro eiusque successoribus comunicatā fuisse in omnes Episcopos, atque inferiores ministros iurisdictionis auctoritate quoquomodo fungētes; iuxta illud Dauidis: *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbā; barbā Aaron, quod descendit in orā vestimenti eius*. Potestas siquidem iurisdictionis tanquam unguentum est in capite Petri: inde descendit in Episcopos tanquam in barbā: postremo in reliquos ministros inferiores tanquam oram vestimenti. Hoc ergo probandum est propter eos, qui secus opinantur: atque eorum obiectiones, quæ in contrarium fiunt, dissoluendæ. Ex Scripturis igitur probatur, iurisdictionem non immediate à Christo promanare, loquēdo de immediate suppositi (nam de illa virtutis non dubium est, quin omnia, quæ non sunt peccata, à Deo prodeant, qui operatur omnia in omnibus) sed potius à Pontifice, vel ab eis, qui à Pontifice acceperunt potestatem.

Psal. 132.

Quid illud Propheta: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbā, barbā Aaron, &c.

Primas locos ab Scripturis

Luca 22.

*commemorationem: Quorum remiseritis peccata: Quæcunque alligaueritis super terram: Euntres docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. Euntres predicare Euangelium omni creatura: Et accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos; &c. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: vltra omnes hos locos, in quibus par potestas, vel concessa est, vel promissa omnibus, seorsim soli Petro dicta sunt quedam, quæ si nullam continebant peculiarem potestatem præter iam omnibus concessam, certè superuacanea & illusoria videri possent: idē aliquid singulare habebant, & hoc in primis, nepe in Petro, & eius successoribus ponendam esse omnem docendā, & regēdā Ecclesiæ potestatem, & ab illo consequenter in alios esse diffundendam. Vt exempli gratiā, cum dictum est ei: *Tibi dabo clauas regni cælorum*, & quia à Veritate prima illa promissa fuit, etiam exhibita est. Si ergo Petrus potestatis plenitudinem super regnum cælorum accepit, omnes cæteri, qui partem huius habituri erāt potestatis (nam ipsam plenitudinem vnus tantum habere debuit, ne statueretur mala principum multitudo) ab illo sibi deriuare debuerunt. Quod similiter elicitur ex illo: *Pasce oues meas*. Nam si omnes Christi oues Petro sunt assignatæ, vt ab eo tanquam Christi vicario pascerentur, ac gubernarentur: efficiatur, vt quicunque determinatas aliquas pascere habeat oues, non nisi*

1. Cor. 14.  
Ioan. 29.  
Matth. 18.  
Infra vlt.  
Marci vlt.  
Actor. 1.  
Luca 10.

Matth. 16.

Solus Christi vicarius cui debuerit habere plenitudinem potestatis.

Ioan. 21.

1. Petri 5.

Gregorius Nazianz. Perum Legē & legislatorē cur vocet Nazianzenus.

Luce 22.

Apostoli, ac Apostolici viri nascentis Ecclesie initio, quam iurisdictionem à Petro habuerint generalem tantummodo.

per eum earum pascendarum curam debeat assumere. Nec enim dubium est quin mitteret falcem in messem alienam, qui absque eius autoritate pasceret oves suae fidei non creditas. Idcirco sicut Christus Petro dixit: *Pasce oves meas*: ita Petrus inquit alijs pastoribus: *Pascite qui in vobis est gregem Dei*. Ut enim Dominus illi omnes commisit oves; ita ipse, qui per se non poterat omnes pasceri, assignavit peculiaris ouilia particularibus sub se pastoribus. Hinc Greg. Naz. in Apologetico suo ait: *Nostri lex, & legislator ait: Pascite eum, qui in vobis est, gregem*: Petrus proculdubio vocat Legem, & legislatorē. Legem quidem, quia iudex, & magistratus lex viua quaedam est, & animata: & bonus pastor forma & lex est gregis; legislatorē autem quod ab eo primae leges Canonice prodierunt: eius quippe autoritate precipue confirmati sunt Canones Apostolorum. Idem pariter deduci potest ex illo loco: *Confirma fratres tuos*. Nam cum de confirmatione in fide sit sermo, per ea verba promissum est ei magisterium in totam Ecclesiam, quod ea, quae fidei sunt, declararet, ac decideret, ita ut alij omnes eius definitioni stare cogentur: quae obligatio sine summa iurisdictione in praecipiente non poterat statui: A primo igitur magisterio, ac prima clauium potestate, & à primo regimine ouium alia omnia peculiaris magisteria, ac regimina ouium sunt deriuata. Et cum deriuatio haec non habeat locum in potestate Ordinis, quae immediatè est à Deo, ut probatum est: superest vt de iurisdictione sit intelligenda. Etsi autem Beatus Petrus initio primitiuae Ecclesiae Apostolis, ac fortasse alijs viris Apostolicis, iurisdictionem tribuerit generalem super omnes oves; non ita tamen erat laxa, ac minime limitata, vt vnus Apostoli iurisdictione in alios Apostolos extenderetur. Multo etiam minus alij Apostolici viri in Apostolos habuerunt iurisdictionem, sicut nec filij in parentes, sed potius illis subiecti fuerunt. Petrus autem in omnes alios Apostolos habebat iurisdictionem, perinde ac in reliquos Chri-

stianos: Apostoli autem, & Apostolici viri sub eo illam in inferiores suos exercebant. Et quemadmodum à Petro susceperunt iurisdictionem nullis terminis coarctatam, quoniam ita exibat Ecclesiae gubernatio primitiua, atque eorum charitas, & sapientia: ita ex causis valuisse eis non nisi limitatam, & certis terminis circumscriptam concedere: sicut crescente numero filiorum Ecclesiae, & refrigerante charitate, & sapientia in pastoribus, Petri successores circumscriptam potestatem eis concesserunt, non solum quod attinet ad amplitudinem, & numerum ouium, sed etiam quantum ad causas, & materias ab eis decidendas. Praeter dicta Euangelica testimonia, sunt etiam aliae Scripturae sententiae in nouo Testamento, ex quibus colligitur, Ecclesiasticam potestatem non immediatè collatam à Christo, sed per Ecclesiae ministros. Vnde in Actis Petrus ad fideles: *Cōsiderate fratres, viros ex vobis boni testimonij septem; plenos spiritu sancto, & sapientia quos constituamus super hoc opus*. Paulus quoque Apostolus ad Titum scripsit: *Huius rei gratia reliqui te Creta; vt ea qua desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi*. Dabat igitur illis spiritualem iurisdictionem super illas ciuitates, vt rectè possent gubernare: nam potestatem Ordinis Deus per consecrationem conferebat. Quod si Titus illam potestatem habebat ab Apostolo, Apostoli verò à B. Petro: profecto sequitur, vt eadem à Petro deriuaretur in omnes. Idem deduci potest ex locis Actuum Apostolorum, in quibus Paulus, & Barnabas manuum impositione Episcopos atque presbyteros per Ecclesias leguntur creasse. Quae quidem olim praedixerat Dauid, dū in Dei persona alloquitur Ecclesiam, dicens: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constituas eos principes super omnem terram*. Vbi Augustinus, & Cassiodorus per patres interpretantur Apostolos; per filios verò, Episcopos. Quos quia Ecclesia dicitur constituere Principes super omnem terram, proculdubio ab Ecclesia habet iurisdictionem Episcopi

Ex alijs rursus noui Testamenti locis eadem veritas confirmatur, ac stabilitur.

Act. 6.

Tit. 1.

Act. 14.

Quid illud Propheta: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, secundum Augustinum.

Psal. 44. August. in Psal. 44. tom. 8.

Cassiodorus ibidem.

qui

Triplici Patrum inter se ordinae, proposita de iurisdictionis potestate à Deo per Romanum Pontificem in inferioribus descendente doctrina confirmatur.

Primi ordinis Patres, atque doctores Dionysius Areopagita

qui creantur. Et quia tota multitudo Ecclesiae nullam habet spiritalem iurisdictionem, nec ea vti potest, superest vt Ecclesia dicatur facere, quae eius caput Christi vicarius, vel per eum alij pastores faciunt: quemadmodum regna censentur operari, quae Reges ipsi operantur. Proinde à Papa, & Episcopis oritur iurisdictione Ecclesiastica, & non à Christo immediatè.

Patres quoque eandem sententiam confirmant, quorum dicta quia permulta sunt, ne confusionem pariant, aut tedium Lectori adferant, ad capita quaedam reducenda sunt. Ac primo quidem loco adferendae sunt sententiae antiquorum, qui disertè afferunt iurisdictionem Ecclesiasticam per summum Pontificem in alios deriuari. Secundo loco producendae sententiae Patrum, qui Ecclesiam Romanam, vel Ecclesiam in vniuersum docent, principium esse particularium Ecclesiarum, & potestatis Praelatorum. Tertio loco producendae sententiae Patrum illorum, qui tradunt plenitudinem potestatis esse in summo Pontifice, & alios omnes Episcopos ab eo esse vocatos in partem sollicitudinis. Vt igitur à primae classis incipiamus autoribus, primus occurrit Dionysius Areopagita, qui inter sacros ordines tradit, superiorem inferiori semper suam vim communicare: ex quo colligi potest, summum Pontificem potestatem suam, praesertim iurisdictionis, alijs inferioribus impertiri. Ait enim cap. 13. *Coelestis hierarchiae: Nihil igitur absurdum est, si Seraphim purgare Theologum dicitur* (loquitur de Seraphim purgante Esaiam, Esaiam 6.) *Sicut enim Deus purgat omnes, quod sit ipse purgationis autor: imò vt similiorem vtamur exemplo, quae admodum apud nos Pontifex homo cum ministrorum suorum sine sacerdotum officio purget, aut gratia doctrina salutaris illuminet, ipse purgare & illuminare dicitur, cum hi, qui ab eo consecrati sunt ordines, ad ipsum vt autorem sacrae functionis suae munera referant: ita etiam purgantem scientiam suam atque virtutem, is qui purgationem Prophetam peragit Angelus, ad Deum quidem vt autorem, ad Seraphim verò quasi primò post*

Deum operantem Pontificem referunt. Hae ille, cuius verba non ita referenda sunt ad deriuationem potestatis. Ordinis Sacerdotij, vel Diaconatus à potestate Pontificis, sed maxime etiam ad iurisdictionem. Nam illuminare, & purgare, iurisdictione dicunt super eos, qui purgantur, & illuminantur, & perficiuntur quibus praesunt (vt verbo Dionysij vtar) diaconi, & presbyteri, & Episcopi. Ita enim docet Dionysius capite 5. Ecclesiasticae hierarchiae part. 3. qui etiam part. eiusdem Capituli ait: *Porro Pontificalis Ordinis virtus in sacris omnibus distinctionibus capitur, & per omnes sacros Ordines operatur propria hierarchiae mysteria, praecipue verò illi praeter Ordines ceteros in sui ministerium diuina lex officia sacratiora distribuit*. Hae ille, docens, Episcopalem Ordinem ab omnibus Ordinibus participari, & per omnes operari vt fontem & originem. Secundus accedit Cyprianus, qui libro de Simplicitate Praelatorum, post illa verba, quae superiori Tractatu produximus, subiungit: *Vnum corpus, & vnus spiritus, vna spes vocationis vestrae, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, quam vnitatem firmiter tenere, & vendicare debemus, maxime Episcopi, qui in Ecclesia praesidemus, vt Episcopatum quoque ipsum vnum atque indiuisum probemus*. Nemo fraternitatem mendacio fallat: nemo fidei veritatem perfida prauaricatione corrumpat. *Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur: Ecclesia vna est, quae in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur: quomodo Solis multi radij, sed lumen vnum; & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatum. Et cum de fonte vno riuus pluri riuus desluant, numerositas licet diffusa videatur exundantis copia largitate, vnitas tamen seruat in origine. Auelle radium Solis à corpore, diuisionem luctus vnitas non capit. Ab arbore frange ramum: fractus germinare non poterit. A fonte praecide riuum: praecisus arefcet. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit, vnum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec vnitas corporis separatur: riuus suos in vniuersam terram copia vber-*

Idem.

Cyprianus.

Ephe. 4.

Quam eleganter Cyprianus Ecclesiae vnitatem confirmet ac probet.

tatis



tatis extendit. Profluentes largiter riuos  
 latius expandit, vnum tamen caput est,  
 & origo vna, & vna mater fecunditatis  
 successibus copiosa: illius fœtu nascimur;  
 illius lacte nutrimur; spiritu eius anima-  
 mur. Hæc ille. Qui quoniam in illo  
 Tractatu, quem scripsit contra Noua-  
 tum ( qui se vt Papam contra Corne-  
 lium superbissimè erigebat ) nititur  
 probare vnam esse tantum Ecclesiam,  
 & vnum eius Episcopum vniuersalẽ,  
 sumens à Petro exordium, ac docens,  
 Dominũ omnibus illum ouibus præ-  
 fecisse, atque adeo ipsis Apostolis,  
 alioqui in potestate Apostolica pari-  
 bus, vt ostenderet vnam esse Ecclesiã,  
 & idem esse separari ab Ecclesia, & ab  
 vno eius capite; ac proinde sectatores  
 Nouati separati à capite suo Corne-  
 lio, præciosos esse ab Ecclesia: eo per-  
 tinet, quod vocat Petrum vnitatis ori-  
 ginem: quod vocat Episcopatũ vnũ,  
 & indiuisum: nec enim vnus est, si nõ  
 est vnus Episcopus vniuersalis Cor-  
 nelius. Etsi autem dicat, partem illius  
 vnus Episcopatus in solidũ à quouis  
 Episcopo teneri: non ob id negat v-  
 num Episcopum omnibus esse supe-  
 riorem, sine quo nec esset vnus Epif-  
 copatus. Imò secundum Iurisperitos,  
 quando vnus possidet, nõ dicitur in  
 solidum possidere: sed vt in solidum  
 possidere verè dicatur, opus est vt  
 alius etiam simul possideat. Et ideo  
 quiuis particularis Episcopus in so-  
 lidum possidet suas oues, quia cum  
 Romano Põtifce simul possidet eas.  
 Nam quando aliqui conuertuntur ad  
 Christum, simul fiunt oues Petri, siue  
 Romani Pontificis, quo constituyente  
 Episcopatum particulare super illas  
 oues, non tollit à se curam illarum,  
 quam habebat, sed in solidum earum  
 curam cum nouo Episcopo tenet. Cy-  
 prianus etiam hoc loco comparat pe-  
 culiarios Episcopos inuicem, qui parè  
 potestatem habebant circa sua ouilia,  
 nec enim tunc erant casus ipsi Ponti-  
 fici reseruati, proinde quisq; poterat  
 quæ alij in sua diocesi; atque ob eam  
 causam in solidum partem sui Epif-  
 copatus tenebat. Quod autem Cy-  
 prianus initio huius loci doceat, à  
 Petro deriuari vnitatem, & in fine

dicat eandem ab Ecclesia proficisci,  
 quam comparat Soli, fonti, atque  
 trunco; particulares verò Episcopa-  
 tus, radijs, riuulis, atque ramis: ob id  
 dixit, quia idem est separari à capite,  
 atque seiungi à corpore; & quia tota  
 potestas in corpore Ecclesiæ existens,  
 à capite ipso promanar. Nec enim  
 Ecclesia sine capite, & Sacerdotibus  
 seipsam multiplicat; sed per eos, qui  
 infideles conuertunt, & Ecclesiæ in-  
 corporant. Quare Cyprianus in eodẽ  
 loco subiungit: *An esse sibi cum Christo  
 videtur, qui aduersus Sacerdotes Christi  
 facit? qui se à Cleri eius, ac plebis socie-  
 tate secernit?* Hæc ille, docens idem  
 esse à Sacerdotibus separari, atque à  
 plebe Ecclesiæ separari: & propterea  
 falsos Ecclesiæ prælatos vocat illos,  
 qui absque Episcopi ordinatione seip-  
 sos præficiunt. Quia in re illud do-  
 cet, Ecclesiam sine Episcopo & capite  
 non multiplicari. Ait ergo de No-  
 uatianis, alludens ad factum Nouati:  
*Hi sunt qui se vltro apud temerarios con-  
 uenas sine Diuina dispositione præficiunt;  
 qui se præpositos sine vlla ordinationis le-  
 ge constituunt; qui nemine Episcopatum  
 dante, Episcopi nomen assumunt.* Idem  
 quoque Cyprianus in epistola ad Iu-  
 baianum de hæreticis baptizandis ita  
 scribit: *Manifestum est autem, vbi, &  
 per quos remissio peccatorum dari possit,  
 quæ in baptismo scilicet datur. Nam Pe-  
 tro primum Dominus, super quem adifi-  
 cavit Ecclesiã, & vnde vniuersitatis ori-  
 ginem instituit, & ostendit, potestatem  
 istam dedit, vt id solueretur in terris,  
 quod ille soluisset. Et post resurrectionem  
 quoque ad Apostolos loquitur, dicens: Si-  
 cut misit me Pater, & ego mitto vos. Hoc  
 cum dixisset, inspirauit, & ait illis: Accep-  
 tite Spiritum sanctum: si cui remiseritis  
 peccata, remittuntur illi: si cui tenueritis,  
 tenebuntur. Vnde intelligimus, non  
 nisi in Ecclesia præpositos, & in Evangelica  
 lege, ac Dominica ordinatione fundatos,  
 licere baptizare, & remissam peccatorum  
 dare: foris autem nec ligari aliquid, nec  
 solui, vbi non sit, qui aut ligare possit ali-  
 quid, aut soluere.* Hæc Cyprianus, tra-  
 dens, à Petro oriri vnitatem, & in Ec-  
 clesia non nisi præpositos habere po-  
 testatem. Ex quibus clarè infertur,

Quæadmodũ  
Ecclesia mul-  
tiplicetur.

Falsi prælati  
quinã beato  
Cypriano.

Cyprianus.

Idem.  
Vbi, & per  
quos remis-  
sio peccatorũ  
datur.  
Matth. 16.

Ioan. 20.

hanc

Quo sensu  
Cyprianus E-  
piscopatus  
vniuersalis  
partè asserat  
in solidum à  
quouis Epif-  
copo teneri.

A Petro Ec-  
clesiæ vnitatem  
deriuari,  
eandẽ rursus  
ab Ecclesia  
proficisci vt  
dicat Cypria-  
nus.

Leo Papa  
epist. 39.

Idem.

Greg. Mag.  
li. 2. Regist.  
epist. 30. seu  
cap. 69.  
tom. 2.

Idem ibid.  
epist. 51.

hanc præpositorum potestatem à Pon-  
 tifice fuisse deriuatam. Tertius acce-  
 dit Leo Primus Pontifex epistola ad  
 Episcopos Viennenses, de munere præ-  
 dicandi loquens, cuius verba pro-  
 duximus superiori Tractatu: sed ser-  
 mone tertio suæ assumptionis ad Põ-  
 tificatum, clarissimè docet, Pontificẽ  
 Romanum multa solũ accepisse, ni-  
 hil autem in quenquam alium sine  
 eius participatione transisse. Rursus  
 si quid commune cæteris voluit esse  
 principibus, nunquam nisi per ipsum  
 dedisse quicquid alijs non negauit:  
 quæ etiam verba superius ex autore  
 produximus. Gregorius Magnus epi-  
 stola ad Ioannem subdiaconum, osten-  
 dit, consecrationem Episcoporum à  
 Pontificis arbitrio, assensu, atque au-  
 toritate pèdere: iura quoque electio-  
 nis, quæ Clerus tunc habebat, ex sedis  
 priuilegio promanasse. Idem quoque  
 ad Benenatum Episcopum: *Et tempo-  
 ris, inquit, qualitas, & vicinitas nos  
 locorum inuitat, vt Cumanam atque Mu-  
 sitanam vnire debeamus Ecclesias: quo-  
 niam hæc non longo à se itineris spatio  
 seiuncta sunt, nec peccatis facientibus  
 tanta populi multitudo est, vt singulos,  
 sicut olim fuit, habere debeant Sacerdo-  
 tes. Quia igitur Cumanæ castri Sacerdos  
 cursum vitæ huius expleuit, vtramque nos  
 Ecclesiam præsentis autoritatis pagina  
 vnisse, tibi que commississe cognosce; pro-  
 priumq; vtrarumque Ecclesiarum scito re-  
 esse Pontificem. Et ideo te quacunq; tibi  
 de earum patrimonio, vel Cleri ordina-  
 tione, siue promotione, iuxta Canonum  
 statuta visa fuerint ordinare, atque dis-  
 ponere, habebis, vt proprius reuera Sacer-  
 dos, liberam ex nostra autoritatis consen-  
 su atque permissione licentiam. Vbi verò  
 commodius atque vtilius esse perspexeris,  
 ibi habitato: ita sanè, vt alteram Ec-  
 cliam, cui corporaliter præsens non es, so-  
 licita, prouidentiq; cura disponas; qua-  
 tenus diuina illic mysteria solènter auxi-  
 liante Domino peragantur.* Hæc ille.  
 Ex cuius verbis colligimus, iurisdic-  
 tionem, & nouam illam Ecclesiam  
 ex consensu autoritatis Põtificiæ pro-  
 manasse: quæ tamen iurisdicção ordi-  
 naria erat, & non solũ ex com-  
 missione. Tradit enim, illum consti-

tutum fuisse proprium Pontificem  
 Ecclesiæ Cumanæ ex Papæ autoritate.  
 Colligitur etiam, præsentiam corpo-  
 ralem necessariam esse ex iure Ponti-  
 fici; ac proinde liberum extitisse illi  
 Episcopo residere in vtrauis Ecclē-  
 siarum, prout sibi commodum vide-  
 retur; modò alteri absens pspiceret.  
 Idem ad Ioannem Episcopum, cui  
 similiter ex autoritate Apostolica Ec-  
 clesias quasdam vastatas bello, man-  
 dat vniri vicinis Episcopis, perinde  
 atque in superiori. Nicolaus Primus  
 quintus sit, qui epistola ad Clerum, &  
 plebem Viennensem, docet, Ecclesiã,  
 siue fidelium collectionem, congregari  
 minimè posse absque nutu Pon-  
 tificis: vt habetur de consecrat. Dist.  
 t. cap. Ecclesia: ac proinde ab eo iu-  
 risdictio proficiscitur. Sextus sit A-  
 lexander Secundus in epistola ad Va-  
 lerianum Episcopum, & martyrem,  
 & habetur 24. quæstionè prima, cap.  
 Audiuimus, vbi astruit, extra Ecclesiã  
 nullam esse Ecclesiasticã iurisdicção-  
 nem: & Petro plus omnibus, & pro  
 omnibus datam fuisse potestatem.  
 Nulli ergo præter Petrum data est po-  
 testatis plenitudo; & Petro pro om-  
 nibus est data: ab illo igitur omnes  
 accipiunt. Septimus est Innocentius  
 Octauus ad VVilhelmum primũ Mon-  
 tis Regalis Archiepiscopum, quæ eadẽ  
 est Nicolai Tertij, & Lucij Tertij,  
 vt habetur authenticè in priuilegijs  
 Montis Regalis: *Licet Dominus Iesus  
 Christus Ecclesiam suam instituens disci-  
 pulis suis eandem super credentes ligadi,  
 & soluendi dederit potestatem: vnum  
 tamen in ea, beatum scilicet Petrum. A-  
 postolum voluit præminere, dicens: Tu  
 es Petrus, & super hanc petram adificabo  
 Ecclesiam meam. Intelligendum hoc tri-  
 buens fidelibus vninersis, quod sicut vnus  
 erat mediator Dei & hominũ homo Chri-  
 stus Iesus, pacificans quæ in cælis erant,  
 & quæ super terram, & dissoluens mace-  
 riarum parietem, & faciens vtraque vnũ;  
 sic & in Ecclesia vnum ex ipso, & per ip-  
 sum omnium caput esset, nec in membris  
 fieret vlla diuersitas, quæ non per vnus  
 autoritatem, ac prouidentiam capitis ad  
 vnam Fidei veritatem, eandemq; religio-  
 nis regulam reducerentur, & sulum.*

Idem ibidẽ,  
epist. 35.

Nicolaus  
Primus.

Alexander  
Secundus.

Innocentius  
Octauus.

1. Tim. 2.  
Ephes. 2.

Quod

Luca 22.  
Ioan. 2.

Matth. 16.

Leo Nonus.

Solius Romane sedis privilegium est a nemine iudicari.

Quod etiam in eo loco demonstratur, in quo & de confirmandis fratribus, & de pacendis Dominicis quibus praeceptum a Domino nostro legitur ei datum. Ex hac utique potestate, qua ad B. Petrum ex Dominica traditione peruenit sacrosancta Romana Ecclesia, qua per Dominum Iesum Christum ab eodem B. Petro instituta est, & fundata per uniuersas Ecclesias, auctoritatem obtinuit, ut ubique ratum esset, ac solidum, quod ipsius prouidentia statuisset. Quod etiam ab uniuersis Ecclesijs per orbem terrarum usque diffusis, & receptum est, & seruatum: ita ut per eam & distributio facta sit dignitatum, & inditum Christi fidelibus, & diligentius ordinatum, quod ad cultum pertinere visum est pietatis. Ex hac siquidem data beato Petro a Domino potestate, ipse ac successores ipsius per uniuersa mundi loca constituerunt Episcopos, & dignitates per prouincias diuiserunt. Haec illi tres Pontifices, perspicue docentes, non solum reliquis Episcopis assignari materiam a Pontifice, sed etiam ipsas dignitates, atque adeo Episcopatus per eundem distribui in uniuersam Ecclesiam. Octauo loco Leo Nonus epistola ad Michaelem Patriarcham Constantinopolitanum: Romana Ecclesia facitis prauidicium, de qua nec uobis, nec cuiuslibet mortalium licet facere iudicium, beatissimo, & Apostolico Pontifici Syluestro diuinitus decernente, spiritualique eius filio Constantino religiosissimo Augusto cum uniuersa Synodo Nicena approbante ac subscribente, ut summa sedes a nemine iudicaretur; inuolabiliter, & inconcusse sibi conseruato illo privilegio. Quod ille Princeps quarto baptismatis sui die deuotus contulit Pontifici Romano, scilicet ut in toto orbe terrarum Sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut omnes indices Regum. Quam sanctorum Patrum reuerendam emni mundo sententiam, sicut veraciter Diuina inspiratione, non humana estimatione est promulgata, reliqua uniuersales Synodi unanimi voluntate, concordique uerbo, & scripto confirmauerunt, sanctam Romanam, & Apostolicam sedem post Dominum Iesum caput esse omnium Ecclesiarum Dei: & hoc debere credi, confiteri, & scribi ab omnibus ueneratoribus Niceni Concilij. Haec Leo, tradens, iurisdictionem a Pontifice promanare in alios Episcopos, non secus ac a Rege in iudices, atque a capite in reliqua membra deriuatur. Nonus est Nicolaus Tertius libro 6. de elect. & electi potestate, cap. Fundamenta, qui eandem deriuationem potestatis a Petro in alios Episcopos eisdem uerbis tradit, quibus Leo Primus superius citatus. Postremus, Paschalis scribens ad Archiepiscopum Panormitanum, ut habetur in cap. Significasti, de elect. & electi potestate, tradit, Pontificis esse, praelationem ipsam fratribus imponere; ac proinde iurisdictionem ab eo promanare in alios, nec tantum solam materiam assignari. Et haec de prima classe Doctorum.

Ad secundam classem spectant illi Patres, qui affirmant, Episcopatus honorem, & potestatem, & nomen, a Petro sumpsisse originem, quem Dominus primum, & unum Episcopum creauit, quos superius produximus, cum de eius primatu erga Apostolos ageremus. Quia enim illi Episcopi, qui a Petro constituti sunt, cum non essent titulares, sed iurisdictionem habentes, ut de Zachaeo, & alijs a Petro institutis constat; planum etiam redditur, quod eis iurisdictionis contulit potestatem. Idem etiam probatur per Patres asserentes Ecclesiam Romanam caput esse, & originem, matremque, & matricem omnium Ecclesiarum. Nam cum in Ecclesia Romana Sacerdotes fuerint, & plebs: ratione plebis non est huiusmodi iurisdictione conuenit, quia non est plebs in alios deriuare potestatem, uel Ecclesiam propagare: conuenit igitur illi ratione Sacerdotum, quorum multitudo cum ad unum summum reducenda sit, ab illo proculdubio omnis eorum auctoritas, & potestas proficiscitur, ac proinde omnis fecunditas ad caeteras Ecclesias propagandas: quae quidem cum sine praelatis non sint, illi quoque ab Ecclesia Romana, hoc est, a summo Pontifice accipiunt potestatem. Quia enim sumus Pontifex consilio sui Cleri, hoc est, Cardinalium, in agendis utitur; quae ab ipso fiunt, merito ab Ecclesia Romana fieri dicuntur, hoc est, ab eius Antistite cum suo Clero.

Nicolaus Tertius.

Paschalis Papa.

Secundae classis doctores.

Ecclesia Romana quibus tituli exornent sancti Patres.

Cypria. lib. 1. epist. 3. inter med. & finem.

Petri Ecclesiam: Cyprianus ror. uocet cathedram principalem. Idem lib. 4. epistol. 8. in medio.

August. tom. 3. Quid illud Regij. Prophetia: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.

Episcopus quid sonet.

Anacle. Papa episto. 3. ad omnes Episcopos. dist. 22. c. Sacro sancta.

Clem. Roman. Pro Archiflaminibus maioribus, minoribus item, & proflaminibus Ethnicorum quos constituit in Ecclesia Petrus teste Clemente.

Patres igitur, qui tradunt Ecclesiam Romanam caput, & matrem aliarum, sunt qui sequuntur. Primus Cyprianus ad Cornelium: Post ista adhuc insuper pseudoeπισcopo ab Haereticis constituto, nauigare audent & ad Petri cathedram, atque Ecclesiam principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta est. Haec ille, uocans Petri Ecclesiam, cathedram principalem, & caeteris principetur, & origo existat Sacerdotalis unitatis. Idem ad eundem: Nos enim, inquit, singulis nauigantibus, ne cum scandalo ullo nauigarent, rationem reddidisse nos scimus, & hortatos esse ut Ecclesia Catholica matricem & radicem agnoscerent, ac tenerent. Haec ille, quem imitatus Augustinus in Psalm. 44. explicans illud: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, ait: Quid est: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres missi, sunt Apostoli: pro Apostolis filij nati sunt tibi, constituti sunt Episcopi. Hodie enim Episcopi qui sunt per totum mundum, unde nati sunt? Ipsa Ecclesia Patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus Patrum. Haec Augustinus, qui cum asserat, Ecclesiam Episcopos genuisse, & in sedibus Patrum constituisse, & nomen Episcopi iurisdictionem, & praepositura dicat, planum est, apud illum iurisdictionem ab Ecclesia emanare, & non immediate a Deo. Cum autem non ita emanet ab Ecclesia, ut ab ipsa plebe, & laicis oriatur: a praelatis igitur Ecclesiae proficiscitur: quorum multitudo quia ad unum caput reducitur, Romanum nempe Pontificem, secundum Augustinum, & omnes Patres, ab illo tandem emanauit iurisdictione. Anacletus ait: Haec uero Apostolica sedes caput, & cardo (ut praefatum est) a Domino, & non ab alijs constituta est: & sicut cardine ostium regitur, sic huius Apostolica sancta Sedis auctoritate omnes Ecclesia (Domino disponente) reguntur. Et ante illum Clemens epist. 1. docet, Petrum instituisse, ut ubi olim apud Ethnicos erat archiflaminibus maiores, ibi constituerent Primate, aut Patriarchas: & ubi archiflaminibus minores, ibi Archiepiscopi: ubi uero flaminibus, Episcopi instituerentur, & ne in illis, aut castellis, uel modicis ciuitatibus crearentur Episcopi, ne uile eorum no-

men fieret. Ex quo habes, Petrum non solum Patriarcharum, & Archiepiscoporum, quos iurisdictionem commissariam habere aliqui asserunt, sed etiam Episcoporum, quos ordinariam habere confitentur, potestatem instituisse: ab illo, & a suis successoribus prodit omnis Ecclesiastica iurisdictione. Lucius quoque, Papa distinct. 80. cap. Vrbes, sic habet: Vrbes, & loca, in quibus primates praesidere debent, non a modernis, sed multis ante aduentum Christi statuta sunt temporibus: quarum primates Gentiles etiam pro maioribus negotijs appellabant. In ipsis uero urbibus post aduentum Christi Apostoli, & eorum successores Patriarchas & Primate posuerunt, ad quos Episcoporum negotia (salua tamen in omnibus Apostolica auctoritate) & maiores causa post Apostolicam sedem sunt referenda. Haec ille. Cuius uerba habentur in epistol. 1. Stephani Papae de accusationibus Sacerdotum. In quibus notandum, quod Apostoli, & eorum successores posuerunt primates, ergo ab illis iurisdictione emanauit: sed quia primates non potest quis alius primas instituere, uel Episcopus, per successores Apostolorum, qui primates crearunt, non debemus intelligere cuiusvis Apostoli successores, sed tantum Petri. Nec enim Episcopus Ephesinus, qui Ioanni successit, uel Ierosolymitanus, qui B. Iacobo, creare nouos Patriarchas poterunt. Marcellus ad Archiepiscopos Antiochenae prouinciae, quae cum olim esset prima sedes, Romanam celsit, tradit, subiectas esse tanquam capiti omnes Ecclesias, atque ad eam appellare posse omnes Episcopos, ut inde acciperent iurisdictionem, ac liberationem, unde acceptionem: significans eiusdem esse regere, & tueri alias Ecclesias, cuius fuit instituere. Et Anicetus epist. ad Episcopos Galliae: Nulli Archiepiscopi primates uocentur, nisi illi, qui primas sedes tenent: quarum Episcopos Apostoli, eorumque successores regulariter Patriarchas, uel Primate esse constituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui necesse sit pra multitudine primatem constitui. Melchides etiam ad uniuersos Hispaniae Episcopos: Dei ordinatione

Lucius Papa.

Stephanus Papa.

Marcellus Papa.

Anicetus Papa dist. 99. c. Nulli Archiepiscopi. Qui sint uocandi primates.

Melchides Papa.

factum esse credimus, ne omnes posteriorū cuncta sibi vendicarent, sed semper maiores causa, sicut sunt Episcoporum, & potiorum curae negotiorum, ad vnam B Principis Apostolorum Petri sedem confluere; ut inde accipiant finem iudiciorum, vnde acceperunt initium constitutionū, ne quādoq; a suo discrepent capite. Innocentius quoq; primus ad Decentium Eugubinum, & habetur in cap. Quis nesciat, distinct. II. docet, vnam tantum esse autoritatem generalem, id est, fideles vniuersos obligantem, atq; eam esse sedis Apostolicæ, a qua etiā Concilia Generalia suam autoritatem accipiunt: & vltra illam communem autoritatem, habere quandam aliam peculiarem super Ecclesias, quas fundarunt illi, qui a Sede Apostolica consecrati sunt, & ad eas missi, quales sūt Ecclesiæ vicinæ Romano Patriarchatui, vt erant tempore Innocentij Italia, Gallia, Hispania, Africa, & Sicilia, atq; aliæ circumiacentes insulæ: post Innocentium verò primum sunt inter has Germania conuersa per Bonifacium, & Anglia per Augustinum, Polonia, & Suetia, & aliæ. Huiusmodi enim Ecclesiarum specialem curam habet Romanus Pontifex, illæq; debent peculiarem Romanæ Sedi obedientiam, & reuerentiam, atque in ritibus conformitatem: quam negates, ab eaq; deficientes, peculiariter Deū offendunt. Nicolaus I. epistola ad Mediolanenses: *Omnes, ait, siue Patriarcha cuiuslibet apicem, siue Metropolitani primatus, aut Episcopatum cathedras, vel Ecclesiarum, siue cuiuscunq; ordinis dignitatem instituit Romana Ecclesia. Illā verò solus ipse fundauit, & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui B. Petro aeterna vita clauigero terreni simul, & celestis imperij iura commisit. Nō ergo qualibet terrena sententia, sed illud Verbum, quo constructum est cælum, & terra; per quod deniq; omnia condita sunt elementa; Romanam fundauit Ecclesiam. Illius certè priuilegio fungitur, cuius autoritate fulcitur. Vnde non dubium est, quia quisquis cuiuslibet Ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam facit. Qui autem Romano Ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditū auferre*

conatur, hic proculdubio in hæresim labitur: & cum ille vocetur iniustus, hic est dicendus hereticus. Hæc ille. Qui dices, Ecclesiam Romanam fundasse nō solam vicinas Ecclesias, vt Innocentius I. sed penitus omnes: intelligendus est, quia tandem ab illo manauit omnis autoritas, licet non immediatè, sed in vicinas Ecclesias. Quod verò ait: *Conantē auferre priuilegia Ecclesiæ Romanæ non solum iniustum, sed hæreticum esse: de eo intelligendū est, qui non solum factō, sed falso dogmate id auferre conatur: quia illud dogma contra Diuinum verbum est Christi, qui non solum Petro, sed omnibus etiam eius successoribus hoc contulit priuilegium. Hinc Leo IX. in epistola ad Michaëlem Constantinopolis Patriarcham: Quisquis Romana Ecclesiæ autoritatem, vel priuilegia euacuare, seu imminuere nititur, non hic vnus Ecclesiæ, sed totius Christianitatis submersio, & interitum machinatur. Virgilius epistola ad Eleutherium: Nulli vel renuiter scienti, vel pleniter sapienti dubiū est, quod Ecclesia Romana fundamentum sit, & forma Ecclesiarum: a qua omnes Ecclesias principium sumpsisse, nemo rectè credentium ignorat. Et Leo IX. epistola ad Michaëlem Patriarcham dicit: Sicut cardine totum regitur ostium, ita & a Petro, & successoribus totius Ecclesiæ disponitur emolumentum. Et sicut cardo immobilis permanens ducit, & reducit ostium: sic Petrus, & successores eius liberū de omni Ecclesia habent iudicium, cū nemo eorum debeat mouere statum. Vnde clerici eius dicuntur Cardinales, cardini vtique illi, quo cetera mouentur, viciniū adherentes. Hæc ille, quæ planè indicant, omnem Ecclesiæ potestatem ab illa sede proficisci. Et Gregorius IX. extra De foro competenti, cap. Licet, vocat Ecclesiam Romanam omnium Ecclesiarum caput, & magistrā; quod indicet, magistrum, & autoritatem ab ea sumplisse, mater enim de sua substantia dat esse filijs.*

Tertia classis est eorum Doctorū, qui eandem veritatem asserunt hoc ipso quod comparantes Ecclesiæ Romanæ autoritatem cum aliorum Episcoporum potestate, tradunt illam ha-

Eius dictum explicatur.

Leo IX. epistola ad Michaëlem. Parr. cap. 36. Romanæ Ecclesiæ adinētes primatū, quantum maius machinantur illi. Vigilius Papa.

Leo IX.

Cardinales vnde sic dicitur.

Gregor. IX.

Tertiz classis Doctores pro eadē veritate.

Innoten. I.

Ecclesiæ vicinæ Romano Patriarchatui tempore Innocentij quænam ille.

Germaniæ, & Angliæ p̄ uincitiæ per quos ad Christi fidem trā ductæ.

Nicol. I. distinct. 22. c. Omnes.

B. Petrus æternæ vitæ clauiger.

Genes. 1. & Psal. 32.

Quis iniustus, quis item hæreticus, teste Nicolao.

Quid per plenitudinē potestatis Patres intelligant.

Quid verò p̄ partem sollicitudinis Rom. 12.

Iulius Papa 2. q. 6. cap. Qui se scit.

Vigil. Papa

Leo I. epist. 44. can. 1. in fine.

Idem ibidē.

Can. 11.

Inter ipsos etiam Apostolos pariter electos, extitit honorum distinctio.

bere plenitudinē potestatis, alios verò vocatos esse in partem sollicitudinis; non autem in plenitudinem. Vbi proculdubio per plenitudinem potestatis intelligunt vniuersam Ecclesiasticam potestatem, quæ in summo Pontifice tanquā in capite residet; per partem verò sollicitudinis, non nudam sollicitudinis partem, sed partē potestatis intelligendam esse voluerunt. Nā quia is qui præest, in sollicitudine præesse debet, vt ait Apostolus; ipsam potestatem, ne efferrentur Episcopi, partem sollicitudinis vocari voluerunt: ita vt perinde sit in partem sollicitudinis eos esse vocatos, atq; participare eos partem illius summæ potestatis, per quam Romanis Episcopis conuenit sollicitudo omnium Ecclesiarum.

Primus ergo Iulius Papa ita scribit: *Qui se scit alijs esse prepositum, nō molestè ferat aliquem sibi esse prelatum. Ipsa namq; Ecclesia qua prima est, ita reliquis Ecclesijs vices suas credidit largiendas, vt in partem sint vocata sollicitudinis, nō in plenitudinem potestatis. Hæc ille. Et eadem habentur in epist. i. Vigilij ad Episcopum Eleutherium Hispanū: vbi non solum loquitur de commissaria potestate, sed de ordinaria. Leo quoq; epistola ad Anastasiū Episcopū Thesalonicensem ait: Vices enim nostras ita tua credidimus charitati, vt in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinē potestatis. Hæc ille, quæ etsi Anastasio dicatur Sedis Apostolicæ Leonis per Orientem legato: tamē ex eodē Leone constat etiam de alijs ordinarijs esse intelligendā. Quod ex eiusdē Leonis verbis ex epist. i. Iulij desumptis constare potest. Subiicit enim Leo in eadem epistola hæc planè aurea sequentia verba, sibi, ac Iulio cōmunia: *Hæc connexio totius quidem corporis vniuersitatem requirit, sed præcipuè exigit concordiam sacerdotum. Quibus cū sit dignitas communis, non est tamen ordo generalis: quoniam & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quadam discretio potestatis: & cū omnium par esset electio, vni tamē datum est, vt ceteris præmineret. De qua forma Episcoporum quoq; est orta distinctio, & magna dispositio: ne prorsum est, ne omnes sibi omnia ven-**

dicarent, sed essent in singulis prouincijs singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia: & rursus quidam in maioribus vrbibus constituti, sollicitudinem susciperent ampliozem, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura confluere, & nihil vsquam a suo capite disideret. Qui ergo quibusdā scit se esse prepositum, non molestè ferat, aliquē sibi esse prelatum: sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat. Hæc Leo, ex cuius verbis habes, q̄ sicut Apostoli, quātū ad Apostolatū attinet, pares erant: Petrus tamen, quatenus summus Pontifex a Christo creatus est, illis præpositus fuit: ita etiam Episcopi omnes quātum ad Episcopatū pares sunt, in iurisdictione autē Archiepiscopi præfunt Episcopis, & Archiepiscopis Primates. Et omnis hæc dispositio a Papa, qui omnibus prælatus est, tanquā a capite promanauit, a quo nullū membrum debet disidere. Quod em̄ hæc distinctio prodierit, testatur Clemēs, & Anacleus; ergo ab eodē quoque promanauit iurisdictione tam commissaria, quam ordinaria. Inter quas hæc sola est differentia: q̄ ordinarius habet potestatem sibi, vt propriam concessam, qua vtitur in gubernanda Ecclesia sua. Commissarius autem vtitur nō potestate quasi propria, sed eius potestate, cuius vices gerit; qua tamē in sua plenitudine non vtitur, sed ex parte. Adhæc Gregorius Romanus epist. ad Episcopos per diuersas puincias scribit: *Nihil de eo, qui ad gremium Ecclesiæ sanctæ Romanæ confugit, & eius implorat auxilium, decernatur, quam ab eiusdem Ecclesiæ autoritate fuerit præceptum: quæ vices suas ita alijs impertiuit Ecclesijs, vt in partem sint vocata sollicitudinis, nō in plenitudinem potestatis. Hactenus Gregorius, scribēs ad omnes Episcopos, & de omnibus Episcopis loquens: licet peculiariter hæc res attingat Metropolitanos, vel Primates, vel Sedis Apostolicæ legatos; qui etsi cōtra Canones agerent, molestè ferebāt, causas Episcoporum, qui sub ipsis erant, ad Sedem Apostolicam deferri: sed quod istis dixit de potestate sua commissaria, nō minus ferè dicere potuisset de ipsis ordinarijs, si grauaret suos*

Vnde Episcoporum sit or ta distinctio.

2. q. 6. cap. Qui scit se.

Matth. 16.

Clemēs Roman. epist. 1.

Anacle. epist. 3. 22. dist. c. Sacrosancta. Inter Commissaria, & Ordinariapo testate fungentem quid interfit.

Gregor. Romanus 6. q. 6. c. Decreto.

Idem. Habetur tit. De præsumpt. cap. Mandata.

Romanus Pontifex quid debeat ex iure Diuino.

Legatis Sedis Apostolicæ, quam Episcopi cur maior potestas sit.

Innoc. III.

Solus Romanus Pontifex in Missarum sollempnijs pallio sepe curatur, & vbiq.

Idem Innocent.

Heb. 6.

subditos, & impedirent appellationē ad Sedem Apostolicam. Idem ad Maximum Episcopum: Mandata celestia efficacius gerimus, si nostra cum fratribus onera partiamur. Proinde super cunctas Ecclesias sicilia te vices Sedis Apostolicæ ministrare decernimus, quas non loco tribuimus, sed personæ: quia ex transacta in te vita didicimus, quid de subsequenti conuersatione tua presumamus. Hæc ibi. Vbi primum habes, summum Pontificem iure Diuino adstringi ad imperitendum onus cū alijs, prout exigit regimen vniuersalis Ecclesiæ: quod cū nō minus exigit ordinariam potestatem Episcoporum, quā commissariam legatorum, profectō ab eōdem fonte procedit vtraq; potestas; cū præfertim commissaria legati maior sit, quā ordinaria Episcopi, quia ad plures, & grauiores causas sese extendit. Si igitur maiorem hanc à summo Pontifice manare fatentur; ordinariā, quæ minor est, non debent negare à Deo proficisci. Ad hæc Innocentius III. cap. Ad honorem, de autoritate, & vsu pallij: Sanè solus Romanus Pontifex in Missarum sollempnijs pallio semper vititur, & vbiq; quoniam assumptus est in plenitudinem Ecclesiastica potestatis, quæ per pallium significatur. Alij autem eo nec semper, nec vbiq; sed in Ecclesia sua, in qua iurisdictionem Ecclesiasticam acceperunt, certis debent vti diebus, quoniam vocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Hæc ille, qui cū ait, Pontificem assumptū esse in plenitudinē potestatis, proculdubio à Deo assumptum immediatē intelligit. Cū verō dicit, Archiepiscopos iurisdictionem Ecclesiasticam à Deo accepisse, debet intelligi, sed non immediatē, verū per Pontificē, à quo pallium accipiūt: à quo qui vocatur, à Deo vocatur proculdubio, vt ex eōdem Innocentio cap. Qualiter. De elect. & electi potesta. planè colligitur. Ait enim: Verū quoniam electus, à nobis ante confirmationem administrationi Episcopatus se irreuerenter immiscuit, recipiendo tam à Clericis, quā à laicis iuramenta, non attendens quod secundum Apostolum nemo debet sibi honorem assumere; sed qui vocatur à Deo tan-

quam Aaron: præcipue quia nec donum scientiæ Pontifici conueniens fuerat affectus: postquam nobis presentasti eum sufficere examinatione præmissa, electionem de ipso factam duximus irritandam, quicquid ex ea, & ob eam factum est, denuntiantes penitus non tenere. Hæc ibi. Ex quibus habemus, electionem non conferre iurisdictionem ad confirmationem Pontificis; & per eam à Pontifice vocatum, esse à Deo vocatum tanquam Aaron. Ex quo eliditur cāuillus eorum, qui afferunt, in his sententijs non intelligi vocatos Episcopos à Papā, sed à Deo; cum proculdubio intelligantur vocati à Deo per ipsum Papam. Quod etiam confirmari potest ex cap. 3. Concilij Meldensis, quod citat Iuo. 5. parte sui Decret. c. 194. Hinc est, quod cum Moyses (inquit) querelam in conspectu Dei poneret non se posse portare tantum onus, quod ei fuerat impositum, audiuit à Domino: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint ac magistri: & auferam de spiritu tuo, & tradam eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris. Quid in Moysē, nisi summum Sacerdotium? Quid in septuaginta viris, nisi Presbyteros accipimus? Quod autem Dominus aufert de spiritu Moysi, tradiditq; eis: patenter ostendi, quia si qui ab Episcopo in conspectu Dei vocati sunt, vt secum onus populi sustentent, eadem velle, & imperato sibi honore totis viribus cooperari debent: hoc enim significat, quod non alium, sed eiusdē Moysi Spiritum accipiunt. Hæc ibi. Ex quibus habes, quod Episcopos vocat Presbyteros, & eo vocante Dominus eos vocat. Deinde habes, quod potestas collata Sacerdoti ab Episcopo inunctione conferatur; & idcirco vocatur imperatus honor. Si ergo Episcopus vocans in partem sollicitudinis Presbyterum, illi iurisdictionem iniungendo tribuit: Papa proculdubio, qui Episcopus est Episcoporum, vocans Episcopum in partem sollicitudinis, iurisdictionem in eum conferet: & idcirco Episcoporum iurisdictione ab eo deriuatur. Hisce Patribus adiungendus est Bernard. lib. De consideratione ad Eugenium, dicens: Ergo iuxta Canones

Concil. Meldense. Iuo Episcopus. Num. 112.

Quisnam in Mose, & qui in Septuaginta senioribus sint aduerti.

Bern. lib. 2 De consid. longè à me dio.

tuos alij in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis arctatur limitibus, tua extenditur & in ipsos qui potestatem super alios acceperunt. Nonne, si causa extiterit, tu Episcopo cælum claudere, tu ipsum ab Episcopatu deponere, etiam & tradere Satana potes? Sic ille, per vocatos in partē sollicitudinis, intelligens quoscunq; alijs præpositos, etiam ordinarios: nam & de Episcopo, qui ordinarius existit, subiicit, quod potest illum spoliare Episcopatu: ob id profectō, quia ipse Episcopatus, pars est sollicitudinis, in quā vocatus est Episcopus per Papā: quare auferri potest ab eo, per quem est tradita. Qui ergo hanc sententiam Bernardi de primatibus, vel Archiepiscopis, vel legatis intelligunt, alios verō ordinarios immediatē vocatos esse à Deo: hallucinantur maximè. Demum fauet huic sententiæ testimonium aduersariorum, hoc est, patrum Basileensium, qui dum à summo Pontifice segregati essent, atq; ei infensi, hanc veritatem tanquā Fidei fatentur: aiunt enim in epistola Synodali ad Eugenium III. Nunc autē ad proposita per venerabilem Archiepiscopum Tarentinum, dicendum restat. In primis latè explicat iurisdictionē, & potestatem summi Pontificis: quod caput sit, & primas Ecclesiæ, vicarius Christi, & à Christo, non ab hominibus, vel Synodis alijs, prælatus, & pastor Christianorum, & ei datæ sunt à Domino clauēs, & vni dictum est. Tu es Petrus: & solus in plenitudinē potestatis vocatus sit, alij in partem sollicitudinis, & multa huiusmodi, quæ cū vulgatissima sint, minimè necessariū erat recensere: ista planè fatemur, & credimus: operamq; in hoc sacro Concilio dare intendimus, vt omnes eandem sententiam credant. Hæc Basileenses, qui vt rem Fidei certam, & indubiam confitentur, & confitendū censent, solum Pontificem vocatū in potestatis plenitudinē, alios verō in sollicitudinis partem: qui quia à solo Papa distinguuntur, omnes præter ipsum siue commissariam, siue ordinariā habeant iurisdictionem, in partem sollicitudinis sunt vocati, & non ab alio

Concil. Basileense.

quā ab Ecclesia Romana. Et hactenus de illis tribus Patrū classibus sit dictum. Nemo verō mirari debet, si inter hos Patres productos maior pars fuerit Romanorum Pontificum: non enim facile licebit refellere eorum testimonium, quod sibi ipsis videantur perhibere. Tū quia, vt vidimus, nō sunt soli, sed Cyprianus, Augustinus, Bernardus, atq; adeo Basileenses ipsi eandem sententiā confirmant. Tū etiā, quia multi, & sanctissimi Patres fuerunt, martyres, & cōfessores illustres, & omnia quæ mundi sunt, spernentes, & conculcantes. Ideo propter mundi gloriam, aut diuitias aucupandas, à vero non deuiarunt. Tū etiam, quia cū sancti essent, & grati Deo, atq; in illa Romana Ecclesiā arce tanquā in specula positi, Deus talentum potestatis sibi commissum planius reuelauit, ne illud in terra defoderent, vel in sudario inuoluerent, sed ad Ecclesiæ ædificationem eo vterentur; & ideò dicere poterant: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Tū quia potestas hæc nō erat proprium bonum ipsorum, cū gratia gratis data fuerit, sed commune, concessum ad vtilitatem Ecclesiæ. Et ideò cum illud magnificent, nō se ipsos prædicant, sed ad ædificationē Ecclesiæ id alijs exponunt, vt intelligant præsidium, ad quod accurrere debeant, ex quo vno vniuersæ Ecclesiæ in fide, & Dei cultu, atque charitate vnitas, & disciplina pendet. Ob hanc enim causam & ipse Paulus commendat ministerium, & potestatem sibi datam ad ædificationem. Si enim hi sancti magnificare voluissent se ipsos, potius maiora munera sibi ad vitam æternam concessa, quā potestatem, quæ communis est bonis, & malis, & sæpè malis contingit, prædicassent. Tū demum, quia etsi hi Pontifices mali extitissent, quod absit, & propter auaritiam, vel ambitionem sibi voluissent dilatare contra Fidei veritatem, certè alijs sancti Patres, & Episcopi per vniuersum orbem dispersi per tot secula, & ætates reclamassent,

Quare summi Pontifices potestatem iurisdictionis præ omnibus & agnouerint, & prædicauerint. II. ratio.

III. ratio.

Matth. 25.

Luc. 19.

1. Cor. 3.

III. ratio.

2. Cor. 10. & infra 13

V. & vltima.

ac verbo, scriptoque contradixissent. Nam quemadmodum ea, quae Pontifices de sua potestate praedicant, si vera sunt, summè referunt ad fidem, & disciplinam Ecclesiasticam; ita, si falsa sunt, summe Fidei essent contraria; ac proinde nequaquam sancti, & veraces, sed pessimi, & seductores fuissent non solum ipsi Pontifices fingentes haec, sed & omnes Doctores, qui hanc fictionem, & tyrannidem minimè detexissent, ac detestam impugnassent. Quod si alij Doctores, & Episcopi non tam diffuse, diffuseque ac frequenter hanc explicarunt potestatem, sicut ipsi Pontifices: in causa fuit, in primis, quod haec potestas non ita manifesta erat eis, ac ipsis Pontificibus, qui ea quotidie utebantur. Deinde verò, quia non ita spectabat ad eos, sicut ad ipsos Pontifices illam declarare: quia Pontificum erat munus in disciplina continere totam Ecclesiam: ad quod summè conducit explicatio huius potestatis. Tertio, quia non sic Doctoribus crebro occurrebat occasio eam declarandi, sicut Romanis Episcopis: quia ultra hoc quod crebros habuere aduersarios eius autoritatè impugnantes, penè quoties consuluntur, de sua autoritate, & potestate differere compelluntur. Et tamen alij sancti, atque Doctores oblata honesta occasione de illa tractare non neglexerunt: siue cum afflicti ad illam potestatem accurrebant, ut Athanasius, Chrysostomus, ac Theodorus, atque alij Episcopi Orientales & Africani; siue cum extra afflictionem ad ipsos Pontifices scribebant, ut Hieronymus ad Damasum, Bernardus ad Eugenium; siue cum Sacras Scripturas exponebant. Nam tunc locos de primatu Petri, & suorum successorum diligenter interpretabantur; siue cum Haereticos volebant reuincere, qui peculiariter in hanc petram, hoc est, potestatem Petri, impingere solent. Omnes quippe errores non nisi autoritate traditionis sanctae Romanae Ecclesiae, siue in Concilijs, siue extra Concilia confutati sunt: usque adeo, ut passim asserere, quod ut

articulus de potestate Romanae Ecclesiae maximè facit ad euellendas haereses, foedosque Ecclesiae abusus extirpandos, plantandamque Christianam, & Ecclesiasticam morum disciplinam; ita nullus perinde est expressus tam in ipsis Scripturis veteris, & Noui Testamenti, quam in Sactorum Patrum, & Doctorum scriptis, atque iste. Qui etsi à Satana, & eius ministris Haereticis, & Schismaticis sit impugnatus: tamen fundamentum Dei stat, portas inferi non praeualituras aduersus hanc potestatem.

Præter hos Patres non sunt contemnendi Doctores Scholastici, qui veritatem hanc clarè adhuc quam antiqui asseruerunt: demptis paucis qui busdam, qui vel de schismate, & haeresi suspecti fuerunt, ut Ioannes de Poliacò, & Gottifredus de Fontibus, & Gulielmus OKan, vel certè in hunc errorem impegerunt. In primis igitur Thomas in hac fuit sententia. Nà libro contra Gentes: *Ad iudiciariam*, inquit, potestatem duo requiruntur, scilicet *autoritas cognoscendi de culpa, & potestas absoluedi, vel condemnandi. Et hac duo dicuntur duae clauae Ecclesiae, scilicet scientia discernendi, & potentia ligandi, & soluendi: quas Dominus Petro commisit, iuxta illud Matth. 16. Tibi dabo clauae regni caelorum. Non autem sic intelligitur Petro commisse, ut ipse solus haberet, sed per eum deriuarentur ad alias: alias non esset sufficienter saluti fidelium prouisum. Et infra: *Soli Petro commisit: Tibi dabo clauae regni caelorum; ut ostenderetur potestas clauium per eum ad alios deriuanda ad conseruandam Ecclesiae unitatem.* Sic ille. Iuxta cuius doctrinam, quia clauae regni caelorum comprehendunt etiam potestatem iurisdictionis, sine qua non valet conseruari. Ecclesiae unitas, proculdubio iurisdictione per Petrum deriuatur. Idem in quarto Sententiarum interrogans an Diaconus possit indulgentias concedere: Respondendum, ait, quod potestas faciendi indulgentias sequitur iurisdictionem: quam quia Diaconus, & quidam alij non sacerdotes habent, patet quod indulgentias facere queant, ut si habeant iurisdictionem commissam sicut*

Matth. 16.

Doctores Scholastici.

Thom. lib. 4. cont. Gentes c. 72. tom. 17.

Ad iudiciariam potestatem duo requiruntur.

Vni Petro clauae regni caelorum cur traditæ.

Idem ibid. cap. 76.

Idem in 4. dist. 20. q. 4. artic. 3. ad 3.

An Diaconus possit indulgentias concedere.

legati,

Cur Episcopi atque Doctores Romanae Ecclesiae potestatem iurisdictionis minus explicitè differere tradiderint.

II. ratio.

Tertio.

legati, siue ordinariam, ut electi Quamuis ergo Sacerdos sit Diacono altior potestate Ordinis; non tamen iurisdictionis, ad quam pertinet indulgentias exhibere. Ad Episcopos verò pertinet actus iste. Papa quippe plenitudinem habet Pontificalis potestatis, sicut Rex in regno: Episcopi verò in partem sollicitudinis assumuntur, quasi iudices singulis ciuitatibus praepositi. Propter quod Papa in literis suis eos solos nominat fratres; alios verò, filios vocat. Hinc potestas faciendi indulgentias in solo Papa residet plenè, quoniam inest ei potestas faciendi indulgentias prout vult: existente tamen legitima causa. In Episcopis verò taxata est ista potestas secundum Papa ordinationem: ideo possunt indulgentias facere secundum quod determinatum est ei à Papa, non amplius. Haec Thomas. In cuius verbis obserua primùm, quod in electis Episcopis nondum Sacerdotibus est ordinaria iurisdictione. Secundo, quod Episcopi qui ordinarij sunt, in partem assumuntur sollicitudinis secundum eum. Tertio, quod iurisdictione Episcopi deriuatur ab ea Pontificis, sicut ea Pontificis à Rege. Quod Thomas non finxit, sed ante eum Leo IX. ex Constantini à Deo inspirata lege didicit, ut testatur in epistola ad Michaellem Patriarcham. Ex quo etiam habetur, Episcopos non habere iurisdictionem à Christo, sed à Papa, non tantum ut commissarij, sed ut ordinarij sunt, sicut iudices in regno. Demum habes, iurisdictionem ex iniunctione dari etiam Episcopis, quia iuxta eius ordinationem Episcopi possunt plures, vel pauciores indulgentias conferre, iuxta quod maiorem, aut minorem iurisdictionem eis Papa ad id iniunxerit. Idem Thomas in quarto ait: *Ad primum ergo dicendum, quod licet omnibus Apostolis data sit communiter potestas ligandi, atque soluendi: tamen ut in hoc potestate ordo aliquis significaretur, primo soli Petro data est, ut ostendatur quod ab eo in alios ista potestas debeat descendere. Propter quod etiam ei dixit singulariter: Confirma fratres tuos, & Pasce oues meas, id est, loco mei, dicit Chrysostomus, Praepositus esto fratrum, ut ipsi te in loco meo*

Vnde etiam Episcopi, vnde etiam Romani Pontificis iurisdictione deriuatur. Leo IX.

Thom. ibid. dist. 24. q. 3. art. 9. q. 2. ad 1.

Luc. 22. Ioan. 21.

Chrysost. tom. 3.

assumentes vbique terrarum te in throno tuo sedentem praedicent, & conseruent. Sic ille. Vbi tam hic, quam priori loco allegato ex libro contra Gentes ait soli Petro datas clauas: quod tamen nonnulli pernegare videntur. Adhuc in secundo sententiarum distinct. vltim. quæst. vltim. super textum Magistri, ubi disputat, cui sit magis obediendum, potestati maiori, an minori. Et respondet: Dicendum, quod potestas superior, & inferior dupliciter se possunt habere: aut ita quod inferior potestas ex toto oriatur à superiori: & tunc tota virtus inferioris fundatur supra virtutem superioris; & tunc simpliciter, & in omnibus magis est obediendum potestati superiori, quam inferiori. Sicut etiam in naturalibus causa prima plus influat supra causam secundam, quam quæ etiam ipsa causa secunda, ut in libro de causis dicitur. Et sicut se habet potestas Dei ad omnem potestatem creatam, & sicut etiam se habet potestas Imperatoris ad potestatem Proconsulis: sic etiam se habet potestas Papæ ad omnem potestatem spirituales in Ecclesia, quia ab ipso Papa gradus dignitatum, & disponuntur, & ordinantur. Vnde eius potestas est quoddam Ecclesiae fundamentum, ut patet Matth. 16. Et ideo in omnibus magis tenemur obedire Papæ, quam Episcopis, vel Archiepiscopis, vel monachis Abbati absque vlla distinctione Potestatem iterum potestas superior, & inferior ita se habere, quod ambas oriatur ex vna suprema potestate, quæ vnâ alteri subdit secundum quod vult. Et tunc vna non est superior altera nisi in his, in quibus vna supponitur alij à suprema potestate: & in illis tantum est magis obediendum superiori, quam inferiori. Et hoc modo se habent potestates Episcopi, & Archiepiscopi descendentes à Papæ potestate, & potestas spiritualis, & secularis vtraque; deducitur à potestate Diuina. Et ideo in tantum secularis potestas est sub spirituali, in quantum est ei à Deo supposita, scilicet in his, quæ ad animarum salutem pertinent: & ideo in his magis est obediendum

Idem tom.

Cui sit magis obediendum, potestati superiori, an minori.

Qualis Papæ potestas videri possit; teste Thoma.

Quomodo se habeant potestates Episcopi & Archiepiscopi ad illam Romanam Pontificis.

Secularis potestas spirituali quatenus subdit.

potest.

Ciuili potestate quæ Ecclesiasticæ quando sit obediendum magis. Matth. 22.

Psal. 109. & Hebr. 3. & 7.

D. Bonau. Excellentia quid propriū sit.

Romani Pontificis insignia.

Idem.

Ordinatio iurisdictionis officium: & vnde descendat.

potestati spirituali, quàm seculari. In his vero, quæ ad ius ciuile pertinent, magis est obediendum potestati seculari, quàm spirituali, secundum illud: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Nisi fortè seculari etiam spiritualis coniungatur, sicut in Papa, qui vtriusque apicem tenet, scilicet spiritualis, & secularis: hoc illo disponete, qui est Rex, & Sacerdos secundum ordinem Melchisedec. Hæc Thomas, apertissimè docens, tã Episcopalem, quàm Archiepiscopalem iurisdictionem à Põtificè Romano deriuari: quæadmodum omnis potestas creaturæ à Deo, & potestas Proconsulis ab Imperatore descendit. Ideo etiã ab eodẽ disponitur, & ordinatur, ita vt à dispositione, & ordine liceat etiam deriuationem inferre, sicut ab effectu causam. Sanctus Bonauentura in suo Breuiloquio ita habet: *Cũq; excellentia quanto plus descendit, tanto plus dilatatur, & quod magis ascendit, eod magis vnitur: hinc plures sunt Episcopi, quàm Archiepiscopi, paucissimi Patriarchæ, & vnus Pater patrum, qui Papa merito appellatur, tanquam vnus primus, & summus Pater spiritualis omnium. Patrũ, atque cõctorum fidelium, hierarcha principus, vnicus sponsus, caput indiuisum, Pontifex summus, ac plenus Christi vicarius, origo, & regula cunctorum principatum Ecclesiasticorum, à quo, tanquam à summo, deriuatur ordinata potestas vsque ad infima membra, secundum quod exigit præcellens dignitas in Ecclesiastica hierarchia.* Hæc ille. Vbi vocans Papam Patrem patrum, videtur alludere ad nomen Græcum: nam Πάτρις autem significat apud illos. Idem in quarto, distinct. 18. loquens de potestate Ordinis, & iurisdictionis, ait: *Prima potestas cum collata sit Petro vt Sacerdoti, descendit in omnes Sacerdotes, quamuis nõ habeant executionem. Secunda, quia donata est beatissimo Petro vt prælato, descendit in Ecclesiasticas personas vniuersas, pralationem, seu iurisdictionem habentes. Hinc qui iurisdictionem ordinariam habent in aliquos iudicandos, potestatem habent coercendi per Ecclesiasticam censuram, vt eorum iudicium inuolabiliter obseruetur. Cuius iurisdictione*

*habeant vel à iure, vel ex concessione: nõ solum qui habent clauas, sed & alij quidam, vt Archidiaconi, & quadam capitula: ideo possunt excommunicare. Rursus quia aliqui habent clauas, qui iurisdictionem non habent in foro iudiciali, vt simplices Sacerdotes; ideo excommunicare non valent nisi ex concessione, determinatisq; casibus, vt in furto, & rapina.* Hæc ille, apertè docens, omnem iurisdictionem à Papa vt fonte, & origine in alios descendere, & ex iniunctione deriuari, quam ipse vocat concessionem. Constat etiam ex eodem, iurisdictionem, tam commissariam, quæ ex priuilegio est, quàm ordinariam, quæ est à iure, à summo Pontifice tandem proficisci.

Demum obserua secundum eundem, potestatem ordinis distinctam esse ipsa ab illa iurisdictionis: quod iurisdictione in quibusdam sit nondum ordinatis, & ordo rursus sit in quibusdam, qui non habent iurisdictionem, quales sunt simplices Sacerdotes. Vnde efficitur secundum, vt iurisdictione non semper requirat ordinem sacrum, cui innitatur: quia etiã in non ordinatis inuenitur tam commissaria, quàm ordinaria potestas. Albertus in quarto, tractans de clauium definitione, asserit, quod potestas ordinis est aptitudo ad soluendum in foro conscientie, si detur materia à Papa dante iurisdictionem. Ricardus de Mediavilla in quarto, distinct. 24. ita habet: *Petrus summus fuit inter Apostolos: Quamuis enim potestatem clauium immediate acceperunt à Christo, artamen potestatem iurisdictionis acceperunt mediante Petro. Et quoniam iurisdictione subministrat materia, quæ est subditus eius, qui habet iurisdictionem, quæ requiritur ad hoc, quod potestas clauium exeat in actum: ideo vsus potestatis illius, quam omnes immediate acceperunt à Christo, dependebat indirectè à Petro. Idem dico de potestate Episcoporum per comparationem ad Papam.* Hæc ille, docens tam in Apostolis, quàm in alijs Episcopis potestatem Ordinis deriuari immediate à Christo; potestatem vero iurisdictionis à Petro, & eius successoribus. Patet etiam, iurisdictione ministrare

Ordo à iurisdictione quid differat.

Alber. in 4. distinct. 18. art. 11.

Ricar. à Mediavilla.

Iurisdictione Prælati quid

Duran.

Herueus.

Circa iurisdictione errores quinque. I. error.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Quintus.

B. Antoninus.

Gabriel Biel. Caietan.

materiam, ita vt qui eam det, iurisdictionem dante videatur. Materia enim est subditus, qui per hoc fit subditus, quia alius fit eius prælatus: prælatus autem fit per hoc, quia datur ei iurisdictione, quæ non est aliud, quàm prælatio. Ideo inaniter certare, nec intellegere videntur seipos, qui dicunt, Pontificem dare quidem materia, nõ autem iurisdictionem. Durandus in quarto dist. 24. q. 5. idem tradit, qui superiori tractatu fuit productus. Herueus quoq; lib. De potestate Papæ: *Omnes, inquit, potestates inferiores à Papa, sunt limitatæ, & determinatæ: vt apparat de facto. Aut igitur sunt institutæ à Christo immediate, aut ab vniuersali Ecclesia, aut à Christo mediante Papa, vt vicario generali eius; sed non à Christo immediate, nec ab Ecclesia vniuersali ergo à Papa vicario Christi.* Idem ponit quinque errores in hac materia exortos, de quibus ait: *Primus est, quod potestas Prælatorum inferiorum à Papa, siue sint Episcopi, siue sint curati, est immediate à Deo, sicut potestas Papæ. Secundus, quod in hierarchia Ecclesia militantis, infimi, hoc est, parochiani, per pœnitentiam non possunt reduci in Deum, nisi mediantibus curatis, & parochialibus Sacerdotibus. Tertius: quod licet Papa & Episcopi sint principales respectu parochianorum, non sunt tamen immediate curati eorum, siue, non immediate habent eorum curam. Quartus error est: quod nec Papa, nec Episcopus possunt audire confessiones parochianorum, quin teneantur confiteri eadem peccata suis Sacerdotibus parochialibus. Quintus error: eo dato quod confessi Papæ, vel Episcopis, non teneantur eadem peccata confiteri parochialibus Sacerdotibus; tamen Papa, vel Episcopi non possunt dare generalem autoritatem audiendi confessiones alijs, vt fratribus, & eiusmodi, quin confessi talibus, teneantur confiteri eadem peccata Sacerdotibus parochialibus.* Hæc ille. Idem docet Antoninus 3. part. titulo 22. cap. 4. §. 7. & vltima potestas, &c. Idem doctè equidem explicat Gabriel Biel lect. 3. super Canonem Missæ, & Caietan. lib. De autoritate Papæ, & Concilij, cap. 19. Ad hæc rationem, inquit, non video responsionem; nisi dicatur quod potestas iurisdictione

nis non est ab ordine: quod est primo contra sanctum Thomam. Est secundo contra sententiam omnium Doctorum Catholicorum, sentientium quod à Petro iurisdictione in totum Ecclesiæ corpus residuum manauit, & manauit (iuxta illud Leonis Papæ cap. Ita Dominus, dist. 19.) Ita Dominus huius muneris Sacramentum ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi à quodã capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. Ad hoc idẽ sunt tot autoritates, & rationes, quæ sunt ad ostendendam vnitatem capitis, & Principis in Ecclesia Militanti: propterea noluit immorari, sed pro constanti supponere. Hæc ille, docens hæc sententiã de deriuatione iurisdictionis à Papa in alios, esse B. Thomæ, & omnium Doctorum Catholicorum, & nõ posse summum Pontificem esse caput Ecclesiæ Militantis, nisi ab eo deriuetur in alios iurisdictione. Idem docet Alfonso Abulensis Episcopus in cap. 16. Matthæi, & Cardinal. de Turrecremata lib. 2. De summa Ecclesiæ, à cap. 54. ad cap. 64. vbi fufissime loquitur, & respondet aduersariorum obiectionibus. Quos secuti sunt recetiores, vt Ekhus homil. 52. De Sacramento ordinis, dicens: *Tertia potestas est iurisdictionis, quæ quisque imperium habet in subditos suos, sicut parochus in eos, qui sub sua continentur parochia, Episcopus in diocesanos, Papa super vniuersum Christianismum. Potestatem hanc Petro concessit Dominus in plenitudine, quando ter illi dixit: Pasci oues meas. Atque ea sanè potestas, vt ex capite Christo prouenit in suum vicarium tanquam caput administratorium; ita vicijsim ab illo effunditur in Episcopos, & inde in parochos. Omnino autem necessaria fuit hæc potestas, ad vitandam confusionem in Ecclesia. Dominicus à Soto in quarto distinct. 20. q. 1. artic. 2. ait: *Quapropter tanquam qui perpetuò erat futurus caput, tandem Ioann. vlt. suscipit eandem plenitudinem, non solum tanquam Apostolus, sed tanquam Christi vicarius, cuius autoritas permãsurã erat in eis, qui suam sedem occuparent. Hoc enim Petrus**

Abulen. Episcop. Card. Turrecrem.

Ekhus.

Ioan. 21.

In Ecclesia cur necessaria fuerit iurisdictionis potestas. Dominicus à Soto.

Petri priuilegium singulare.

habuit

habuit singula re tanquam caput, quod ca-  
teris data est potestas tantum personalis,  
non tamen succedens in alios nisi per au-  
toritatem Petri. Nam etsi Episcopi succes-  
sores Apostolorum dicantur, ut cum Quo-  
rum dices, distinct. 68. illam tamen au-  
toritatem non suscipiunt nisi per Romanum  
Pontificem Petri successorem. Et artic. 4.  
concl. 2. postquam dixit Episcopos, &  
Presbyteros esse de iure Diuino pro-  
pter potestatem Ordinis; tamen po-  
testatem docet, potestatem iurisdictionis  
à Papa in totam Ecclesiasticam hierar-  
chiam deriuari.

Idem.

Quibus quidam rationibus, & argu-  
mentis Scholasticorum (quos vocat)  
Doctorum auctoritatem in-  
fringere, & labefactare  
conentur.

Illorum ca-  
lumnias re-  
pondetur.

Sed sunt quidam, qui dicunt se non  
recepturos auctoritatem alicuius Do-  
ctoris, qui post D. Bernard. scripserit,  
nisi id quod asserit, vel Scripturis, vel  
Concilijs, & decretis Pontificum, vel  
Sanctorum Patrum testimonijs com-  
probauerit. Quod merito se facturos  
dicunt, quia in Concilijs probationes  
debent ex consensione, & vniuersita-  
te, nec non antiquitate desumi. Porro  
Doctores Scholastici, nec antiqui sunt,  
nec inter se consentiunt, neque eorum  
doctrina est communis, & vniuersalis;  
ac proinde non esse in Concilijs Ge-  
neralibus producendos ad aliquid con-  
firmandum, ac merito ut suspectos ha-  
bendos, qui eorum auctoritati niteren-  
tur, atque eos citarent. Sed certe Scho-  
lasticorum Doctorum doctrina ab his  
calumnijs vindicanda est, & multo a-  
litter se res habet, quam isti asserunt.  
Nam quod attinet ad antiquitatem, etsi  
ipsi antiqui non sint, eorum tamen do-  
ctrina vetus est, si loquamur de Fidei  
doctrina, quam proculdubio à veteri-  
bus acceperunt: atque hæc doctrinæ an-  
tiquitas sufficit: alioqui nec antiqui  
Patres tempore quo cœperunt produ-  
ci, antiquiores erant istis: siquidem Au-  
gustinus, Ambrosius, Hieronymus,  
Chrysostomus contemporaneos ci-  
tat: æuo etiã Cyprianus, ac Tertullia-  
nus non fuerunt antiquiores, quam  
nobis sint nonnulli ex Scholasticis ve-  
tustioribus, ut Magister Sententiarum,  
Alexander de Hales, Albertus, & D.  
Thomas. In Concilio quoque Ephesino  
Oecumenico dogma suum testimonijs  
Athanasij, Gregorij Nazianzeni, Basi-  
lij, & Cyrilli, & aliorum, qui non erant

admodum antiqui, euicerunt atque con-  
cluserunt. Simile etiam factum fuit in  
vii. Synodo, & in alijs nonnullis. Nec  
enim ad rem facit personæ antiquitas,  
quia perinde inter antiquos Patres, at-  
que inter recentiores fuere docti, & in-  
docti. Proinde non tam tempus, quam  
id quod dicitur, auctoritatem præstare  
debet: quanquam ubi cætera paria es-  
sent, quæ antiquitate præstarent, ma-  
iori quoque auctoritate præcellere de-  
berent, cum plurimum sapientum suffra-  
gijs, qui legerunt, & probarunt, con-  
firmata esse videantur. Sicut autem tem-  
pus, ita etiam stylus minus cultus non  
debet eorum auctoritate; quod ad res  
attinet, eleuare, aut imminuere; quia  
sicut nec tempus, ita nec eloquentia  
maior rerum tribuit cognitionem,  
sed tantum facultatem suppetit cultius  
explicandi, quæ quisque intelligit. Ideo  
non ex ipsa facundia, sed ex feruore  
perceptione pensanda est hominis sapi-  
entia. Vitiū enim seculi contingit, quã-  
doque, ut quis minus vacet studio elo-  
quentiæ: quandoque etiã naturali pro-  
pensione accidit, ut quis magis ver-  
bis, quam rebus incumbat, adeo ut non  
rarò contingat, ut quia homo exigua  
est capacitatis, nec potest simul in elo-  
quentia, & rerum cognitione perfe-  
ctus existere, quod magis in altera illa-  
rum emineat, eò minus in altera va-  
leat. Et ita videbis eloquentes rerum  
cognitione destitutos: & e contrario  
qui disciplinas magis callent, & res  
ipsas profundius penetrant, eloquen-  
tia carere: quod in Scholasticis pla-  
nè est compertum, atque exploratum.  
Quamobrem cum de rebus Theologi-  
cis agitur, non debent haberi minoris  
auctoritatis, eo quod minori sint præ-  
diti eloquentia. Rursus Scholasticis  
Doctoribus consensus minimè deest:  
quia licet in quibusdam, quæ ad Fidei  
non pertinent, & in quibus liceat v-  
numquemque suo in sensu abudare, in-  
terdum dissentiant: tamen in rebus Fi-  
dei, de quibus in Concilijs Generali-  
bus tractatur, summum habent & in-  
ter se inuicem, & cum antiquis con-  
sensum. Nam ab antiquis Petrus Lõ-  
bardus suam doctrinam desumpsit, quã  
illi explicant, atque commentantur, &

Vnde pensan-  
da sit homi-  
nis sapientia

Eloquentes  
cur ferè rerum  
ignari, contra  
docti, verbo-  
rum.

Scholastici  
Doctores quibus  
in rebus vnquam  
minime inter se  
dissentiant.  
Rom. 14.

Magister sen-  
tentiarum suam  
vnde hauserit  
doctrinam  
Scholasticam.

inter-

interdum corrigunt, si in aliqua veri-  
tate & ab antiquis defecerent: habet  
igitur Scholastici consensus. Quod  
si propter dissentium in his quæ non  
sunt ad salutem necessaria, reiicienda  
est illorum auctoritas: reiiciendi quo-  
que essent Antiqui, quos constat non  
minus in huiusmodi inter se dissentire,  
ut de Hieronymo, & Augustino  
constat, de Cyrillo, & Theodorito, de  
Hieronymo, & Rufino, de Cypri-  
ano, & Cornelio, de Epiphano, & Chry-  
sostomo, de Bernardo, & Petro Clu-  
niacensi: quinimo & inter ipsum Pe-  
trum & Paulum fuit aliqua dissensio,  
ac inter Paulum, & Barnabam, circa  
peccatum tamen, & pacis violationem.

Quos Patres  
inter de Fi-  
dei dogmati-  
bus pie, &  
sanctæ con-  
tentions fue-  
rint.

Gal. 2.  
Act. 15.

Quibus illi in  
rebus inter se  
conuenirent

Ephes. 4.

Qua in re ex-  
celluerint an-  
tiqui Docto-  
res.

Quod attinet autem ad Catholicum,  
siue vniuersalem sensum, proculdubio  
in his, quæ Fidei sunt, catholicum sen-  
sum habent, sicut & antiqui: priuata  
verò opiniones de his rebus, nec in  
eis, nec in antiquis fuerunt vniuersa-  
les. Non obstant ergo horum argu-  
menta contra Scholasticos, qui profe-  
cto potiores pro se habent rationes.  
Nam cum his quadringentis annis, per  
quos Scholastici docuerunt fideles, Ec-  
clesia Catholica manserit, proculdubio  
suos habuit verbo, & scripto eam  
instituentes Doctores iuxta Pauli do-  
ctrinam, quæ ait, Deum posuisse in Ec-  
clesia pastores, & Doctores usque ad  
consummationem Sanctorum in opus  
ministerij: quos Deus errare non sinit,  
ne Ecclesia, quæ eos sequitur, erret.  
Cum igitur Ecclesia his quadringen-  
tis annis hos Doctores habuerit, eo-  
rumque doctrinam secuta fuerit in Co-  
ncilijs vniuersalibus, & Prouincialibus  
eo tempore celebratis, & in scholis,  
& concionibus, & catechismis ad po-  
pulum habitis: constat, quod non va-  
luit esse error in ipsis, in quibus consen-  
tiunt circa res Fidei, ac religionis no-  
stræ. Et ideo, sicut prioribus seculis,  
licuit producere, & sequi superiorum  
temporum Doctores, ita & nobis de  
Scholasticis licebit. Præsertim quia  
cum hi antiquiores legerint, & Deus  
cuique sua peculiaria dona conferre so-  
leat, sicut antiquis dedit peculiarem  
gratiam mores formandi, & affectum  
inflammandi, ita his peculiare intelli-

gendi munus, & aptè intellectum eru-  
diendi: ita ut non possint Hæretici il-  
lorum abuti auctoritate, aut sub folijs  
verborum delitescere. Proinde nostri  
temporis Hæretici cum copiose produ-  
cant antiquos Patres, atque eorum men-  
tem, & voluntatem alio detorqueant:  
rarò tamen Scholasticorum auctoritate  
usurpant, quod exerte, & perspicue co-  
tra hæreses doceant: ita ut potius sus-  
pecti esse debeant, qui auctoritate Scho-  
lasticorum infringunt, quam qui eam  
amplectuntur, ac sequuntur, tum in  
alijs, tum verò in materia iurisdictionis:  
de qua cum clarius, quam antiqui lo-  
quantur, & filij antiquorum sint, &  
sectatores, sicut per clara consueuimus  
venari, & interpretari obscura, ita per  
horum doctrinam mens, & sententia  
antiquorum penetranda est: & inuicem  
sunt conciliandi, non autem inter se  
committendi quasi recentes antiquis  
contradicant, nec faciant eum illis vnã  
Ecclesiam, & vnum doctrinæ corpus.  
Hinc Cardinalis Bessarion vir doctis-  
simus, in Concilio Florentino rectè di-  
cebat, quod cum Patres Græci, & La-  
tini eundem Spiritum sanctum habue-  
rint, illeque clarius processum Spiritus  
sancti à Deo à Patre, & Filio per La-  
tinos docuerit, per hos Græci erant  
intelligendi Patres, explicandi, atque  
conciliandi: nec esse dicendum quod  
contraria senserint, quia res interpre-  
tandæ sunt ita, ut non pereant. Licet  
igitur vniuersalem colligere regulam  
quod quia Ecclesia, nec per vnũ diem  
potest errare, & semper sequitur sui  
temporis Doctores, in eommuni sen-  
tentia Doctorum cuiusvis temporis  
totius Ecclesiæ sensus inuenitur non  
solùm præsentis, sed & præteritæ, quia  
vnus est Spiritus. Quia igitur Scho-  
lastici Doctores nostri seculi, qui ab  
his quadringentis annis scripserunt,  
clarius Fidei dogmata quam antiqui  
tradiderunt, & facile intelligitur quid  
senserunt, eo intellectu, habetur etiam  
quid senserint antiqui, nimirum non  
aliud, quam quod suggessit illis Spi-  
ritus Domini nostri Iesu Christi, qui  
cum Patre, & Spiritu sancto perpetuo  
fruitur æuo, ac felicissimo, nunc, &  
semper. Amen.

Scholastici  
Doctores quod  
proprium si-  
bi vendicant.

Quate Hære-  
tici Doctores  
Scholastici  
eos rarò, aut  
nunquam pro-  
ferre soleant.

Scholastici  
Doctores no-  
bis quid con-  
ferant.

Bessarionis  
Cardinalis  
rectè dictum

Res quatenus  
interpretan-  
dæ sint.

1. Cor. 12.



TRACTATUS LXV.

IN Quo multis rationibus ostēsiuis explicatē traditur, autoritatē iurisdictionis in vniuersos Ecclesiæ pastores non aliunde, quàm à Christo per summum Pontificem proficisci.

IN Sacris literis, & Patrum inuēta traditione copiose confirmauimus, autoritatem iurisdictionis, quæ in vniuersis Ecclesiæ ministris residet, à Christo per B. Petrum, siue Petri successorem diffundi, ac deriuari: eadem nunc veritas rationibus quoque comprobanda est: quæ ne sua multitudine pariant confusionem, ad duo capita eas reducemus. Primum enim agemus rationibus ostendentibus ipsam veritatē, vel à priori, hoc est, causa, vel à posteriori, hoc est, effectu. Secundo producemus rationes deducētes ad impossibile, hoc est, ad absurdum, vel inconueniēs; vt hac ratione dilucida, ac perspicua fiat nostra oratio. Prima igitur ratio, id quod asserimus, demonstrans, à Dei prouidentia erga creaturarum gubernationē desumenda est, quæ id habet, vt creaturas suas motus suos agere sinat: nam si eas nō sineret iuxta suam naturā operari, se ipsam reprehēdere videretur, qui talem vim operandi illis cōtulit, si vellet ipsam manere otiosam. Frustra enim igni data esset calefaciendi vis, si nunquam esset calefacturus: licet quia ab eo habet illam vim, ita eā habet, vt ab ipso quoties velit, impediri possit absq; vlla ipsius ignis repugnantia, cum insitam vim creatori parendi habeat: ita enim socios Danielis non combussit. Sed hoc raro, nec sine miraculo contingit. Ordinarium verò est, vt ignis, & alia quæuis creatura suas actiones, quas producere nata est, à Deo agere sinatur.

Ex quo illud elicimus, Deū benedictum vt summē bonum, ac summē seipsum diffunderem, velle creaturas suas in omnibus his quibus possunt, sibi cooperari; at ille solū per se facere, ad quæ creatura non potest pertingere, qualia sunt, Angelos, materiā primam, animos racionales, elemēta, cœlos, atq; ex elementis prima indiuidua, quæ per putrefactionem fieri nequeunt, condere, iustificare etiam, & dona, quæ supra naturam sunt, infundere, creare etiā spiritus, corpora ad immortalitatem suscitare, ac miracula facere. At ipsorum indiuiduorum primò institutorum propagatio, imò primarum rerum indiuiduarum, quæ ex putrefactione gignuntur, productio ita prodit à Deo plus influente tanquam prima causa, vt concurrant etiam aliæ secundæ causæ. Imò quod maius est, in ipsis signis, siue miraculis, & in ipsa gratiarum infusione admittit qualemq; creaturarū cooperationem suarū. Concurrunt siquidem ad hæc quomodo possunt, Angeli, qui etiam cineres colligent ad resurrectionem præparandam. Concurrunt etiam homines verbo, & Sacramento, oratione, atque exemplo tanquam ministri Dei vtentes: tam liberaliter Deus suam virtutem communicat. In qua communicatione is ordo seruatur, vt in quouis genere rerū id quod primum est, & in plenitudine, à Deo suscipit vim influendi, ita sese habeat ad reliqua sui generis, vt quicquid est influxus, & virtutis, à primo participent, & ab eo in reliqua

Quæ opera Dei soli sunt propria, ad quæ vis creature nullatenus pertingit.

Quibusnā in rebus aliō qui supernaturalibus rationabilis creature suo modo Deus cooperationem admittat. Matth. 24.

Ratio prima à diuina prouidentia.

Dan. 3.

deri-

deriuetur. Si enim videmus in cœlo à Sole cæteris astris lumen, & influxū communicari, à cœlo verò vt potē primo corpore respectu inferiorum deriuari virtutē in inferiora: sic in Republica à multitudine, penes quam residet humana potestas, siue à summo magistratu diffunditur potestas aliorum inferiorum, vt in regno à Rege, & in synagoga in deserto agente à Moyse duce deriuata est potestas in tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos iuxta consilium Iethro: Septuaginta etiā duo seniores spiritum gubernandi populum cum ipso, ex ipsius spiritu susceperunt: à summo etiam Sacerdote minores & Leuitæ creabantur, à Regibus cæteri magistratus Iudaici: cum igitur hic sit Dei ordo, & in Christiana Ecclesia summus magistratus in Pontifice existat, qui ex communi Ecclesiæ sensu habet plenitudinē potestatis: sequitur quod omnis potestas à Deo in alios deriuatur, iuxta ipsius potestatis naturam. Quod dixerim, quia Ordinis potestas, vt potē altior, à Deo deriuatur: vel eum vt Dei minister aliquem consecrat, vel cū vt habens summā in Ecclesia iurisdictionē, expressum præbet cōsensum, vel tacitū, vt per alios quis cōsecretur. Expressē enim cōsentit cum Episcopis Occidentibus, dū eos confirmat: cū alijs verò, quos non cōfirmat, vt sunt Episcopi Orientales, & ministri, qui ab Episcopis consecratur, tacitē cōsentit, dū probat vel aliorū Episcoporū consecrationem, vel vsum suæ potestatis iuxta conciliorū ordinationē, quæ & ipsa à summo Pōtifice statuēdi autoritatē habet. Iurisdictionis autē potestas deriuatur à Papa, cū tacitē, vel expressē vocat aliquē in partē sollicitudinis, expressē autē vocat eū, cui per se iurisdictionem iniungit, tacitē verò, cū iurisdictionem iniungit, sicuti per concilia, vel alios minores Prælatos, ipse cōprobat. Oēs enim vi potestatis, quā à Pōtifice acceperunt, iurisdictionē tribuūt alijs. Ordo igitur diuinę prouidentie, quē in omnibus rebus videmus, exigat, vt in Ecclesia

iurisdictione in alios prælatos à summo Pōtifice deriuetur. Secūda ratio, ab eadē prouidentia desumitur, cuius hic est ordo, vt summa reducāt infima ad Deū per media, in his, quæ possunt cōficere: quod vsq; ad eū verū est, vt inter ipsos Beatos etiam Deus immediatē per seipsum illos becat, diuinam essentiā ipsis ostēdendo, ad quod faciendū nulla creatura potest cōcurrere: tamē quia, dū per seipsum ostēdit, nō omnia mysteria, sed pro meritis, & captu singulorū ostēdit, in eis ostēdendis hunc seruat ordinem, vt per seipsum ea detegat illi, qui sūmē beatus cōiunctus est sibi, & per illū, & ei p̄d̄ pinquiores reuelat alijs. Ita vt anima Christi immediatē à Deo illuminatā, totā cœlestē hierarchiā illustret, post illā autē animę sanctissimę Virginis, & secundū illā reliquis spiritibus, & beatis animis à primo vsq; ad vltimū reuelat, ita vt oēs omnia hæc mysteria agnoscat, sed nō oēs ea in ipsa essētia Diuina videant, sed ab alijs quasi per manus miro ordine accipiant. Ita vt sint qui illuminent, & à creatura non illuminentur: qui illuminentur tantū, & non illuminent alios beatos: rursus qui illuminent, & non illuminentur, quales sunt medij, qui ita à primis illuminantur, vt illuminent postremos, sicut ipsi primi ab alijs nō illuminantur beatis: postremi verò nullū beatum illuminant, vt ex D. Dionysio colligitur. Si igitur in cœlo, vbi Deus est omnia in omnibus, iste existit ordo, vt à primo lumen deriuetur in postremos per medios, ergo in Ecclesia, vbi per fidē nobis ambulandū, & occultiores sunt operationes Dei, quod suauis dirigamur per homines visibiles, hic erit ordo, vt primus, id est, summus Pōtifex, suā diffundat potestatem in medios, hoc est, in Episcopos, & per eos in infimos, nēpe curatos. Ita enim Deus magis glorificatur, dū suā bonitatem magis hoc modo cōmunicat. Et cū omnia per se gubernare possit, admittit tamē ad suū regnū summos pastores, & infimos, & per eos alios ordinatē gubernat. In quo ordine quanto eminentior quis est, tanto plus operatur, ita vt summus Pōtifex in his, quæ

Secūda ratio Diuinæ ordo prouidentie qualis in visione beante

Beatorum triplex ordo.

Dionys. lib. de cœlesti hierarchia.

1. Cor. 15.

Qualis Dei sapientia, prouidentiaque elocet in Ecclesiæ gubernatione.

Exod. 18.

Numer. 11.

Iurisdictionis potestas quomodo à summo Pōtifice deriuatur.



facit Patriarcha, plus operetur, quam ipsemet Patriarcha: & Patriarcha plus quam Archiepiscopus, & hic plusquam Episcopus, & hic plusquam Curatus, peculiarem parochiam pascens: ita ut e conuerso qui accurrit ad Curatum, accurrat ad Episcopum, & per hunc ad Archiepiscopum, Patriarcham, & Papam. Quando enim ad aliquem accurritur ut ministrum, ad potestatem, quae eo est eminentior, accurritur, quod ille, qui eam habet, in altiori positus est gradu.

Tertia ratio.

Naturae, & gratiae lumine a quo sit.

Tertia ratio. Cum idem sit autor luminis naturae, & gratiae; & ordo gratiae non repugnet ordini naturae, sed ei sit consonus, eumque perficiat: fit, ut in potestatibus lumine naturae cognitae inferiores deriuentur a supremis, ut in regno iudices a Regia potestate. Igitur in potestate Ecclesiastica, a potestate Papae aliae deriuantur.

Quarta ratio

Regnum Christi Ecclesia est.

Ierem. 23.

Regni optima administratio quae sit.

Quarta ratio sumitur a Christo Domino, eiusque regno, quod est Ecclesia. Cum enim ipse, Rex sit sapientissimus iuxta illud: *Regnabit Rex, & sapiens erit: & faciet iudicium, & iustitiam in terra:* Ecclesia quoque eius regnum sit, & monarchia, utique illa sapientissimè, & ordinatissimè constituit. Sed regnum eò melius est institutum, quod magis vergit ad unitatem, & ad ordinatam regendorum, & regentium cum suo capite coniunctionem: Maior est autem unio, si omnium inferiorum potestas non solum sub suprema potestate sui Regis, & eius generalis vicarij existat, sed etiam ab ea deriuetur, quam si solum sit sub ea, & non deriuetur: Christus igitur Dominus, qui summa est sapientia, ita instituit regnum suum. Maior huius ratiocinationis propositio est manifesta: quia ordinata unitas maximè est bonum Regni: ideo maior ordo, & unitas melior erit. Minor etiam probatur: tum quia, ut docent sacri Doctores, ob id voluit omnes homines ab uno Adam deriuari, ut conseruaretur maior unitas, & dilectio inter homines. Si ergo potestas Ecclesiastica a summo Pontifice diffunditur, maior erit unitas in Ecclesia. Tum etiam, quia experientia constat, quod in Regnis administrandis, quando aliqui Principes non solum habent potestatem sub

Rege, & ab eo illam suscipere, magis pendunt ab illo, magisque illum amant, quam si aliunde accipientes potestatem illam Regi subiiciant, nihil ab eo habentes. Idem ergo erit & in Ecclesia Dei: quod etiam experientia ostendit. Nam Orientales etsi acceperint potestatem a Pontifice: tamen quia non illam immediate ab eo accipiebant, sicut Occidentales, facilius, & crebrius ab eo separati sunt, & schismata condiderunt. Ideo quoque in Synagoga voluit Deus auferre de spiritu Moyse, & dare Senioribus: sic enim de spiritu suo accipientes magis uniti essent cum eo. Noli autem intelligere, ita illos accepisse de spiritu Moyse, ut ille in Moyse sit imminutus, quasque in partes diuisus: nec enim diuidi potest spiritus, nec eum accidens sit, transire potuit de subiecto in subiectum: sed ideo dicitur illis datum de spiritu Moyse, quonia cum Moyse plenam potestatem, & gratiam gubernandi populum Dei, habuisset, illi simili gratia participaret: non in eadem cum illo plenitudine, sed ex parte, ut illo inferiores cum eo in gubernando conueniret, ne indueret contra eum, vel contra eius sententiam spiritum contradictionis, quod bonae gubernationis solet esse impedimentum. Sic etiam Pontifices plenitudinem habent potestatis: sed quia per se totam Ecclesiam regere nequeunt, Episcopi in partem sollicitudinis vocantur, ut eum in ferendo gubernationis onere adiuuent. Quinta ratio: perfectio regni Christi consistit in fide, & charitate, obedientia, atque alijs virtutibus, earumque exercitio: ita ergo institutum est a Christo Domino regnum eius, ut amplior existat occasio, & materia has exercendi virtutes: sed maior erit charitas inferiorum ad superiores, & eò contrario, si a summa Papae potestate iurisdictio deriuetur in medios, & a medijs in infimos, cum beneficijs sit amare eum, cui benefacit, & redamari ab eo qui beneficium accipit, illique magis parere, ubi magis se debere agnoscit. Christus ergo Dominus, amator charitatis & obedientiae, talem in Regno suo ordinem instituit, praesertim cum obedientia, ac deuotione ad dictam sedem

Orientalis Ecclesiae ab Occidentali cur tam saepe facileque de se iudicant.

Numer. 11.

Cur Deus olim abstulisset de spiritu Moyse, dedissetque Senioribus duo & septuaginta dicitur.

Deum abstulisset de spiritu Moyse, in quoque sentores diuisisset, quomodo verum.

Bonam administrationem quid soleat impedire.

Episcopi a Pontifice cur vocentur in partem sollicitudinis.

Regni Christi integritas atque perfectio ubi consistat.

Apostolus

Vnde tota Ecclesiae fides, religio, ac disciplina pendeat. Sexta ratio.

Episcoporum & aliorum inferiorum iurisdictio quod non sit a natura, pbatur.

Quoniam iurisdictio sit propria.

Secularis iurisdictio quid proprium.

Quid proprium spiritualis iurisdictio, & potestatis.

Apostolicam tota Ecclesiae fides, religio, ac disciplina pendeat.

Sexta ratio sit: Iurisdictio Episcoporum, & aliorum inferiorum nec est ab ipsa natura, nec ab Ecclesia, excluso Pontifice, nec immediate ab ipso Christo: est ergo a Christo, siue a Deo, interueniente, & medio Pontifice. Quod enim non sit a natura, ex eo liquidum efficitur: quia in ea sunt multa, quae naturam superant, quale est absoluerè a peccatis: largiri indulgentias: populumque sibi subiectum in vltimè fine supernaturalem dirigere, atque ea praecipere, quae si fiant, vitam promereatur aeternam: quae omnia supra naturam sunt posita. Iurisdictio in super, quae naturalis est, ascendere solet a multitudine ad paucos. Deus enim hoc ipso quod condidit multitudinem animarum rationalium praeditam, rationem ei, & vim prouidendi suae gubernationi contulit. Et quia se totam per seipsam regere non valet (esset enim alioqui corpus unum ex multis conflatum capitibus, planè monstruosum, & confusione plenum) ideo facultatem habet transferendi regimen in paucos, vel in unum, ut sibi magis expedire videtur, cum libera existat: & ita a multis ascendit iurisdictio in paucos, & tandem in unum. Contra autem habet potestas supernaturalis, quae a Deo in vnum Christum Dominum, quatenus homo est, descendit, ab eo vero in suum vicarium, & per illum in reliqua Ecclesiae membra: ita ut vel ex hoc descensu videatur a natura non proficisci. Quare fit, ut iuxta Canones non sufficiat consensus subditi ad tribuendam Ecclesiasticam iurisditionem illi, quem elegit in superiorem; qui tamen sufficit ad tribuendam iurisditionem secularem. Nam uti dicitur in cap. Licet, de foro competenti, ob consuetudinem vel grauamen iudicium dicitur posse summum Pontificem cognoscere causas laicorum, modo ipsi ad eos accurrant; quia consensus laici sufficit ad tribuendam iurisditionem secularem Clerico: contra vero, etsi Clericus consentiat, ut secularis fiat sibi iudex, nullam tribuit ei iurisditionem, nisi Episcopi consensus accedat: ut habetur in eodem titulo cap.

Si diligenti, & cap. Significasti. Ex quibus habes, iurisditionem Ecclesiasticam descendere, & non ascendere, ut seculares faciunt: & ideo supernaturalem esse, non naturalem.

Quod autem non sit ab Ecclesia excluso Papa, facile probabitur, si prius explicuerimus quare dicimus, Excluso Papa, Id enim dicitur, quia Ecclesia prout a Papa suscipit auctoritatem, clarum est quod confert Episcopis iurisditionem, ut ex sententia Augustini superius allata, & ex praxi Ecclesiae constat. Nam Concilia statuunt de creatione Episcoporum, in qua iurisdictio illis conferebatur; ea tamen statuta a Pontificis auctoritate deriuantur, sicut & potestas Episcoporum, qui in Concilijs erant. Dicere ergo, Ecclesiam, secluso Papa, Episcopis iurisditionem non dare, est dicere, illam absque Papa non habere immediate plenitudinem potestatis a Christo; quae iurisditionem conferre valeat in Episcopos, sed eam quam habet, non nisi a Pontifice habere, non quidem in plenitudine quam ipse habet, sed participatè. Quod ergo Ecclesia plenitudinem potestatis immediate a Christo non habeat nisi in ipso suo capite, quemadmodum & animal non habet visum & oculos nisi in capite, nec ungulas nisi in pedibus: inde constanter euincitur, quia cum plenitudo potestatis data sit Petro, & successoribus eius, si Ecclesia absque illo eam immediate haberet a Christo, duae supremae potestates existerent in regno Christi, & non monarchia, sed mala in eo esset multitudo Principum; & neutra esset suprema potestas, cum suprema sit, quae est super omnes alias, sed videretur Papa & Ecclesia potius collegae; & neuter super alterum habens potestatem: neuter etiam monarcha, sed se inuicem potius impediētes. Deinde Papa caput est & pastor vniuersalis Ecclesiae, etiam collectiue sumendo: tum quia Ecclesia nomen collectiuum est, & non significat multitudinem dispersam, sed collectam. Corpus etiam non significat membra a se inuicè separata, sed coniuncta: & ideo Pontifex caput erit corporis

Quod nec ab Ecclesia deriuetur iurisdictio potestas absque Romano Pontifice eius capite & rectore.

Aug. in Ps. 44. tom. 3.

Primum argumentum.

Matth. 16. Ioan. 21.

Secundum argumentum ab Ecclesia significatur.

Ecclesie collectæ; ac proinde illa non habet plenitudinem potestatis immediate à Christo, neque super ipsum Pontificem. Tùm quia Christus vel dedit Ecclesie claves, ita vt singulis Ecclesie membris illæ darentur: & sic essent tot Papæ, quot fideles, vel dedit Ecclesie, & multitudini collectiue: & tunc frustra dedisset, quia Ecclesia tota non posset per se vti clauibus, neque posset etiam illam summam potestatem in alium trāsferre, quemadmodum nec Papa plenitudinē suæ potestatis potest alijs communicare, vel etiam ipsi Ecclesie. Nam si nō potest vel dilatare, vel restringere suam potestatem, quia donum Dei est immediate à Christo susceptū, quod in hominis potestate augere, vel imminuere nequaquam positum est: cum ergo Christus illi soli contulerit, non potest in communitatem transferre: esset namque instituere potestatem, quam solus Deus potest cōdere, sicut solus potest creare suum vicarium generalem. Nam nec libera cōmunitas ipsa valet totam suam potestatem in Regem transferre, quin penes se maneat facultas ad potestatem Regiam cōcercendam, vel corrigendā, vbi opus fuerit: hoc enim ei competit iure naturæ, contra quod non potest communitas: quia ius illud naturæ à Deo est naturæ ipsius conditore. A fortiori ergo, si Papa à Christo accepit potestatem supernaturalem pro se solo & successoribus, in alios illā transfundere nequit, nec Ecclesia ipsa, si à Christo accepisset plenitudinē potestatis, potuisset illam transferre in summū Pontificē; cum tamen constet ex fide, illum potestatis habere plenitudinē, & non habere illam à natura, neq; ab Ecclesia, vt diximus: ergo à Christo immediate accepit.

Neque probatur idoneè, Ecclesia secluso Petro habere à Christo immediate potestatem, per ea quæ in Euangelio in communi leguntur dicta ad Apostolos, quale est illud: *Dic Ecclesie: Quæcunque alligaueritis: Quorum remiseritis, & similia.* Nam hæc nunquam dicta sunt, Apostolis excluso Petro: Petro, autem seclusis Apostolis dicitur

est: *Tibi dabo claves regni cælorum, &: Pæſce oues meas, &: Cōfirma fratres tuos;* vt per hoc quod soli illi loquitur, intelligeremus, datā illi soli plenitudinem potestatis, per hoc verò, quod in plurali loquitur illi cum cæteris Apostolis, apprehenderemus non quidem multitudinē absque ipso datā summā potestatem, quia ibi ipse aderat; sed eum solum non debere vti potestate, sed eam alijs per eum impertiendā: & in his, quæ per se facit, vti debere aliorum consilio, vt praxis Romanæ Ecclesie ostēdit, qua solet summus Pontifex ad deliberandum, congregare concilia Episcoporum in rebus extraordinarijs, ac magis serijs, in ordinarijs verò solet vti consilio Cardinaliū & aliorū sapientiū, qui sibi assunt. Ad hæc quiuis magistratus Ecclesie est in sola persona ipsum gerente, & non in multitudine: vt Cardinalatus in solo Cardinali; Episcopatus in solo Episcopo, & ita de alijs: ergo Papatus, seu plenitudo potestatis in solo est Pontifice, & non in Ecclesia; quia Christus cum regnum suum de cælo attulerit, non vult in aliquo pendere à suo populo, quæ suo sanguine redemit, & sibi seruum fecit: ergo magis decuit, vt nō illi potestatem immediate daret, sed vni suo vicario, & per eum alijs: non igitur est ab Ecclesia.

Quod verò Episcoporum potestas non sit à Christo immediate, constat ex eo in primis: quia si Christus instituisset Episcopatum per seipsum immediate, vel in Euangelio facta fuisset mentio expressa, vel in Patribus: Non est autem facta in Euangelio, quia nec est ibi nomen Episcopatus, vt constat, nec res etiā ipsa: quia Episcopalis potestas est solum super vnam parocciā, vel diocesi, & super certis, definitis que caulis, de quibus nihil legimus in Euangelio. Sed neque traditio facit aliquam mentionē de re hac, quia ceteri Patres dicant, Episcopatus esse à Deo, nō dicunt tamen, Christum per seipsum illos instituisse: sed quia omnis potestas, præsertim spiritualis, à Deo est, qui per homines illam instituit. Quinimo traditio ab eundem docet, nequaquam per Christum immediate fuisse instituta

Matth. 16.  
Ioan. 21.  
Luca 22.

In Ecclesie regimine, & administratione quid Pontifex Romanus obseruet.

Tertium argumentum.

Quod potestas Episcopalis non sit à Christo immediate, ostenditur.

Rom. 13.

Cur Papæ plenitudinē suæ potestatis in aliū trāsferre non possit.

Ex quibus locis Euangelicis Ecclesie iurisdictionis proxima origo à Christo, & nō à summo Pontifice non idoneè comprobatur. Matth. 18. Ibidem. Ioan. 20.

Matth. 10.  
Luca 6.

Actor. 14.  
Tit. 1.

Actor. 20.

Secundum argumentum.

A Christo quid immediate fiat.

Hebr. 5.

Septima ratio.

Hæretici, & schismatici cur nullam habeant, vel habere possint iurisdictionem.

has peculiare potestates; sed fatetur quod per seipsum instituerit Apostolos, qui longè aliam habebant potestatem ab Episcopis. Apostolos autem tum per seipsum, tum per discipulos suos constituisse Episcopos, quemadmodum Paulus & per se, & per Titum constituebant Episcopos per ciuitates. Aiunt etiam, Petrum Ecclesie vniuersalis Episcopum à Christo Domino fuisse institutum, atque instituisse Episcopatus particulares. Traditio igitur, vel Euangelium non afferunt Christum per se instituisse Episcopos, sed hoc Spiritui sancto reliquisse, qui docturus erat Apostolos Ecclesiam ordinare, & eius ministros instituere, quod attinet ad particularia. Vnde & Paulus inquit: *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesie Dei.* Deinde Episcopi, vt vel ex ipsa experientia constat, & Patribus iam, & rationibus allatis, & adferendis, à Papa immediate instituuntur: ergo non à Christo immediate: id enim fit immediate à Christo, quod non fit media hominis auctoritate. Cum igitur iurisdictionis Episcoporum non sit à natura, nec à potestate Ecclesie, quam accipiant citra Papam, nec ab ipso Christo Domino, neque à seipsis: quia nemo potest sibi assumere hunc honorem, cum sit supernaturalis: necessario consequitur quod à Papa eum accipiant.

Septima ratio: Experientia rerum magistra docet, iurisdictionem, si factum respiciamus, à Papa promanare: ipse enim quamplurimos confirmat Episcopos, qui se Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopos esse dicunt: quique ei obedientiam in iuramento præstito promittunt. Reliqui verò Episcopi, qui in Oriente, vel alibi creantur, si legitime creantur, ex autoritate Conciliorum, quorū autoritas à Papa profecta est, promouentur. Illi ergo re ipsa à Papa accipiunt, si quam accipiunt, iurisdictionem. Quod dixerim propter schismaticos, & hæreticos, qui sicut non habent communionem sedis Apostolicæ, ita nullam suscipiunt, vel habent iurisdictionem secundum omnes Patres facta igitur ipso iuris-

dictio manat ab eo. Aut igitur hoc factum consonum est, & conforme iuri, aut non. Si est consonum, ex iure est, quod ab eo deriuetur iurisdictionis. Si non est cōforme, diuina ergo prouidentia Ecclesiam suam dereliquisset: quia absque dubio si factum iuri non repugnat, nihil fit. Et ita tota Ecclesia mirificè esset decepta, dum putat se absolui, & non absoluitur, vel se percipere per Sacramenta gratiæ, & non percipit; vel se adstringi ad parendū, cum minimè obligetur; denique decepti essent ministri putantes se habere potestatem, quam non habent.

Octaua ratio, ex verbis, quibus vti-tur Pontifex in creando aliquo Episcopo, vel confirmando, sumpta est. Dicitur enim in Ceremoniali Romano illum his vti verbis: *Autoritate omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra, prouidemus Ecclesie Pientina de persona dilecti filij Augustini patris Clerici Senensis, præficientes illi Ecclesie in Episcopum, & pastorem, curam, & administrationem illius Ecclesie in spiritualibus, & temporalibus eidem plenarie committendo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.* Et sic dicens, facit signum sanctæ Crucis. Si verò electio erit cōfirmada, nō dicit, Prouidemus; sed electionem de persono dilecti filij Alberti electi Argentinensis ad Ecclesiam Argentinam Canonice factam cōfirmamus, & approbamus, præficientes eū illi Ecclesie in Episcopum, &c. vt supra. In quibus verbis obiter constat, quod cum Papa creat aliquem Episcopum ab alijs nō electum, nullam facit mentionem de confirmatione electionis, quia hoc ipso quod ipse eum elegit, electio est firma: cum autem alij eū eligunt, firmat electionem, quia ad eū etiam spectabat eligere, si gratia eligendi eis non concessisset. Deinde obseruandum, quod siue eligatur ab alio, siue à seipso, opus est vt præficiatur, hoc est, vt detur ei iurisdictionis, & regimen pastorale super illā Ecclesie: ex quo constat, hanc præfecturam, quæ quidē iurisdictionis est, ab autoritate Papæ manare. Tertio obseruandū, quod committitur cura pastoralis, quia iurisdictionis ex-

Octaua ratio

Quomodo eligatur Episcopus.

Quibus verbis Episcopi electio confirmetur, & approbetur.

Non enim ipso quo quis in Episcopum eligitur, statim iurisdictionem acquirit.

Per quid iurisdictionis non feratur.

Papa iurisdictionem ut alicui conferat, an vllis certis verbis adstringitur.

iniunctione datur, & non per consecrationem. Et ideo singulariter in eodem ceremoniali dicitur, quod prædictis verbis vitur Papa, si vult; vt insinuetur Papam non esse adstrictum certis verbis ad dādā iurisdictionem, sed fat esse, vt exprimat quibusuis verbis suum consensum. Quia tamen inuocato nomine Trinitatis, & explicata autoritate Apostolica, & Pontificia, huiusmodi potestas solet conferri; constat, in ea non posse esse mendacium perniciosum. Cū igitur ibi dicatur, iurisdictionem, siue præfecturam non nisi immediatē ab autoritate summi Pontificis procedere: vel perniciosē Ecclesia decipitur; qđ abūt, vel verē ab ea procedit.

Nona ratio.

Nona ratio. Secundum omnes Catholicos, etiam illos, qui eam proficisci à Papa denegant, vsus iurisdictionis ab eo pendet: sed ab eo, à quo est actus, ab eo quoque est potentia: cum igitur actus iurisdictionis à Papa pendeat, & deriuetur; ab eo etiā ipsa potestas deriuabitur. Neque hic adferat aliquis instantiam de potestate Sacramenti Ordinis, quæ à Deo est immediatē, & tamen vsus eius pendet à Pontifice, ita etiam potestas est ab eo. Non enim ita vsus pendet à Pontifice, quin, si quis tentet contra eius voluntatem vti potestate, effectus sequatur: sed ita, vt peccet, qui contra obedientiam vitur potestate. Ita similiter peccat, qui contra voluntatem Pontificis potestatem ipsam assumit: quia obedientia opus est, & vocatione vt quis legitime ordinetur. Et ita quomodo actus Ordinis pendet à Pontifice, ita pariter & potentia: ergo in iurisdictione ita etiam erit, vbi quia actus nullus est sine Pōtifice, potestas quoque iurisdictionis sine eo non suscipitur, ac proinde ab ipso accipienda est.

Vt quis legitime ordinetur, quid sit necessarium.

Decima ratio.

Decima ratio. Facultas hæc iurisdictionis vel committitur expressa Papæ concessione, vel alterius Episcopi, qui ab eo accepit potestatem, vel ex statuto Canonum Apostolorū, vel Conciliorū, vel ex consuetudine, vel ex consensu interpretatiuo, vel ratificatione, ob necessitatem, vel di-

stantiam, vel tribulationem, vel scandalum vitationem. His enim modis conceditur iurisdictione, vt ex Canonibus Patrum, & historijs Ecclesiasticis constare potest; sed omnia hæc habent autoritatem, & comprobationem à summo Pōtifice; ergo quomodocunque iurisdictione Ecclesiastica in aliquē diffundatur, ab eo datur. Quod autē Pontifex omnes illos modos cōprobet, ostenditur. Nam cum ipse immediatē concedit, clarum est ab eo deriuari: cum autem inferiores, qui ab eo acceperunt potestatem, & ea legitime vtuntur, Papa probat quod illi faciūt. Canones quoque Apostolorum à Petro vim habebant, qui Concilij, in quibus sunt conditi, intererat. Canones quoque Conciliorū à Papa robur habent, & firmitatem, sicut ab eo quoque probatur consuetudo, quæ sine eius approbatione Corruptela dicitur: ipse etiam probat rati habitationem: denique ipse vult, vt urgente necessitate, siue ea oriatur propter distantiam à suæ residentia loco, siue propter tribulationem impediētem ne quis valeat iurisdictionem petere, siue, vt scandalum euitetur; vult, inquam, vt ad ædificationem Ecclesiæ deriuetur iurisdictione, etiā ipso infcio, & inconsulto. Sic enim in articulo mortis cuius Sacerdos habet iurisdictionem ad absoluendum quacunque censura ligatum.

Conciliorū Canones à quo confirmantur tantummodo.

Vndecima ratio. A Pontifice ex causis deriuatur iurisdictione etiā temporalis in Principes Christianos, cum propter peccata quorundam, vel quia inuiles sunt ad Principatum administrandum, vel ob publicum Ecclesiæ bonum aliquos Principes priuat suo principatu, & nouos instituit, vt sæpē in Ecclesia Pontifices fecerunt: ergo à fortiori deriuabitur ab eo potestas Ecclesiastica, cum Ecclesiasticam potestatem directē habeat, temporalem verò non ita. Quod verò ista potestas à Pontifice in seculares Principes deriuetur, testatur Innocentius Tertius in cap. Venerabilem, de electione, & electi potestate, dicens: *Verum illis Principibus ius, & potestatem eligendi Regem in Imperatorem postmodum re-*

Vndecima ratio.

Innocent. Tertius. Papa Regem vel Imperatorem instituit, vel destruit, quando possit.

Quibusnam modis iurisdictione concedatur.

cognoscimus,

In quem primū Sedes Apostolica Romanum Imperium à Grecis transtulerit ad Germanos.

Ad quem ordinatio personæ pertinet, ad eum impositio manus spectat. Gelas. Papa.

Duodecima ratio.

cognoscimus, vt debemus, ad quos de iure, ac antiqua consuetudine noscitur pertinere, præsertim cum ius, ac potestas huiusmodi ab Apostolica sede peruenerit, quæ Romanum Imperium in personam magnifici Caroli à Grecis transtulit in Germanos. Sed & Principes cognoscere debent, & vtrique recognoscunt, sicut idem in nostra recognouere presentia, quod dicitur, & autoritas examinandi personam electam in Regem, & promouendam ad imperium, ad nos spectat, qui eum inuigimus, consecramus, & coronamus. Est enim regulariter, & generaliter obseruatum; vt ad eum ordinatio personæ pertinet, ad quem impositio manus spectat. Hęc ille. Ante quem Gelasius Papa scribens ad Anastasium Imperatorem, vt habetur. II. 6. cap. Alius, sic habet: *Alius item Romanus Pontifex, Zacharias scilicet, Regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tanta potestati erat inutilis, à regno deposuit, & Pipinum Caroli Imperatoris patrem in eius locum substituit: omnesque Francigenas à iuramento fidelitatis absoluit.* Sic ille. Ex quibus constat, iurisdictionem temporalem à Pontifice deriuari, cum causa religionis id exposcit.

Duodecima ratio. Commissaria iurisdictione secundum omnium sententiam, à Papa oritur: ab eo enim tam legati, & nuntij sui iurisdictione habent, quam Archiepiscopi & Patriarchæ, quod alijs præsent Episcopis, & causas illorum per viā appellationis cognoscant. Cum igitur hæc iurisdictione maior sit, utpote quæ ad plures homines, & ad grauiore causas se extendat, si Deus hanc iurisdictione Pontifici commisit, ergo & aliam ordinariam Episcoporum, & pastorum inferiorum, quæ minor est, ei tradidit, præsertim cum potestatem ferendarum legum vniuersalium totam Ecclesiam obligantium illi tradiderit, quod maius est, quam committere distributionem iurisdictionum. Et confirmatur hæc ratio: quia iurisdictione Patriarchæ & Archiepiscopi ordinaria est: tum quia illa est ordinaria potestas, quæ de iure statuta est: iura autem de potestate Archiepiscopi

pi & Patriarchæ statuunt; tum etiam, quia cum ordinarij sint pastores respectu suæ Ecclesiæ, & Ecclesia illa primatum teneat super alias, tota illorum potestas videtur ordinaria, & non composita ex ordinaria, & commissaria. Aliàs quippe non videretur bene ordinata Ecclesia, si inter summum Pastorem vniuersalem, & particulares cuiusuis Ecclesiæ rectores medij ordinarij pastores non essent, qui summum subleuarent, ne omnes ad ipsum immediatē occurrerēt. Idcirco à tempore Apostolorum instituti sunt Primates, & Archiepiscopi: igitur sunt ordinariæ potestates. Quæ si à Papa deriuantur, & Episcopalis potestas ab eodem deriuatur; quia cum hi animas immediatius tractent, necesse est ipsos à Papa maxime pendere: plus autem pendebunt, si ab eo eorum potestas deriuetur.

Decimatertia ratio. Mos Ecclesiæ est, vt etiam Orientales à Papa petant iurisdictionem, ergo ipsius est illam concedere, ac in alios deriuare. Maior autem propositio multis Canonibus infirmari posset: sed nūc satis sit caput, Inter quatuor, de maiorit. & obedient. vbi Innocentius Tertius scribens ad Patriarcham Constantinopolitanum, ait: *Petitionem contra Ecclesias, quas tibi subijci postulabas, vt priusquam Constantinopolis ciuitas caperetur, Constantinopolitano Patriarchæ minimè respondebant; duplici ratione non duximus admittendam. Iuris namque ratio postulat, vt in eorum præiudicium, quibus eadē Ecclesiæ sunt subiectæ, nihil ordinemus de ipsis, cum nec citati sint, nec conuicti, nec per cōtumaciam se absentent. Et infra: Super obedientia verò, quam vt tibi impondi faceremus ab Archiepiscopo, & Episcopis regni Cypri, simuliter postulasti: ferè idem produximus respondendum: cum & ipsi ante suam promotionem fuerint exempti, quādo videlicet Constantinopolis Ecclesia erat inobediens, & rebellis, & in eorum absentia contra statum eorum non debuimus aliquid immutare: iustitiam tamen non negauimus tibi, cum eam duxeris postulandam.* Hęc ibi. Ex quibus habes,

Primates, & Archiepiscopi à quo primū tempore sint instituti.

Decimatertia ratio.

Innoc. Tertius.

Vndecima ratio. Orientales etiam Episcopos iurisdictionem accipere solitos à Romano Pontifice.

Græcos

Græcos ipsos, & Oriëntales credidisse, Pontificem Romanum posse dare iurisdictionem sibi super Ecclesias, quã non habebant, & restituere ablatam propter eorum rebellionem: quod multo magis alij Catholici credebãt; & ideo iurisdictionem à Sede Apostolica petebant.

Decimaquarta ratio.

Omnis res per quam causas dissoluitur.

Decima quinta ratio.

Leo Nonus.

D. Thom.

Idem. 2. 2. q. 184. art. 4. tom. 11. par. 2.

Hier. lib. 1. aduersus Iovin. tom. 2.

Decima quarta ratio. Iuxta regulã iuris: Omnis res per quascunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur; sed per summum Pontificem Episcopi gradu suo deiciuntur, vt docet caput Alius. 16. quæst. 6. atque ex innumeris alijs Canonibus perspicitur; ergo ipse est, qui instituit Episcopos, qui confert iurisdictionem, & adimit: nam ordinis potestas semper manet, quanquam ligata. Ratio decima quinta. Nõ minorẽ habet auctoritatem summus Pontifex super Episcopos, quã ipsi habeãt supra curatos, & plebanos suos, qui certas parochias regunt, vt ex sententia Leonis Noni citantis Constantinum Magnum, & D. Thomæ superius allegata constitit. Comparãt enim Papæ potestatem ad eam Episcoporum, sicut illam Imperatoris, vel Regis ad iudices. Thomas etiam in Secunda Secundæ eodẽ modo dicit se habere potestatem Episcopos ad curatos, sicut Regis ad ballibos: sed Episcopus dat iurisdictionem inferioribus pastoribus, quos sub se habet; ergo etiam Papa dat eam Episcopis. Quod verò Episcopus iurisdictionem conferat in suos inferiores pastores, docet in primis Hieronymus libro aduersus Iovinianum, dicens: *Interdum hoc & Pontificis vitio accidit, qui non meliores, sed argutiores in clerum allegunt, & simpliciores quosque, atque innocentes inhabiles putant, vel affinibus, & cognatis quasi terrena militiã officia largiuntur, siue diuitum obedient iurisdictioni: quodque his peius est, clericatus donant gradum, quorum sunt obsequijs delimiti.* Hæc ille; docens Episcopos donare gradum, siue officium clericale cognatis, & consanguineis, sicut officia clericalia dari solent; Gradus autem coniunctus officio, nõ est sine iurisdictione; dat igitur illam Episcopus. Quod etiam ex Canone. 3.

Concilij Meldensis supra citati constat. Idem quoque habes ex cap. Vt singuli, de officio archipresbyteri. vbi Leo Primus Papa ait: *Ne contendas Episcopus non egere plebem Archipresbytero, quasi eam ipse gubernare valeat: quia etsi valde idoneus existat, decet tamen, vt sua onera partiatur: & sicut ipse matriçi Ecclesiæ præest, ita archipresbyteri præsent plebibus, vt in nullo titubet Ecclesiastica sollicitudo Cuncta tamen referat ad Episcopum; nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumat.* Hæc ille, ostendens, onera, siue prælationes archipresbyterorum super plebes ab Episcopo partiendas esse, ac deriuandas. Honorius quoque Tertius ad Episcopum Afsinatensem (& habetur in cap. Conquerente, de officio iudicis ordinarij) scribens, ait: *Decreuimus vt in Ecclesijs, seu Capellis tuæ diocesis ad monasterium ipsum spectantibus habeas canonicam obedientiam, subiectionem, & reuerentiam, institutionem, & destitutionem, correctionem, & reformationem, ac censuras Ecclesiasticas, iurisdictionem quoque, causarum omnium ad forũ Ecclesiasticum de iure spectantium, penitentias, & Sacramentorum omnium, quæ ab Episcopo sunt recipienda, collationem, &c. Est igitur Episcopi munus inter alia instituire, & destituere, hoc est, conferre beneficia, & cum eis iurisdictionem.*

Decima sexta ratio. Iuxta multorum antiquorum Patrum sententiam, si ad ius diuinum respicimus, sola consecratione Episcopus Sacerdotẽ superat; ergo si consecratione maior est, non id habet à iure diuino, sed ab Ecclesiastica institutione. Quod autem sola consecratione Episcopus superet, docet Ambrosius, ac Hieronymus. Ambrosius quidem in capite. 3. prioris ad Timotheum, dicens: *Post Episcopatum, Diaconatus ordinationem subiecit: quare, nisi quia Episcopi, & Presbyteri vna ordinatio est? Vterque enim Sacerdos est. Sed Episcopus primus est, vt omnis Episcopus Presbyter sit, non tamen omnis Presbyter Episcopus: hic enim Episcopus est, qui inter Presbyteros primus est. Denique Timotheum Presbyterum ordinatum significat: sed quia ante se alterum non habebat, Episcopus erat.* Hæc

Concil. Melden.

Leo Primus

Honor. Tertius.

Episcopi munus quod.

Decima sexta ratio.

Vnde certũ sit, Episcopũ à Presbytero sola ordinatione differre. Ambros. to. 5. sub finẽ.

ille.

ille. Et Chryostomus hom. 11. super eundem locum, postquam de Episcopis dixit, eosque formauit, quidnam eos habere cõueniat, à quo item abstinere necesse sit, dicens: omisso interim Presbyterorũ ordine, ad Diaconos tranijt. Cur id quæso? Quia scilicet inter Episcopum, atq; Presbyterum interest fermè nihil: quippe & Presbyteris Ecclesiæ cura permisa est, & quæ de Episcopis dixit, ea etiã Presbyteris congruit. Sola quippe ordinatione superiores illis sunt, atque hoc tantum plusquam Presbyteri habere videtur. Hieronymus verò in epistola ad Euagrium de discrimine inter Episcopum & Sacerdotẽ, & Diaconum multa philosophatur: sed inter alia hæc subiungit: *Nam & Alexandria à Marco Evangelista vsque ad Heraclam, & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper vnum ex se electum in excelsiori gradu collatum, Episcopũ nominabant: quomodo si exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se quem indusrium nouerint, & Archidiaconum vocent. Quid enim facit excepta ordinatione Episcopus, quod Presbyter nõ facit?* Idem fusiũs, ac clariũs tradit in caput. 1. epistolæ ad Titum. Docet ergo Hieronymus, sola potestate Ordinis excellere Episcopum Presbytero: quod ille, & non Presbyter ordinare valeat. Si ergo ius diuinum consulamus, Episcopus iurisdictione non superat Presbyterum. Quod nõ obscure indicat Hieronymus, dicens, ex electione illum præferri, sicut Imperatorem ab exercitu. Decima septima, ac postrema ratio fit: Cũ per aliquos non Episcopos conuertuntur infideles ad Fidẽ, vt olim frequenter est factum, & nostris seculis apud Indos Occidentales,

Hier. to. 2. à medio.

Alexandria Presbyteri quem de more Episcopũ nominabãt, autore Hieronymo.

Idem to. 9.

Episcopus ordinare, non Presbyter potest.

Decima septima, ac postrema ratio.



& Orientales fit (non enim ab initio Episcopi ad hos conuertendos, sed Sacerdotes ac religiosi destinati sunt) illi igitur ex perfidia fideles, facti sunt oues Christi, ac proinde Ecclesiæ pastor, & Christi vicarius habet in eos iurisdictionem. Episcopi igitur, qui postea creati super novos fideles iurisdictionem à Papa acceperunt, vel falcem in alienam miserunt messem. Nam messis illa Papæ erat, itaque si non per ipsum, profectò nec per ostium intrarunt, ita vt de his liceat dicere Pontifici: *Qui non congregat mecum, spargit.* Ex quo rursus habetur, quod quia Pontifex in iã dictos fideles habebat iurisdictionem, & cũ illis instituit Episcopũ, nulla se priuauerit potestate (nam ita vocat aliõs in partem sollicitudinis, vt retineat sibi plenitudinem potestatis) remanet ergo illorum immediatus pastor post creatum Episcopum, sicut antè erat. Et quia eadem est ratio de huiusmodi gentibus, atque alijs antiquis Christianis, erit omnium immediatus pastor post creatum Episcopum, & præsertim Episcoporum. Vt rectè dixerit Felix Sicilia: Episcopus scribens ad Gregorium: *Scimus enim, vt semper sanctæ sedis præsules, primò Apostoli, deinde successores eorum fuerunt, vos vniuersalis Ecclesiæ, & maxime Episcoporum, qui oculi propter contemplationem, & speculationem vocantur Domini curam gerere.* Hæc ille. Et hæcenus fit actum rationibus à priori, vel posteriori ostendentibus, potestatem iurisdictionis à Papa quidem immediate deriuari in reliquos Episcopos, & pastores, mediatè verò à Christo Dño nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto dentur perpetua laudum encomia in seculis sempiternis, Amen.

Indorum Orientaliũ conuersioni qui fuerint destinati.

Ioan. 10.

Matth. 12.

Sũmos Ecclesiæ Pontifices, atq; pastores cur oculos vocauerit Episcopus Felix.



TRACTATUS LXVI.

In quo eadem veritas demonstratur multis rationibus, ad impossibile, hoc est, ad absurdum & inconueniens, deducuntibus contra negantes iurisdictionis deriuationem a Christo Domino per Romanum Pontificem.

De Episcoporum iurisdictione quo modo immediate a Christo deriuatur, variae opinionones. Prima opinio.

Commodius rationes sequentes intelligatur, premitendum est, tam eos, qui scripto, quam qui verbo de hoc articulo disseruerunt, varie sensisse, ac diuersis modis conatos fuisse tueri, Episcoporum iurisdictionem a Christo esse immediate, & non a Papa: nam aliqui asseruerunt, iure diuino suscipere Episcopos, cum consecrantur, potestatem quandam iurisdictionis ad aliquas certas oues minime restrictam, sed, ut sic dicam, infinitam, & generalem ad omnes; a Papa vero nullam suscipere iurisdictionem, sed materiam nudam ab eo illis tantum assignari, cum haec, vel illae eis committuntur oues. Alij secundo dicunt, non solum generalem illam iurisdictionem, sed etiam limitatam ad has, vel illas oues a Deo immediate prodire: atque ita Christus immediate dat iurisdictionem, & Pontifex tantum vel consentit ut consecretur, vel consecrat, assignatque illis oues. Alij tertio dicunt, Pontificem quidem iurisdictionem conferre ad has, vel illas oues, sed ultra hoc a Christo immediate dari iurisdictionem illam generalem. Alij rursus distinguunt iurisdictionem, & internam quandam iurisdictionem dicunt immediate a Christo conferri, & per am absolui fideles a peccatis, & tractari ea, quae sunt interioris fori conscientiae: aliam vero esse externam quandam, ac politicam; & hanc asserunt conferri a Papa. Alij quinto, Christo immediate tribuunt iurisdictionem, quam E-

piscopus accipit super oues suas, ut eas regat secundum Euangelium, a Papa vero suscipere iurisdictionem, qua ille regat secundum leges Canonicas. Postremo alij asserunt, tantum esse duplicem potestatem Ecclesiasticam, Ordinis scilicet, & iurisdictionis, & potestatem quidem Ordinis dari a Christo immediate per consecrationem; potestatem vero iurisdictionis nullam esse generalem, nisi in summo Pontifice, & hanc immediate a Christo, in reliquis vero omnibus limitatam tantum esse, ac in alios a Pontifice deriuari: & hanc unam esse, quam qui habet, simul cum potestate Sacerdotali posse agere, quae fori sunt interni: absque ea vero potestate Ordinis posse quae fori externi sunt. Nam vicarius Episcopi, qui non est Sacerdos, absolueret in foro interiori non potest, sed in externo. Si autem accedat illi ordo sacer, absque eo quod alia noua iurisdictione ei concedatur ab Episcopo, in foro conscientiae poterit absolueret: nam nondum consecratus poterat simplici Sacerdoti dare iurisdictionem ad absoluendum in foro conscientiae, ergo illam habebat ipse: & quod non absolueret, non erat ex defectu iurisdictionis, sed Ordinis. Quae sententia tanquam Scripturis, Patrum traditioni, rationique ipsi, atque iuri, & aequitati magis consonam, nos, alijs dimissis, libenter amplectimur, sequimurque. Posita igitur hac tanta opinionum varietate, producenda sunt inconuenientia, quae quamlibet positionem negantium iurisdictionem proficisci a

Sexta.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Papa,

Contra primam opinionem, iurisdictionem Episcopis tribuere ex iure diuino, non humano. Primum incommodum. Matth. 16.

Secundum incommodum.

Tertium.

Quartum.

1. Cor. 2. Sanctis viris quae a Deo munerantur, ab eis agnoscat an debeant.

August. lib. contra Doct. tom. 7. Quintum incommodum.

Papa, sequuntur. Et quidem opinionem primam, quae tradit, a Deo generalem iurisdictionis potestatem dari, a Papa autem nudam assignari materiam, haec absurda, & inconuenientia consequuntur. Primum, quod in Ecclesia esset tanta multitudo principum: omnes enim Episcopi aequales sunt cum Papa in eiusmodi potestate: & hoc cogitur ex probationibus, quas producant, fateri. Aiunt enim, verba dicta Petro, & eius successoribus, dicta esse Episcopis, atque eis succedentibus: quae cum ampla sint; & sine limite, proculdubio generalem, & minime coarctatam iurisdictionem omnibus conferri probarent, si intelligenda essent, ut isti volunt. Haec autem principum multitudo proculdubio mala est, ac proinde a Deo proficisci nequit. Secundum inconueniens: Ecclesia non esset regnum, & principatus monarchicus, sed democratia, & gubernatio per tam multos principes parem habentes potestatem. Tertium, quod ista potestas in tam multis esset otiosa, imo in omnibus dempto vno Papa; nemo enim praeter illum exerceret hanc vniuersalem potestatem: frustra igitur Deus sapientissimus omnibus alijs illam dedisset: quod dicendum non est. Quartum inconueniens est, quod haec potestas, cum in tam multis, & tam sanctis, & sapientibus viris tanto tempore extiterit, illi tamen minime agnouerint se talenti huius a Deo concessi habere thesaurum, ac proinde eo vti non pauerint; cum tamen sancti cognoscant dona, quae a Deo donantur sibi, ut ait Paulus: praesertim ea, quae sunt ad aliorum utilitatem, quales sunt gratiae gratis datae, quibus vti non posset, qui eas se habere non agnoscat. Quod autem Patres non cognouerint, ex eo constat: quia nemo ita se gessit, vel dicit, vel factis protestatus est, se habere hanc potestatem generalem: quin imo omnes hanc potestatem vni Cathedrae Petri tribuerunt. Nam ut Augustinus ait, licet Cyprianus in martyrio conferri possit Petro, in gratia tamen Cathedrae Petrus excellit. Quintum inconueniens: quia si Episcopi

iure diuino habent vllam generalem iurisdictionem: vel ita habent generalem, ut non possit impediri, vel ita ut possit. Si non posset impediri, Ecclesia esset Babylon, in qua quisque faceret quod vellent, & factum teneret: si autem posset impediri, tunc ultra hoc quod impedita, & otiosa esset illa potestas, a primitiua Ecclesia ad diem vsque iudicij in longe maxima parte illam habentium; profecto iniuria videretur fieri potestati ab eo immediate collatae, si ita facile ab hominibus posset impediri. Contrarietas etiam inter istas diuinas potestates induci videretur, si ita se impedirent, ac sibi essent contrariae, & praesertim si omnes ab vna sibi aequali vincantur, nempe a potestate summi Pontificis. Sextum incommodum: Quonia datur aditus varijs erroribus. Ut enim ex illis generalibus verbis: Quaecumque alligaueritis super terram, & ex illis: Quorum remiseritis peccata; aequalis omnibus Episcopis potestas inferretur, ita etiam ex illis posset aequalis inferri in omnibus Sacerdotibus, iuxta errorem Durandi, & Armachani. Et ultra progrediendo, posset etiam dici, quod quia in Baptismo sumus membra Christi, & Reges, & Sacerdotes, exhiberetur cuius Christiano etiam ibi potestas quaedam Sacerdotis maxime ampla, & generalis; ut finxit Lutherus; imo etiam potestas regia; & tantum deesse nobis materiam, non autem potestatem. Septimum inconueniens, est repugnantia quam includit, dicere quod potestas iurisdictionis generalis detur; & tamen materia generalis ei non conferatur. Cum enim iurisdictionis potestas praefectura sit quaedam, & spirituale domini, cum superioris, & inferioris ordo se se mutuo respiciant: vbi superior ordo generalis est, ibi subditi sunt minime limitati. Repugnantia quoque est dicere, iurisdictionem esse inuariatam, & materiam tot pati varietates: quia vbi variatur subiectio, ibi variatur & domini. Octauum absurdum: Repugnantiam habet dicere, Pontificem praebere materiam, & non dare iurisdictionem: quia dare materiam in

Sextum incommodum. Matth. 18.

Ioan. 20.

Rom. 6.

Apocal. 1. & 1.

Lutheri figmentum.

Septimum inconueniens.

Octauum.

pra-

præposito, ut omnes fatentur, est dare subditos: dare autem alicui subditos, est dare prælationem super illos, ac per hoc iurisdictionem: quoniam relatiuè se habent superior & subditus. Nonum incommodum. Maximè pugnat, quòd quis iure diuino potestatem habeat iurisdictionis, & non habeat subditos iure diuino. Quòd si habet, quia non habet limitatos; sequitur quòd quiuis Episcopus si attentaret absoluerè quemuis hominè, etiam Papa prohibente, absolutio esset rata, quia ibi est forma debita, & etiam materia: quia licèt ille homo iure humano subtractus sit ab illius obedientia, iure tamè diuino est eius subditus: & ius diuinum humano præualet, & humanum diuino cedere debet. Ob id enim si quis habet panem præsentem, & verba consecrationis cum intentione consecrãdi profert, etiam Papa prohibente, imò etiã eo, cum consecrat, verante, effectus tamen consecrationis sequitur: ita igitur absolutio. Quòd tamen est contra Canones, iuxta quos excommunicatus excommunicatione maiori nõ absoluit, nec ligat, ut colligitur ex cap. Ad probandum, de senten. & re iudic. & ex cap. Si celebret, de clerico excommunicato, & ex cap. Duobus, de sent. excommunic. Quinimò à casibus reseruatim etiam suum aliàs subditum non potest absoluerè, ut constat ex cap. Si Episcopus, de pœnit. & remis. vbi habetur: *Si Episcopus suo subdito concesserit, ut sibi possit idoneum eligere confessorem, ille, quem is elegerit, in casibus, qui eidem Episcopo specialiter reseruantur, nullã habet pœnitentis potestatem; cum in generali concessione illa nõ veniant, quæ nõ esset quis verisimiliter concessurus. Nulla quoque potest consuetudine introduci, quòd aliquis præter sui superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat, qui eum possit soluere, vel ligare.* Hæc ille, planè docens, quòd sicut non potest quis personam non sibi subditam absoluerè, ita non potest absoluerè sibi subditos in casibus reseruatim, quia in talibus nõ sunt sibi subditi. Docet etiã, consuetudinem, quæ solet conferre

Nonum incommodum.

Excommunicati excommunicatione maiori, quæ pœna.

Consuetudo quæ nõ potest concedere iurisdictionem Ecclesiasticam, & quare.

iurisdictionem ciuilem, non posse cedere iurisdictionem Ecclesiasticã, quia hæc à superiori debet descendere, cum sit supernaturalis. Et licèt cõsuetudo possit esse occasio, ut superior det iurisdictionem, ut vitetur scandalum, vel grandius bonum sequatur: tunc tamen iurisdictione à superiori procedit, non autem à vi consuetudinis.

Neque respondeat aliquis, huiusmodi hominem, qui pergit ad habendam generalem iurisdictionem, propter eã nõ absolui, quia peccat ad eũd, cum sit prohibitus absoluerè. Tum quia potest inuincibiliter ignorare istam prohibitionem; tum etiã, quia à Deo habet ut possit absoluerè, etiam si homo prohibeat, siquidem à Deo est quòd ille sit subditus; tũ denique quia saltem cogereetur confessionem iterare, cum habenti potestatem fuerit confessus, sed sufficeret de illo peccato ad eũd huiusmodi hominem confiteri, cum tamen secundum omnes compellendus sit confessionem iterare. Decimum inconueniens est, asserere, potestatem iurisdictionis fixam esse, & inuariabilem, sic ut ipsa essentia potestatis auferri non valeat, licèt eius vsus impediatur, cum tamen secundum omnes ferè Doctores, in hæreticis, & schismaticis ipsa essentia iurisdictionis tollatur, ut infra probauimus. Cum etiam ista potestas à Deo sit immediatè, & fixa sit, ut ipsi dicunt, inconuenienter asseritur, quòd impediatur eius actus, ita ut attentans facere, nihil faciat: cum tamen impediendum deberet, ne licèt fieret, sicut in potestate Ordinis: quæ quia fixa est, non tollitur ipsa essentia potestatis; nec tollitur effectus ipsius actus, si attentetur, sed tantum sit illicitè, cum contra obedientiam fit. Undecimum incommodum: quòd potestas iurisdictionis distincta ab ea Ordinis, detur per consecrationem; cum tamen falsum sit, ut postea latè probabitur: quia potestas iurisdictionis per iniurisdictionem hominis datur, & non vi consecrationis. Duodecimum absurdum: quia si immediatè esset à Deo iuris-

Solutur obiectio.

Decimũ inconueniens.

Undecimum incommodũ.

Duodecimũ absurdum.

dictio,

dictio, non egeret Episcopus confirmatione Metropolitanã, vel Papæ: quòd est contra Ecclesiæ vniuersalis consuetudinem. Antecedens probatur, quia potestas Ordinis quòd sit à Deo immediatè, non eget huiusmodi confirmatione: nec enim opus supernaturale, & immediatum Dei, eget hominis Deo inferioris confirmatione. Iniuria etiam Dei videtur, quòd potestas immediatè ab ipso procedens tam variabilis, & momentanea sit; & ex nutu hominis pendeat; cum tamen potestas Ordinis quia à Deo est immediatè, & alta ac supernaturalis, nec in esse, nec in conseruari pendeat ab hominis nutu: sed ut eam conferat Deus, eget homo certis verbis, & signis à Deo institutis, quibus inuocet Deum assistantem suæ promissioni, à quo solo Deo pendeat conseruatio potestatis ipsius: ita ut Papa nõ possit eam abolere, si maximè velit: Decimum tertium incommodum. Frustrã ponitur ista potestas latè patens, & ampla, distincta à potestate Ordinis: tum quia cum fixa sit; & infinita, & per consecrationem detur, ut nihil possit facere, nisi adsit ei materia, quæ nõ potest adesse sine actuali iurisdictione, ut omnes opinantes fatentur: profectò potestas Ordinis erit, quandoquidem illa est, quæ nunquam deletur, illa est nullis adstricta terminis, quia indifferens ad omnes consecrandos, & cætera illa etiam sine materia, & iurisdictione; non potest exire in actum. Tum etiam, quia omnia quæ isti potestati tribuuntur, accedente materia, & iurisdictione possunt fieri per solam potestatem Ordinis, ut patet discurrenti per omnia quæ facit Episcopus, vel quiuis alius clericus. Tum demum, quia in Ecclesia tantum sunt triplices actus, nempe qui à sola potestate Ordinis fiunt, ut consecrare: qui à sola iurisdictione procedunt, veluti examinare, quòd simplex clericus facere valet, si iurisdictionem habeat: aut actus qui procedunt ab Ordine, & iurisdictione, ut absoluerè in foro conscientie: sed ad primos actus sufficit sola potestas Ordinis, ad secun-

Potestas Ordinis à quo solo pendeat.

Decimum tertium incommodum.

Ordinis potestas quid necessario requirit.

Tres actus in Ecclesia exercentur.

dos sola potestas iurisdictionis; ad postremos sufficit vtraque potestas: ergo frustra, & superflue ponitur tertia potestas, quæ re vera idem est eum prima. Nec enim est ponenda potestatum multitudo sine necessitate, præsertim cum omnes ad vnum Doctores in hoc conueniant, quòd in Ecclesia est tantum potestas Ordinis, & iurisdictionis: & nullum antiquum, & recentem Doctorem valent ostendere, qui istam potestatem mediã doceat. Ex quo videtur, quòd ficta est ab hominibus, & non concessa à Deo. Decimum quintum absurdum. Quia frustra commenti essent isti Doctores hanc opinionem: nec enim ex illa consequitur finis, quem cogitant. Is enim est, ut aiunt, statuere iurisdictionem, quam supra suas dioceses habent, & obligationem ad residendum in illis. Veram ista potestas abstracta, latèq; patens, ac metaphysica, nihil facit ad huiusmodi praxes, quia hæc potestas, ut ipsi fatentur, nihil potest, nisi accedat materia, super quam aiunt Papam habere omnimodam potestatem. Ex tali igitur potestate nihil valent inferre, quòd ad praxim spectet, & finem suum consequendum, nisi fortè velint sophysticè arguere ab ista potestate idealis ad realem iurisdictionem, quæ seruit ad praxim, quæ est à Papa; frustra igitur est per eos excogitata, & adinuenta.

Secundo loco, iam opinionem dicentè, Christũ Dominum immediatè tribuere cuius Episcopo, & cuius pastori illo inferiori iurisdictionem limitatã ad certas oues; Papam autem tantum oues ipsas assignare, nõ autè iurisdictionem in eas cõferre, sua quoque sequuntur inconuenientia. Primum est, repugnare quòd Papa dat oues, & non det iurisdictionem, ut supra est ostensum. Et vel ex hoc demonstratur, quia cum quis Sacerdos est non habens subditum, hoc ipso quòd illi aliquis iure subijcitur, datur illi iurisdictione super eum, & inde est, quòd possit illum absoluerè: vnde qui materiam non habet, non habet iurisdictionem, sed Ordinis tantum;

Decimum quartum absurdum.

Contra secundam opinionem, quæ solam tribuitur ouis assignationem Papæ, nõ autem in Episcopos iurisdictionem.

Primum illius inconueniens.

**Secundum.** vel nullam. Secundum. Non videtur nisi temere dici, Christum dare per se immediatè iurisdictionem super tales oues: nam absque fundamento dicitur. Si enim Christus dedisset per se potestatem supra hanc, vel illam diocesin, in Euangelio fuisset de illa facta mentio; cum tamen verba Evangelica communia, particularia verò relicta sint Apostolis, & eorum successoribus, quos ex historia constat huiusmodi distributiones iurisdictionum fecisse. Maximè quia si Christus per se aliquibus daturus erat eiusmodi specialem iurisdictionem, potissimum id cum Apostolis, qui secum sunt versati, fecisset: sed illis nullam talem particularem dedit: imò Petrus Iacobo fratri Domini Ierosolymitanum Episcopatum assignauit: igitur nulli immediatè Christus dedit talem iurisdictionem. Tertio, quia si Christus per se immediatè huic, vel illi confert curam huius Episcopatus, siue harum ouium, profectò illi iniungit, vt eas oues pascat, sicut Petro dixit: *Pasce oues meas.* Quod si verum est, non posset Pontifex transferre Episcopum de vno Episcopatu in alium; quia ageret contra Christi præceptum, cui plus obediendum est, quam Papæ: sicut etiam habens à Papa præceptum curandi certas oues, non posset sine peccato illas deferere, etiam si ab aliquo Episcopo id præciperetur.

**Tertium.**

**Ioan. 21.**

**Quartum in commodum.**

**Bernard. Quintum.**

**Sextum.**

**Septimum.**

missas; cum tamen sit Pastor pastorum, & Ordinarius ordinariorum, atque immediatus ouia Christum pastor: quia curam non ablegat à se, cum vocat Episcopos in partem sollicitudinis. Octauum inconueniens. Haud posset Papa committere illi alias oues, nouas Ecclesias vniendo, vel ad tempus commendando: quia cum hæc vnio, vel commendatio nequaquam fiat per consecrationem, non constaret, Deum illi dare iurisdictionem ad nutum Pontificis. Præterea Pontifex non valeret illam dare, quia per vnionem fit Episcopus pastor ouium sibi vnitarum, eoquod ordinariam iurisdictionem secundum hos Papa dare non potest. Nonum absurdum. Non posset Pontifex vllum Episcopatum sopire, partem eius vniendo vicino Episcopo, partem verò alteri: quia in diuinam peccaret institutionem, quæ immediatè illum Episcopatum constituit. Decimum inconueniens. Episcopus contra Papæ præceptum absolueret suos, vel excommunicaret: quia cum habeat à Deo iurisdictionem super illos, & debita vtatur forma, intentioque non desit, sequeretur effectus, nec obstatet præceptum hominis contra diuinum præceptum. Vndecimum inconueniens. Quandoquidem si à Deo est immediatè, non egeret confirmatione Metropolitanani, vel Papæ. Duodecimum. Doctores omnes, atque Pontifices fuissent decepti, qui & iurisdictione à Papa promanare docuerunt: & in institutionibus Episcoporum decessissent Pontifices dicentes se in electos conferre iurisdictionem. Decimum tertium. Archiepiscopus iure humano superat Episcopum in iurisdictione: ergo iure quo eum superat, eodem habet iurisdictionem, ac proinde iure humano habet: & cum Ordinarius existat, inconueniens est non idem fateri de alijs Ordinarijs. Decimum quartum. Quia si iure diuino habent Episcopi iurisdictionem, ergo æquale habent omnes, sicut æqualem habent omnes Ordinis potestatem: quia non constat, Christum variam dedisse, nec minorem vni, quam

Octauum.

Nonum absurdum.

Decimum.

Vndecimum.

Duodecimum.

Decimum tertium.

Decimum quartum.

alteri.

**Decimum quintum.** alteri. Decimum quintum. Quia cum tam varia sit res iurisdictionis actualis, de qua loquimur, quippe quæ ex nutu superiorum pendeat, & vel ex morte subditorum, vel ex eorum augmento minuat, vel augeatur, vel etiam in totum extingatur, videtur indignum, vt hoc sit opus Dei immediatè ab ipso profectum, & quod Deus sit paratus ad nutum hominis toties huiusmodi supernaturale opus sine aliqua inuocatione, vel Sacramento variare. Decimum sextum incommodum. Quia vt Episcopi hoc prætextu iurisdictionis de iure diuino occasionem sumunt non ita parendi Pontifici summo, & murmurandi quod abstulerit à seipsis potestatem à Deo concessam; & cum sine causa facit, nihil facit, qua ratione seipsos faciunt iudices, an subsit causa iusta, nec ne: ita etiam curati eodem prætextu iuris diuini rebellant contra suos pastores, & incident in errores Ioannis de Poliaco damnati à Ioanne XXII. in Extrauaganti, quæ incipit: *Vas electionis doctor eximius.* Dicunt enim, eadem sibi iniurias fieri ab Episcopis, quas Episcopi fieri à Papa sibi conuerunt; & ita rebellio in vniuersa excitabitur Ecclesia. Imò curati iniustiores, ac maiores causas conquirendi habebunt, cum sint multæ dioceses, quæ solum Episcopum habent ordinarium pastorem, & curatum, cum omnes alij clerici vicarij sint eius, quod accidit in Episcopatu Hispalensi, & Callaguritano, & vt intelligo, etiam in alijs regnis, & prouincijs: quod planè indicat, iurisdictionem pastorum inferiorum, siue curatorum, iuris esse positui: & idem esse iudicium de iurisdictione particularium Episcoporum. Quod addiderim, quia Christus Dominus voluit quidem vt essent Episcopi in Ecclesia, & quod haberent iurisdictionem; alias illis immediatè non conferret Ordinis potestatem: sed voluit vt illi haberent iurisdictionem, quibus Pontifices eam concessissent: & tantam, & talem, quantam, ac qualem illis impertiri voluisset.

Decimum sextum incommodum.

Act. 9.

Neque euitantur inconuenientia prædicta; & similia, dicendo illa minimè consequi: quia licet iurisdictionis sit immediatè à Christo, ita tamen illam dat, vt debeat esse subdita Pontifici; ac proinde illum posse facere, quæ supra posita sunt. Sicut etiam, licet potestas Ordinis proximè sit à Christo, subest tamen eius vsus immediatè Pontifici. Non inquam vitant inconuenientia præfata ita dicentes: quia etsi Christus huiusmodi iurisdictionem subiecisset Pontifici, ita tamen subiecit, vt ea quæ ædificationis sunt; & non quæ destructionis possit in eam; ad destructionem enim nulli dat Christus hanc potestatem. Cum autem ipse Dominus sapientissimus sit architectus, & nihil reprehensibile fabricetur; si ipse iurisdictionem tantam, ac talem per se dedit: profectò Papa contra nitens, quæ superioris dicta sunt tentando destrueret; & non ædificaret; & idem nihil faceret. Nec exemplum de potestate Ordinis illis fauet: quia licet iuxta obedientiam vtendum sit illa potestate, nihilo minus si quis ea abuti velit, suum effectum consequitur, etsi peccet illum consequendo. Et ita in iurisdictione etsi Episcopus renitens Pontifici peccaret, tamen teneret quod faceret tentaret: Pontifex autem agens aduersus Dei præceptum, & peccaret, & nihil faceret.

Tertia opinio, quæ tradit, actua-

Aduersarij incommoda prædicta opinionis hæc quæ admodum eludant, sed inceptè.

Contra tertiam opinionem, actualis iurisdictionis Episcopis dari quidem à Papa concedente, illi limitatà à Christo: amen, & nullis finibus circumscriptam affirmantè.

lem iurisdictionem dari à Papa, sed ultra eam porrigi à Christo potestatem nullis finibus circumscriptam; in priori quidem sententiæ parte vera dicit, & nobiscum dicit: in posteriori autem si illam potestatem minimè vllis terminis circumscriptam distinguit à potestate Ordinis; falsa videtur, vt ex inconuenientibus in primam opinionem deductis constare potest. Si autem dicunt, illam esse eandem cum potestate Ordinis, frustra mutando vocabula, negotium faceffunt: quia si vocassent illam potestatem Ordinis, nulla fuisset difficultas. Deinde cum potestas

Secunda ratio.

Ordinis sit, malè eam quidam vocarunt potestatem regiminis, & iurisdictionem, & distinctè de ea tractarunt, quasi distincta esset à potestate Ordinis. Tertio perperam tribuere videntur illi quæ sunt iurisdictionis, vtpote excommunicare, indulgètiàs dare, ac prædicare. Quòd enim hæc iurisdictionis sint, vltra hoc quòd ita sentiunt omnes Doctores, ex eo constat, quia huiusmodi potestates dantur ex sola commissione; & non ordinatis, & in sacris, sed clericis primæ tonsuræ, quos contigit esse Episcopi vicarios, dantur. Deinde etiam in schismaticis, & hæreticis non solum non sunt actus harum potestatum, sed nec essentia, vt Doctores vnanimi docent consensu.

Excommunicandi, indulgentias dandi, ac prædicandi potestates, quo modo, & quibus dantur.

Quo primò exemplo suæ veritatè opinionis aduersarij probare contendant, artem frustra.

Nec hanc opinionem verà euincunt duo quæ producunt exempla. Aiunt enim, quòd sicut in absolute ne quæ sit in foro conscientie, simplex Sacerdos habet potestatem absoluedi: sed quia non habet iurisdictionem, non valet exire in actum, in quem potest exire accedente iurisdictione: ita etiam Episcopus habet quandam potestatem regendi, sed sopitam, & in actu primo, donec accedente actuali iurisdictione per Papam, possit exire in actum secundum: & eandem potestatem dicunt esse facultatem prædicandi, indulgentias faciendi, & excommunicandi, sed remotam esse nisi accedat iurisdictione, & propinqua sit, quòd prodire possit in actum. Sed hoc exemplum potius contra eos facit, quia potestas illa, qua valet absolute simplex Sacerdos, Ordinis est, & non iurisdictionis: atque ita potestas quam habet Episcopus, per quam ista remotè facere potest, est sola hominis potestas, quæ quidè ordinarij fundamentum est potestatis iurisdictionis, vt infra explicatè tradetur. Secundum exemplum quòd producunt de Doctoratu, quem qui habet, facultatem habet docendi, sed ita vt non possit exire in actum, nisi adsint qui audiant: & idem dici potest de quavis arte, quam qui habet, potest operari illius artis construere, sed remotè, & quæ non possit exire in actum; si

Alterum exemplum.

desit materia, & instrumenta. Huic etiam exemplo respondetur, quòd potestas Ordinis, imò clericatus ipse, & character Christianismi, præsertim in viro, sufficit ad hoc, vt quis remotè sit capax iurisdictionis: & ideo ad hoc non est necessarium aliam ponere potestatem distinctam ab illa Ordinis. Sed de his fusiùs postea agendum erit.

Quarta opinio, quæ ponit, iurisdictionem in foro conscientie à Deo oriri immediatè: eam verò, quæ est in foro exteriori, esse Papæ, suas habet difficultates, & inconuenientia. Nam negare, iurisdictionem, quæ est in foro interiori, esse à Papa, & asserere, eam esse de iure diuino, habet tot ferè inconuenientia, quæ producta sunt contra primam & secundam opinionem. Aut enim limites nullos habet illa potestas absoluendi in foro conscientie, quæ est de iure diuino, aut limitata est. Si non est limitata, corruunt inconuenientia producta contra primam opinionem: si limitata, quæ contra secundam. Præterea iniuriam facit Papæ, abstrahens ab eo collationem eiusmodi iurisdictionis, quia cum regnù Christi spirituale sit, & in foro conscientie, Petrus qui clauis regni cælorum accepit, & remittendi peccata potestatem, præsertim in foro conscientie, plenitudinem habet potestatis: ergo ab illo deriuatur in alios: alioqui nec posset sibi reseruare personas absoluendas, neque casus. Ad hæc falsum videtur, quòd tantum iurisdictione quædam externa, & quasi ciuilibus deriuatur à Deo: tum quia illa, quæ externè fiunt in Ecclesia, diuina virtute fiunt, vt, excommunicare, & indulgentias dare, atque obligare ad peccatum mortiferum: ergo improprie eiusmodi vocantur ciuilia, quia ciuilia naturam non superant. Denique hæc potestas deriuatur à clauibus regni cælorum: ergo à fortiori deriuabitur potestas absoluendi in foro conscientie, quæ magis conuenit cum clauibus regni cælorum.

Quinta opinio asserens, potestatem iurisdictionis ad gubernandum secundum legem Euangelicam, esse

In quartam sententiã, quæ iurisdictionem in foro interiori Deo immediatè tribuit, in exteriori verò ipsi Papæ.

Secunda ratio.

Quale Christi sit regimè

Matth. 16

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Aduersus quintam opinionem.

à Christo

Henricus Gandauem.

Primum argumentum.

Secundum.


Tertium. Matth. 16. Ioan. 21.

à Christo immediatè, ad gubernandum verò secundum Canones esse à Papa: quæ sententia est Henrici de Gandauo, sua habet inconuenientia, atque absurda: nam quòd ad priorem partem de potestate gubernandi secundum Euangelium, siue potestas illa infinita, siue finita, & limitata, patitur incommoda primæ, vel secundæ opinionis. Quia verò dicit prædictus Doctor, hanc iurisdictionem dari per consecrationem, sequuntur quæ adducuntur absurda contra eos qui aiunt, iurisdictionem non iniunctione hominis, verum per consecrationem conferri. Insuper dat occasionem schismatis hæc opinio, quia quiuis Episcopus, hoc præsertim tempore, posset dicere: Ego volo regere plebem meam iuxta leges Euangelicas, quæ sunt meliores, & nolo Canones sequi hominum. Deinde leges Canonicæ determinatio sunt Euangelij, & iurisdictione Euangelij, secundum illos ab ea potestate manat, à qua potestas Episcoporum regendi secundum Euangelium proficiscitur. Præterea Petro, & eius successoribus data est potestatis plenitudo regendi secundum Euangelium: Nec enim quando creatus est Pontifex à Christo, erant Canones cõditi, secundum quos regeret, sed doctrina Euangelica à Christo prædicata: nec poterat potestas regendi secundum Canones dari, quin daretur potestas regendi secundum Euangelium, à quo non dissident Canones, sed ex eo oriuntur. Igitur à plenitudine potestatis secundum Euangelium, quæ existit in Pontifice Romano, deriuatur in reliquos Apostolos potestas regendi secundum Euangelium, & non solum secundum Canones.

Quoniam igitur prædictæ quinque opiniones singulares sunt, & nouæ;

& multa falsa continet, & multa inconuenientia, ac absurda secum trahunt, & contrariæ sint decretis Patrum, & Doctorum sententijs, nec nõ rationibus superius productis: superest vt sexta, quæ communis est, & autoritati, & rationi consona, suscipiatur, quæ affirmat, potestatem Ordinis à Deo esse immediatè: in quocunque illam habente, potestatem verò iurisdictionis in solo Pontifice esse immediatè à Christo: in alijs verò inferioribus in genere quidem esse de iure diuino; quatenus Christus voluit, vt Pontifices non sibi solis retinerent hanc potestatem, sed vt eam iuxta spiritus instinctum, eorumque consentaneam voluntatem in ceteros Episcopos, & Ecclesiæ ministros imperirent. In particulari autem loquendo, esse quidem cuiusuis ministri iurisdictionem à Christo Domino mediatè, quatenus huiusmodi ordinationem in genere fecit; immediatè verò esse ab homine, siue per Pontificem summum, siue ab alio inferiori, qui à Pontifice habuit potestatem, ita vt non solum à Pontifice tandem emanet, quòd hæc iurisdictione sit in homine, sed ipsamet iurisdictione talis & tanta à Pontifice est. Nam Christus non instituit per se immediatè iurisdictionem Toleranæ Ecclesiæ, sicut nec instituit, vt vlla iurisdictione daretur illi homini: sed reliquit Spiritum suum Ecclesiæ, & Pontificibus Romanis, vt per eos fieret huiusmodi distributio: ac proinde tota illa iurisdictione extensa ad tot loca, tot personas, & tot casus, vel causas, ab homine est immediatè, & non à Christo, qui de ea nihil per seipsum statuit, qui cum Patre, & Spiritu sancto est Deus benedictus, laudandus, & glorificandus in secula, Amen.

Sexta opinio proponitur ceteris omnibus præferenda.







TRACTATUS LXVII.

In quo argumenta quæ fiunt, siue ex Scripturis, siue ex Patribus, ad probandum iurisdictionem à Christo immediatè proficisci, diluuntur, ac refelluntur.

Qua in re prædictæ omnes opiniones conueniunt inter se.

Ex Scripturis.

Primus locus.

Matth. 16. Lucc. 22. Ioan. 21.

D. Basil. li. Constit. mo. nast. c. 23. tom. 3. 1. Tim. 1. Præfectus quid Basilio.

TSI illi, qui oppositâ sequuntur sententiam, valde inter se sint diuisi, & sensu diuisi: in hoc tamen omnes conueniunt, vt asserant, Ecclesiasticam iurisdictionem à Deo immediatè promanare, & non per medium Pontificem: atque ad id statuendum multas producunt Scripturas, multa profertur Patrum testimonia, denique rationibus quoque permultis putant se posse euincere sensum suum: quæ omnia à nobis fideliter sunt producenda, ac resoluenda.

In primis igitur producunt verba Christi ad Petrum dicta: Tibi dabo clauis regni cælorum, & Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, & Pasce oues meas: in quibus verbis nemo Catholicus dubitauerit vel præmitti, vel dari iurisdictionem Ecclesiasticam Petro, sine qua nec potest aperire fores regni cælorum, nec oues pascere, nec ex autoritate confirmare fratres. Sed huiusmodi sententiæ non soli Petro, sed omnibus Episcopis dictæ sunt: ergo omnes Episcopi perinde acceperunt à Christo iurisdictionem, atque Petrus. Maior propositio in confesso est omnibus Catholicis. Minorè probant ex sententiâ Patrum, Basilij, Ambrosij, Augustini, & Leonis Papæ. Nâ Basilius libro Constitutionum, quas vocat Asceticas, sic scribit: Præfectus enim nihil est aliud, quam qui Seruatoris personam obinet, & mediator Dei, & hominum factus est, & qui salutem obedientium ipsi sacrificat. Atque ab ipso Christo docemur, qui Petrum pastorem Ecclesiæ

sua post se ipsum constituit: Petre, enim, inquit, amas me plus his? pasce oues meas. Et omnibus deinceps pastoribus, ac doctoribus æqualem potestatem exhibuit. Et huius rei signum est, quod omnes velut ille similiter ligant, & soluunt. Ambrosius lib. de dignitate Sacerdotali, siue, vt alij producunt, in Pastoralis, capite. 2. Quid iam de plebeia dixerim multitudine, cui non solum præferri à Domino meruit, sed vt eam quoque iure tueatur patrio, præceptis imperatum est Euangelicis? Sic certè à Domino ad B. Petrum dicitur: Petre amas me? & ille, Tu scis Domine, quia ego amo te. Et cum tertio fuisset interrogatus, & trina responsione fuisset subsecutus, repetitum est à Domino tertio: Pasce oues meas: quas oues, & quem gregem non solum tunc beatus suscepit Petrus, sed & nobiscum eas suscepit, & cum illo eas nos suscepimus omnes. Vnde cum regenda Sacerdotibus contraduntur, merito rectoribus suis subdi dicuntur. Adhæc Augustinus libro de pastoribus, capite. 13. Quæ sunt oues meæ, inquit, audiunt vocem meam, & sequuntur me. Hic inuenio pastores bonos in vno pastore: non enim verè pastores boni desunt, sed in vno sunt: multi sunt qui diuisi sunt: hic vnus prædicatur, quia vnitas commendatur. Nec enim verè modò ideo tacentur pastores, & dicitur pastor, quia non inuenit Dominus cui commendet oues suas: tunc autem ideo commendat, quia Petrum inuenit. Imò verò & in ipso Petro vnitatem commendauit, multi enim erant Apostoli, & vni dicitur: Pasce oues meas. Absit vt desint modò boni pastores: absit à nobis vt desint.

Ioan. 21.

Ambros. tomo. 4.

August. tomo. 9. Ioan. 10.

Absit

Vnde fiant boni pastores.

Idem tom. 3. à medio.

Matth. 16. Ioan. 21. Leo Primus

Innocentius.

Ad argum. tū responsio.

Matth. 16. Quid agni, quid oues mysticè significant. Ioan. 12.

Absit à misericordia ipsius, vt non eos gignat, atque constituat. Vtique si sunt bonæ oues, sunt & boni pastores: nam de bonis ouibus sunt boni pastores: sed omnes boni pastores in vno sunt, vnum sunt: illi pascent, Christus pascat. Idè lib. de agone Christiano, cap. 30. Non enim sine causa inter omnes Apostolos huius Ecclesiæ Catholica personam sustinet Petrus: huic enim Ecclesiæ clauis regni cælorum data sunt: & cum ei dicitur: Amas me? Pasce oues meas. Leo quoque Pötifex serm. 3. assumptionis suæ ita habet: Propter quod dicit beatissimo Petro: Tibi dabo clauis regni cælorum, & quacunque ligaueris, &c. Transiit quidem in Apostolos vis potestatis istius, & ad omnes Ecclesiæ Principes decreti huius constitutio commeaui: sed non frustra vni commēdatur, hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesiæ rectoribus Petri. forma proponitur. Prodeitur præterea Innocentius III. de clauibus Ecclesiæ dicens: Et hoc vtiq; Sacramentū nemo potest conficere nisi Sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundum clauis Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorumq; successoribus Iesus Christus. Respondemus: minimè dubium esse, quin illæ sententiæ Euangelicæ ad solum Petrum sint dictæ, soli q; illi sit communicata potestatis plenitudo, significata per illa verba. Nam si ad plures dicta fuissent, plures summos Principes in Ecclesia posuisset, quod maximam confusionem attulisset: plures etiam pro summis se gessissent Pontificibus, quod tamen in Ecclesia Dei factum non videmus. Idcirco multi Patres in Ecclesia doctrina, sanctitateque conspicui, imò omnes cum propriè loquuntur, asserunt, illas sententias ad solum Petrum dictas. Quod & ipsum Euangelium euidenter demonstrat, dum Petrum vocat Simōnem filium Ionæ: dum eū à cæteris distinguit, sicut ille solus habuit reuelationem, dum ab eo queritur, Diligis me plus his? dum non solum agnos, id est, subditos, sed etiam oues agnorum matres, id est, pastores, qui per Euangelium Christo nos gignunt, ei committit: dum ei soli dicitur, Tu es Petrus, & Tibi dabo clauis: quæ

omnia, vt Bernardus ait lib. de consideratione ad Eugenium, non solum nulli Episcoporum, sed etiam nulli Apostolorum sunt dicta. Si quando ergo Patres incidenter contrariū prima facie videntur dicere: rectè intelligendi sunt atque orthodoxè explicandi. Nā reuera si illi asserere vellent quod isti Patres dicunt, hoc est, æqualem potestatem per illa verba omnes Episcopos accepisse, reijciēdi potius essent, quàm sequendi soli hi pauci Patres contra apertam Scripturam, & alios omnes orthodoxos Doctores, atque adeo contra omnem communē sensum, & contra rationem ipsam naturalem, quæ dicit non nisi insipientissimè constitui multitudinem summorum Principum: tūc enim nullus esset summus, & sese impedirent inuicem, & Ecclesiam confunderent. Absit itaque vt talem sensum sanctissimis, & sapientissimis Patribus imponamus. Quanquam verè dicat ibi Patres, verba illa dicta etiam alijs: nō quod ad alios immediatè dicta sint, sed quod ita dicta sint Petro, vt non sibi soli dicta, sicut nec illi soli data est illa plenitudo potestatis, vt illam sibi retineret, & nemini comunicaret, sed ita potius vt ipse, eiusque successores, in quibus solis erat manūra hæc tanta plenitudo potestatis, eam alijs impertirent, eam distribuentes, prout ædificatio Ecclesiæ exigeret. Et ideo sicut Leui decimatus dicitur in lumbis Abraham, eod quod Abraham pro se, & pro sua posteritate decimas dederit, ita quoq; succedentes Episcopi, & Presbyteri, qui potestatem in Ecclesia erant habituri, in Petro suā portionem acceperunt, vt Alexander II. dixit, pro omnibus, & præ omnibus data est potestas. Quæ quia duplex est, ordinis, quæ naturā superat omnem, & iurisdictionis, quæ per hominis autoritatem valet conferri, illam Ordinis ita acceperunt in Petro, vt quisque in seipso illam à Deo immediatè acceperit, ab homine autem consecrante tanquam à ministro, & nudum ministerium exhibente; illam autem iurisdictionis per Pontificis autoritatem accipiunt.

Bernard. lib. 2. de consid. à med.

Multitudo summorum Principum recta ratio non capit.

Hebr. 7.

Alexander secundus.

Hanc

Basilus quo  
sensu dicitur:  
Præfectus ni  
hil aliud est,  
quàm qui Ser  
uatoris perso  
nam sustinet

1. Tim. 2.  
Ioan. 21.

Cuius Episcopi  
in suis  
oues secūdu  
eundem, illi  
Petri in suas  
parquomodo  
potestas.

Quis Episcopus,  
ut Ambrosius  
dixit,  
qua ratione  
oues cum Pe  
tro suscepit  
suas.

Augustinus  
item quo sen  
su omnes di  
cat pastores  
in vno Chri  
sto esse pasto  
res.

Quo tendit  
Augustinus,  
dicens, vni  
Petri in per  
sona omniū  
Apostolorū  
datas fuisse  
Ecclesie cla  
ues a Christo  
Ioan. 21.

Hanc autem esse mentem dīctorū Patrum, & non quæ illis imponitur, ex eorum verbis colligere licet. Nā quod attinet ad Basilium, cum ait, Præfectum nihil aliud esse, quàm qui Seruatoris personam obtinet, & eum mediatorum Dei & hominū factum; clarū est quod non vult quemuis monachorum præfectum Christo in potestate equare. Igitur cū dicit, per illa verba dicta Petro: *Pasce oues meas*, æqualem potestatem pastoribus, & doctoribus tribuisse: nō significat, cuius horum datā fuisse æquale potestatem, nec ad omnes extensam sicut, Petrus accipit, sed cuique ad sibi subditos. Dicitur itaque ista æqualis potestas super suas oues, quia imitatur Petri potestatem in hoc, quod sicut ille oēs poterat absoluere, & ligare, ita quisq; præpositus poterat suos, præsertim tempore Basilij: quia fortassis quod attinet ad forū conscientie, nō erant tunc casus referuati, vt modō.

Similiter accipiendum est quod ait Ambrosius. Episcopos, siue Sacerdotes suscepisse oues cum Petro, & Petrus secum illas suscepisse. Hoc enim verū est, quatenus, vt dictum est, in Petro illas susceperunt, & Petrus nō solum pro se, sed & pro alijs, id est, vt alij vocarentur in solitudinis partem; oues suscepit. Haud dissimili ratione quod August. ait, omnes pastores in vno esse, est accipiendū: nā de Christo planè loquitur, quare subdit: *Illi pascent, Christus pascat*. Et quāuis in Petro vnum sint Catholici pastores; non propterea sequitur, quod eandē cum illo potestatem habeat, sicut nec eandē habent cum Christo: sed potius hoc sequitur, quod de spiritu Petri suscipiunt, cui vni sunt; ac proinde ab eo deriuatur eorum iurisdictio ex Augustini mente: ita quippe, vt supra ostendimus, maior erit vnio.

Ad secundum Augustini locum dicitur, mentē illius esse, persuadere Ecclesie Prælati misericordiam erga eos qui respiscunt: & ideo produxit, Petro fuisse dictū: *Si amas me, pasce*. Et quia ille fuit forma prælatorū, ait, hoc dictam esse ad omnes, hoc est, omnes alligari ad amorē, ex quo cōpatiatur

suis ouibus. Obseruandum etiā, q̄ ibi ait August. Ecclesie tūm datas clauē, cum Petro datæ sunt; sicut animali datur visus, cum capiti datur: & ita Ecclesie ratione Petri posse quicquid potest: & Petrus Christi esse vicarium, non Ecclesie, vt aliqui fingunt; Leo quoque quod scribit, vñ potestatis Petri, & Christi, constitutionis commesse in omnes Ecclesie Principes, eisque omnibus intimari, quod vni Petro est commendatum: non ideo dicitur, quod cūctis immediate equalis potestas, sicut Petro data sit, vel q̄ à Christo immediate profecta sit: nam sibi ipsi contradiceret in eodē sermone dicenti, omne donum à Petro, velut à capite in alios deriuari, & varios esse in Ecclesia gradus, omnesq; à Petro promanare. Intendit igitur per hoc, Petrum in formam alijs proponi pastoribus: ex quo nequaquā efficitur, ipsos cū eo æquale habere potestatem. Imo potius sequitur contrarium. Vt enim quia ipsemet Petrus inferioribus præcipit vt sint forma gregis, nō sequitur, oues equari potestati pastoris; imo nec in moribus, quia quō maiore habet potestatem, eo plus morū sanctitate debet eminere: ita etiā Petrus, quia non solum ouium, sed pastorū dicitur forma, eos debuit præcellere & ipsa potestate, & recto vsu ipsius. Proponitur enim tanquā forma charitatis erga oues, & prudentie in eis pascendis. Denique Innocentius III. dicens, Christum clauē contulisse Apostolis, & eorū successoribus: perspicuum est, quod non loquitur de plenitudine potestatis soli collata Petro, quia has clauē, de quibus loquitur, asserit habere quemuis simplicē Sacerdotem. Loquitur igitur de potestate ligandi, & soluendi, siue remittēdi peccata, quæ collata est omnibus Apostolis, & omnibus presbyteris in ipsa consecratione confertur; quæ ad Ordinis potestatem spectat.

Secundō producūt verba illa dicta Apostolis: *Si Ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis, & quæcunque solueritis super terram, erunt ligata, & soluta in celo; & alibi: Quorū*

Cum Petro clauē datæ sunt secundum eundem, quomodo etiā Ecclesie datæ sint.

Leo itē Magnus Petri potestatem a Christo traditā, ad omnes vt dixit Ecclesie Principes commesse.

1. Petri 5.

Pastor quō quis sanctior esse debeat.

Qui verum dictum Innocentij III. Pontificis: Christus clauē dedit Apostolis, eorumque successoribus.

Secundus locus. Matth. 18.

Ioan. 20.

Matth. vlt.

Verbū illud Euangelicū: Dic Ecclesie, quomodo sit accipiendum.

Matth. 18. Quæ admodū accipiendū & illud, Quæcunque alligaueritis super terram, & ea quæ sequuntur. Supra 16.

Quænam ad iurisdictionē Ecclesiasticā spectent. Ioan. 20.

remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. quibus præmiserat: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*. Hæc cum dixisset, insufflauit; & dicit eis, *Accipite Spiritū sanctū*. Et item illa: *Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &c.* Ex his enim omnibus Episcopis datam esse immediate à Christo iurisdictionē inferūt: tūm quia successerūt Apostolis; tūm quia per illa verba non concessit priuilegia personis, tūm quia magistratum in Ecclesia duraturum instituit: quod si negatur, negari quoq; poterit successores Petri Romanos Pontifices habere Petri potestatem.

Respondemus, ista verba dicta esse ad Apostolos, verū enim uerō ex eis non inferri collatā esse immediate à Christo iurisdictionē, vel ipsis Apostolis. Et licet hoc inferretur, vt aliqui probabiliter tenent; non tamen inferretur idem esse de Episcopis sentiendū, quod attinet ad iurisdictionē. Quæ vt perspicua reddantur, in primis ex illis verbis, *Dic Ecclesie, & Quæcunque alligaueritis*, nō colligitur tunc fuisse exhibitam aliquam Apostolis iurisdictionē, quia de futuro loquitur Dñs; nam quod ait, *Dic Ecclesie*, intelligendum est, dicendum ei fore, hoc est, eius Prælati; cum fuissent instituti, & creati. Quod uerō subdit, *Quæcunque alligaueritis*, verbū est futuri tēporis; in quo non solum non confertur vlla potestas, sed nec pmittitur per Christum ipsum danda, sicut promisit Petro: *Tibi dabo clauē*: sed prædicatur, illos illa potestate potituros, nō autē docetur à quo sint illam habituri, an immediate à Christo, an uerō à Christo per Petrum; & quodcunque horū duorū euenisset, vera fuisset Christi prædictio. Vera igitur extiterūt illa Domini verba, & de iurisdictione Ecclesiastica loquūtur, ad quam spectat excommunicatio, & constitutio præceptorum obligantium in conscientia; ex ipsis tamen fuisse datam immediate à Christo iurisdictionem Apostolis, non potest inferri. Sicut nec sequitur ex illis: *Quorū remiseritis peccata, &c.* quæ cum in cōsecratione

cuiusuis simplicis Sacerdotis, qui omni caret iurisdictione, dici soleat; nō de iurisdictione, sed de Ordinis potestate intelligūtur, vt asserit B. Thom. in Quarto dist. 19. & 22. Et licet Dominus eis dicat: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritū sanctū*: non per hoc signatur illos æqualem cum Christo habere potestatem; sed quod ex sua plenitudine confert illis Spiritum, & facultatē spiritalem ad remittēda peccata, cuius vsus, vt seruaretur vnitas, pēdebat à iurisdictione conferenda per Petrum. Nec enim pugnat, Regem mittere aliquem in regnum suum, ea lege, vt ibi magistratum, siue iurisdictionē à suo prorege recipiat. Demum potestas docēdi, baptizandique, quam immediate acceperunt à Christo, nō euincit, eos iurisdictionem à Petro nō accepisse, quia potuit dari ad ordinatum vsum eius, qui exigebat vt ab vno Petro iurisdictionem acciperent, quō ita sua potestate ordinatijs vtentur.

Sed quoniā, vt superius diximus, probabilis est sententia eorum, qui asserunt Christum Dominum ex priuilegio per seipsum contulisse omnibus Apostolis omnem quā habuerūt spirituales potestatem, atque id ex verbis prædictis probari: tamē adhuc non efficeretur, quod Episcopi, licet sint Apostolorum successores (de qua re plenius infra est differendum) non tamen inquam efficeretur, quod Episcopi, licet sint successores Apostolorum, ab eo immediate acceperint iurisdictionē, à quo antecessores sui Apostoli eā habuerunt. Quippe uideamus, indiuidua ferē omnium specierum, quæ fuerunt post prima illa indiuidua à Deo immediate condita, illis primis successisse, atq; eiusdem esse naturæ, & speciei cum illis. Et tamen illa prima proxima fuerunt, & sine medio à Deo producta, sequētia uerō immediate à suis progenitoribus. Adam siquidem opus fuit Dei immediatum, Seth uerō ex Adam, & ita de alijs. In magistratibus quoque siue secularibus, siue Ecclesiasticis idē contingit. Nam stat, nobilem aliquē Regis liberalitate, ac munere ab

B. Thomas tom. 7.

Nequaquam Episcopos, eorū quod Apostoli (quorū illi successores sunt) proxime à Christo iurisdictionē (vt aduersarij cōtēdūt) accepissent, similiter iurisdictionem a Christo accepisse immediate, non a Christi vicario.

Genes. 2. Infra 5.

eo immediatè suscipere castrum, filium verò eius non nisi à patre hereditario iure. Frequenter etiam contingit, clericos immediatè suscipere beneficium à Papa, successores verò eorum suscipere idem ab Episcopo: unde Iurisprimiti tradunt, quòd succedens non semper in causa efficièti communicat cum antecessore. Causa verò differentia inter Apostolos, & eorum successores, videtur valde rationi consona: quia Apostolis, ut primis Ecclesiæ fundatoribus, & architectis, in plenitudine datus est Spiritus: fueruntque in gratia, & charitate Dei, & proximi confirmati. Et idcirco et si Dominus cuius illorum amplà per seipsum contulerit potestatem in omnes Christianos, dempto Petro, & reliquis Apostolis: (nec enim in Petrum sibi superiorem assignatum poterant, nec in Apostolos sibi pares) sicut Petro dedit potestatem super omnes fideles, & etiam super ipsos Apostolos: licet, inquam, Christus hanc ipsis per seipsum dederit facultatem, ut exigebat necessitas fundandi Ecclesiam, non erat periculum schismatis vel abusus potestatis à Petro ob iam dictam gratia plenitudinè: quæ quia non fuit in successoribus Episcopis, conueniens fuit ne daretur illis hæc plena potestas, sed eius participatio: & hæc rursus non immediatè daretur à Christo; sed ab ipso eius vicario, ut ab eo, à quo accepissent potestatem, magis penderent, ac difficilius auellerentur, & ægrè schismata conderent.

Non militat ergo hæc secunda argumentatio, tum quia nec de Apostolis probat quod vult: & si probaret de Apostolis, non probaret de Episcopis, quos apertè concedimus succedere Apostolis, sed in Episcopatu, non autem in Apostolatu, ut paulò post explicabitur. In quo et si illi non succedant Apostolis, omnino tamen Romani Pontifices succedunt Petro in vniuersalis Ecclesiæ regimine, & pastoratu. Nec est simile de illo, & de Episcopis: quia totius Ecclesiæ traditio, per quam Scripturæ credimus, habet, Romanos Episcopos semper

habitos fuisse ut rectores vniuersalis Ecclesiæ, & Petri in hoc successores, & semper illos in hoc sese pro talibus gessisse, & à Catholicis acceptos fuisse: nullos autem Episcopos Catholicos, et si Apostolicarum Sedium successores, ut Iacobi Ierosolymis, vel Ioannis Ephesi, vel denique Petri in Antiochia, se vniuersales pastores agnouisse, nec à Catholicis pro talibus cognitos extitisse, sed tantum limitatam suarum Ecclesiarum curam habuisse.

Tertiò argumentantur ex doctrina Apostolica: nam Paulus diuersis locis videtur asserere, Episcopos esse à Deo institutos. Actum enim 20. dixit Paulus: *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei: regere autem Ecclesiam, iurisdictionis est opus.* Deinde ad Ephesios quarto: *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores.* Et 1. Corinth. 12. *Diuisiones gratiarum sunt; idem autem Spiritus; & diuisiones ministracionum sunt; idem autem Dominus.* Et infra: *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curacionum, opitulationes, gubernationes.* Et 2. Corinthiorum 3. *Qui & idoneos fecit ministros noui Testamenti: non litera, sed spiritu.* Et Hebræorum quinto: *Nec quisquam sumat sibi honorem; sed qui vocatur à Deo tanquam Aarō.* Et Princeps Apostolorum Petrus: *Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illi in administrames; sicut boni dispensatores multiformis gratia Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Si quis ministrat; tanquam ex virtute quam administrat Deus.* (vbi videtur loqui de Sacramentorum administratione, quòd sine iurisdictione non fit. Doctrina etiam Apostolica expressè nominat Episcopos, & quædam, quæ ad eorum iurisdictionem spectant: ex quo perspicitur, quòd iurdictio Episcoporum, quæ tam antiqua est, à Deo ipsis sit collata. Crebrò namque Paulus Episcopos

Tertius locus seu argumentum aduersariorum pro immediata iurisdictione Episcoporum à Christo, non à Papa. Act. 20; Ephes. 4. 1. Cor. 12. 2. Cor. 3. Hebr. 5. Numer. 17. 2. Paral. 23. 1. Petri 4.

Apostoli curam habere debuerunt potestatem iurisdictionis, si habuerunt, à Christo immediatè, non autem Episcopis, et si succedentes.

Quia in re Episcopis tantum Apostolis succedant.

Tit. 1. Infra 2. 1. Tim. 5. 1. Cor. 2. 2. Cor. 10. Infra 13. Apocal. 1. Quomodo Ecclesiæ doceat Christ. Act. 15. Ioan. 19. Quomodo Ecclesiæ doceat Christ. Act. 15.

diuersarum Ecclesiarum nominat: & Titum reliquit Cretæ, ut ea, quæ desunt, corrigat, & constituat per ciuitates Presbyteros, & ut arguat cum omni imperio. Et Timotheo scribit, *Aduersus Presbyterum uti ne accusationem recipiat, nisi sub duobus, aut tribus testibus.* Minatur etiam se venturum in virga, seque in promptu habere vlcisci omnem inobedientiam, ac præmonet, ne cum venerit, durius agat secundum potestatem sibi datam in ædificationem, & non in destructionem. Quæ omnia functiones sunt, & munia iurisdictionis. Ioannes quoque Apostolus in sua Apocalypsi scribit septem Asiæ Episcopis.

Ad has omnes autoritates respondemus, rectum ac probum sensum habere absque hoc, quòd ex eis inferatur, iurisdictionem Episcoporum immediatè à Deo promanare. Nam quòd attinet ad primum locum ex Actibus Apostolicis, idè dicitur, *In quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei;* quia Spiritus sanctus agebat Apostolos & Episcopos primitiua Ecclesiæ, ut alios comodos, & idoneos instituerent Episcopatus, quibus iurisdictionem tribuerent. Sic enim idem Spiritus sanctus promittitur docturus Ecclesiam omnem veritatem: quam tamen non nisi per superiores, & doctores traditurus erat: ita ut ex hoc potius inferatur, iurisdictionem ab Ecclesiastica manare potestate. Quando enim Dominus ad Spiritum sanctum nos delegat, qui populum Christianum eruditurus sit, ad superiores nostros nos mittit, qui ab Spiritu sancto illuminati populum doceant. Idè Apostoli, & seniores sua decreta tribuebant Spiritui sancto, dicentes: *Visum est Spiritui sancto, & nobis:* ex quo loquendi modo videtur, quòd decreta illa immediatè ab Spiritu sancto non prodibant, sed ab eo per pastores, & seniores, qui in illis interponebant Ecclesiasticam autoritatem, quam tamen à Deo acceperant. Nam alioqui si immediatè ab Spiritu sancto prodirent decreta Conciliorum, quibus

etiam dicere liceret: Visum est Spiritui sancto, & nobis; profectò omnia talia decreta essent iuris Diuini: nec possent aut dispensari, aut abrogari: cuius rei oppositum quotidie cernimus. Ita etiam dicitur loqui Spiritus sanctus & postulare, seu interpellare pro nobis, & clamare; eò quòd nos loquentes, clamantes, atque interpellantes reddit: *Non enim, inquit, vos estis qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis, & iterum: Quoniam estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba, Pater;* & alibi: *Ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Per quòd etiam soluitur quòd ait Paulus ad Corinthios, & ad Ephesios, Deum posuisse vel dedisse (nam priori verbo vitur in priori loco, altero in posteriori) Apostolos, Prophetas, Euangelistas, pastores, & doctores. Et quia addit, Ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, consequenter intellige posuisse Episcopos: sed quomodo posuerit, hic non explicatur, sed ex alijs locis, & doctrina, & praxi Ecclesiæ intelligendum relinquunt. Ponit ergo Deus ministros in Ecclesia, non solum per se immediatè, sed etiam interuenientibus hominibus, ut facit quotidie. Nam dicitur dare, vel ponere ministros; vsque ad consummationem Sanctorum, & ita ipse Episcopus ponit: tum quia dat eis per se potestatem Ordinis; tum quia per Pontificem Romanum confert in eos iurisdictionem: nam si quæ per amicos facimus, per nos ipsos facere videmur; & Rex censetur facere, quæ per ministros suos facit: multò plus Deus facere dicitur, quæ per suos ministros facit, maxime cum in his, quæ illi faciunt, plus, & magis intrinsecè ipse operetur, quam illi. Causa liquidem prima plus influit in effectum causæ secundæ, quam ipsa secunda causa, & hoc in operibus naturæ: quanto ergo magis in effectis gratiæ, ad quæ non ita pertingere potest natura.

Neque contra hanc solutionem militat quòd quidam dicunt: in con-

Rom. 8. Ibidem. Matth. 10. Galat. 4. Rom. 8. 1. Cor. 12. Ephes. 4.

Deus optimus maximus quoniam per seipsum immediate, quæ verò per alios congruenter operetur.

Genes. 1.

1. Cor. 12.

Habilitas ad prædicandū, & donū, gratiæ prædicationis, & non idē sunt, sed diuersa.

ueniens videri, Deum per seipsum ponere Apostolos, & in eodem contextu intelligere, quod pastores, vel Episcopus ponat per Pontificem: nam nec est inconueniens quod Deus ita faciat, nec quod Scriptura ita loquatur. Deus namque quæ per alios fieri nequeunt, seipso facit: illa verò, ad quæ creaturæ concurrere possunt, per illas facit. Quia ergo quædam potestates excedunt naturam, vt est Apostolatus, & potestas Ordinis Episcopalis, illas Deus per se exercet: porro ad iurisdictionem conferendam, sinit concurrere Ecclesiasticam autoritatem, ne otiosa existat. Vt ergo Deus agit, ita quoque Scriptura explicat. Nam cum dicitur fecisse cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, perspicuum est, quod cælum, & terram, & mare per seipsum condidit: quæ verò terram, & mare inhabitat, facit per secundas causas. Ministraciones quoque Domino adscribuntur, sicut & gubernationes à Paulo, quia quicquid est supernaturale in ministerio, & gubernatione, Deus per se fecit: id autem, ad quod creatura potest concurrere, sinit eam agere, etsi ipse præcipue id operetur. Gratia igitur gratis data administrandi, & gubernandi, à Deo est immediate; iurisdic-tio autem, per quam quis administrat, vel gubernat Ecclesiam, à Deo est per Pontificem. Vt enim distincta sunt, naturalis potentia prædicandi, & facultas, gratiaque gratis data prædicationis (nam contingit aliquem habilem esse ad prædicationem, & non habere facultatem prædicandi: & aliquem, qui licentiam prædicandi habet, non habere tamen vel gratiam, habilitatemve ad prædicandum: ) ita distincta sunt hæc,abilitas ad ministerium, vel gubernationem, vel gratia gratis data ad id bene præstandum, atque iurisdic-tio vt id præstet. Ideo quod supernaturale est, per seipsum facit Christus; iurisdictionem autem per alios.

Per hæc soluitur sententia Beati Petri, sicut & illa Pauli: Idoneos nos

fecit ministros noui Testamenti: per quod non intelligitur quod iurisdic-tio immediate sit à Deo, sed quod Deus dat gratiam, vt quis bene utatur suo ministerio, siue illud immediate à Deo acceperit, vt potestatem Ordinis; siue medio Pontifice, vt iurisdictionem: semper enim Deus administrat virtutem, siue per se, siue per alium illam conferat. A Deo quoque ille vocatur (vt exponit Glossa Ordinaria, & Innocentius Tertius supra productus) qui à potestate Ecclesiastica ad Episcopatum vocatur canonicè. Gratia porro, quam resuscitare admonet Timotheum, quia data est per consecrationem; non est iurisdic-tio, sed potestas Ordinis. Verum tamen est, tam Paulum, quam cæteros Apostolos, & creatos ab ipsis Episcopos habuisse iurisdictionem, & hanc antiquam in initio ipsius Ecclesiæ primitiuam fuisse: & hoc tantum ostendunt autoritates prædictæ de accusatione Presbyteri; & quod ait: *Vt non presens durius agam; & nomina Episcoporum apud Paulum, & Ioannem in sua Apocalypsi. Non tamen discernitur, à Christo immediate fuisse illam eorum iurisdictionem in alijs à Petro, sed potuit in cæteros Apostolos à Petro deriuari, vt aliqui volunt; in alios verò Episcopos à cæteris Apostolis, vel ab ipso Petro. Petrus enim diuersos per se Episcopos constituit, vt ex historijs constat, Paulus autem plures, & Iohannes, & cæteri Apostoli: illis autem, quos consecrabant in Episcopos, iurisdictionem impartiebant sua iniunctione.*

Quarto argumentantur ex Scripturis veteris Testamenti, quas completas dicunt in Nouo, & per Christum immediate impletas. Ieremias namque capite tertio habet: *Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina.* Et Esaiæ trigesimo secundo capite de Christo dicitur: *Ecce in iustitia regnabit, & Principes in iudicio præerunt;* vbi per Principes intelligit, qui à Christo suscipiunt iurisdictionem, sicut Principes à

Quorum illud B. Petri: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, &c. 2. Cor. 3.

A Deo ad Sacerdotium quis vocetur tanquam Aarō iuxta Apostolum. Glossa ordinaria. Innocentius Tertius. 1. Tim. 4. Quam gratiam Timotheus resuscitare debebat.

2. Cor. vlt.

Quartus locus.

Ierem. 3.

Esaiæ 32.

Matth. 24.

Ioan. 10.

Pastores quomodo Deus det.

Ineptus huius loci intellectus rejicitur: Bonus pastor animam ponit pro ouibus suis.

Rom. 13.

Prou. 8.

Rege. Et hoc aiunt significare Domini parabolam, quæ ait: *Quis, putas, est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore?* Item in alia parabola: *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, & quæ sequitur. Christus igitur per se dat pastores, ac constituit Principes Ecclesiæ, & mori eos vult pro salute ouium, & familiarum suarum, siue Ecclesiæ, super quæ eos constituit. Respondemus, Ieremiam, & Esaiam tantum dicere, Dominum dare pastores; non autem declarare quomodo eos det. Et ideo licet dicere quod eos largiatur, concedendo illis per se potestatem ordinis, & gratiam, qua bene facultate sua defungi valeant, iurisdictionem autem, tradendo per Pontificem, ad cuius rectum usum etiã sua gratia adiuuare dignatur: & eodem modo constituit illos ministros super familiam suam. Quod verò ait, bonum pastorem animam debere ponere pro ouibus; non arguit illum à Christo immediate habere iurisdictionem, vel illam esse iuris Diuini: quia etiam Rex, quem homines institunt, mori etiam pro defensione sui regni compellitur.*

Non ergo ex Scripturis deducitur, iurisdictionem Episcoporum immediate à Deo proficisci, siue à Christo: quia qui dicunt ministros à Deo esse, vel ministeria, minimè explicant quomodo à Deo sint, mediata ne, an immediate, an verò mediata quantum ad aliqua, immediate quantum ad alia: ac ideo liberam relinquunt interpretationem Ecclesiæ. Nec enim sequitur: Hoc est à Deo, ergo est à Deo immediate: aliò qui omnia Deus immediate operaretur, nulla secum operante creatura: quod bonitati eius repugnat. Licet ergo Paulus de potestate pronuntiet: *Non est potestas nisi à Deo,* & quod Principes ministri sunt Dei, & per Salomonem: *Per me Reges prægnant, & legum conditores iuxta decernunt:* non tamen ex hoc conficitur, quod proximè à Deo illæ potestates deriuentur. Et idem est de Ecclesiastica iurisdictione Episcoporum, &

aliorum inferiorum præpositorum. Ait quoque Scriptura: *Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullos coruorum inuocantibus eum: & rursus: Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & querant à Deo escam sibi.* Hæc enim quamuis Deus dicatur facere, manifestum est tamen quod nequaquam per seipsum facit, vt non utatur creaturis suis ad pascendum iumenta, & pullos coruorum, catulosque leonum. Reliquæ verò Scripturæ, quæ tradunt, Christum aliquam potestatem contulisse Apostolis: vel non loquuntur de iurisdictionis potestate, vel prædicatur, & non datur à Christo, nec promittitur per seipsum danda, vt satis supra explicatum est, & constat vel ex eo quod constituat per ciuitates Presbyteros, siue Episcopos, quos si Titus constituit, à potestate Ecclesiastica venit eorum iurisdic-tio, & non immediate à Deo.

Vltra Scripturas, producant etiam multos ex Patribus, & Doctoribus, qui videntur asserere, iurisdictionem Episcoporum à Deo immediate existere, non autem à Pontifice. Inter hos igitur producit primo loco B. Ignatius in epistola 6. ad Magnesianos, vbi ait: *Dignum est ergo & nos obedire Episcopo vestro, & in nullo ei contradicere. Terribile est enim tali contradicere: non enim istum visibilem quis spernit, sed illum invisibilem in eo cõtemnit: hic enim non ab homine, sed à Deo habet promotionem.* Respondetur: per promotionem intelligere B. Ignatium consecrationem; & ideo tantum asserit: quæ sunt ordinis, à Deo esse, & nõ ab homine. Dici etiam potest, quod iurisdic-tio, quam Pontifex habet, à Deo quoque proficiscitur, & nõ ab homine, quia homo ille non habet ex suis viribus facultatem conferendi Ecclesiasticam iurisdictionem, sed ex cœlesti, diuinaque potestate Ecclesiastica, quæ Deus immediate tribuit Petro, ac eius successoribus. Eius item iurisdic-tio, & non solum ordo, immediate est à Deo: vn-de Paulus de resistentibus humanæ potestati, etiam inquit, quod qui ei resistit, Dei ordinationi resistit. Nã licet homo instituat potestatem, Deus tamen præcepit vt illi pareatur: & ita

Psal. 146.

Psal. 103.

Qui Scripturarum loci Christum perhibent potestatem Apostolis aliquam contulisse: quæ sensum recipiant. Tit. 1.

Argumenta ex Patribus producuntur, arg. soluuntur. I. locus. B. Ignatius

Episcopus, secundum Ignatium, à Deo vt habeat promotionem.

Matth. 16.

Ioan. 21. Quare qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.

Rom. 13.

non hominem contemnit, sed Deum, qui potestatem civilem, nedum Ecclesiasticam aspernatur.

II. locus. B. Dionys.

Deinde producit B. Dionysius cap. 5. Ecclesiasticæ hierarchiæ circa principium, dicēs, ut quidam vertit: Ipsi (nempe potestati ordinis Episcopalis) præcipue præ ceteris ordinibus tribuit Diuina lex diuiores operationes sacras: tribuit, inquam, ut eas per se ipsum Episcopus operetur. Ipse enim sunt diuine potestates, imagines perficiētes, omnia diuina Sacramenta, & omnes sacras dispositiones ac gubernationes. Respondemus, quod etsi demus, uerbum Διαιουσις significare dispositiones & gubernationes; non efficitur tamen, iurisdictionem Episcopi non esse à Pontifice, sed à Deo immediatè: quia etsi à Pontifice sit Diuina lex, quæ tribui iubet Papæ potestatem, ut Episcopo quasi gubernatori pareamus: Gubernatio tamen etiam conuenit Episcopo ratione ordinis, quia, ut declarauimus, iurisdicō ordinem sequitur, ut plurimū; & quia Episcopus in summa potestate est ordinis, ei conferenda à Pontifice est iurisdicō summa suæ diocesis. Quod autem Dionysius de potestate hac ordinis loquatur, cōstat: quia ait quod illa potestas conficit diuina Sacramenta, quia ordinis est. Et licet addat, quod perficiat sacras gubernationes: hoc dicitur, quia gubernatio, præsertim sacra, qua animæ in foro conscientiæ gubernatur, sequitur potestatem ordinis, ab eaq; perficitur. Nec enim iurisdicō ipsa nuda sufficeret ad ligandum, uel soluendum in foro conscientiæ. Accedenti autem Sacerdotali ordine absolueret potest, & ligare: ideo ordo perficit iurisdictionem, vnde cunq; illam quis habeat.

Altera solutio. Ambr. Chamaldul.

Responderi etiam potest, hunc locum Dionysij detortum fuisse: nam alij non ita vertunt, sed Ambrosius Chamaldulensis sic reddit: Porro Pontificalis ordinis uirtus in sacris omnibus distinctionibus capitur, & per omnes sacros ordines operatur propria hierarchia mysteria: præcipue uero illi præter ceteros ordines in sui ministerium diuina lex officia sacratoria distribuit. Ista quidē sunt

perficientes diuine uirtutis imagines, quibus & sacratissima signa omnia, & sancta omnes distinctiones consummantur. Ita enim vertit Ambrosius Chamaldulensis, ut diximus. Ioachimus uero Perionius interpretatur ita: Vis autē hierarchici ordinis in sacris omnibus distinctionibus capitur, agitq; per omnes sacros ordines hierarchia sua mysteria: Et uero præcipue præter ceteros ordines sacra lex diuina opera ad munus suum tribuit. Ea autem sunt perficientes diuina potētia imagines, quæ diuina signa omnia omnesq; sanctas descriptiones perficiunt. Non igitur de gubernationibus, sed de descriptionibus, uel distinctionibus loqui uidetur Dionysius.

Ioachimus Perionius.

Tertio loco producit Cyprianus lib. 1. epist. 3. ad Cornelium: Neq; enim aliunde oborta sunt hereses, aut nata sunt schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex uice Christi cogitatur: cui si secundū mysteria diuina obtemperat fraternitas uniuersa, nemo aduersum Sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post Diuinum iudicium, post populi suffragiū, post coepiscoporum consensum, iudicem se iam nō Episcopi, sed Dei faceret: nemo in disidio unitatis Christi Ecclesiam scinderet: nemo sibi placens, ac tumens, seorsum foris nouam heresim conderet, nisi si ita est aliquid sacrilegæ temeritatis, ac perdita mentis, ut putet sine Dei iudicio fieri Sacerdotem, cum Dominus in Euāgelio suo dicat: Nonne duo passeres asse ueneunt, & neuter eorum cadit in terram sine Patris uoluntate? Cum ille nec minima fieri sine uoluntate Dei dicat, existimat aliquis summa ac magna, aut non sciente, aut nō permittente Deo in Ecclesia Dei fieri? & Sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius sententia ordinari? Hoc est fidem non habere, qua uiuimus: hoc est Deo honorem non dare, cuius nutu, & arbitrio Regi, & gubernari omnia scimus, & credimus. Et alibi ait: Qui Christo non credit Sacerdotem facienti, postea tandem, & serō incipiet credere Sacerdotem uindicanti. Respondemus: Diuina ordinatione fieri Episcopos, & à Christo fieri, quatenus ipse Episcopos instituit, & iurisdictionem eis in genere

III. locus. Cyprian.

Hereses unde orta, teste Cypriano

Matth. 10.

Dei nutu cū ita reguntur

Idem. Quemadmodum Diuina (ut inquit Cyprianus) ordinatione, & à Christo Episcopi fiang

dari uoluit, & singulariter cuius ordinem dat, & per summum Pontificem confert iurisdictionē. Nec ab hoc ultimo alienus est Cyprianus, qui in prioris sententiæ per Episcoporum cōsensum dicit fieri Episcopum. Operatur igitur consensus Episcoporum in cōferēda potestate Episcopali: quod cū de ordine non possit intelligi, de iurisdictione capiendū est, quæ per Ecclesiasticæ potestatis præbeatur consensus. Quod clarius Cyprianus de se, & Episcopis Africanis in eadem epistola subiungit: Nam cum statutum sit omnibus nobis, & aquum sit pariter, ac iustum, ut vnus cuiusq; causa illic audiat, ubi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quæ regat vnusquisq; & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus: oportet utiq; eos, quibus præsumus, non circumcursare, nec Episcoporum concordiam coherentem sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere, & testes sui criminis possint. Sic ille, docens ex statuto Episcoporum prouenire, quod quisq; Episcopus gregem suum habeat regendū: ergo ab Ecclesia est, & non à Christo immediatè. Idem ad Rogatianū: Meminisse autem Diaconi debent, quoniam Apostolos, id est, Episcopos, & præpositos Dominus elegit; Diaconos autem post ascēsum Domini in cælos, Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui, & Ecclesia ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui Episcopos facit, possunt & hi contra nos audere, à quibus Diaconi sunt. Sed ad hoc eodem modo respondemus. Facit enim Episcopos per se ipsum, quod ad ordinem attinet, sicut & Diaconos: sed iurisdictionem Diaconis tribuit per Apostolos, Apostolis uero per se ipsum, ut uult Cyprianus. De alijs autem Episcopis nō est idem iudicium.

Idem lib. 3. epist. 9. sub finem.

Septem Diaconi cur Apostolis inferioris erant.

Luc. 6. ait. 6. & seq.

Mens igitur Cypriani erat probare, Diaconū inferiorem Episcopo ex collatione Apostolorum cum primis Diaconis, in qua præferri ostendit Apostolos, quod à Christo immediatè uocati sunt, Diaconi autē ab Apostolis. Sicut autem in hoc excellūt primi Diaconi, quod hi facti sunt ab Apo-

lis, alij ab Episcopis inferioribus Apostolis: ita etiam Apostoli excellent Episcopos, quia hi à Christo, uel Pontifice, alij uero ab Episcopo, uel Metropolitano accipiunt potestatem.

Quarto, allegatur Ambrosius lib. De dignitate Sacerdotali, cap. 2. Multitudini plebeia non solum præferri: Episcopus meruit, sed ut eam quoq; iure tuatur patrio, præceptis imperatum est. Euāgelicis. Hæc ille. Ex quib; uidetur inferri, quod Episcopus prælatus est plebi, & quod præcepto Euāgelico tenetur illam tueri, ac per hoc iuris Diuini est illa prælatio. Respondetur, Ambrosium hic tantum dicere, Episcopum esse prælatum plebi; non autē docet quō iure sit prælatus. Nā licet asserat Euāgelio teneri illum ad tuendam plebē, ex hoc non inferitur quod iure Diuino obtinet iurisdictionem; nam his etiam, qui iure humano præ sunt, præcipit etiam Euāgelicū: quæ officia debent subditis præstare. Docet enim quod sit Regis munus erga subditos, & domini erga seruos; cū tamen dominia iure humano, & non Diuino sint instituta. Subdit in eodem libro: Quis dat, frater, gratiam Episcopalem, Deus, an homo? Respondes sine dubio: Deus, sed tamen per hominē dat Deus; homo imponit manus, Deus largitur gratiam. Sacerdos imponit supplicem dexteram, & Deus benedicit potenti dextera Episcopus initiat ordinem, & Deus tribuit dignitatē. O iustitia, o aequitas. Si homini pecunia datur, &c. qui nihil in ordine amplius nisi solū seruitium quod ei creditur: cur Deo totum negatur, qui ipsum ordinē tibi largitur? Respondetur, Ambrosiū apertè loqui de ordinis potestate, uel de gratia, quæ confertur in ipsa cōsecratione; non autem de iurisdictione, quia ait dari per consecrationem, & nudum hominis seruitium, siue ministerium.

Quinto loco producit Constantinus Imperator, cuius sententiā tota Synodus suscepit, & mirata est, sicut & posteritas omnis. Ille ergo, autore Ruffino, dixit Episcopis, qui libellos accusationum mutuarum ei porrexerunt: Deus uos constituit Sacerdotes, & potestatem dedit de nobis quoq; iudicandi;

III. locus. Ambros. tomo 4.

Quis sensus Ambrosij dicentis Episcopum plebi esse prælatū, ad eamq; tuendam Euāgelico præcepto teneri.

Idem cap. 5

V. locus. Constantini Magni erga Sacerdotes: quanta religio. Ruffin. lib. 10. Eccl. histor. c. 2. tomo 1. apud Eusebiū.

& ideo nos a vobis recte indicamur. Vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia, quacunque sunt, ad illud Diuinum referentur examē. Vos etenim nobis a Deo dati estis dii, & conueniens non est ut homo iudicet deos, sed ille solus, de quo scriptum est: Deus stetit in Synagoga deorum; in medio autem deos discernit. Respondemus: verum esse, Episcopos esse deos, & a Deo institutos, quod ad ordinem attinet, & quantum ad iurisdictionem in genere loquendo: tamen descendendo ad particulare, illam habet a Papa, & ab eo possunt iudicari. Sed quia quod iudicat Papa, habet a Diuina potestate; Deus per illum eos diiudicat, & non est hominum, etiam Regum, vel Principum, eos iudicare.

VI. locus. Meletius Episcopus.

Sexto adfertur Meletius Episcopus, de quo lib. 9. historiae Tripartitae cap. 3. dicitur: Porro Meletius omnium mansuetissimus benignus, atque suaviter Paulino dixit: Quoniam harum ouium curam mihi commisit Dominus, & tibi similiter aliarum: suscipe hanc sollicitudinem, & communicemus inter nos sub dogmate pietatis: iungamus amice greges, & soluamus de presulatu contentionem: communiter pascentes oues, curam eis similiter exhibeamus. Si autem de sede certamen est, ego hanc contentionem conabor dissoluere. In sede sacrum ponatur Euangelium, & ex utraque parte sedeamus. Et si quidem ego prius finem vita suscepero, solus eris Antistes: Si vero hoc tibi prius euenerit, ego gregis habebam curam. Cum ergo Meletius cum omni hac mansuetudine protulisset, Paulinus acquiescere non consensit. Tunc Magister militia iudex utriusque verborum Ecclesias Melitio tradidit: Paulinus autem aliarum ouium permansit Antistes. Hæc ille. Ex quibus habes, a Domino committi curam ouium. Respondemus: verum esse, ouium a Deo curam committi, sed ordinate, & per ministros suos. Nam nec est verisimile, quod per se ipsum Dominus in vna ciuitate Antiochiæ dederit oues duobus pastoribus, vel tribus, cum vnus tantum fuisset legitimus.

VII. locus. Aug. tom. 9.

Septimo producit Augustinus libro De pastoribus cap. 13. Absit, inquit,

ut desint nobis modo boni pastores: absit a nobis ut desint. Absit a misericordia Dei, ut non eos gignat, atque constituat. Respondemus: constitui a Domino pastores super oues, sed ordine, quem ipse elegit, ut sapienter dictum est.

Octauo, allegatur B. Thomas super Ioann. cap. 10. lectu. 1. exponens illud: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, &c. ubi ait: Sciendum autem, quod ut qui sicut ouis per ostium non intrat, non potest conseruari, ita nec qui ut pastor intrat, conseruari potest, nisi per ostium intret, scilicet per Christum, per quod quidem ostium intrauerunt veri pastores, de quibus Hebræi: Nemo sibi assumit honorem. Mali vero pastores non intrant per ostium, sed per ambitionem, & potentiam secularem, & simoniam, & isti sunt fures, & latrones. Hæc ille. Respondemus: manifestum esse, oportere bonos pastores per Christum intrare: sed non solum intrat per Christum, qui ab eo immediate accipit iurisdictionem in oues, sed qui per potestatem Ecclesiasticam a Deo accipit. Idem Thomas Opuscul. 19. cap. 4. Ad aliud quod obijciunt, scilicet quod: Sacerdos est sub Episcopo, sicut Episcopus sub Archiepiscopo: dicendum quod non est omnino simile. Constat enim, quod Archiepiscopus non habeat immediatam iurisdictionem in illos qui sunt de diocesi Episcopi, nisi causa ad eum deferatur: sed Episcopus habet immediatam iurisdictionem in parochianos sacerdotes, cum possit quemlibet coram se citare & excommunicare: quod Archiepiscopus non potest in subditis Episcoporum, ut dictum est. Cuius ratio est: quia potestas Sacerdotis naturaliter, & ex iure Diuino subditur potestati Episcopi, cum sit imperfecta respectu illius, ut Dionysius probat: sed Episcopus subditur Archiepiscopo solum ex ordinatione Ecclesiæ, & ideo in quibus Ecclesia statuit, Episcopum Archiepiscopo subiectum, in illis tantum subiectus est ei. Sacerdos autem, qui ex iure Diuino Episcopo subditur, in omnibus est ei subiectus. Sicut etiam Papa habet immediatam iurisdictionem in omnes Christianos, quia Romana Ecclesia nullis Synodicis constitutis ceteris Ecclesijs prelatæ est, sed Evangelica voce Domini, & saluatoris no-

VIII. locus. B. Thom. tom. 1. 4.

Qui sint qui intrant per ostium in ouile ouium.

Qui vero aliunde, quam per ostium intrant in ouile ouium, qui nam illi.

Idem B. Thom.

Dionys.

Episcopus, Archiepiscopo in quibus subiacet.

Quod Romana Ecclesia sit Ecclesijs vniuersis prelatæ, vnde id habeat.

stri

stri primatum obtinuit: ut habetur in Decretis dist. 21. c. Quoniam. Hæc Thomas, dicens, potestatem Sacerdotis naturaliter, & ex iure Diuino subdi Episcopi potestati in omnibus. Respondetur; Thomam loqui de potestate ordinis, quæ se habet sicut imperfectum ad perfectum respectu potestatis ordinis Episcopi, ut probat B. Dionys. c. 5. De Ecclesiast. hierarch. Iurisdicatio quoque in genere, iure Diuino est maior in Episcopis, quam in Sacerdotibus: quia Christus voluit, ut Episcopi haberent maiorem iurisdictionem, quam sui Sacerdotes. De nullo autem Episcopo particulari ex his, qui post Apostolos sunt, verum est, quod Dominus voluerit illum habere iurisdictionem a se immediate, sed reliquit potestati Ecclesiæ, a qua habent suam iurisdictionem. Et ideo eodem iure Ecclesiastico habet hic Episcopus maiorem iurisdictionem, quam hic parochianus: posset enim Pontifex summus illi committere maiorem iurisdictionem, sicut cum Sacerdotes non Episcopi, sunt legati, vel nuntij.

B. Dionys.

Altera solutio obijctionis ex Thoma.

IX. locus. Ioann. de Turrecr.

Idem.

Possent quoque dici non incommode, quod D. Thomas per ius Diuinum intelligat ipsum ius Naturale, quia & ipsum a Deo scriptum est in cordibus hominum; & ideo Diuinum potest appellari secundum. Hoc autem ius est, quo non solum perfectiora a Deo immediate instituta excellunt imperfectiora, sed etiam ab hominibus instituta: quippe potestas Ducis iure naturæ superat potestatem Comitum, licet neutra sit a Deo immediate instituta. Ita autem cogimur exponere D. Thomam, quia cum in multis locis expresse dicat iurisdictionem dari a Papa, & ex iniurisdictione dari, nequaquam est verisimile quod sibi ipsi contradicat in hoc loco.

Nono, producitur Ioannes de Turrecr. lib. 1. cap. 93. qui quidem loquens de potestate ordinis, & iurisdictionis, ait: Prima conclusio sit ista: utraque harum potestatum in Ecclesia originaliter est a Deo. Idem etiam per totum c. 79. eiusdem primi libri ostendit, Episcopum excellere Sacerdotem: & in cap. 93. iam dicto idem probat. Respondetur, mirum esse quod hunc autorem pro se adferant, quem constat lib. 2. a

cap. 54. vsque ad 64. per decem integra capita oppositum docere. Quod ergo hic dicit potestatem iurisdictionis originaliter esse a Deo: verum est, quia iurisdicatio summi Pontificis, a qua cæteræ oriuntur, est a Deo: ac ideo probans illam primam conclusionem, ait: Pater etiam conclusio autoritate. Primo Matth. 16. ubi Christus clauium potestatem se daturum Petro pollicetur, dicens: Tibi dabo clauem regni cælorum. Secundo, Ioann. vlt. ubi Christus ouium suarum Petrum pastorem, & rectorem ordinans, inquit: Simo Ioannis, pasce oues meas. Hæc ille. Similiter etiam verum est quod Episcopus potestate excedat Presbyterum, ut probat cap. 79: Sed id intelligit loquendo de potestate ordinis. Sic enim ipsemet ait cap. 93, ad tertiam conclusionem: Verum quod hæc maioritas potestatis Sacramentalis, siue ordinis tam in Episcopo, quam in simplici Sacerdote maior sit: non solum ex institutione Ecclesiæ, ut quidam dicere voluerunt, sed etiam ex natura ordinis, & consecrationis secundum diuinam institutionem ostenditur. Sic, &c.

Decimo, producitur Henricus a Gaudano in Quodlib. 9. quæst. 22 qui ait: Ipse etiam Papa potest facere edicta vniuersalia, quæ omnes ubique adstringunt, in quibus nulli Episcopi habet iurisdictionem, nisi quatenus eis committitur a Papa: & in iure edito ab ipso eis conceditur. Episcopi vero statuta non possunt facere ligantia aliquos extra proprias dioceses, in quibus etiam Papa plenam habet iurisdictionem. Si vero consideremus iurisdictionis executionem, sic dico, quod Papa habet iurisdictionem limitandi alios suam, & sibi reseruandi, secundum quod opus sibi visum fuerit. Et licet Episcopi habeant potestatem non a Papa, sed immediate a Christo, tam eam, quæ est Ordinis, quam eam, quæ est iurisdictionis in ordinando Ecclesias suas secundum edicta a Papa instituta: & in resumendo ea, quæ Papa subtraxit, habent a Papa, & a Deo, mediante Papa. Hæc ille, negas, iurisdictionem, quæ Episcopus secundum Dei legem gubernare potest suam diocesim, non esse a Papa, sed a Christo immediate. Respondetur, hunc Doctorem in hac parte non esse sequendum, sicut nec

Potestas iurisdictionis (ut ait Turrecr.) quare originaliter sit a Deo.

Episcopus secundum eundem, ut potestate excedit Presbyterum.

Idem.

X. locus. Henricus a Gaudano.

Gottfred. de Fontibus. Gottifredum de Fontibus, nec Ioan- nem de Poliaco. Mirum est tamen, cū hunc multi Patres in hoc quod errat, sequantur, non tamen velint sequi in duobus, quæ benè dicit, nēpè in hoc quod iurisdic- tio illa, quàm immédia- tē afferit à Christo dari, subit Papæ quantum ad executionem, atque ita, prout sibi videtur, possit eam limita- re, vel suspendere, vel rursus conce- dere Episcopis: tantum enim hanc limitationem tradit fieri posse in pœ- nam peccati Episcopi.

sicut illi aiebant, potestatem Papæ in- stitutam immediatè à Christo in ipsa Ecclesia, cui illam primò dedit, & per eā Papæ. Quod autem nō loquatur de particulari iurisdic- tione Episcoporum, constat ex eius sententiā superius alla- ta, qui tradit, omnes Catholicos Do- ctōres ita sentire. Rursus idē in eodē 6. c. respondens ad aliam annotationē factam contra idem 7. cap. sui libri in probātes, Papam gerere, quæ gerit, vt ministrum Ecclesiæ, hoc est, nō solum ob eam tanquā finem, sed quia ex au- toritate accepta ab ea inquit: Ad quin- tum ex ratione, quia praelati sunt ministri Ecclesiæ, dicitur, quod praelati dicuntur mi- nistri Christi, & Ecclesiæ, Christi quidem, effectiue, quia ab illo habent suā potestātē effectiue, & suppositaliter: mystice tamen, quia omnes praelati sunt velut mēbra Chri- sti, iuxta illud Augustini super Ioannē: Si prapostiti Ecclesiæ pastores sunt, quomodo vnus pastor est, nisi quia sunt illi omnes vnus membra pastoris? Ecclesiā autē in- tēgra, id est, cū capite suo, quod est Chri- stus. Ministri etiam, dupliciter dici possunt, scilicet effectiue ratione partis, scilicet ca- pitis, & integraliter, quia sunt mēbra Ec- clesiæ reliqua à capite non vt suppositi, sed vt corporis mystici partes integrales. Hęc ille, docens tā singulos Episcopos per se, quàm omnes Episcopos cōiūctim, prout faciunt vnū reipublicę corpus, à capite Christo recipere effectiue suā autoritatē. Respondemus, illū loqui de potestate ordinis, & de iurisdic- tione in genere, ne sibi contradicat. Et hæc de Doctoribus antiquis, & scholasticis.

Idem Caietan.

Praelati vt sint ministri Christi, & Ecclesiæ, secundum Caietanum.

Augus. tom. 9.

1. Cor. 11. Praelati etiā sunt ministri dupliciter.

Aduersario- rum ab auto- ritate sumo- rum Pontifi- cum pro im- mediato po- testatis iurisdic- tionis or- tu à Christo, & non à Pa- pa, argumēta proponuntur. Clem. Rom. Episcoporum in sibi subie- ctos quanta potestas sit. Idem.

Domini de Petro loquens, ait: Epif- copos ergo vicem Apostolorum gerere, Do- minū docuisse dicebat, & reliquorum di- scipulorum vicem tenere Presbyteros de- bere insinuabat: nullū etiam Presbyterum in alicuius Episcopi parochia aliquid age- re debere absq; eius permisso docebat. Sed & cunctos Presbyteros omnibus Episcopis in omnibus absq; mora obediētibus insti- tuente Domino esse debere docebat. Hęc ille, asserens, Dominū instituisse, Pres- byteros obedire proprijs Episcopis. Respondemus, verum esse, quod Do- minus per se ipsum instituerit Presby- teros, & alios omnes obedire proprijs Episcopis; & ita inobediētis crimē contra ius Diuinum est, & contra ius Naturæ. Scriptū est enim: Qui vos au- dit, me audit: & qui vos spernit, me sper- nit. Sed ex hoc non efficitur, Christū per se ipsum præfuisse hunc Episco- pum his Presbyteris, vel huic gregi: sed eo per Ecclesiam instituto, iussit Dominus illi parēdum: sicut dixit es- se obediendum regibus, & alijs pote- statibus, quas tamen cōstat per homi- nes esse institutas: imò multo magis quā illis, quō anima pretiosior est cor- pore, & supernaturalis potestas præ- stantior est naturali. Idem epist. 3. Si autē vobis Episcopis non obedierint omnes Presbyteri, Diaconi, ac Subdiaconi, & re- liqui clerici, omnesq; Principes, tā maio- ris ordinis, quam inferioris, atq; reliqui populi, tribus & lingua non obtemperauerint, non solum infames, sed & extorres à regno Dei, & cōsortio fidelium, ac à limi- nibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nā vestrum est, eos instruere, eorum verò est, vobis obedire vt Deo. Respondetur, quod et si Episcopis parēdū sit tāquā Deo, atq; illi eius legatione fungantur: nō tamen à Deo habent iurisdic- tionem. Nam ijs etiam, qui per alios illam ha- bent, parēdū est, vt Deo: & ipsi quo- q; vices Dei gerunt, vt cōstat ex qua- cunq; potestate seculari, vel Ecclesia- stica. Idem ad Episcopos loquens, ita subiungit: Dominus noster mittens vos vice sua in loco Apostolorū ad predicādū, præcepit vobis docere omnes, omnesq; vo- bis fideliter obedientes, vt ipsi existere. Respondetur: quod misit illos per Ec- clesiasticam potestatem; per se autem

Qui sensus Clemētis sit, Christum as- serētis Sacer- dotibus insti- tuisse suis, vt Episcopis o- bediant.

Luc. 10.

Quo magis spiritalibus, quàm secula- ribus sit po- testatibus ob- temperandū.

1. Pet. 2.

Idem Clem. Rom. 1. q. 3. c. Si autem vobis.

Episcopis nō obediētes, & contumaces, quales B. Cle- menti.

2. Cor. 5.

Idem.

Matth. vlt.

præcepit præpositis obedire. Secundus Anacletus Papa produci- tur in epist. 2. vbi ait: Ordinationes Epif- coporū autoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia Episcopi, sunt celebranda. Qui simul conuenientes scrutinium diligenter agant; ieiuniumq; cū omnibus celebrent precibus, & manus cū sanctis Euāgelys quæ predicaturū sunt, imponentes Dominica die hora tertia orā- tes, sacraq; vntione exemplo Prophetarū, & Regum, capita eorum (more Apostolo- rum, & Moysi) vngentēs: quia omnis san- ctificatio constat in Spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis, sancto chrismati est per- mixta, & hoc ritu solennē celebrent ordi- nationem. Quod si simul omnes cōuenire minimè poterunt, assensum tamē suis præ- cibus præbeant, vt ab ipsa ordinatione ani- mo non desint. Porro & Ierosolymitarum primus Archiepisc. B. Iacobus, qui Iustus di- cebatur, & secundū carnem Domini nun- cupatus est frater, à Petro, Iacobo, & Ioā- ne Apostolis est ordinatus, successoribus vi- delicet dandis formam eorū, vt nō minus quàm à tribus Episcopis ordinetur, & cō- muni voto ordinatio celebretur. Reliqui verò Sacerdotes à proprio ordinētur Epif- copo, ita vt ciues, & alijs Sacerdotes assen- sum præbeant, & ieiunātes ordinationem celebrent: similiter & Diaconi ordinētur. Ceterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium, cum Epif- copi scilicet approbatione sufficere potest. Et infra: Hęc, & alia periculosa conside- rantes Apostoli, statuerunt, ne facile co- mouerentur, aut lacerarentur, vel accusa- rentur columna sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ Apostoli, & successores eorum, non imme- ritò dicuntur. Et paullo inferius: Que- dam autē ex his iam alijs fratribus scri- psimus, quæ toties sunt replicanda, quoties fuerint necessariæ. Electionem quoque, vt supra memorauimus, suorum Sacerdotum, id est, Episcoporum, sibi Dominus reserua- uit: licet electionē eorum bonis Sacerdo- tibus, & spiritalibus populis concessisset. Hæc ille, qui dū in ordinationē Episcoporum tot ceremonias adhibē- das esse ex Apostolorum traditione docet, dum Episcopos, columnas Ec- clesiæ, Apostolos, & eorum successo- res vocat, & eorum electionē Domi- no esse reseruatam, & consensum ex-

Anacle. Pa- pa. Cap. 1. Distin. 64. c. ordinatio- nes Episc. & dist. 76. c. ordi. Episc. & in Decr. Iuo. lib. 3.

Ordinatioes Episcoporu & omniu cle- ricorum quo modo cele- brandæ.

Dist. 66. c. Porro, & in decret. Iuo. lib. 3.

Episcopus à quot Epif. o- pis ordnan- das.

Dist. 64. c. Reliqui Sa- cerdotes.

Cap. 2.

Apostoli, & eorū suc- cesso- res Eccle- siæ colum- nę sunt & dicū- tur.

igit omnium Episcoporum, & preces cum ieiunio, satis indicat, potestatem celestem esse quæ illis cõfertur. Respondemus: conferri illis celestẽ potestatem ordinis, iurisdictionem verò ab Ecclesia eis conferri: & ipsum Dominum eijcere Episcopum, seu illum priuare iurisdictione, quem eius in terris vicarius priuat: vt docet Innocentius III. tit. De traslat. Episcoporum. Tertius producit Callistus epistol. 2. dicens: *Quod autem sedes in Episcoporum Ecclesijs excelsè constituta, & preparata inueniuntur vt thronus: speculationem, & potestatem iudicandi, & soluendi, atque ligandi à Domino sibi datam materiam docent. Vnde ipse Saluator ait: Quacunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quacunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.* Et alibi: *Accipite Spiritum sanctũ: quorum remiseritis peccata, &c.* Valde enim timenda est sententia Episcopi, licet iniuste liget aliquem: quod tamẽ summo perere prouidere debet. Hæc ille, tradens, Episcopos potestatem excommunicandi à Christo accepisse: idq; probat per verba dicta ad Apostolos. Respõdemus, mentem huius Pontificis extitisse, docere, Episcopos habere potestatem illis prædictis verbis significatam, quomodocũq; in eos deriuata sit illa potestas: nõ autem decernit, an immediatè Christus illam eis tradiderit, sicut & Apostolis. Et si enim dicat, à Christo illam collatam, vel acceptam; Christus tamen per suos ministros cõfert, & à Christo accipitur, quod per ministros eius accipitur.

Innoc. III. Callistus Papa.

Marth. 18.

Ioan. 20.

Liberius Papa.

Leo I. epist. 87.

Quartus opponit Liberius epistol. ad omnes Episcopos, & habetur cap. Suggestum. 7. quæst. 1. *Suggestum est nobis quod pro præteritis laboribus, & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibi met, & à Deo commissas reliquerunt plebes.* Respondemus; Deũ committere plebes inferioribus pastoribus per superiores; iubere autem per se ipsum in Euangelio, vt sibi cõmissas pascant, & non deserant. Quintus obijcitur Leo epist. ad vniuersos Episcopos per Africam, vbi magistratus Ecclesiasticos Diuina esse munera, & celestes dignitates asserit. Quæ vera es-

se confitemur: sed ita, vt hæc dignitates celestes per homines, & ex eorũ iniunctione, & arbitrio dispensentur. Ideo admonens subdit, ne credat Ecclesiam Dei regendam indignis: à superioribus igitur committebatur Ecclesia regenda. Idem Leo epist. ad Ra uennium Arelatensem scribit: *Prouentionem dilectionis tua, quæ summi Sacerdotij adepta est dignitatem, ita nobis placere cognosce, vt non solum tibi de honoris augmento, sed etiam Arelatensi Ecclesia, cui te Dominus prapofuit, gaudeamus.* Hæc ille. Sed intellige ita Deum illũ præposuisse, vt ordine Ecclesiæ seruato per superiores vocauerit. Sexto loco producit Concilium Carthaginense, cui præfuit Cyprianus, cuius verba hæc in eo recitantur: *Nec enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adegit, quãdo habeat omnis Episcopus pro licentia libertatis, & potestatis sua arbitrium proprium, tãquam iudicari ab alio non possit, cum nec ipse possit alterum iudicare: sed expectemus vniuersi iudicium Domini nostri Iesu Christi, qui vnus, & solus potestatem habet & præponendi vos in Ecclesia sua gubernatione, & de actu suo iudicandi.* Respondemus, hæc verba beatum Cyprianum irritatum effudisse, vt docet B. Augustinus, tẽpore quo se à Romano Pontifice cum alijs Episcopis Africanis separauerat, tenens errorem illum, quod baptizati ab Hæreticis essent rebaptizandi: & ideo eius verba nullam habent autoritatẽ. Ex illis tamen colligere licet, quod sanctissimi Episcopi Romani, qui etiam martyrio coronati sunt, se Episcopos Episcoporũ vocabant, & alios Episcopos nõ tyrannico terrore, sed potestate sibi à Domino Iesu Christo concessa, sub sua obedientia continebant, in promptu habentes iuxta Paulum, vlcisci omnem inobediẽtiã. Quod verò dicit, Episcopos nullum habere iudicem in terra, intolerabile est, si de alijs, quàm de summis Pontificibus intelligatur, vt reuera Cyprianus intelligebat, vt reuera Cyprianus intelligebat. Nam ab initio primitiue Ecclesiæ caussas Episcoporum summi iudicantur Pontifices,

Idem epist. 90.

Concil. Carthagin.

B. August. in fin. primi libri De bapt. contra Donatist. & fere per totũ 2. lib.

2. Cor. 10.

Ecclesiæ nascẽtis initio caussas Episcoporum quæ nam Pontifices iudicabant.

qui

qui sæpè Episcopos deposuerunt, & posuerunt: quod etiam cõcilia faciebant, licet illud, quod Spiritus sanctus in Concilijs, vel Vicarius Christi facit, Christus facere dicatur. Et adhuc sensum præficiuntur Dei ordinatione Ecclesijs Episcopi, quod attinet ad ordinem, & iurisdictionem; non autem ad illum sensum, vt quiuis Episcopus institutus à solo Christo, soli Christo sublit. Sic enim Ecclesia non esset regnum, & monarchia: quod est contra totam Scripturam, sed optimatum, vel paucorum potestas. Cum ergo Patres videntur asserere, potestatem Episcopalem à Deo esse: ita intellige, vt non excludant potestatem Ecclesiasticam, tanquam instrumentũ, per quod conferatur. Sæpè etiam, vbi excludunt hominem, vires humanas excludunt, & ostendunt illos à Deo habere, quod possint conferre iurisdictionem. Deniq; intelligebat, quod id, quod à ministro Dei datur, à Deo ipso datur: & quod à Deo datur, quãdoq; tribuitur immediatè per ipsum Deum, frequenter verò interuenientibus ministris suis. Et qui ita exponit Patres, facit in primis, vt à se ipsis non dissideant in alijs locis; deinde verò vt consentiant cum cæteris Doctoribus, in quibus item erat Spiritus sanctus. Contra verò illi, qui, dũ Patres dicunt, potestatem Episcoporum à Deo esse, cõfestim inferunt, eos sentire quod non sit per Pontificem; illis ipsis iniuri existunt; quãdo quidem illos & sibi ipsis, & alijs Patribus repugnare docent; cum tamen ille, à quo hæc illi hauserunt; Deus; nõ sit Deus dissensionis, sed pacis, Iesus Christus Dominus noster, qui cũ Patre & Spiritu sancto æterno fruatur suo, per omne seculum. Amen.

Qua ratione Episcopi ordinatiõẽ Dei Ecclesijs præficiantur.

Quo sensu Patres Episcopalem potestatem asserant esse à Deo.



TRACTATUS LXVIII.

IN Quo rationes, quibus quidam probare nituntur, iurisdictionem Episcoporum à Christo immediatè esse profectam, apertè diluuntur, ac dissoluntur.

**R**ÆTER Scripturas, & Patrũ testimonia, quæ hactenus attulimus, multas quoque rationes ex varijs fontibus, siue capitibus desumptas producant. Nam argumentantur à Christo Domino, & a Pontifice Romano, & ab Ecclesiã, eiusque praxi, & à Concilio, & ab Episcopatu ipso, & ab Episcopis, & à natura iurisdictionis, ciuilib scilicet, & Synagogæ, & Ecclesiæ nostræ, & ab inconuenientibus quæ euitarentur, atq; à bonis, quæ consequerentur: nam omnibus his vijs nobis faceffunt negotium. In primis igitur à Christo Domino arguunt: ipse enim est Deus, qui mundi

Quam multiplicitate ex fõte aduersarij deducant argumenta.

I. ratio.

providentiam habet, qua ita omnia gubernat, vt à summo Angelorũ vsq; ad minimum, qui humi repit, venientem, omnia conferat necessaria in hoc, vt suum finem assequantur. Alioqui enim non attingeret à fine vsque in finem fortiter, nec diserneret omnia suauiter. Episcopis igitur non desuit in necessarijs ad munere suo restè defungendum: sed magis necessaria est illis iurisdictionis, quàm ordinis potestas, quia non potest esse pastor Episcopus, quin regat, & iurisdictione vtatur; potest autem pascere absque hoc quod vtatur ordinis potestate, quia valet ministrorum opera, qui ab alijs ordinati

1. Cor. 14.

Sap. 8.

sunt,



Proprium di-  
utinae prou-  
dentiae quid  
sit in mudi,  
& Ecclesiae  
gubernatio-  
ne.

sunt, pro munere suo vti: ergo nō de-  
fuit Deus, quin Episcopis p̄spiceret  
de dāda iurisdictione. Soluimus hęc,  
asserendo, maiorem, & conclusionem  
veras existere, verū non ita Episcopis  
de iurisdictione p̄uidisse. Sed ex hoc  
non infertur, quod per se immediate  
prouiderit: nam nec in aliarum rerum  
procuracione cōfert per se immēdi-  
atē omnibus omnia, sed vtiur suarum  
ministerio creaturarū in his, in quib⁹  
possunt. Non enim vermem, animā-  
tiāq; cętera, mixta, & plantas per se  
immēdiatē facit, dem̄tis indiuiduis,  
sed adhibet opera caussarum secūda-  
rum. Ita etiā in potestate Ecclesiasti-  
ca hunc ordinem seruat suauiorē, vt  
potestati ordinis, quę fixa est, & im-  
mobilis, & prorsus supra naturam, &  
ad quā creaturę vires non valent nisi  
nudum ministerium exhibere, per se  
ipsum efficiat, potestatem verō iuris-  
dictionis in origine, & in vniuersali  
per se operatur: in hoc autem, vel illo  
ad eam cōmunicandam admittit po-  
tēstatē sui vicarij, & aliorū, qui ab  
eo illam recipiunt. Nam & ipsa iuris-  
dictio in origine sua, hoc est, in Papa,  
fixa est, & in eius personā vsq; ad mor-  
tem, vel renūtiationem durat: in Ec-  
clesia autem ad diē vsq; iudicij per-  
manet, quemadmodum etiā in gene-  
re Episcoporum iurisdictione. At singu-  
lorū iurisdictiones valde fluxę sunt,  
& variari ex causis possūt mille mo-  
dis. Conuenientius ergo fuit, vt Dñs  
illa quę fixa erant, & immobilia, sibi  
efficiēda reseruet, reliqua verō per  
alios faceret. Itaq; ratio ordinis pro-  
uidentię Diuinę potius cōcludit, ius-  
dictionem singularem Episcoporum  
esse, à Christo per Papā, quam à Chri-  
sto, sine Papā.

Deinde ab ipso Christo Ecclesię ca-  
pite, & institutore rursus argumentā-  
tur: cū enim sapientissimus sit archi-  
tectus, ipse Ecclesię ædificauit, iuxta  
illud: *Super hanc petram ædificabo Ecce-  
lesiam meam*: & iuxta vaticinium Esaie:  
*Eccē ego sternam per ordinē lapides tuos,*  
& *fundabo te in sapphiris*: ergo primos  
lapides Ecclesię sustententes, primasq;  
columnas per se ædificauit, per se igi-  
tur potēstatē dedit Apostolis, qui sue-

runt illa duodecim fundamēta Eccle-  
się. ¶ Rursus quia ædificauit Ecclesię  
perpetuō duraturam ( alioqui portę  
inferi præualuissent aduersus eam ) er-  
go etiam per se ædificat lapides pri-  
marios, & columnas, quę illis primis  
successerunt, hoc est, Episcopos. Solu-  
itur hoc, asserendo verum esse quod  
Dominus tam Apostolos, quam Epif-  
copos per se fundauit: illis enim per  
se cōfert ordinis potēstatē, Petroq;  
ac summis Pontificibus, imō secūdū  
quosdam omnibus etiā Apostolis,  
iurisdictionem. Reliquis quoq; Epif-  
copis, & animarum pastoribus iuris-  
dictionem nō denegat, sed medijs his  
summis ministris cōfert: qui ita lapi-  
des primi sunt, vt sint etiā architecti,  
ædificatoresq; sub vno summo archi-  
tecto Christo; qui eos in suos coope-  
radores elegit. Nec enim necessarium  
est, vt optimus architectus omnia præ-  
stet per se ipsum, imō eius est arte suā  
alijs cōmunicare, atq; eis vt admini-  
stris vti: quem morē Christus in Ec-  
clesia sua seruauit, & seruat.

Secundō, à Papa, & à summo Pon-  
tifice argumentantur tripliciter. Pri-  
mō, quia maior honor eius est, vt ha-  
beat Episcopos sibi subditos, qui ius-  
dictionem iure Diuino habeat, quā  
si ab ipso eā acciperent: ergo ita pro-  
fecto sese res habebat. Soluitur, dicē-  
do non hic tractari de honore Ponti-  
ficis, sed de veritate, contra quā non  
est maior honor ambiendus, etiā si re-  
vera maior esset honor habere subdi-  
tos de iure Diuino. Nunc autem non  
ita se res habet, quia maior honor re-  
ctoris est melius regere: maius autem  
regimē est, vbi maior est vnio, & sub-  
ordinatio regentium, & eorū qui re-  
guntur: quę minora sunt, vbi inferior  
ministri non solū subijciunt suā  
potēstatē superiori, & summo mi-  
nistro, sed ab eo illam accipiunt.

Arguunt deinde: quia ita magis sta-  
bilitur Papatus. Si enim Episcopi,  
qui successerunt Apostolis, non ha-  
bent iure Diuino suam iurisdictionē,  
nec ipse Papa, qui Petro successit. So-  
lutio est: Si dicamus, Episcopos suc-  
cedere Apostolis ( quanquam de mo-  
do succedendi postea sit agendum,

Matth. 16.

Quomodo  
Christus per  
se Apostolos,  
Episcoposq;  
fundauerit.

1. Cor. 3. &  
2. Cor. 3.  
Quid ppriū  
optimi sit ar-  
chitecti, vel  
artificis.

II. argum. à  
summo Pon-  
tifice.

Rector quō  
quis honorifi-  
cior existat:  
regimē  
quē maius.

III. ratio, se-  
cūdi illius ar-  
gum. à sum-  
mo Pontifi-  
ce.

Episcopi qua  
ratione Apo-  
stolis succē-  
dant.

Successionis  
Romanorū  
Pontificū in  
Ecclesia ne-  
cessitas.  
Matth. 16.  
Luc. 22.  
Ioan. 21.

Esa. 14.

Regni stabi-  
litas vnde.

Romana Ec-  
clesia à Fide  
Christi si vn-  
quam aber-  
rasset, quid  
inde.

Matth. 16.

ostendendumq; quod nequaquam in  
potestate Apostolica, sed in Episco-  
pali successerunt ) nec ex hoc tamen  
sequitur, quod Petro nō successerint  
Pontifices Romani in Pōtificate, seu  
pastoratu vniuersalis Ecclesię : nam  
omnes Patres orthodoxi, tam Oriē-  
tis, quam Occidentis intellexerūt in  
Petro à Domino super Ecclesię con-  
stituto, omnes eius successores esse in-  
stitutos. Itaq; sicut omnes Reges Æ-  
gypti vocabantur Pharaones, & om-  
nes Imperatores Romanorum Cęsa-  
res, ita omnes Romani Pōtifices sunt  
Petri: qua ratione Patres sententias di-  
ctas ad Petrum, ipsis tribuunt Ponti-  
ficibus, sine quib⁹ absq; miraculo nō  
posset conseruari tam diu Ecclesia sub  
vno indiuisibili pastore. Soli etiā Ro-  
mani Pontifices, & non alij successō-  
res aliorum Apostolorum in Ecce-  
lesia, vbi vixerunt, pro vniuersali Ec-  
clesię pastoribus se gesserunt. Quod  
si falsum esset, omnino alij Patres, &  
populi Christiani illi restitissent, nec  
illam dignitatē obtinere potuissent,  
si Lucifer in cœlo primam sedem oc-  
cupare non valuit. Stabilis igitur est  
Papatus absque hac inuentione iuris-  
dictionis de iure Diuino, imō magis  
stabilior, quoniā eo thronus Regis est  
stabilior, quō magis ministros habet  
sibi vnitos, & obsequentes in bono.  
Papę quoq; potestas, quia est imme-  
diati, & generalis Vicarij Christi, ab  
ipso solo dari potest, ipse verō cōsti-  
tuere potest alios particulares Chri-  
sti vicarios, assignando eis partē ius-  
dictionis. Quamobrem etsi neces-  
sum fuerit, vt Romanis Episcopis ab  
ipso Christo conferatur iurisdictione;  
non tamen opus est idē de alijs E-  
piscopis statuere, quorum iurisdictione  
varia est, sicut variant eorum Ecclesię  
auctas, vel imminutis, vel penitus ab-  
scissis eorum fidelibus. Ideo contigit  
sæpē alias Ecclesias, etiam particula-  
res, à Fide aberrasse; cū Romana fi-  
xa vsque in hodiernum diē maneat,  
& mansura sit in perpetuum: & quod  
eius Episcopus non solum Romano-  
rum, sed etiam totius vniuersalis Ec-  
clesię sit pastor, quę semper manebit.  
Alioqui portę inferi præualuissent

aduersus eā, & Christi promissiones  
non essent firmę, in quibus stabilior  
Papatus, non autem in Episcopi ius-  
dictione de iure Diuino.

Tertio obijciunt: quia Papa dū dat  
iurisdictionem Episcopis ( sunt enim  
qui dicunt iurisdictionem Episcopo-  
rum de iure esse Diuino, & tamē per  
Papam dari ) nihil aliud facit, quā  
quod Christus in genere voluit, & sta-  
tuit: igitur iurisdictiones Episcopo-  
rum de iure Diuino sunt, vel Christus  
vniuersalem iurisdictionem instituit  
sine singularibus. Solutio est: verum  
esse, quod Christus instituit, vt Ecce-  
się ministri haberent iurisdictionem,  
& quosdam etiam per se cōfert ius-  
dictiones, vt habet Fides Catholica  
de summo Pontifice, & vt aliqui vō-  
lunt, de Apostolis, & fortassis de qui-  
busdam peculiaritēr à Domino mis-  
sis, & vocatis: ceteros autem non per  
se immēdiatē instituit, sed commisit  
instituendos suis vicarijs. Neq; valet  
consequētia: exequitur Papa in par-  
ticulari, quod Dominus in vniuersali  
iussit, ergo illa particularia sunt iuris  
Diuini: quia potius sequitur q̄ sunt  
iuris Ecclesiastici, quia nihil de illis  
in specie Christus statuit, sed eius vic-  
arius. Sicuti Christus instituit ieiunium  
in vniuersum, & ideo ieiunium  
in genere est de iure Diuino. Instituit  
etiam, vt Prælati Ecclesię ieiunia in  
particulari statuerent; quę tamen ad  
ius Ecclesiasticum pertinent, non Di-  
uinum. Tunc autem consequeretur,  
iurisdictiones singularium Episcopo-  
rū esse de iure Diuino, cum ostēderetur,  
Christum in singulari de illis sta-  
tuisse, iussisseq; Pontificibus suū vt  
statutum exequerentur. Nec est incō-  
ueniens, dicere de his particularibus  
iurisdictionibus, quod Christus in ge-  
nere illas statueret, non autem in spe-  
cie: quia ita videtur factū de ieiunio,  
& de cōfessione. Statuit enim illa in  
genere, non autem præcepit hoc, vel  
illo die ieiunandum, vel confitendū;  
verum determinationi Ecclesię id re-  
liquit.

Tertio argumentantur ab Ecclesia,  
eiusq; praxi. Primō, quia si iurisdictione  
Episcoporum à Papa proficiscitur, &

III. ratio, se-  
cūdi argumē-  
propōitū.

Iesuū quō  
modo sit ius-  
diciō.

III. ratio, ab  
Ecclesia, & e-  
ius consuetu-  
dine.

potestas ordinis à Christo, malè ædificata videretur Ecclesia. Tùm quia composita esset ex potestate ordinis Diuina, & ex potestate iurisdictionis humana, sicut pedes statuæ visæ à Nabuchodonosor ex luto, & ferro non sibi bene cohærentibus: & pro medietate esset à Papa. Tùm etiam, quia si iurisdictione Episcoporum à Papa esset, ex eius nutu penderet: ac licet peccaret, posset tollere omnem iurisdictionem Episcopalem, vel eam suspendere: & ita è nutu hominis penderet, & nõ esset ædificata supra firmam petram: possetq; Papa, licet peccaret, omnes Episcopos tollere. Quæ nõ sequeretur, si de iure Diuino esset iurisdictione: quia non posset eam tollere, vel impedire absq; causa. Respondetur: non sequi huiusmodi inconuenientia. Melius quippè fundata est Ecclesia, si habet potestatem ordinis à Deo immediate, & iurisdictionis ab eo immediate quantum ad originem, & in vniuersali, in singulari autem à Deo per hominè, quàm si tota iurisdictione in particulari esset à Deo immediate. Nec enim est sicut statua ex ferro, & luto, & ex medietate à Deo, & ex medietate à Papa: sed vtraq; potestas ferrum est, quoniã diuina, & cœlestis. Vtraq; etiam est à Deo tota, licet diuersa ratione. Namq; potestas ordinis vniuersa est à Deo, & penitus à Deo, potestas autem iurisdictionis, de qua hic loquimur, tota ex Deo proficiscitur, sed non ex toto, quia tota etiam est à Pontifice. Nec hoc est nouum, nec rarum, sed frequentissimum in operibus Dei: nam tam opera naturæ, & artis, quàm opera gratiæ hoc in se habent. Fructus namq; arboris integer est à Deo, vt primà causa: totus etiam est ab ipsa natura à Deo creata; nec enim partem pomi facit Deus, & partem pomi cœlum, terræ ipsa, vel arbor, sed totum est à singulis, licet non in totum. Idem quoq; accidit in operibus artis: nec enim faber lignarius efficit mediam partem scamni, medietatem verò dolabra, sed totum fit ab vtròq;, licet non in integrum. Ita etiã credere, & operari iuxta Augustinũ, vtrumq; Dei est, quia ipse præparat

voluntatem: vtrumq; nostrũ est, quia nõ fit nisi volentibus nobis. Ergo iurisdictione, quæ datur à Papa tota vt Christi vicario, tota etiã datur à Christo, vt Ecclesiæ capite, & summo rectore in nobis. Et videmus, quod anima est à Deo solo eam creante, & infundente; corpus autem & a Deo, & à Sole, & à progenitoribus ipsis. In beatis quoq; videmus, beatitudinem essentialem à Deo esse immediate, qui ostendit suam essentiam illis, purgationes autem à nescientia, & illuminationes, & perfectiones, quas inferiores suscipiunt, à Deo quidem sunt totæ, sed etiam sunt à superioribus purgantibus, illuminantibus, & perficientibus iuxta doctrinam Dionysij. Si hoc igitur sine deformitate cernitur in Arte, in Natura, in Gratia, & in Gloria; quid monstri habet, quod in Ecclesia militanti sit quædam potestas tota, & pene à Deo, vt est illa ordinis; quædam autem, vt iurisdictione, tota à Deo, sed non in totum, & ideo per hominè eam in plenitudine habentem?

Nec aliud inconueniens sequitur, nempe quod Ecclesia non esset ædificata supra firmam petram; & quod pederet à nutu hominis, qui omnem autoritatem ei auferre posset, vel suspendere. Nam nec potest Papa tollere pro nutu gratiã ipsam, & virtutes, neque gratias gratis datas, neque potestatem ipsam ordinis, nec iurisdictionem in cõmuni: quia omnia ista à iure oriuntur Diuino, & dicere potest Pontifex cum Petro: *Ego quis erã, qui possem prohibere Deum?* Non posset igitur tollere pro nutu Episcopos, quia hoc esset destruere, & intolerabiliter errare: & ideo nõ solum peccaret, sed nec teneret eius sententia. Potest tamen ab aliquo, & aliquibus particularibus tollere, vel suspendere iurisdictionem: vel ex causa eum merito, vel sine causa eum peccato. Sed hoc permittit Deus, vt maius malũ euitetur. Maius enim malum esset Ecclesiæ, qd omnes reluctarentur Pontifici, qui rentes ab eo causas eorum quæ facit, ac se iudices sui iudicis facientes, quæ quod pauci, etiam innocentes, temporali honore, vel vtilitate, vel spiritali

Alijs etismo di potestatis à Deo derivatio exemplis illustratur.

B. Dionysij. lib. De cœl. hierarch.

Quam vanũ illud: Nisi iurisdictionis potestas in Episcopis à Deo proxime oriatur: Ecclesia non esset ædificata supra firmam petram

Act. 11. Si Pontifex pro nutu tollere Episcopos posset, quæ inde incommoda.

Dan. 2.

Matth. 16.

Potestates ordinis, & iurisdictionis vbi præfigurata.

Vtraque potestas à Deo quomodo descendat.

August. lib. De grat. & lib. arbitr. & alibi sapius, tom. 7. sub finem.

etiam

Præstat iurisdictione, quæ inferre.

Quibus præter Episcopos summus Pontifex dare possit potestatem iurisdictionis in aliquos fideles.

Qua ratione in Ecclesia Episcopi sint diuini iuris.

Secundum argumentum aduersariorum ab Ecclesiæ præxi.

etiã vsu gratiæ gratis datæ, siue iurisdictione priuentur, sine quibus forte possunt melius seruari; & melius haberi quã Papa iniuste eos priuatis: quia melius est iniuriã ferre, quã inferre. Posset etiã, vt puto, Papa ex causis aliquibus, Episcopis aliquarũ regionũ tollere ordinariã, ac perpetuam iurisdictionem, & cõferre eis commissariam, & ad nutũ amouibilem, si nõ bene se gererent; sicut aliqui in suis diocesis à curatis eam tulerunt, & fecerunt eos suos vicarios ad nutũ amouibiles. Non video etiã quid repugnet, quominus in aliquibus regionibus cum suis ministris commissarijs, exercenribus munita Sacerdotalia, reliquatur aliqui fideles adiunctis aliquibus titularibus Episcopis, qui ea, quæ Ordinibus sunt, exercerent: veluti e.g. monachi in Occidentali orbe, atque in Indijs multos ad fidem traxerunt, & eos ex iurisdictione commissaria gubernarunt, si ita bene habuissent, & sic nescio eum non licuisset Pontifici non creare Episcopos aliquos ordinarios, sed tantum mittere pauculos aliquos titulares, qui eis Ordinibus, & Cõfirmationis Sacramenta conferrent. Omnia enim huiusmodi positua sunt, & in voluntate Pontificis sita est de huiusmodi disponere, prout ad ædificationem Ecclesiæ magis expedire nouerit. Nam licet iuris diuini sit, quod sint in Ecclesia Episcopi, & ministri ordinarij, qui iurisdictionem habeant: non tam est iuris diuini, qd sint in hoc loco, vel in hoc tẽpore, dumodo alia via idoneè prospiciatur salutem animarũ. Ita vt falsum sit, quod à quodã Episcopo audiui, qui assererat, se defuncto, non posse Papam absque peccato contra ius diuinũ non creare aliũ Episcopũ suæ Ecclesiæ: posset enim absq; dubio ex causa partem suæ diocesis, vel totã alteri Episcopo vnire, atq; ita idoneè prospicere salutem animarum illarum: quam si negligeret, peccaret in ius diuinum. Sed non est vnicum, & singulare animarum illarũ remediũ, habere propriũ, & peculiare Episcopũ. Secundo ex eodem principio argumentantur: Ecclesiam esse non posse sanctã, vt habet articulus fidei, si iurisdictione Episcoporum & presbyterorum esset iuris humani: tùm quia illa iurisdictione non videretur sancta; tùm quia possent auferri Episcopi, & presbyteri; & ita tolleretur vsus Sacramentorum, atq; Ecclesiæ sanctitas. Respondetur; Ecclesiã sanctã esse, & nõ posse tolli eius sanctitatem à Pontifice, qui nec virtutes, quæ præcipua sanctitas sunt, nec Sacramenta, nec Ordinem ministrorum, nec omnem eorũ iurisdictionem tollere potest. Neque verũ est, quod iurisdictione Ecclesiastica sancta nõ sit, licet per Pontificem prodeat: nam nõ prodit ex eius humana potestate, sed diuina & cœlestis, & sicut à cœlo habet originem, ita ad cœlum dirigit sibi subiectos, ac ideo sancta, & munda est, & cõsanctior, & mundior, quod eius abusus immundior est, & execrabilior. Tertio, argumentum trahunt à praxi Ecclesiæ, ex qua colligitur, multos Episcopos à Papa non suscepisse iurisdictionem: nam Apostoli per se ipsos Episcopos faciebant, & illi nihil à Papa accipiebant. Deinde ipsi Apostoli statuerunt, vt à tribus Episcopis crearetur alij Episcopi: & vbi nõ vigebar ambitio, sanctissimi Episcopi eligebant sibi successores: qua crescere, hoc prohibitum est in Nicenã Synodo, vt si fieri posset, oes Episcopi cõsentirent in ordinationem: sin minus, vt aliqui: atque vt accederet cõfirmatio Metropolitanis nulla mentione de Pontifice facta: sed iã confirmati, & consecrati Episcopi solebant ab Oriente mittere Romano Pontifici libellos suæ fidei. Itẽ videtur, qd Episcopus in remotissimis regionibus constitutus, vel etiã in vicinis, modo non habeat tutũ accessum ad Romanũ Pontificem, nec ad eum scribere posset; talis Episcopus puidere posset de successore, atq; cõstitueret, vt Capitulum eligat, defuncto scilicet; aliquem, qui planè iurisdictionem haberet, & nõ à Papa: sicut olim vel Principes, vel Clerus, vel populus quẽ volebant in Episcopũ eligebant, & adductis tribus Episcopis, nõ petita cõfirmatione à Pontifice, sed vel à Metropolitano, vel à Patriarcha, vel à nullo: quia lex, vel cõsuetudo ab Apostolis descãdẽs aliud nõ exigebat.

Ecclesiæ sanctitas cur tolli à Pontifice non queat.

Pontificis iurisdictione vnde prodeat.

Tertium argumentum.

In primitiua olim Ecclesia sibi successores Episcopi nominabant, eligebantq;. Nicenã Synodus.

Quibus Episcopi Orientales suæ fidei libellos antiquitus Romano Pontifici mittere solebant.

A quibus olim eligentur Episcopi, atq; cõfirmantur.

Apostoli sua iurisdictione vnde acceperint.

Act. 15. & sequent.

Quartum argumentum a Concilio.

Canones Conciliorum qui spectant ad ius diuinum eodem modo.

Respondetur, ordinatos ab Apostolis, à Petro etiã habuisse autoritatẽ, quia & Apostoli à Petro illã habuerunt, vel certẽ habere debuissent, si nõ fuisset à Domino preuenti; & hac posita preuentione, si quidem eorũ iurisdictione erat sub illa Petri, à Petri iurisdictione emanabat, quod ab ipsis emanabat. Canones quoq; Apostolorũ à concilio Apostolorum fiebant, cui Petrus præerat, & conferebat autoritatem: ideoq; statuta cõferentia iurisdictionem, atque ipsa iurisdictione à Petro habebat originẽ, sicut etiam ea, quæ confertur vel à Concilio Niceno, vel ab alijs remotis Concilijs, sicut etiã consuetudo ex se iurisdictionem non potest dare, neque Capitulũ, vel inferiores, nisi accedat cõsensus Põtificis expressus, vel tacitus. Vnde in causa necessitatis proposita, vel nullã haberet ille homo iurisdictionẽ, quoniam Capitulũ non poterat illi dare quod non habebat; vel si habet, ex tacito cõsensu Põtificis habet: cũ etiã populus vel principes autoritatẽ, vel vim interponunt, licet consecratus Ordines suscipiat; non tamẽ iurisdictionẽ, nisi accedat prædictus consensus: quem verisimile est accedere, quia Põtifices vel ob necessitatem, & ædificationẽ, vel vt vitentur scandala, consentire solent, & demittere etiam, cũ opus est, suam autoritatem ad Dei gloriã, & salutem animarum. Quarto loco argumentatur à Concilio, multiplici ratione. Primo, quia si Episcopi non habent iurisdictionẽ à Deo immediatẽ, sed à Papa, cũ iudicare sit iurisdictionis, ergo cõsilio iudicia, atque sententiã nõ prodeunt ex diuina autoritate, sed humana. Respondetur, Conciliũ Episcoporum sine Papa, hoc est, sine eius autoritate, cõgregatorũ, ex humana autoritate, vel potius impotentia proferre sententiã: concilia verò autoritate Pontificis cõgregata, quia ex eius autoritate definitio concilij proficiscitur, Diuinã nituntur autoritati: non tamen omnia quæ definiunt, iuris diuini sunt, sed ea, quæ de dogmatibus fidei sentiunt, vel quæstiones de moribus decernentes, an hoc, illudve sit licitum, vel peccatũ,

iuris sunt diuini. Statuta verò alia circa Ecclesiã politiam, & ordinẽ ministrorum, vel circa determinationes præceptorũ diuinorũ, præcepta sunt Ecclesiastica, quoniam licet à Spiritu diuino prodeant, prodeunt tamẽ mediã humana industriã, & diligentia, atque Ecclesiastica iurisdictione. Secundo, Concilij Basiliensis Patres definiunt, Conciliũ habere immediatẽ autoritatẽ à Deo, ergo negantes Episcoporum iurisdictionẽ esse de iure diuino, atq; cõtrariũ definiẽtes, illos Patres damnarent. Respondetur, non multum inconuenire, hanc sententiã Basileensũ damnare, quandoquidem illã damnauit Leo X. in vltimo Concilio Lateranensi. Verũ adhuc per hanc sententiã non danantur, quoniã illi tantũ asseruerunt, totũ Conciliũ habere immediatẽ autoritatẽ à Deo, non autẽ singulos Episcopos habere ab ipso immediatẽ iurisdictionẽ. Et idem respondendũ esset ad Conciliũ Constantiense. Et licet Martinus V. probauerit illud Conciliũ: intelligendum est, qd probauerit solum quantũ ad transacta tempore schismatis in materia beneficiorũ, & in huiusmodi etiam probauit Eugenius III. Concilium Basileense. Tertio, ista opinio de iurisdictione Episcoporum à Papa, videtur esse cõtra Conciliũ Trident. quoniã tempore Iulij III. propositus est articulus, & à maiori parte Patrũ probatus in congregatione, qui continebat, Episcopos esse de iure diuino institutos; ergo in Spiritũ sanctũ, qui regebat hoc Conciliũ, iretur, si nunc non definiretur. Respondetur, quod in congregatione Theologorũ etiã Patrũ ante sessionem, nulla fuit definitio, sed tantũ disquisitio, quæ definitionẽ debet præcedere: & ideo siue hoc, siue alio modo sensisset tũc Patres, nõ refert, neq; cogit vt modò illud definiatur quod tunc placebat. Nam fortassis nunc quantũ ad potestatem Ordinis placebat articulus, & nondũ videbatur quæ poterat latere inconuenientia, vt nunc videntur Patribus aliquibus sese declarãtib; id cupere, vt statuat iurisdictione de iure diuino, vt hac via limitetur in multis

Quenam decreta Conciliorũ ad ius Ecclesiasticũ pertineant.

Secũda ratio tertij argumenti propositi.

Leo Decimus

Martinus V. Constantiense Concilium quatenus approbauerit.

Tertia ratio quarti argumenti.

Eugenius III. Concilium Basiliense in quibus tantũ probauerit.

potestas

Quarta ratio quarti argumenti.

Concilium Lateranense II.

Quinta ratio quarti argumenti.

Episcopus Curato superior in quibus.

Quintum argumentum ab Episcopatu.

potestas dispensandi summi Pontificis: quæ limitatio, seu restrictio nec potest fieri, nec expediret, eo quod multa possent impedire, quæ essent ad ædificationem Ecclesiæ. Quarto arguunt, eo quod si iurisdictione prodiret à Papa, videretur quod sine sufficenti disquisitione definiretur, Papam esse supra Concilium: quia si iurisdictione Episcoporum ab eo manat, superior illis est, & Concilio. Respondemus, hoc iam esse definitum, vt dicitur in Concilio Lateranensi II. sub Leone, & à multis viris doctissimis, qui circa tempora Constantiensis Concilij scripserunt, idonee est contraria sententia impugnata, & eius fundamenta confutata. Cæterum adhuc non inferretur ista definitio, quia nunc non asserimus, nisi quod iurisdictione singulorũ Episcoporum est à Papa: & eum esse supra singulos Episcopos, & in eo esse plenitudinem potestatis, eumq; vocare singulos Episcopos in partem sollicitudinis, vt superius ex Patribus Basileensibus produximus. Quinto argumentatur: quia in Concilio Constantiensi in Bulla Martini anathemate damnantur dicentes, Papam non esse superiorem Episcopo de iure diuino, & Episcopum Curato: de iure ergo diuino est iurisdictione superior Curato: maxime quia in violatione iuris positiuum non infligitur anathema. Respondemus, falsum esse, quod non infligatur anathema in violatores iuris positiuum. Ratione etiam summi Pontificis, iniurium est negare, Papã esse superiorem iurisdictione Episcopi: posita etiam ordinatione Papæ, qua maiorẽ contulit iurisdictionẽ Episcopo, quã Curato, ius diuinum dicit eum esse superiorem Curato, quatenus dicitur obediendum prepositis. Et si dici etiã possit, Episcopum iure diuino esse superiorem Curato in potestate Ordinis: quia simplex Sacerdos caret potestate confirmandi, & ordinandi clericos, quam habebat Episcopus. Et hætenus de argumentis sumptis à Concilio. Quinto, argumentum ducunt ab

Episcopatu multis modis, & primo à nominis Etymologia: quia etiã apud Gentiles significabat magistratũ, ad quem totius Prouinciæ negotia referebantur, vel annonæ præfectum: iurisdictionem ergo includit: qui enim alijs intendit, illis præest, & in eos habet iurisdictionem. Quod & Patres non ignorarunt: nam ita de Episcopo scribit Ignatius epist. ad Trallianos: *Quid est enim, inquit, Episcopus, nisi omnem principatum, & potestatem omnium illorum tenens, quemadmodum deceat hominem tenere, imitatore Dei factum secundum virtutem.* Idem epistola ad Tarsenses: *Presbyteri subditi estote Episcopo, Diaconi Presbyteris, populus Diaconis.* Hieronymus in epistola ad Titum tradit, vocabulum Episcopi nomen esse officij, sicut Presbyteri, ætatis. Basilius homil. vigesima sexta de Martyre Mamante: *Cæce, inquit, ad iracundiam motus probris gratia eum qui te lesit, pastorem voces, nihil habentẽ, nisi quod ad victum attinet quotidianum, peram, & clauam remisit, tanquã diurna subsidia gestantem, nullam crastini curã habentem bestijs: hostem, animalibus mansuetis compassuum forum, ac tribunalia fugientem: sycophantarum, ac mercaturæ ignorantem, diuitias nescientem, propriũ rectum non habentem, sed sub eo quod mundo commune est, agentem, noctu ad cælum suspicientem, & per astra Conditoris admirabilem potentiam considerantem.* Hæc ille sub themate pastoris describens Episcopum, cuius iurisdictionem significat per cõubernium pastoris cũ ouibus. Innocentius quoque III. in Concilio Generali, & habetur De excessibus Prelatorum cap. Excedentibus, conqueritur de quorundam Abbatum excessu, qui non contenti suis finibus, manus ad ea, quæ sunt Episcopalis dignitatis, extendebant; vt cognoscendo de causis matrimonialibus, iniungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentias: ergo Episcopatus nomen iurisdictionẽ significat. Quia igitur Spiritus sanctus, & Christus ponunt Episcopos in Ecclesia; eis ergo dat iurisdictionem, sine qua nec sunt nomine digni. Respondemus, nõ nõn

Episcopatus quid sonet.

Ignatius epist. 5. circa med.

Idem epist. 7. sub finẽ.

Hieronym. tom. 9.

Basilius 26 homil. paul. l. ante medium, tom. 1. à med. Pastore, siue Episcopum qualem definiat esse Basilius Magnus. Matth. 6.

Innocentius Tertius.

Quenam Episcoporum sine propria.

Act. 20.

negare, nomen Episcopi significare iurisdictionem: non negamus etiam, Deum dare iurisdictione;

Secunda ratio quinti argumenti, ab Episcopatu.

Secundo argumentatur a consecratione, per qua Episcopatus confertur, in qua consecrator non minus petit a Deo iurisdictionem, quam ea, que Ordinis sunt.

Exod. 7.

quidam a Deo in consecratione ea, que iurisdictionis sunt; non tamen inde consequitur, quod ex vi consecrationis detur, sed ex iniunctione, ut cum agatur de modo, quo derivatur iurisdictione, latius explicabitur.

Tertia ratio.

Tertio argumentatur: quia Episcopatus est Sacramentum, habet namque signa sua sensibilia, & gratiam, potestatemque, que in ea confertur: ergo iuris diuini est eius etiam iurisdictione.

Quod Episcopus non sit Sacramentum, ostenditur.

Sed in hoc argumento negare possumus tam antecedens, quam consequens: quia in Episcopatu quod attinet ad potestatem, non datur nouus gradus super alios, & Episcopus esset, ut alius quid posset quam Ordo Sacerdotalis, alioqui enim non esset ascendens gradus. Quod autem nihil altius possit, ex eo deducitur: quia Ordo Sacerdotalis potest conficere, & offerre corpus Christi, quo nihil altius potest Episcopus: imo nec id, quatenus distinguitur a simplici Sacerdote, efficere potest.

Quid tantum supra simplice Sacerdote possit Episcopus.

infra illum, & non supra, nec equalia. Itaque si dicamus, Episcopum accipere potestatem, qua possit hec peculiaria munera prestare, eius potestas inferior esset Sacerdotali. Si autem dicamus, accipere unam potestatem, qua possit ista facere, que facit Episcopus, & ultra hec, etiam ea, que Sacerdos; esset quidem latior potestas, quia ad plura se extenderet: non autem esset altior, vel sublimior, quia non se extenderet ad altiora: & idcirco non faceret nouum ordinem, aut gradum; & ita deesset hic effectus Sacramenti.

Episcopi maior quidem, non autem altior potestas esset quando quam simplicis Sacerdotis.

Sextum argumentum.

Secunda ratio

Hebr. 5.

Tertia ratio.

Matrimonij vinculum immediate vnde fit.

Genes. 2. Matih. 19.

Sexto loco petuntur argumenta ab Episcopis: quia si iurisdictione ipso esset iuris positum, posset Pontifex omnes tollere Episcopos, & omnem eorum iurisdictione. Sed hoc iam superius solutum est. Secundo obijciunt, Scripturam, & sanctos Patres asserere, Episcopos vocari a Deo, non autem a Papa. Respondemus, Scripturam, & Patres vtrumque dicere: sapienter enim Patres aut Episcopos vocari a Deo, sapienter etiam vocari a summo Pontifice, & Sacerdotes ab Episcopis, ut supra vidimus. Imo Patres sententias, que tradunt Episcopos oportere vocari a Deo tanquam Aaron, interpretantur de vocatione Canonica per Ecclesiam & Pontificem. Tertio obijciunt: Vinculum matrimonij est immediate a Deo, quod tamen non est aliud quam carnale vinculum inter maritum, & uxorem: vinculum igitur spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam, a Deo etiam erit immediate. Respondemus, vinculum matrimonij a Deo esse immediate: id enim instituit ipse, & lege nature, & expressius lege Evangelica: quia procreatio, & educatio prolis tale vinculum

indiuisum

Episcopi cum sua Ecclesia spirituale coniugium per Pontificem vel esset solubile, cur Deus fecerit.

Quarta ratio

Alter in Petro, & Apostolis, aliter in Episcopis eorum successoribus fuit.

Quinta ratio

Cyprianus.

Hierony. to. 3. circa initium.

Concilium Carthag.

indiuisum exigebant. Vinculum autem Episcopi cum sua Ecclesia, quantum est ex parte vtriusque, indiuisibile esse deberet: sed quia Ecclesie edificatio exigebat, ut ex varijs causis solueretur, voluit Deus ut solubile esset per suum vicarium, atque ita decreuit, ut per eum acciperet Episcopus iurisdictionem, & suae copularetur Ecclesie.

Quarto obijciunt: quonia si ex lege humana haberetur iurisdictione, ante omnem legem humanam non essent veri Episcopi: quod tamen est falsum, quia Apostoli veri Episcopi erant, antequam leges conderentur Canonice: ergo substantia Episcopatus est de iure Diuino; etsi postea Episcopi acceperint priuilegia, & iurisdictionis prerogatiuam non solum a Papa, verum etiam a Regibus. Ad hoc dicimus, ante omnem legem humanam fuisse Episcopatum, quod attinet ad Ordinem, & iurisdictionem, in Petro, & suis successoribus, & secundum alios etiam in Apostolis: in alijs vero potestas Ordinis nequaquam vi legis humane, sed diuine adest. Iurisdictione autem potuit quidem dari per iniunctionem Petri, & Apostolorum aliquibus primitiuis Episcopis ante Canones conditos; sed illis conditis per Apostolos, vel virtute Canonum, vel vi iniunctionis Pontificum, qui Canones condiderunt, confertur iurisdictione, non autem a Christo immediate, nisi forte quibusdam ex priuilegio, ut dictum est.

Quinto argumentatur ex eo quod omnes Episcopi videntur esse pares summo Pontifici, ergo non minus quam ille iurisdictionem a Deo immediate accipiunt. Quod autem aequales sint; probant ex quibusdam Patrum sententijs. Primum ex lib. Cypriani. de simplicitate Prelati. Episcopatus vnus est; cuius a singulis in solidum pars tenetur. Et ex Hieron. ad Euiagr. Vbiunque fuerit Episcopus, siue Roma, siue Augubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandria, siue Thamnisi, eiusdem meriti, eiusdem est Sacerdotij: potentia diuinitarum, & paupertatis, humilitas vel sublimior, vel inferior Episcopum non facit: ceterum omnes Apostolorum successores sunt. Idem colligitur ex Can. 26: Concilij Tertij Car-

thaginensis, vbi habetur: Prima sedis Episcopus non appelletur princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid huiusmodi; sed tantum prima sedis Episcopus. Adhuc in cap. Ego Ludouicus dist. 63. vocatur Pontifex Petri vicarius, & ita non est par illi in potestate. Nicolaus etiam Iunior presidens in Synodo Constantinopolitana, que citat Iuon. part. 5. cap. 80. ita statuit: si quis pecunia, aut gratia humana, aut populari, seu militari tumultu, sine concordia, & canonice electione, & benedictione Cardinalium, Episcoporum, ac deinde sequentium Ordinum religiosorum, Apostolica sedi fuerit inthronizatus; non Papa, vel Apostolicus, sed apostolicus habeatur: liceatque Cardinalibus, Episcopis cum religiosi, & Deum timentibus clericis, & laicis inuasoribus, etiam cum anathemate, & humano auxilio, & studio a sede Apostolica repellere, & quem dignum iudicauerint, proponere. Quod si hoc iura: urbem perficere nequiverint, nostra autoritate extra urbem congregati, in loco quo eis placuerit, eligant quem digniore, & vtiliore Apostolica sedi perspexerint, concessa ei autoritate, & disponendi res ad vtilitatem sancte Romane Ecclesie, secundum quod ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quasi iam omnino inthronizatus sit.

Dist. 99. C. prima sedis.

Ius Episcopus. Romanus Pontifex simoniacus, & sine contentu Cardinalium si intratus fuerit, quomodo habendus.

Haec ibi: ex quibus videtur Papa minus Cardinalibus, quia ei benedicit, & ab illis accipit auctoritatem regendi. Adhuc Greg. ad Eulog. Alex. Episcopum ita habet: Ecce in praesentia existo, quam ad me ipsum, qui prohibui, dicebatis, superba appellatis verbum, vniuersis me Papam dicentes, imprimere curastis. Quod peto dulcissima mihi sanctorum vestra vltra non faciat, quia vobis subtrahitur, quod aliter plusquam ratio exigit, praeberetur. Producit & Bernardus, qui in lib. de consid. ad Eugenium sic inquit: Erras, si ut summam, ita & solam institutam a Deo vestram Apostolicam potestatem existimas. Si hoc sentis, dissentis ab eo, qui ait: Non est potestas nisi a Deo. Proinde quod sequitur: Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, etsi principaliter pro se facit, non tamen singulariter. Denique ait: Omnis animae potestatis sublimioribus subdita sit: non autem sublimiori, tanquam in vno, sed sublimioribus tanquam in multis.

Greg. lib. 7. Regist. epi. 39. ius sine tom. 2.

Par. 1. dist. 99. cap. Et ecce. B. Bernard. libro. 3. de considerat. a medio.

Rom. 13. Ibidem.

Ibidem.

Tom. 12.

Fff 3

Non

**Matth. 19.** Nō ergo tua sola potestas à Domino, sunt & mediocres, sunt & inferiores. Et quomodo quos Deus coniunxit, nō sunt separandi; sic nec quos subiunxit, comparādi. **Egregia similitudo Bernardi.** Monstrum facis, si manu submouens digitum, facis pendere de capite, superiore manui, brachio collateralem. Tale est, si in Christi corpore membra aliter locas, quā disposuit ipse. Nisi tu putas alium esse qui posuit in Ecclesia quosdam quidē Apostolos, quosdam autē Prophetas, alios verō Euangelistas, alios Doctores, & pastores, ad consummationem Sanctorum, in opus ministerij, in adificationem corporis Christi. Hęc illi. Ex quorū prioribus sententijs videtur æquari potestas ipsorum Episcoporum ipsi Papæ; ex illa verō Bernardi videtur quod cæteræ potestates sint à Deo institutæ non minùs quā Papatus, & quod non possit Papa alios ab ordinariorum suorum iurisdictione à Deo sibi data eximere, & sibi immediatē subijcere. Respondemus, in primis falsissimū esse, parem esse iurisdictionem Episcoporum cum ipso Papa, vel cum aliquo Apostolorum: nam si ita esset, posset vnusquisque totam vniuersalem regere Ecclesiam, & confusio magna in illa, & perturbatio existeret. Hinc sancti omnes Patres Pontificem Romanum Papam, hoc est, Patrem patrum, siue Principē, & caput Episcoporum vocant; Sedem verō Romanam, Ecclesiam principalem, matrem, & matricem, & radicem, & magistram omnium Ecclesiarum appellant. Quare Augustinus libro de Baptismo paruulorum contra Donatistas: Puto, inquit, quod sine vlla sui contumelia Cyprianus Episcopus Petro Apostolo comparatur, quantum attinet ad martyrij coronam: caterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illum Apostolatū principatum cuiuslibet Episcopatus præferendum? Sed etsi distat cathedrarū gratia; vna est tamen martyrum gloria. Et ante eum Ignatius epistola ad Trallianos: Non sicut Apostolus precipio, sed metior meipsum, ne in gloriatione mea peream; bonum est enim in Domino gloriari. Et si saluatus fuero apud Deū, plus me oportet timere, & non attendere ad

eos qui magnificant me. Hi verō qui me laudant, potius flagellant. Et in epistola ad Tarsenses: Hęc autem non sicut Apostolus precipio, quis enim ego sum, aut qua domus patris mei, vt aequalem me illis dicam? sed sicut commilito vester, & obedientia ordinem continens. His similia docet epistola quinta ad Trallianos, & epistola 15. ad Romanos. Clemēs verō Alexandrin. in libr. Stromatum ex Homero producit: Bellica namque Deus dedit huic vt mūnera obiret, Illi vt saltaret, cithara, cantūve sonaret: Ait Homerus. Sed vnusquisque habet proprium donum à Deo, hic quidem sic, ille verō sic. Apostoli autē fuere pleni in omnibus. Inuenies itaque, si volueris, ex eorum gestis, & scriptis, eorum cognitionem, vitam, prædicationem, iustitiam, castitatem, prophetiam. Et Chrysostomus in epistola ad Ephesios, in illud: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autē Prophetas, &c. Primum, ait, Apostolus; illi enim habebant omnia. Secundo loco Prophetas: erant enim, qui quidem cum Apostoli non essent, Propheta tamen erant, quemadmodum Agabus ille. Tertio Euangelistas, non circumeuntes scilicet, sed euangelizantes, vt erant Priscilla, & Aquila. Pastores & doctores, quibus videlicet vniuersus populus concreditus erat. Quid ergo? minores erant pastores, ac doctores? admodum: erant enim circumeuntibus & euangelizantibus inferiores, qui habitando quieti circa vnu duntaxat locum occupabantur, vt Timotheus, & Titus. Hęc ille. Vbi non solū præfert Apostolos Episcopis, sed inter ipsos ponit aliquos Apostolis inferiores, & Episcopis admodum superiores. Bernardus autem non solū præfert summum Pontificem alijs pastoribus, sed etiam ipsis Apostolis Christi: ait namque libro de Consideratione ad Eugenium: Sunt quidem & alij cæli ianitores, & gregum pastores; sed tu tantū gloriosius, quantū & differentius vtrumque præ cæteris nomen hereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi vniuersi crediti, vni vnus. Nec modò ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor. Vnde id probem quaris? ex

Sancti cum laudari se sentunt, potius flagellantur. Idem epist. 7. prope fin.  
Clem. Alex. lib. 4. Stromat. tom.  
Homerus.  
1. Cor. 12. Apostoli habuerunt omnia Spiritus sancti charismata.  
Chryf. hom. 1. in epist. ad Ephes. tom. 4.  
Act. 11.  
Bern. lib. 2. de consid. à medio.

Episcopi si parem cum ipso Papa, vel cum aliquo Apostolorum haberent iurisdictione, quā id foret absurdum.

Papa quid sit

Romanam sedem Patres quibus dignentur nominibus.  
Aug. lib. 2. de baptismo contra Donatist. cap. 1. à medio tom. 7.  
B. Cyprianus est martyrij laude, non tamen sedis primatu est cum Petro Apostolo conferendus.  
Ignat. epist. 5. sub inst.  
1. Cor. 1.

verbo Domini. Cui enim non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum sic absolute, & indiscretè tota commissæ sunt oues? Si me amas, Petre, pasce oues meas. Quas? Illius, vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certi regni? Oues meas, inquit. Cui non planum non designasse aliquas, sed signasse omnes? Nihil excipitur, vbi distinguitur nihil. Et fortè presentes cæteri discipuli erant, cum committes vni, vnitatem omnibus commendaret, in vno grege, & in vno pastore, secundum illud: Vna est columba mea, formosa mea, perfecta mea. Vbi vnitatis, ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent, sed diuisionem, recedentes ab vnitatis. Inde est, quod alij singulas sortiti sunt plebes, scientes Sacramentum. Denique Iacobus, qui videbatur columna Ecclesia, vna est contentus Ierosolyma, Petro vniuersitatē cedens. Cōsentunt igitur sancti omnes (licet breuitatis causa tantum paucos attulerimus) cæteros Episcopos nō solū Petro, sed & reliquis Apostolis inferiores esse. Quod clarè docuit Paulus, primos ponens Apostolos, & eis primitias Spiritus tribuens. Quod si Apostolis inferiores sunt, & ipso Petro, erunt etiam inferiores Papa legitimo Petri successore. Si quæ ergo sententiæ Patrum sunt, quæ prima facie contrarium facere videantur, ad sanum sensum sunt interpretandæ, ne illos cōtra se ipsos, & alios Patres, & Scripturam, & rationē sensisse dicamus. Cypriani ergo dictum, quod insolidum quisque Episcoporum tenet partem sui Episcopatus, intelligendum est, quod omnes Episcopi, quod attinet ad potestatem Ordinis, sunt æquales: at quantum ad iurisdictionem, quisque super suum peculiarem, & immediatum gregem, seclusa limitatione iuris postiuui, habet parem potestatem: & sic Pontifex comparatur cum reliquis Episcopis, quatenus Episcopus est Romanæ Ecclesiæ, non autem vt vniuersalis. Et ad eundem planè sensum exponendus est Hieronymus. Quod autem dicitur Papa vicarius Petri: vel ipsi Secretario Ludouici Imperatoris est impuandum, qui dicturus Christi, dixit Petri vicarium, vel ad eum sensum est

trahendum, quod Papa gerat vices Christi, quas gessit Petrus. Benedictio autem, quam electores præbent electo Pontifici, non arguit ipsos esse absolute maiores: aliòqui Episcopus Hostiensis, qui Papam consecrat, esset eo maior: sed concludit, in illo actu esse minorem, sicut minor est Papa suo confessore, dum ab eo absoluitur. Quod verò dicitur ab electoribus concedi auctoritatem regedi, intelligendum est quantum ad executionem, quia acquiescunt, & consentiunt, vt electus vtatur potestate sibi Deo collata, etiam antequam consecretur, vel inthronizetur. Gregorius verò, qui in Epistola ad omnes Episcopos vocat se Episcopum vniuersalis Ecclesiæ, sicut & cæteri Pontifices ante, & post eum sese vocarunt, & ab alijs appellati sunt, & salutari, dū ad Eulogium scribens, præcipit ne eum vocet vniuersalem Episcopum, ne sibi, atque alij aduersetur: illud intelligit per vniuersalē Episcopum, aliud per Episcopum vniuersalis Ecclesiæ. Nam Episcopus vniuersalis Ecclesiæ is est, qui vacat curæ, & regimini vniuersæ Ecclesiæ, & causis quæ ipsam concernunt, alios inferiores Episcopos in suis locis, & gradibus relinquens, atque in exercitio suorum munerum. At vniuersalis Episcopus ille est, qui solus omnibus præest, & omnia curare vult, & causas omnes ad se trahere, atque alios à suis muneribus excludere. Ob id Gregorius dicebat, Eulogiū alijs Episcopis auferre, quod sibi soli indebitè tribuebat, quasi Gregorius fuisset illo modo solus Episcopus. Et ad eum sensum Gelasius Papa cap. Nullus. distinet. 99. prohibet aliquid Patriarcham vocari vniuersalem: quia videlicet alij Patriarchæ non essent, si ipse vniuersalis esset, & solus. Potuit etiam Gregorius reilesa manente, titulum pro eo tempore humilitatis studio auersari, & re futare, quod exemplum præberet Constantinopolitanis Patriarchis, qui illum titulum indebitè vsurpabant, & ad malum sensum. Ad bonum siquidē sensum dici potest solus summus Pontifex Oecumenicus, vt Leonis est

Papa quomodo Petri vicari⁹, vt quidam Rex Catholicus dixit.  
Qua ratione summus Pontifex suis electoribus, à quibus benedicitur, minor sit.  
Hebr. 2.  
Gregorius cur se Episcopum nominet vniuersalis Ecclesiæ.  
Quis sit Episcopus vniuersalis Ecclesiæ.  
Vniuersalis Episcopus quis ille.  
Quare Gregorius nomen recusauerit vniuersalis Episcopi.  
Gelaf. Papa.  
Constantinopolitani Patriarchæ vniuersales: se Episcopos nominabant.  
Qua ratione summus Pontifex solus Oecumenicus dici possit.

Ioan. 21.  
Nihil excipitur vbi distinguitur nihil.  
Caut. 6.  
Vbi vnitatis, ibi perfectio.  
Gal. 2.  
1. Cor. 12.  
Ephes. 4.  
Rom. 8.  
Episcoporum vnusquisque insolidū partē sui Episcopatus tenet, quo Cyprianus sensu dixerit.  
Hier. 10. 9.

acclamatum in sancta Synodo Chalcedonensi: nō vt solus, alijs exclusis, sit Episcopus, sed vt solus sit vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, alij verò particularium.

Ad Canonem Concilij Carthaginensis III. respondendum, quòd à tempore Cypriani cœperunt Africani Episcopi separari ab Ecclesia Romana. Tempore etiam Aurelij Carthaginensis Episcopi, & Innocentij Papæ, amaro, & exacerbato animo erant erga Ecclesiam Romanam: donec tempore Eulalij Carthaginensis, & Bonifacij Papæ Romani inuicem reconciliati sunt: & facile fieri potuit, quòd in hac amaritudine animi hic Canon sit ab eis conditus. Quæ solutio si minus placeat, dicendū cum Leone IX. epist. ad Petrum & Ioannem Africanos, quòd per primam sedem intelligunt Carthaginensem, Metropolitim totius Africae. Ait enim de omnibus praelatis Ecclesiæ: *His omnibus diuino & humano privilegio praelatus est Pontifex Romanus. Sed de Africa primatibus aliter intelligendum est, quia in singulis eius prouincijs antiquitus primates instituebantur, non secundum potentiam suæ ciuitatis, sed secundum tempus suæ ordinationis: quibus tamen omnibus præerat vnus, scilicet Carthaginensis Episcopus: qui etiam non incongruè dici potest Metropolitanus; propter Carthaginem Metropolitim totius Africae, quorum supra meminimus.* Ita legimus in Concilio III. Carthaginensi, Can. 25. *Prima sedis Episcopus non appelletur princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum prima sedis Episcopus.* Sic Leo IX: *Quam latè autem pateret hæc Metropolis, vt prima sedes vocaretur, asserit Gregorius Nazianzenus in oratione de B. Cypriano, dicens: Non enim Carthaginensium Ecclesia præedit soli, sed Africa, sed Hesperia vniuersa, imò Orienti ferè ipsi ad finem vsque Meridiei, & Septentrionis, quocumque ille admiratione sua peruenit. Et paulò inferius: Erat enim nomen Cypriani apud omnes celebre, & non solum apud omnes Christianos, sed illos etiam, qui aduerso partis erant. Probitas enim apud cunctos pariter venerabilis*

existit. Hæc ille, vbi quod ait, quòd præedit Carthagini, & Africæ, propriè accipiendum est, nimirum iure suæ sedis. Quod verò ait, præfuisse Hesperia, & ferè vniuerso Orienti, atque orbi, imò etiam non Christianis solum, sed illis etiam, qui aduersæ partis erant: id personale fuit, propter pietatē, & eruditionem, propter quã vndique ad eum omnes accurrebant. Sententia verò Bernardi non contenta, alios Episcopos æqualem cum Papa sortitos potestatē asserere, quia contra hoc ipse euidenter docuerat, non solum de Episcopis, sed de reliquis Apostolis. Quod etiã ex hac sententia confirmatur, quia ait, Papã habere summam potestatem. Quod ergo ait, potestates illas inferiores Ecclesiæ etiam à Deo esse, verum est: sed intelligit, omnes à Deo esse immediate. Quod ex duobus colligitur: primò enim fatetur, alios vocatos esse in partem sollicitudinis: deinde verò declarat, quomodò sint à Deo per sententiam Pauli de secularibus potestatibus. Illæ enim licet à Deo sint, media tamè cõmunitatis potestate sunt. Et licet reprehendat exèptiones absque causa factas, quoniam Deus vult vt leges humanæ, præfertim Ecclesiasticæ, absque causa non violentur, nec dispensentur: ad idque tenetur iure diuino, & naturali Pontifex: tamen etiam in hoc fatetur Bernardus, Pontificem habere autoritatem, licet cum ea facit, illa abutatur. Ait enim in libro de Consideratione: *Subtrahuntur Abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis, Archiepiscopi Patriarchis, suæ primatibus. Bona ne species hæc? Mirum si excusari queat vel opus. Sic factitando probatis habere vos plenitudinem potestatis, sed iustitia fortè non ita. Facitis hoc, quia potestis: sed verum & debetis, quæstio est. Honorum ac dignitatum gradus, & ordines quibusque suos seruare positi estis, non inuidere, vt quidam vestrorum ait: Cui honorem, honorem. Sic ille. Nec contra hanc potestatem summam in solo Pontifice sitam facit Ecclesiæ primitiua praxis, in qua solebant omnes Sacerdotes omnia præstare, vt ex Ambrosio colligitur, qui*

Probitas quã venerabilis sit, teste Nazianzeno.

In quem sensum Bernardus potestates inferiores à Deo esse dixerit.

Rom. 13.

Exèptiones quæ magis ac reprehensibiles eidem.

Bernardus lib. 3. de Consideratione paulatim à medio.

Rom. 13.

B. Ambrosio. 5. à medio.

Quando primū Africana Ecclesia à Romana sece distinxerit, ac separauerit.

Leo IX.

Mos Ecclesiæ Africanæ.

Conc. Carthaginense. Africana sedes, quã longè latèq; pateret.

Greg. Nazianzenus orat. 15.

B. Cypriani Carthaginensis Episcopi quã olim celebre nomen esset.

Quamobrem Ecclesiæ natiuitas in principio ministri omnia laicra munera obirent, secū dū Ambrosium.

Primi presbyteri, Episcopi dicuntur olim.

Exod. 29. & alibi passim. 1. Pet. 2.

in Quartum cap. epist. ad Ephes. ita scribit: *Vt ergo crescere plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est & euangelizare, & baptizare, & Scripturas in Ecclesia explanare. At vbi autem omnia loca circumplexa est Ecclesia, conuenticula constituta sunt, & rectores, & cetera officia in Ecclesijs sunt ordinata, vt nullus de clero auderet, qui ordinatus non esset, presumere officium quod sciret non sibi creditum, vel concessum. Et capit alio ordine, & prouidentia gubernari Ecclesia: quia si omnes eadē posset, irrationabile esset, & vulgaris res, & vilissima videretur. Hinc ergo est, vnde nūc neque diaconi in populo prædicant, neque clerici, vel laici baptizant, neque quocumque die credentes tinguntur, nisi ægri. Ideo non per omnia conueniunt scripta Apostoli ordinationi, quæ nunc in Ecclesia est; quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta. Nam & Timotheum presbyterum à se creatum Episcopum vocat, quia primi presbyteri Episcopi appellabantur, vt recedente eo, consequens ei succederet. Denique apud Egyptum presbyteri consignant (id est, confirmant) si præsens non sit Episcopus. Sed quia cœperunt sequentes presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos, immutata est ratio, prospiciente Concilio, vt non ordo, sed meritum crearet Episcopum, multorum Sacerdotum iudicio constitutum, ne indignus temere vsurparet, & esset multis scandalum. In lege nascebantur Sacerdotes ex genere Aaron Leuita. Nunc enim omnes ex genere sunt Sacerdotali, dicente Petro Apostolo: *Quia estis, inquit, genus regale, &**

Sacerdotale. Ideoque ex populo potest fieri Sacerdos. Hæc Ambrosius. Ex quibus constat, initio Ecclesiæ, omnes ministros omnia potuisse, & hoc ex concessione: postea autem rectores, & certa officia fuisse ab Ecclesia ordinata, diuisasque iurisdictiones. Vnde habemus, iurisdictionem ex iniurisdictione dari, & concessione Ecclesiæ, in qua quia præfuit semper Petrus, aut eius successor, idcirco ab illis habuerunt illi, qui omnia poterat, quod illa posset: sicut etiam hodie religio ex cõmissione Pontificis possunt vbi que prædicare, & absolvere, qui ob id potestate pares ipsi Pontifici nō sunt, quia ex cõmissione ab illo habent potestatem. Ita igitur illi priores, antequam constituta essent ordinariorum officia in Ecclesia, & iurisdictiones distributæ, habebant illam potestatem ex cõmissione Petri delegatam, & non ordinariam, quam quidem tunc intellē, & sapienter Petrus illis creditum propter Ecclesiæ, quæ tunc fundabatur, necessitatem, tum quia ministri Ecclesiæ primitias Spiritus habentes, potestate non abutebatur. Nunc autem, quia Ecclesia nō ita eget, & in ministris refriguit charitas, non expediret huiusmodi concessionem passim facere, sed quibusdam tantum selectis, & ad id muneris aptis, & singularibus donis exornatis à Christo Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto omnis gloria deferatur, honor quoque, potestas, & imperium in perpetuum, Amen.

Exod. 19.

Qua ratione iurisdictione conferatur.

Iurisdictionis omnibus Ecclesiæ ministris conferendæ in Ecclesia primitiua duplex causa.

Rom. 9.

Cur modò in Ecclesia quidam munera tantū quædam exerceant.



TRACTATVS LXIX.

In quo reliqua argumenta quæ supersunt, resoluuntur: maximè verò quomodò Episcopi sint successores Apostolorum.

OEPIMVSEXTO loco contexere argumenta, quæ sunt ab his, qui asserunt, potestatem iurisdictionis Episcoporum à Deo immediate promanare: & iam quinque rationes à principio produximus. Sexta ratio producit ab honestissimis titulis, &

Sexta ratio producit ab honestissimis titulis, &

Sexta ratio

Quibus nominibus, ac titulis passim apud Patres Episcopi honestentur. Ambros. 10. 5. sub finē.

2. Cor. 5.

Episcopi quales Christi vicarij sint, & dicantur.

2. W.

Episcopi quales Christi vicarij sint, & dicantur.

Episcopi quales Christi vicarij sint, & dicantur.

Hesychius.

prærogatiuis, quas Patres Episcopis tribuunt. Vocat enim eos Christi vicarios, vt habetur. 33. q. 5. cap. Mulier. Ambrosius etiã in illud. 1. Tim. 5. Aduersus presbyterum accusationem ne receperis: Quoniã huius ordinis, inquit, sublimis honor est, huiusmodi enim vicarij Christi sunt, idcirco nõ faciliẽ de hac persona accusatio debet admitti. Sic ille. Et in cap. Oues. 6. q. 1. à Pio Papa dicitur, quod à Deo, & non ab hominibus sunt Episcopi iudicandi. Dicunt etiã, eos Christi legatione fungi, vt habetur in cap. Omnes. 6. q. 1. vocantur quoq; Ecclesiæ colunæ, vt patet ex Clemente Romano superius producto. Dicuntur & fratres Pontificis; & ideo ab eodẽ, à quo Põtifex, potestati accipiunt, nempe Christo: sicut qui fratres sunt, ab eodẽ patre generantur. Sunt etiam membra Põtificis, quasi capitis; & ideo ab eo reguntur. Demum sunt Apostolorum successores, vt Hieronymus, Augustinus, Cyprianus, & penẽ innumeri Doctores, atque Pontifices testantur: quod etiã fatentur Scholastici Doctores. Ab eo igitur habet potestatem, à quo Apostoli, quibus successerunt, nempe à Christo. Solumus hoc, admittendo, has prærogatiuas habere quidẽ Episcopos, nihilominus iurisdictione nõ habere immediatẽ à Christo, nisi interueniente Papa. Et si Christi vicarij nominentur, & sint; non tamen sunt vicarij generales per totã Ecclesiam, sed tantum in suis diocesis: & ideo à generali vicario creati sũt, qui solus à Christo potest præfici. Nulla enim est potestas ea Chri minor, quẽ valeat instituire Papæ potestati: Papa verò dare potest quãuis iurisdictione particulare, sicuti solus Rex, vel potestas regia maior potest instituire vniuersalis Proregem, Prorex autem vniuersalis potest alios particulares Proreges constituere. Si sufficeret etiam ad statuẽdam iurisdictionem Episcoporum de iure diuino, asserere quod sint Christi vicarij: idẽ liceret & alijs curatis, qui ita vocantur, vt habes ex Hesychij lib. 2. in Leuiticum, de Pœnit. dist. 3. cap. Inter hæc. Idem etiã liceret dicere de Imperatore, quia Christi vi-

carius ab Anastasio epist. ad Anastasium Imperatorem his verbis vocatur: Petrus clementia vestra sacrariũ est publica vilitatis, vt per præstantiã vestrã, quam velut vicariũ Deus præsidere iussit in terris, Euãgelicis, Apostolicisq; præceptis nõ dura superbia resistat, sed per obedientiã, qua sunt salutifera, cõpleantur. Sic ille. Quod verò dicuntur à Deo, & nõ ab hominibus Episcopi iudicandi per homines, intelligit Pius secularis, & oues, id est, fideles, ad quos loquebatur, qui temerẽ suos superiores iudicabant, & sæpẽ de occultis: nõ autem prohibet Pius, nec aliquis sanctus, quin inferiores ministri Ecclesiẽ per superiores iudices, & omnes deniq; per summum iudicentur: vt ipsa ratio hierarchiæ, & vniuersæ Ecclesiæ praxis ostendunt. Quod verò colunæ existant, haud pugnat, quin possit à summo Ecclesiæ sub Christo architecto fulciri, & erigi, ab eo accipiendo iurisdictionem, atq; confirmatione, iuxta illud: Confirma fratres tuos. Fratres insuper, & membra Pontificis appellantur Episcopi: sed hoc non tollit, quin Pontifex illis præferatur vt primogenitus inter eos, iuxta illud Isaac ad Esau: Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugauit; & alibi; Esto dominus fratrum tuorum. Fratres quoq; sunt, quoniã potestati Ordinis Episcopalis equalẽ omnes immediatẽ habet à Deo: cũ hoc tamẽ à primogenito habent iurisdictione, ac si Rex cõstitueret primogenito suo, vt fratribus alijs suis principatus partẽ aliquã imperiret. In mēbris quoq; perspicimus, quod licet omnia mēbra à patre generentur, tamen virtute vnius mēbri principalis, vt cordis, formatur & reliqua: per iurisdictione summam Pontificis alij suam iurisdictione accipiunt. Deniq; fatendum est, Episcopos successores esse Apostolorum. Sed ex eo in primis non sequitur, quod habeant potestatem Apostolis equalẽ, quoniam, vt vidimus, Apostoli longẽ excellentioribus Episcopis. Deinde nõ sequitur, à Christo immediatẽ habere iurisdictione: tũ quia fortasẽ Apostoli illã non habuerunt, vt superius est dictũ;

A quibus nominem sint Episcopi iudicandi.

Episcopi colunæ Ecclesiæ quatenus sint.

Luc. 22.

Gen. 27.

Ibidem. Episcopi fratres Pontificis cur dicantur.

Episcopi Apostolorum successores sint licet, nõ tamẽ eis sunt potestate pares.

Chrysof. ho. 11. in epist. ad Ephes. tom. 4. Qui propriẽ succedat Apostolis.

Quod successerint Apostolis Patriarche, & Archiepiscopi, ostenditur.

Dionys. epist. 8. paulo à medio. 1. Tim. 3. Paulus legitur noster, B. Dionysio.

Luc. 16.

Isidor. li. 7. Etymol. capite. 12.

tũ etiã, quia licet Apostoli habuissent à Christo, & in equali potestate eis succederent Episcopi, non ob id sequitur, quod immediatẽ à Christo habeant potestatem illam, à quo Apostoli habuerunt, nempe à Christo Domino. Tum demum, quia Apostoli cũ minimẽ fixi essent in vno loco, sed discurrerent predicando, vt ex Chrysofostomo videre licuit; Archiepiscopi, & Patriarche, quorum est non in sola vna Ecclesia manere, sed Ecclesias sibi subditorũ Episcoporum visitare, proprius dici possunt successores Apostolorum, quã Episcopi: & tamẽ illi primi de iure humano sunt. Ergo non sequitur, Episcopos de iure esse diuino, quod successores sunt Apostolorum.

Quod autem prædicti sint successores Apostolorum, constat ex Patriarchis, & Archiepiscopis, qui & Metropolitanis sunt. Dionysius siquidem Areopagita epist. ad Demophilum ait: Merito sanẽ noster à Deo indultus legifer (id est Paulus) præfici prohibet eum, qui domui suæ eatenus non bene præfuerit. Qui enim regere nouit, & alterum regere: qui alterum, etiam domum: & qui domum, ciuitatem quoque: & qui ciuitatem, etiam veritatis vocem: Qui in modico fidelis est, & in multo erit fidelis: & qui in modico infidelis, in multo quoque infidelis erit. Ipse igitur (alloquitur Demophilũ) cõcupiscentia, & ira, atq; verbo congrua iure diuino impartire, tibi autẽ venerandi ministri moderentur (scilicet Diaconi) ministri Sacerdotes, Sacerdotibusque Pontifices, atque illis ipsis Apostoli, Apostolorumque successores conuenientia dicent. At si qui forte & inter ipsos à recto tramite deuisarit; is ab aequalibus, & sui Ordinis sanctis corrigatur, vt non ordo in ordinem ruens cuncta permisceat, sed vnusquisq; in suo ordine, suoq; officio maneat. Hæc ille, distinguens Apostolos, & Apostolorum successores, ab Episcopis, eis vtrosq; præferens. Ex quo cõuincitur, per successores Apostolorum nequaquam intelligere quosuis Episcopos, sed vel Patriarchas, vel Archiepiscopos, vel Romanos Põtifices. Isidorus quoq; lib. 2. Etymolog. inquit; Ordo Episcoporum quadripartitus est, id est,

in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque Episcopis. Patriarcha, Græca lingua summus Patrum interpretatur, quia primũ, id est, Apostolicũ retinet locũ: & ideo quia summo honore fungitur, tali nomine cõsetur. Sicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiscopus Græco vocabulo, quod sit summus Episcoporum; tenet enim vicẽ Apostolicã, & præsidet tã Metropolitanis, quã Episcopis ceteris. Metropolitanus autẽ à mēsurã ciuitatũ vocatur: singulis enim prouincijs præminet, quorum autoritatẽ, & doctrinã, & potestati ceteri Sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquis. Apostolis agere licet: sollicitudo enim totius prouincia ipsi (scilicet Episcopis) commissa est. Rabanus de instit. clericorũ huic subscribit sententiã, dicens: Ordo autẽ Episcoporum tripartitus est, id est, in Patriarchis, Archiepiscopis, qui & Metropolitanis sunt, & in Episcopis. Patriarcha, qui à Græca lingua pater, sine summo principum interpretatur, quia primũ, id est, Apostolicũ retinet locũ: & ideo quod summo honore fungitur, tali nomine cõsetur. Sicut Archiepiscopus Antiochenus, Episcopus Alexandrinus, antistes. Archiepiscopus Græco vocabulo dicitur, quod sit summus, vel princeps Episcoporum: tenet enim vicem Apostolicã, & præsidet ceteris. Singulis enim prouincijs præminet, quorum autoritate, & doctrina ceteri Sacerdotes subiecti sunt: sine reliquis Episcopis nihil agere licet, nisi quod singulis in propria parrochia commendatum est. Sollicitudo enim totius prouincia ipsi cõmissa est. Ruperus quoq; Abb. lib. de Diuin. Offic. Postquã duodecim Apostoli per vniuersum mundũ dispersi, singulis ciuitatibus præsiderent, tam ipsi, quã successores eorum misere per contiguas suis sedibus prouincias prædicatores, quos & Episcopos ordinauerunt, vt vbi recepti fuissent, omnia Christianitatis Sacramenta, velut ipsi Apostoli peragerent, vt per orbis comprehensiuales Episcopos ordinarent. Et aliorum quidem Apostolorum successores Patriarche sunt dicti. Petri autem successor pro excellentia principis Apostolorum, Apostolicus nominatur. Qui autem ab eis per prouincias missi sunt, tam ipsi, quã successores eorum, Archiepiscopi vocantur: & qui ab his per vrbes cõprouinciales ordi-

Patriarcha Græcẽ quid.

Archiepiscopus quid Græcẽ.

Metropolitani vnde dicantur.

Raban. de instit. cleric. cap. 5.

Ruper. Abb. lib. 1. de Diuin. Offic. 27. initio.

Qui dicatur Episcopi.

Quod. l. te Pa  
triarchæ, &  
Archiepisco-  
pi sint iuris  
positiui.

Greg. VII.  
lib. 6. sui Re-  
gis. epif. 10.

Innoc. III.

Ignat. epif.  
5. prope ini-  
tium.

nati sunt, & qui illis succedunt, vsque hodie simpliciter Episcopi nominantur. Hæc ille. Constat igitur, Archiepiscopus, & Patriarchas successores esse Apostolorum, magis etiã quam Episcopus: & tamen isti omnes de iure sunt positiuo; de pto Papa. Quod autem hi sint iuris positiuu, asserit Gregor. VII. epist. ad Gebuinu Archiepiscopu Lugdunensem, cuius primatu super quatuor prouintias, nimiru Lugdunensem, Rhodomagensem, Turonensem, Senonensem, confirmat in illa epistola, modo nullo interueniente munere electi; vel p moti fuerint: & munus intelligit, siue à manu, siue ab obsequio; & lingua. Innocent. quoque III. in epist. ad Episcopu Castellanensem scribit: *Autoritate presentiu districtius inhihemus, ne cui presbytero, vel alij in quocunq; officio constituto fas sit in tua diocesi prater suum assensum (cui tamè nolimus malitiose cuiquam denegare) officia celebrare diuina, ad penitentiam recipere confidentes, vel quacunq; Ecclesiastica Sacramenta exercere, nisi necessitatis articulus id exposcat. Nulli etiam Metropolitano, vel Episcopo liceat in Ecclesijs lege tibi diocesana subiectis, clericos instituire, vel institutos etiam ab alio, te inscio, promouere: vel parrochianos in tuu prauudicium tradere sepultura, saluis in omnibus supradictis consuetudinibus approbatis, & tam indulgentijs, quam priuilegijs Pontificum Romanorum.* Hæc ille. prescribens legẽ Archiepiscopo, & studens quod à iure humano sit eius iurisdictione. Non valet ergo argumentu: Succedunt Episcopi Apostolis, igitur habent iurisdictione de iure diuino. Nec etiã valet: Succedunt, vel tenent locu Apostoloru, ergo habent eandẽ potestatem sicut illi: nã sancti docent, Episcopus locu tenere Dei, vel Christi, Presbyteros autẽ, aut Diaconos locu Apostoloru. Hinc Ignatius epist. ad Trallianos ait: *Episcopo subiecti estote, sicut Domino.* Et infra: *Necessarium est enim, nos nihil prater Episcopu facere, nec aliquid agere. Sed & Presbyteri subiecti Episcopis estote, vt Apostolis Iesu Christi spei vestra; in quo perseuerantes in ipso inueniamur: Oportet ergo & Diaconis, qui sunt in ministerium Iesu Christi,*

*omnimodo placere. Non enim in cibo, & potu sunt ministri, sed ministri Ecclesiæ Dei: Oportet ergo præcepta eorum obseruare, sicut igne ardetem: ipsi verò sint tales, vos verò reueramini eos, tanquam Dominum Iesum Christum, quoniam custodes sunt loci eius, sicut Episcopus forma est patris omnium; Presbyteri verò sicut confessus Dei, & coniunctio Apostolorum Christi. Sine ipsis enim Ecclesiæ electa non est, neque collectio sanctorum, neque congregatio sancta.* Hæc ille, comparans Episcopu Deo Patri, Diaconu Christo, qui venit ministrare, Presbyteros verò ipsis Apostolis: & tamen nõ ex hoc inferitur, qd Episcopus sit æqualis potestatis cum Deo Patre, vel Diaconus cum Christo, vel Presbyter cu Apostolo. Sed neque sequitur, Diaconum superiorem esse Presbytero, quod ille locum Dei dicatur tenere, Presbyter verò Apostolorum: sicut etiam non sequitur, quod Presbyter æqualis sit Episcopo, quod dicatur vterque Apostolorum locum tenere. Idẽ epist. ad Magnesianos docet, Presbyteru locu tenere Dei, subditos autẽ Presbyteris locu Christi: & ideo sine Episcopo nihil debere facere, sicut Christus sine Deo Patre: ex quo tamẽ nõ efficitur, vt vel illi inter se æquales sint, vel æqualẽ habeat cu Christo potestatem. Polycarpus quoq; epist. ad Philippen. dicit, *Subiecti estote Presbyteris & Diaconis, sicut Deo, & Christo.* Ex quo tamẽ non recte quis inferret, aut Diaconu cu Christo æqualẽ habere potestatem, aut Episcopu cu Deo, nec qd inter se sint æquales. Alioqui quia etiã dicitur à Patribus, qd Episcopi locu habeant filioru Aaron, Presbyteri autẽ Sacerdotu filioru Leui, ac Diaconi Leuitaru, vt tradit Anaclet. epif. 2. & Hieron. epist. ad Dardanu, & Isidor. lib. de Eccles. offic. atq; alij permulti Patres, sequeretur, nostros ministros non habere maiore potestatem, quam illi habuerunt: qd falsum est. Vt intelligam, quid Patres intellexerint per hæc successionẽ Apostoloru, qua tribuit Episcopis, sciendũ est, per illã eos nõ intelligere æqualitatem potestatis, vt iã pbatu est, & probari adhuc amplius potest ex ipso Euãgelio, si per

Episcopum,  
Diaconu, ac  
Presbyterum  
quibus com-  
paret B. Ignatius.  
Matth. 20.

Idẽ. epif. 6.  
circa med.

Ioan. 5.

B. Polycar.

Episcopi,  
Presbyteri,  
& Diaconi,  
in quibz ad-  
umbrati.  
B. Anaclet.  
B. Hier. 10.  
3. sub init.  
Isidor. li. 2.  
de Eccles.  
Offic. c. 7.

Apostolorum  
successione  
Episcopis qua  
tribuant  
Patres.

Luc. 22. &  
1. Cor. 11.

Ioan. 20.  
Infra 21.  
Matth. 10.  
Act. 2. &  
seq.

Infra 6. &  
seq.

Psal. 108.  
& Act. 1.

Apostoli qua  
propria fun-  
cti sint pote-  
state, à Domi-  
no accepta.

Episcopi A-  
postolis suc-  
cedunt dupli-  
citer.

Apostolatũ intelligamus potestatem illã, quã acceperunt cu primu vocati sunt, & Apostoli nominati Marc. 3. & Luc. 6. perspicuum est qd maiorem potestatem tunc habebant, quam nũc habeant Diaconi, vel Sacerdotes, vel Episcopi, quod ad iurisdictionem, & ordinem attinet, quia tantum acceperunt potestatem prædicandi in Iudæa, baptizandi, & signa faciendi: quã tamen non est potestas ordinaria; aliõ qui in Ecclesiã Dei mansisset perpetua. Habuerunt etiam potestatem sumendi sumptus ab his, quibus prædicabant, nondum tamen erant Sacerdotes, quia in cenã facti sunt; nec acceperant remittedi peccata facultatem, quã acceperunt in die resurrectionis: nec Petrus acceperat summum Pontificatum: nec poterant extra Iudæam fructificare vsq; ad diem Pentecostes: nec ministrare Sacramento altaris, vt Diaconi, qui post Pentecosten instituti sunt. In illa igitur potestate superant Episcopi ipsos Apostolos: nec Apostolatus ille pertingebat vsq; ad Episcopatum. Idcirco etsi de Iuda Iscariote dicatur: *Et Episcopatum eius accipiat alter;* non tamen conficitur, Iudam fuisse Episcopu: sed accepit Matthias Episcopatum, quẽ ille erat percepturus, si perstitisset. Si autem loquamur de potestate, quam Apostoli post resurrectionem habuerunt: manifestum est, eos maiori potestate potitos fuisse, quam quisquam Episcoporum. Quod iam probatum est, & ex eo etiam confirmatur: quia Apostoli potestatem habebant fundandi, siue ædificandi vniuersam Ecclesiã: & vbiq; poterat verbum Dei, & omnia Sacramenta administrare, & causas omnes spirituales cognoscere, ac terminare: quã nemo particularis Episcopus potest. Ergo quia Apostolis Episcopi succedunt, & non in ea potestate, quam habuerunt ab initio: superest quod excedat in potestate, quã postea acceperunt. Et quia vt parẽ illis in potestate, aut vt habentes illam immediatẽ à Christo, non succedunt: dicendum est duplici de causa illos succedere. Prima est, quia, vt Apostoli viuentibus post Pentecosten erant

primi magistratus in Ecclesia sub Petro, ita illis decedentibus Episcopi funguntur primis magistratibus in Ecclesia sub Petro. Secunda causa: In Apostolis consideranda est duplex potestas, quãdã ordinaria, & particularis supra vnam Ecclesiã; quia singulis singulæ Ecclesiæ creditæ sunt, vt Bernardus, & Rupertus Abbates dixerunt: atque hæc erat potestas Episcopalis, quã in successores deriuanda erat. Altera autem erat potestas commissaria, & delegata, quã quia instituta erat ad fundandam Ecclesiã, cessauit in morte Apostolorum; & in hac nullus illis successit: nam etsi, vt diximus, Apostoli singulas habuerint Ecclesiãs, & in eis successores reliquerint Episcopos: nemo tamen illorum agnouit in se Apostolicam illam potestatem, vt fateatur de se ipso Ignatius Petri successor, & Episcopus in Ecclesia Antiochena. Sunt igitur, & dicuntur Episcopi successores Apostolorum, nõ illa potestate Apostolica, & delegata, quã non transibat ad successores, sed cum Apostolis expirabat, sed in Episcopali, & ordinaria potestate. Et quantum ad hanc, non ita succedunt, vt Episcopi teneant omnes Ecclesiãs, quas tenebat Apostoli, quia illi per paucas tenuerunt; & Episcopi tenent innumeras: sed ita, vt in illis, quas Apostoli tenuerunt, siue in alijs similem, & eandem Episcopalem autoritatem retineant sicut Apostoli. In Petro verò peculiare id fuit, quia etsi illi ante summum Pontificatum tributa sit par Apostolica potestas cum cæteris, ita vt nec ipsi in se inuicem, nec Apostoli in ipsum possent: sed quis illoru posset in reliquam Ecclesiã: postea tamen creatus est à Domino ordinarius pastor vniuersalis Ecclesiæ. Et ita Pontifices non succedunt Petro quantum ad illam delegatam potestatem, & Apostolicam, quia illa, sicut & cætera personalia dona, simul cum eo expirauit: sed in potestate ordinaria regedi vniuersalem Ecclesiã: quã quidẽ potestatis sicut non est adstricta ad aliquam particularem Ecclesiã, sicut potestas Episcoporum, sed ad vniuersam se extendit, sic & potestas Aposto-

Bern. lib. 2.  
De confid. a  
medio.

Ruper. Tui-  
tien. vbi su-  
pra.

In quo Apo-  
stolis illi mi-  
nimo succed-  
erint.

B. Ignat.

Ioan. 21.

Quomodo  
Petro succe-  
dant Romani  
Pontifices.



D. Bern. vbi supra.

Libros canonicos edere cuius titulum sit

Ioan. 1.0.

Cuius sit eos in canonem redigere, & sacros atq; diuinos declarare.

Infra 11.

Ecclesiastici ordinis series proponitur.

B. Gregor. 16. q. 1. c. ex autoritate.

Quae ratio sit, cur non ipsi solum Episcopi, sed & alij quoq; Ecclesiae ministri Apostolorum sint successores.

Clem. Alexand. lib. 3. Strom. a medio.

Chrysof.

lica. Ideo merito D. Bernardus singulariter dixit Pontifici: Tu es haeres Apostolorum, quasi Apostolus Petrus ex integro eius suam autoritate reliquerit, si de pastore loquamur. Quod dixerim, quia habuit aliqua priuilegia Petrus extra illam potestatem pastoralem, in quibus non ei succedunt reliqui Pontifices. Non enim fecerunt ius Canonicum, siue diuinum, nec aliquid illorum signa ediderunt sicut Petrus: quia edere libros Canonicos, non est cuiusuis, etiam Apostoli, sed eius tantum, qui accepit a Deo hoc donum. Vnde maior pars Apostolorum libros non scripsit Canonicos. Marcus autem, & Lucas, autoresque Veteris Testamenti etiam Apostoli non extiterint, libros tantum describere sacros. Ioannes quoque, Baptista non minor sanctitate Apostolis, nullum edidit signum. Etsi credendum sit, quod sicut Pontificis est canonizare libros, qui ut facti, & diuini habendi sunt, sicut Petrus probauit Euangelium Marci, & alij alijs temporibus sequentibus diuersos libros, de quibus ante dubium erat, canonicos esse definierunt: ita etiam ubi necessarium ad Ecclesiae aedificationem esset iuxta Diuinam sapientiae ordinem ut si gna ederent, daret quoque Pontifici potestatem edendi miracula, si Caiphas prophetauit, qui erat Pontifex anni illius. Et ita summus Pontifex & primus, & summus successor Apostolorum inuenitur. Deinde post illi sunt reliqui Patriarchae: post illos Archiepiscopi: postea Episcopi successores Apostolorum: post Episcopos vero Sacerdotes, ut ex Ignatio vidimus. Post hos vero monachi, nam Gregorius ita scribit: Ex autoritate huius decreti (quod Apostolica moderamine, & pietatis officio a nobis est constitutum) Sacerdotibus monachis Apostolorum figuram tenentibus liceat predicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, penitentias imponere, peccata soluere. Haec ille. Ratio autem, propter quam tot gradus dicantur succedere Apostolis, & non solum Episcopi, in proprium est: quia ut ex sententia Clementis Alexandrini, & Chrysostomi superius vidimus, Episcopi habebant omnia, & idcirco

cut in moribus, quia perfectissimi erant, exemplar erant omnium aliorum, ut quisque pro gradu sibi concessio haberet quod in eis imitaretur iuxta illud: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi sum: ita etiam in ministerio, & gradu Ecclesiastico summum locum tenebant, qui ab alijs ministris inferioribus imitabatur, iuxta gradum cuiusque. Et perfectissime quidem Apostolicum gradum refert summus Pontifex, ideo Apostolicus nominatur: deinde, ut diximus, Patriarchae, & Archiepiscopi: post hos Episcopi in ipso Episcopatu: adhuc Sacerdotes in Sacerdotio, Diaconi in Diaconatu, ut ait Ignatius, quia ipsi Domino ministrabant: Monachi vero in ipso monachatu, quia Apostoli obediunt, & continent, & pauperes fuerunt: sed adhuc magis illi monachi, qui erant etiam Sacerdotes, & in Sacerdotio, & monachatu Apostolos referebant, quos Gregorius ob id vocat successores. Non est ergo ad rem contra deriuationem iurisdictionis a Papa, argumentum sumptum ex eo quod Episcopi successerunt Apostolis. Septimo loco sumuntur argumenta a natura iurisdictionis, & in primis a iurisdictione ciuili: quia iurisdictionis ciuilis, qualis est regia, vel saltem iurisdictionis ipsa Reipublicae, de qua scriptum est: Per me Reges regnant, & Non est potestas nisi a Deo. Et in Daniele Nabuchodonosoro Regi dicitur: Donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuiusque voluerit, det illud. De potestate quoque Reipublicae adhuc clarius constat, quia non est alia potestas humana superior, a qua illa deriuetur, cum penes communitatem sit tota potestas ciuilis: igitur a Deo immediate proficiscitur. Et hoc non solum Scriptura, & ratio porrigit, sed etiam Patres affirmant. Nam Irenaeus tradit, ad utilitatem Gentium terrenum regnum positum esse a Deo. Et Tertullius lib. De Fuga in persecutione: Ab apice, inquit, regnorum, & imperiorum usque, a Deo disposito statu, in cuius manu cor regit, tanta quotidie arario augendo prospiciuntur remedia, &c. Et in Apologetico: Unde est Imperator, unde & homo an-

1. Cor. 4. & alibi.

Summus Pontifex, apostolicus cur dicitur.

B. Ignat.

Monachus Apostolorum successores Gregorij cur nominet.

VII. argum. a iurisdictionis natura.

Prou. 8. Rom. 13. Dan. 4.

Irena. lib. 5 cap. 3. Terrenum regnum a Deo constitutum. Tertull. Prou. 21. Idem in Apolog. cap. 29.

Idem ibid. cap. 34.

Augustus Imperij formator se dominum dei non esse passus teste Tertulliano.

Cap. 33. Idem.

Christianus cur nullus sit hostis, nedum Imperatoris

Tertull. Imperatoris quo loco haberet

Regnum vti a Deo sit.

1. Reg. 16. & 2. Reg. 5

Iurisdictione ecclesiastica magis a Deo pendere, quam Regiam, vel Imperatoriam

Potestas Reipublicae quatenus a Deo sit.

tequam Imperator, inde potestas illi, unde & Spiritus. Et infra: Augustus Imperij formator ne dominum quidem dici se volebat: & hoc enim Dei est cognomen. Et paullo ante: Merito dixerim, noster est magis Caesar, ut a nostro Deo constitutus. Et infra: Grande & hoc nomen hoc est, quod a Deo traditur: negat illum Imperatorem, qui Deum dicit: nisi homo sit, non est Imperator. Idem lib. Ad scapulam prope initium: Christianus nullus est hostis, nedum Imperatoris, quem sciens a Deo suo constitui, necesse est, ut & ipsum diligat, & reueretur, & honoret, & saluum velit, cum toto Romano Imperio, quousque, seculum stabit, tandiu enim stabit. Colimus ergo Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, ut hominem a Deo secundum, & quicquid est a Deo consecutum, solo Deo minore. Hoc & ipse voluit. Sic enim omnibus maior est, dum & ipsi in potestate sunt eius. Haec ille. Regnum igitur, & secularis iurisdictionis iuxta Scripturam, & Patres a Deo est: a fortiori igitur iurisdictionis Ecclesiasticae ab eo erit. Respondendum: regnum quidem a Deo esse, sed non immediate, sed per medios homines: Reges enim vel a Republica, siue communitate accipiunt principatum, vel ab alio aliquo Rege maiori: ex priuilegio autem contigit, ut Deus per se contulerit alicui regnum, ut Dauidi: & tunc etiam regnum illud ita datum a Deo, eiusdem erat naturae, & ad eundem finem, cuius regnum a populo collatum. Volebat etiam Deus, ut populus consentiret, & confirmaret iurisdictionem a se Regi datam. Iurisdictionis quoque Ecclesiasticae plus potest dici a Deo proficisci, quam regnum: quia non solum ex priuilegio alicui datur a Deo immediate, ut de Apostolis dici potest, & de quibusdam Episcopis, sed ex ordine datur a Deo immediate summo Pontifici, & per eum alijs inferioribus ministris. Potestas autem Reipublicae a Deo quidem est, qui creauit naturam communitatis liberam, cui & dominium dedit ad eum sensum, quod fecit eam ratione praeditam, & quatenus agnosceret se non posse seipsam per seipsam regere, posse autem transferre potesta-

tem in unum vel plures, ut per eos conuenienter regeretur. Ita ergo Deus, qui condidit animas huius, vel illius communitatis, ac dedit illis rationem, ac liberam voluntatem, non nisi media hac ratione, ac libertate facit prodire in iurisdictionem: & ita non est omnino immediate a Deo, sed consequitur illa, quae immediate sunt ab eo perfecta, nempe rationem, & voluntatem. Secundo argumentatur a iurisdictione Synagoga. Nam in lege summi Sacerdotes, & seniores non fecerunt Sacerdotes, sed Moyses: Moyses quoque, ipse non tulit de spiritu suo, & dedit Septuaginta senioribus, sed Deus: ius etiam Diuinum exerte statuit potestatem summi Pontificis in lege, & aliorum Sacerdotum officia, & ministeria Deuteronom. 17. & Numer. 28. Igitur cum nostra iurisdictionis maioris sit autoritatis, & momenti, illam Deus per se instituit. Respondemus, Deum & illam, & istam instituisse: sed ita, ut vtrique Testamento conueniebat. Et quia vetus status erat seruitutis, & neque ministri, neque subditi ad perfectionem ducebantur, non reliquit ipsis ministris tam multa statuenda, quia neque illi habebant spiritum statuendi, neque subditi spiritum parendi hominibus, si ex suo arbitrio, & autoritate leges conderent, & non ex Dei praescripto. In Nouo autem Testamento contra se res habet: quia & ministris datus est in copia Spiritus ad leges ferendas, & ministeria distribuenda; populo etiam nouo spiritus parendi, & cognoscendi quod Deo ipsi pareat, qui homini eius locum tenenti pareat. Adde etiam, quod ea, quae in Veteri Testamento praecipiebantur, quia vni loco, & vni genti, & ad praescriptum tempus, nepe usque ad Messiam tradebantur, poterant stabilia manere, paucis additis quae adiungebant maiores. At in lege Evangelica, quia varijs gentibus, & in varijs regionibus, varioque caelo mansuris, & in finem usque mundi danda erant praecipua, expediebat ut relinquere ministeris potestas variandi, & condendi, & reuocandi, & dispensandi, leges pro ratione personarum, temporum, & locorum, & interpre-

II. ratio, septimi illius propositi argumenti. Num. 11.

Rom. 8. Qualis Veteris, qualisq; Noui Testamenti sit status. Heb. 7.

Altera conditio illorum statuum.

tequam

tandi: itaq; fat fuit Christum per se ipsum fundamenta quædam Ecclesiæ vniuersalia reliquisse: reliqua verò superædificanda relinquere suis ministris ab Spiritu suo dirigendis: atque hoc modo in iurisdictione factum est. Nam data est à Domino per seipsum Petro, & eius successoribus, & fortè Apostolis ex priuilegio: reliquis autè omnibus per eos voluit iurisdictionem dispensari, quia, vt diximus, ita magis expediebat, & magis hoc exprimit excellentia Noui Testamenti: quemadmodum etiam omnia minuta à Deo præscribi, declarat seruitutem Veteris Testamenti, in quo Iudæus tanquã sub pædagogico seruiebat.

Tertiò argumentantur à natura nostræ Ecclesiasticæ iurisdictionis; quæ quia necessaria est, sicut potestas ordinis, & magis adhuc necessaria, nam nec ordine vti quis licitè potest sine iurisdictione, per quam quis pascere, & regere dicitur, & non per solum ordinem, à Deo videtur esse immediatè, sicut ordo. Rursus cum charisma, & donum sit, sicut & gubernationes, de quibus Paulus 2. Corinth. 12. & ministerium, quod iuxta Petrum fit ex virtute, quam administrat Deus: nec Papa, nec eius potestas perungere valet ad creandum huiusmodi donum, vel infundendum, sed Deus ipse, à quo est omne cœleste munus. Respondemus, necessariam quidem esse iurisdictionem, magisq; necessariam ad regendum, quam ordinem: sicut & ille magis necessarius est ad effectus supra naturam positos, quam iurisdictione: ab ordine enim solo est quod quis cõsecret Eucharistiam, & plus ab ordine, quã à iurisdictione est, quod quis absoluat à peccatis. Licet ergo demus, esse necessariam iurisdictionem, & proinde à Deo existere: non propterea sequitur quod ab eo proxime proficiscatur. Nã tamen iurisdictione ipsa ad regimen necessariò requiratur, non est tamè necessarius modus procedendi remotus, vel proximus ipsius iurisdictionis, quoniam siue hoc, siue illo modo fiat, regi potest populus. Vt v.g. tempore Dauid necessaria erat sua iurisdictione ad regendum popu-

lum, non tamen erat necessarium, vt haberet regnum immediatè à Deo: quia et si ex consensu populi habuisset, poterat regere. Similiter etiam tempore Salomonis necessarium erat regnum ipsius ad gubernandum; non tamen necessum erat, vt regnum haberet ex successione patris, quia satis fuisset vel à Deo habere immediatè, vel ex electione populi. Malè ergo ex necessitate iurisdictionis infertur necessitas modi procedendi ex ipso.

Ad illud verò quod adfertur de natura iurisdictionis, quia videtur supernaturalis, & donum, quod non à Papa, vel creatura, sed à Deo possit infundi: Respondemus, delitescere hinc deceptionem ex eo quod non perpenditur, vel discernitur natura ipsius iurisdictionis, gubernationisve. Nam si sumatur pro gratia gratis data gubernandi, vel administrandi iurisdictionem, vt sumit Petrus, & Paulus: proculdubio donum est, quod ab homine procedere non potest, de quo vulgo dici solet: Dari officium, sed non discretionem. Iurisdictione autem, qua de hinc agimus, non est tale donum, neq; quid absolutum, sed relatiuum: dicit enim iurisdictione respectum, & relationem regentis, ad eum, qui regitur. Iurisdictione autem Ecclesiastica respectum denotat, non qualemcumq; sed regentis clerici ad subditum Christianum. Quia autem relatio sequitur naturam extremorum: & iurisdictione secularis nihil requirit supernaturale in regente, vel in recto, vel in eo, qui iniungit regenti vt regat, & recto vt regatur: ideo naturaliter prodit iurisdictionis secularis relatio, & naturale quid ipsa est. In Ecclesiastica autè iurisdictione aliter se res habet, quia opus est, vt rector aliquid supernaturale habeat, nempe vt sit Christianus, & clericus: directus etiam quid supernaturale habere debet, & ad minus, vt sit Christianus. Ille etiam, qui clericum præponit Christiano, debet habere supernaturalem potestatem, vel Episcopi, vel Papæ, vel quid simile. Ideo relatio iurisdictionis Ecclesiasticæ quid supernaturale est: ita tamè supernaturale, vt positus terminis, siue extremis,

Natura iurisdictionis inquiratur.

1. Cor. 12.

Vulgare pro uerbium.

Gal. 3.

Tertiaratio.

1. Pet. 4.

Quam sit necessaria iurisdictione.

& posita potestate statim oriatur relatio. Nõ quasi ille, qui præficit aliquem alteri, sit causa efficiens relationis, ita vt positus extremis sit in illius autoritate, vel potestate illam prohibere: quia necessariò sequitur extremorum suorum naturam. Et ideo cū primū Papa præficit aliquem superiorem alicui Ecclesiæ, sequitur relatio illa: nec opus est vt aliquid supra naturam Pontifex operetur, sed quod ex sua supernaturali potestate præponat clericum plebi Christianæ. Sicut enim charitas, ac reliquæ infusæ virtutes supernaturalia dona Dei sunt, & tamen secundum naturam sibi à Deo datam absq; miraculo inclinant ad actus suos: ita etiã supernaturalia dona in Papa, vel in prælati, vel in subditis, natura sua sequitur ipsa relatio. Quæ tamen non est aliquod charisma, quia nõ est aliquid absolutum, nec habitum dicit in anima, nec donum ex assistentia Dei illuminantis intellectum, & afficiens voluntatem ad gubernandum; hæc enim omnia sunt immediatè à Deo: sed est relatio quædam confurgens naturaliter ex iam dictis supernaturalibus donis; à quibus quia confurgit, eorum naturam sapit, & potest supernaturalis quædam relatio nominari. Vnde licet asseratur quod iurisdictione sit aliquid supernaturale, non est inconueniens qd procedat à Pontifice, quia eius iurisdictione supernaturalis est, & a Deo immediatè profecta. Nam quæadmodum charitas per actus suos seipsam auget, intenditq; ita etiã iurisdictione in Papa tanquã in fonte seipsam propagat, & distribuit. Nã vt aiunt Doctores Theologi, ad gratiam ipsam, & potestatem ordinis, quia non sunt instrumentales causæ, non potest vel homo, vel sacramentum ad eas efficiendas concurrere, vt instrumenta, sed tantum disponunt subditos ad eas suscipiendas: potestas autem iurisdictionis quia instrumentalis est, potest ab homine attingi, ita vt eam quasi Dei instrumentum conferat.

Papæ, vel Prælati in subdito quid sit illa relatio.

Quare ad gratiam ipsam, & potestatem ordinis efficiendam nequeat vel homo, vel Sacramentum concurrere, secundum Doctores.

VIII. argumentum ab incõuenientibus.

Octauo deducuntur argumenta ab inconuenientibus, quæ vitantur, dicendo, iurisdictionem à Deo esse immediatè: & à bonis, quæ talem sententiã

consequerentur. Primò enim tolleretur schisma, dū aliqui Episcopi aiunt: Ego sum à Deo, alij verò, Ego sum à Papa. Respondemus, facillè hoc schisma dissolui, si omnes dicant esse se quidem à Deo, sed per Papam: quia vbi schisma est, propter diuersas opiniones, si omnes complectantur eandem, vtrauis illa sit, cessat schisma: magis autem amplectenda est communis sententia, & quæ magis fauet vnitati: & quæ magis schismati repugnat, qualis est nostra. Deinde negamus quauis opinionum diuersitatem facere schisma in Ecclesia Dei: alioqui sancti Doctores, & antiqui Scholastici fuisset schismatici. Opinio igitur, propter quam quis non vult obedire Ecclesiæ, & cū ea cõmunicare, illa est quæ facit schismaticum: & non est putandum ita quemq; suæ opinioni adherere, vt velit se ab Ecclesia separare. Secundò argumentantur: quia ex hac sententia, quæ solius Turrecrematæ est, & propter quam iam dudum exulat ab Scholis, sequitur, Episcopos, cõmissarios esse Pontificis, nõ autem ordinarios, vt idè Turrecremata docet. Sed certè lógè à veritate alienum est, quod hæc opinio sit solū Turrecrematæ, vt fufe superius ostendimus: imò opposita opinio paucorum Scholasticorum est, & de fide suspectorum: & ab illis fortasse exulat Turrecremata, non autè ab Scholis Catholicorum. Imponitur etiam illi, quod dicat Episcopos commissariam, & non ordinariam habere iurisdictionem: contra quod diserte ipse docet lib. 2. cap. 64. Respondetur, inquit, quod potestas Papæ se habet ad potestates Episcoporum, & cõmissariorum, non sicut potestas Regis ad potestatem Principum habentium potestatem iure hereditario: nec etiam sicut potestas Regis ad potestates Principum habentium potestatem delegatam, vel commissariam: sed sicut potestas Regis, vel Imperatoris se habet ad potestatem iudicium in aliquo gradu regni, regiminis, vel imperij simpliciter instrumentorum ad regendum populū per se, vel per alios. Ita est sententia sancti Thomæ. Vnde in quarto dist. 19. dicit quod potestas Papæ se habet ad potestates iudicum cõstitutorum, per singulas ciui-

I. inconueniens.

Quæ vnitati fauet magis, sententia est amplectenda

Quæ opinio schismaticum efficiat.

II. inconueniens.

Turrecr. in summa Ecclesiæ.

Idem ibidè.

A quibus magnus ille vitæ aduersariorū calūnijs vindictetur.

Idem. Papæ potestas cui similitis.

D. Thomæ.

Idem.

Idem.

Ordinarium vnde dicatur

Ordinarij qui dicatur.

Potestas commissarij quæ nam propriè illa sit.

III. inconueniens. Acrius hæreticus inter Episcopum & Sacerdotem nullum agno utè discrimè. Martin. V.

tates. Et in fine secundi sententiarum dicit, quòd ita se habet potestas Papæ ad potestates inferiores, sicut potestas inferioris se habet ad potestatem pro-còsulis. Item in libro De perfectione vitæ spiritualis dicit idem S. Thomas: *Quòd si quis rectè consideret, in regimine Ecclesie hoc modo comparatur Archidiaconi, & plebani ad Episcopum, sicut in regimine temporali prepositi, & balui ad Regem. Et cum ex aduerso arguitur quòd hoc sit inconueniens, negatur hoc: & ad probationem responderetur negando consequentiam. Ratio patet ex dictis: quia isti iudices non sunt commissarij, sed ordinarij ponuntur. Pro quo notandum, quòd ordinarij dicitur ab ordine, vnde ordinarij videtur importare id, quòd secundum communem ordinem in Republica fit semper; propter quòd illud, quòd competit diuersis gradibus, & statibus in Republica ordinatis, ordinarij dicitur. Vnde potestates competentes huiusmodi institutis, in Ecclesia scilicet Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & Parochiali, dicuntur ordinarij; & illi, qui simpliciter in talibus statibus, & gradibus statuuntur vt regat populum per se, vel per alium secundum gradum, & statum, in quibus statuuntur, dicuntur ordinarij. Potestas autem Commissarij propriè loquendo videtur dici, quando alicui ab aliquo committitur eadem potestas, quæ est sua ordinaria, secundum quam vice eius aliquid agat. Vnde collatio talis potestatis non dicit nouum gradum potestatis, vel institutionem simpliciter in aliquo gradu noue potestatis, sed dicit commissionem eiusdem potestatis ab instituto in ipsa potestate: ita quòd potestas commissaria est commissæ ab instituto in gradu potestatis simpliciter. Et ita patet, quòd prælati isti à Papa positi, non sunt commissarij, sed verè ordinarij. Hætenus ille, cuius verba fusius recitauimus, vt eum vindicaremus à calumnia illi imposita.*

Tertio obijciunt, quia vitaretur hæresis Acrij, qui nullam differentiam esse afferebat inter Episcopum, & Sacerdotem: quæ etiam videtur sententia fuisse Vvicleffi, & Ioannis Hus, in quos Martinus V. in Bulla quadam damnationis eorum, iubet fideles inter alia interrogari, vtrum credant auto-

ritatem iurisdictionis Papæ ligandi, & soluendi, esse maiorem autoritate simplicis Sacerdotis, etiam si curam animarum habeat. Hæc ibi. Sed hic error facile vitaretur, asserendo iurisdictionem Episcopi esse à Deo immediatè. Respondemus, negando ad huc errorem vitandum opus esse asserere hæc opinionem. Nam satis vitatur error Acrij, dicendo differre Episcopum à Presbytero, eumq; excellere in potestate ordinis iure Diuino: & quantum ad iurisdictionem spectat, iure Ecclesiastico. Nam eo iure Episcopus, & curatus habent iurisdictionem, sed Episcopus maiorem quam curatus. Per hoc etiam vitatur error damnatus à Martino: nam negantes, Papam habere maiorem iurisdictionem quam inferiores, errabant contra ius Diuinum. Negantes verò, Archiepiscopum habere maiorem iurisdictionem, quam habeat vel Episcopus, vel curatus, in ius quidem Diuinum non peccabant, quia Archiepiscopus iure humano habet Archiepiscopalem iurisdictionem, in qua superat Episcopum (quippè in ordinaria æquales sunt.) Et ideo perperam ex hoc articulo inferebant, iurisdictionem Archiepiscopi esse iuris Diuini. Quia potius contrarium ex hoc sequitur: tum quia ibi fit mentio de Archiepiscopo; tum quia nulla mentio de iure Diuino facta est à quoquã. Imò Chryostomus, Hieronymus, Ambrosius, & Augustinus contrarium in nuunt, vt superius vidimus.

Quarto argumentum trahunt à bonis, quæ consequentur hanc opinionem: quoniam hac sententia definita reformabitur Ecclesia, & Episcopi habebunt suam autoritatem integram, & quæ sine causa tolli, vel impediri non possit, si iure Diuino eam habeant. Deinde non facile excusabuntur Episcopi à residetia, nec dabitur tertio locus commendis, seu multitudini beneficiorum, si iurisdictione statuitur esse iuris Diuini: quòd adeo firmum putarunt antiqui Patres, vt Episcopatum opus totius Trinitatis esse dicerent. Episcopatus enim autorem aiebant Patrem: mittentem autem Episcopum, dicebant Filium: Spiritum sanctum

Error quorundam per Martinum V. Pontificis Max. de iurisdictione Papæ, olim damnatus.

III. inconueniens.

Episcopatum quale opus esse dixerint antiqui Patres.

distri-

distribuentem dona. Respondemus: optandam quidem esse Ecclesie reformationem, & magnopere curandam: sed viæ bonæ assumendæ sunt. Nam vitium, vel error non potest esse instrumentum ad aliquod bonum consequendum: hoc enim ipso quod esset adiumentum ad bonum, bono appropinquaret, ac propterea bonum esset. Non est autem bonum, sed malum prætextu dubie opinionis prætensum iuris Diuini tollere, vel impedire, vel potestatem summi Pontificis, quæ verè est iuris Diuini, imminuere. Esset enim hoc velle, ius Diuinum dubium, imò falsum, vincere verum, & certum. Deinde vitia, quæ per reformationem tollenda sunt, vt simonia, ambitio, luxuria, auaritia, hæresis, & similia, expresse in ius Diuinum militat: habemus igitur certa iura diuina, quibus

Quæ aduersentur iuri Diuino.

hæc cõuellamus, ac labefactemus: non opus est igitur nouum, vel incertum ius Diuinum heri, & nudius tertius à paucis Scholasticis, & à cõmuni sententia Doctorum dissentientibus adinuentum medicare, aut introducere. Denique fate-mur, Episcopatum, & iurisdictionem ipsam, sicut omnia bona, opera esse Trinitatis: sed negamus, iurisdictionem ipsam ita esse immediatum opus Trinitatis, sicut est ordo. Nam in ordine imprimèdo, ipsa per se operatur, nec admittit Ecclesiasticam autoritatem cooperantem, & iniungentem, quam tamè pro sua sapientia, & bonitate admittere voluit in iurisdictione conferenda Episcoporum Dominus noster Iesus Christus, cui cū Patre, & Spiritu sancto, omnis creatura accinat perpetua laudem encomia in seculis sempiternis. Amen.

Iurisdictione quo pacto sit immediatum opus Trinitatis.



TRACTATUS LXX.

In quo differitur, an eo posito quòd potestas iurisdictionis à Christo Dño per Papam deriuatur immediatè, an hæc inquã deriuatio fiat vi iniunctionis hominis committentis iurisdictionem, an verò per cõsecrationem.

**D** Vicimus tam longa disputatione, iurisdictionis potestatem à Deo non nisi per Pontificem in Episcopos deriuari: nunc illud expediendum est, an hæc deriuatio à Pontifice fiat virtute simplicis iniunctionis, an verò virtute cõsecrationis; & an hæc deriuatio fiat à Papa, vt ipse solus assignet materiam, Deo iurisdictionem date: nam inter sex quæstiones initio propositas, hoc quinto loco disputatur nos esse polliciti sumus: nam à quarta hætenus dictum est. Quod igitur attinet ad primum dubium, non vna, & eadem est omnium sententia: nam quidam distinguunt, duplicem esse iurisdictionem, alteram quidem ordinariam, alteram verò commissariam: & ordinariam quoque sub-

Prima opinio.

distinguunt in alteram, per quam quis potest gubernare iuxta ius Diuinum, & in alteram, per quam potest iuxta canones editos à Pontifice Ecclesiam suam administrare. Hi igitur statuunt, omnem commissariam iurisdictionem dari vi iniunctionis, ordinariam verò omnem virtute cõsecrationis. Alij verò asserunt, omnem commissariam iurisdictionem, & omnem ordinariam, quæ gubernare quis potest secundum Canones, dari per iniunctionem, ordinariam verò, qua quis gubernat secundum legem Diuinam, non nisi per cõsecrationem. Alij verò tertio dixerunt, tam iurisdictionem commissariam, quam quouis modo ordinariam, nequaquam per cõsecrationem, sed per iniunctionem à Papa conferri: quæ sola vera est, & ca-

Triplex iurisdictione.

Secunda opinio.

Tertia opinio, probatior cæteris omnibus.

tholica

tholica sententia. Quam antequam cō-  
 probemus, & fundamenta aduersæ o-  
 pinionis reijciamus, in primis præ-  
 mittendum est, in quo cōueniūt duæ  
 istæ opiniones; & in quo differūt. Cō-  
 ueniunt igitur omnes in hoc, quod iu-  
 risdictio in Episcopos à Papa deriuat-  
 ur, atq; ab eo tanquam à præcipuo  
 Dei ministro, iuxta illud: *Sic nos æsti-  
 met homo vt ministros Christi, & dispen-  
 satores mysteriorū Dei: & iterum: Quid  
 igitur est Apollo? Quid verò Paulus? Mini-  
 stri eius, cui credidistis.* Nam certè sum-  
 mus Pontifex, qui & viator est, & na-  
 tura sua peccator, non nisi vt minister  
 Dei operatur, quicquid in Ecclesia o-  
 peratur, si vel ipsi Angeli iam beati,  
 administratorij spiritus & sunt, & di-  
 cuntur, in ministerium missi propter  
 eos, qui hæreditatem capient salutis.  
 De quibus eleganter Lactānius lib. In-  
 stitutionum diuinarum ait: *Deus (vt  
 principio docui) neq; nomine, cū solus sit,  
 eget; neque Angeli, cū sint immortales,  
 dici se deos, aut patiuntur, aut volunt: quo-  
 rum vnum, solumq; officium est seruire  
 nutibus Dei, nec omnino quicquam, nisi  
 iussu eius facere. Sic enim mundum regi à  
 Deo dicimus, vt à rectore prouintiæ, cuius  
 apparitores nemo socios in regēda prouin-  
 tia esse dixerit, quāuis illorum ministerio  
 res geratur.* Hæc ille. Cōueniunt ergo  
 omnes in hoc, quod iurisdictio à Papa  
 deriuatur, quatenus Dei minister est.  
 Verum in hoc ministerio intelligen-  
 do, magna est discrepātia. Nam aliter  
 qui iniungit, est minister, & aliter qui  
 consecrat. Quod vt perspicui possit,  
 considerādum, quid est iurisdictio  
 dari per iniunctionem, & quid per cō-  
 secrationem. Iniungere igitur iurisdi-  
 ctionem, est præcepto aliquo obliga-  
 re ad iurisdictionem assumendā, caq;  
 pro tempore, & loco vtendum; meta-  
 phora sumpta ab onerantibus iumenta,  
 qui iniungere, id est, intus iungere  
 solent pondera deferenda, dū ea oner-  
 rant. Ita cum superior iniungit alicui  
 subdito curam regendi subditos, duo  
 facit. Ipsi em̄, qui regere debet, præci-  
 pit vt assumat curam regendi alios tā  
 quam onus quoddam Dei amore por-  
 tandum; Subditis verò præcipit, vt ei  
 parcant, & obedientiæ iugum, & pō-

ntus  
 dus propter Dominum ferant. Itaq;  
 qui iniungit, etsi respectu Dei mini-  
 ster sit, ob quem sumit curam eligēdi  
 personam idoneam, & ei onus guber-  
 nationis imponendi: respectu tamen  
 ipsius electi, & eorum, quibus illum  
 præficit, ex autoritate agit quasi Ecce-  
 siasticus Princeps. Sicut etiā Rex, aut  
 Imperator, minister quidam est respe-  
 ctu Dei, vt ait Paulus; respectu autem  
 eorum, quos præficit, & eorū, quibus  
 præficit, Regem agit, & Principem.  
 Qui autē vi consecrationis aliquid  
 facit, quia adstrictus est ad certam for-  
 mam verborum, certaq; signa, & cere-  
 monias, quas si prætereat, nihil effi-  
 cit, ita est minister Dei, vt limitatum  
 valde habeat ministerium, nec ex au-  
 toritate sua, aut voluntate agat, sed ex  
 præcepto. Hinc est, quod nec augere  
 potest effectum consecrationis, neq;  
 minuere, neq; omnino tollere, nec va-  
 riare. Nec enim in baptizātis pote-  
 state positum est, vt gratiam, aut cha-  
 racterem non conferat, aut maiorem  
 aliquam gratiam, vel minorē, vel va-  
 riam, plusquam Dei pactū, & præscri-  
 ptum impertiri valeat: quod quidem  
 aliter se habet in iniungente, quia ma-  
 iorem iurisdictionem, & minorē in-  
 iungere potest, & si vult; nullā. Adhi-  
 bet etiam ille industriam suam, & vo-  
 luntatem, atq; autoritatem, & ita non  
 se habet instar nudi instrumenti, sed  
 agētis liberi ex autoritate: inde etiam  
 est, quod effectus, qui per cōsecratio-  
 nem dari solet, sublimis sit, & à Deo  
 solo spectandus. Et idcirco adhiben-  
 tur certæ ceremoniæ à Deo institutæ,  
 & ad eum tendentes: quasi dicat con-  
 secrans Deo: Domine, à te virtus des-  
 cendere debet, quia hoc opus supra vi-  
 res meas est: & ideo ad te iuxta modū,  
 quem præscripsisti, accorro, vt tu ipse  
 facias, qđ ego facere nequeo. Quod  
 etiam dæmon, qui simia Dei est, volēs  
 in hoc malē, & ridiculē eum imitari,  
 suis præscribit magis, & incantatori-  
 bus, præscriptis vt ceremonijs vtan-  
 tur, vt ea ratione testentur ipsū Deū,  
 cuius virtute fiat quod fieri optant.  
 Quia autem qui iniungit, vt prin-  
 cipale agēs sub Deo operatur, qui au-  
 tem cōsecrat, per modum instrumē-

Rom. 13.

Agere ex vi consecrationis, quid sit.

Dæmon si-  
mia Dei est.

ti,

Cur potius  
iniungens,  
quā cōsecrās  
aliquem, illū  
debeat as-  
similare sibi.

ti, & quia effectus quoq; diuersi sunt:  
 atque effectus iniunctionis magis est  
 attemperatus agenti, ille verò conse-  
 crationis altior, ad quem consecrans  
 non possit attingere, vtpote superna-  
 turalis: hinc fit, vt iniungens debeat  
 sibi assimilare illum, cui iniungit.  
 Quare nullam habēs iurisdictionem,  
 nihil alteri potest iniungere. Conse-  
 crans autem, quia vt instrumentum a-  
 git, cuius non est sibi similem redde-  
 re effectum (nec enim ferra scamnum  
 sibi simile facit, sed mens, ideave ar-  
 tificis) idcirco consecrans sæpē por-  
 rigit effectum, quem ipse non habet.  
 Nam absoluit peccator Sacerdos, &  
 gratiam cōfert ordinato peccator E-  
 piscopus.

Iurisdictio-  
nis, & conse-  
crationis mi-  
nistri in tri-  
bus differūt  
inter sese.

Qua ratione  
iurisdictio  
Deus videri-  
tur conferre.

Dionys. A-  
reopag. De  
Eccle. hier.  
c. 5. par. 3.  
paulo ante  
medium.

Differunt igitur in tribus hi mini-  
 stri: quod iniungens ex autoritate a-  
 git, & effectum inferiorem, & ad quē  
 ipse pertingit, & ad hoc quod sibi as-  
 similat illum, in quem agit. Contra  
 verò minister consecrationis nō agit  
 ex autoritate, sed per modum instru-  
 menti, & effectum suas vires superan-  
 tem confert: neque est necesse, vt in  
 se habeat quod alij confert, quia non  
 ipse propriē, sed Deus confert, qui o-  
 mnia bona in se eminenter præhabet:  
 quoniam tamen nō egeat ministro,  
 eo tamen pro sua bonitate communi-  
 canda vtitur. Vt enim furor caleos  
 immediatē per se ipsum facit, etsi in-  
 strumentis vtatur: ita Deus etsi in cō-  
 secratione vtatur ministro, & ceremo-  
 nijs tanquam instrumentis, vel instru-  
 mento similibus, tamen effectum cō-  
 secrationis: immediatē per se ipsum  
 operatur, minister verò si quid agere  
 dicitur, id facit per hoc quod appli-  
 cat ipsa signa sensibilia à Deo institu-  
 ta; nō autem per se effectum attingit,  
 etsi disponat suscipientem ad effectū  
 percipiendum. Hanc autem differē-  
 tiam inter huiusmodi ministros, quā  
 ponunt Scholastici Theologi, atque  
 ipsa rerum natura fide posita satis do-  
 cet, asserunt quoque sancti Patres. Nā  
 Dionysius in Ecclesiastica hierarchia  
 sic habet: *At verò sanctam & consecra-  
 tionum, & eorum, qui sacrantur, predica-  
 tionem Pontifex resonat id insinuante my-  
 sterio, quod sacrator ille diuinus, Diuine*

*est electio: non ipse sua gra-  
 tia promouendos ad sacros ordines ducēs,  
 verū afflatu Dei, quo in omnibus sacris  
 officijs agit. Ita Moses legalium cere-  
 moniarum promotor, neque fratrem Aarō  
 ad Sacerdotale munus iniungit, & quidem  
 cum Deo, & charum, & Sacerdotio non  
 ignoraret esse dignissimum, donec ad id  
 diuinitus agitatus, sub Deo Principe Sa-  
 cerdotalem consecrationem pontificaliter  
 consummavit. Ipse quoque noster augu-  
 stissimus, & primus Pontifex (hoc enim  
 propter nos fieri voluit benignissimus Ie-  
 sus) non se ipsum glorificauit, vt Scriptu-  
 ra ait, sed qui locutus est ad eum: Tu es  
 Sacerdos in æternum secundum ordinem  
 Melchisedec. Quocirca & ipse discipulos  
 ad Sacerdotalem functionem promouens,  
 & quidem cum esse: inferiorum Prin-  
 ceptis, quippe cum Deus: ad Patrem tamen  
 sanctissimum, diuinum, Spiritum, huius-  
 modi cōsummationis officium refert, dis-  
 cipulos (vt legimus) admonens, ne ab Ie-  
 rusalem discederent, sed expectarēt pro-  
 missionem Patris, Quam audistis, inquit,  
 ex me, quia vos baptizabimini in Spiritu  
 sancto. Hæc ille, docens consecratem  
 vt ministrum agere, Deū verò vt Prin-  
 cipē: & ideo Moſen dicit à Deo Prin-  
 cipe agitatum, vt Aaron consecraret:  
 sicut instrumentum ab agente moue-  
 ri debet vt operetur: Christum verò,  
 vt sacrorum Principē, quatenus Deus  
 est, & vt habentem potestatem excel-  
 lentiæ quatenus homo, consecrasse  
 quidem per se Apostolos, cæterum  
 vt exemplum præberet alijs, vt conse-  
 crarent tanquam Dei ministri, dele-  
 gasse consecrationis perfectionē, Pa-  
 tri, & Spiritui sancto in die Penteco-  
 stes faciendam. Nec enim satis est, vt  
 quis potestatem Sacerdotalem acci-  
 piat, sed indiget gratia, qua ea bene  
 vtatur, in quo bono vsu perficitur ip-  
 sa potestas, sicut actus primus in actu  
 secundo. Et ad hanc perfectionem, si-  
 ue cōsummationem acceperunt A-  
 postoli gratiā in die Pentecostes, ante  
 quā nō sunt vsi potestate Sacerdotij.  
 Tale igitur est ministeriū cōsecrātis,  
 quale diximus ex sententia Dionysij.  
 Idē quoq; clariùs Chrysoſtomus do-  
 cet, assignans differentiam inter Do-  
 ctorem, & prophetam, quā nos dixi-*

Quil nomi-  
nis consecra-  
ti prædicatio  
Exo. 29. &  
seq.

Heb. 5.

Psal. 109.

Act. 1.

Christus vt  
homo habuit  
potestatem ex-  
cellentiam.

Act. 27

B. Chrysoſt.  
homil. 32.  
in priorē ad  
Corinth. sub  
init. tom. 4.

in us

mus inter iniungentem, & consecratem: ait enim in c. 1. 1. Corinth. 12. Nā qui futura prædicit, omnia Spiritu suggerente dicit, Doctōr autem sæpè accidit, cum ex suo differit. Vnde & alibi inquit: Qui rectè præsumt senes, duplici honore afficiatur, præsertim qui in administratione verbi, & doctrinæ laborant. Qui autē Spiritu loquitur omnia, non laborat. Post prophetiam igitur Doctōrem locavit, q̄ illud quidem totum est muneris diuini, hoc & laboris humani. Nā & ex suis multa Doctōr affert, congruant modò Scripturæ. Hæc ille: qui etsi nō loquatur expresse de iniungente, & consecrante, eam tamen differentiam ponit inter Doctōrem, & prophetam, quam nos inter illos posuimus. Est igitur secundum Chrysostomum, huiusmodi differentia inter ministros Ecclesiæ, quam Augustin. tract. 5. in Ioannē confirmat fuisse inter ministeriū Ioānis Baptistæ, qui suo baptismo effectum suis viribus accommodatum baptizatis tribuebat, & inter ministeriū baptismi Christi, quo baptizabant Apostoli, atq; eius effectum. Nam effectus baptismi Christi, remissio peccatorum erat, atq; gratia, ad quam non poterant Apostoli suis viribus pertinere: effectus autem baptismi Ioānis, Christi erat cognitio, & exhortatio ad pœnitentiam, vt remissionem peccatorum acciperent per Christū venturum: quæ omnia poterat Ioannes præstare, & ideo ex autoritate baptizabat suo baptismo. Ait igitur Augustinus: *Quoniam ergo acceperat Ioannes baptismum, quod proprie Ioannis diceretur, Dominus autem Iesus Christus baptismum suum noluit alicui dare, non vt nemo baptizaretur baptismo Domini, sed vt semper ipse Dominus baptizaret, nō illi. Aliud est enim baptizare per ministerium, aliud baptizare per potestatem. Baptisma enim tale est, qualis est ille, in cuius potestate datur. Tale erat baptismum Ioannis, qualis Ioannes: baptismum iustum, tanquam iusti, tamen hominis, sed qui acceperat à Domino talem gratiam, vt dignus esset præire iudicem, & eum digito ostendere, & implere vocem prophetia illius: Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini. Tale*

*autem baptismum Domini, qualis Dominus: ergo baptismum Domini diuinum, quia Dominus Deus. Hæc ille, pulchrè docens, aliud esse baptizare per potestatem, aliud per ministerium, consecrando. Docet etiam, eum, qui facit per potestatem pertingere ad effectum, sicut Ioannes ad humani sui baptismi fructum, & Christus ad diuinum sui, ministerium verò non pertingere. Ideò dādo hanc potestatem, assimilat sibi eū, cui dat; non autē consecrans, quia per ministerium id agit. Docet etiam baptismum Ioannis humanum, quia ab homine immediatè, licet ab homine habente à Deo autoritatem: baptismum Christi diuinum, quia immediatè à Christo, qui Deus est.*

*Hac igitur posita differentia, asserimus, iurisdictionem cōferri per viam iniunctionis, non autem consecrationis, vt aliqui volunt, dicētes, quòd sicut Cardinales, etsi non sint Papæ, eligentes tamen Papam, cōferunt ei papatum per modum ministerij, & vt instrumenta Dei, & non per suam naturam: sicut in fornace Babylonica non sua vi, sed vt Dei instrumentum, refrigerabat ignis: ita iurisdictionem dari à Deo per consecrationem, Papam verò exhibere nudum ministerium. Alij verò dicebant, conferri quidem iniunctione Papæ: sed in illa iniunctione, sicut & in consecratione, Papam se habere vt nudum ministrum: sicuti seruus de bonis domini, & nō suis solet dare elemosynam: ita Papam dare iurisdictionem, imò potius Deū per Papam, sicut ipse Dñs facit effectum consecrationis: quæ omnia ficta esse, & hominum inuenta, facile ostendemus.*

*Interim igitur probemus, iurisdictionem dari per Papam tanquam ministrum quidem Dei, sed ex autoritate, & voluntate agentem, non autem per eum tanquam per ministerium operatē vi consecrationis: quod quidē aliquo modo pbatur ex Scriptura, efficacius autem ex Patribus, & ratione. Scriptura ergo ostendit, Dominum Petro promississe clauas, & ei oues tradidisse. In illa autem ouium commissione nulla ceremonia est vsus, sed mera iniunctione dicēdo: Pasce, siue rege oues meas:*

4. Sent. dist. 5. c. 2.

Dan. 3.

Quod Papæ iurisdictione p̄ iniunctione, non autē per consecratione à Deo immediate conferatur, tripliciter ostēditur. Ab Scripturæ testimonio. Matth. 16. Ioan. 21.

Doctōr, & propheta in que differat teste Chrysostomo. 1. Tim. 5.

Aug. tom. 9 in princip.

Ioannis baptismum ab illo Christi quod differat.

Matth. 3.

De consecr. dist. 4. cap. Aliud.

4. Senten. 5 dist. cap. 1.

Ioan. 1.

Ibidem, & Esa. 40.

Luc. 22.

Ibidem, & 1. Cor. 11.

Luc. 22.

Ioan. 20.

Luc. vlt.

Mellus ceremoniæ exemplo docetur, quam verbo.

Matth. 10.

Infra vlt.

*& Confirma fratres tuos: Cū autem eos ordinauit in Sacerdotes, ceremonijs est vsus: ergo iurisdictione per meram iniunctionem conferitur. Scio responderi posse, Christum veluti Principem, & habentem potestatem excellentiā, nō esse legibus adstrictum, quas suis ministris imposuit; & ideo solo præcepto cōferre iurisdictionem potuisse, quā alijs præscripsit per consecrationem esse conferendam. Sed quia Christus Dominus ita vsus est sua potestate, vt exemplum Ecclesiæ ministris præbuerit, quomodo illi ea vti deberent, & Ecclesiæ praxis, vt ostēdimus, semper habuerit, vt oues per iniunctionem sint commissæ pastoribus: sequitur quòd Christus non perscripserit, vt per consecrationem cōmitteretur, sed voluerit, vt quemadmodum ille per iniunctionem iurisdictionem cōmisit Petro, ita Petrus, & alij pastores maiores alijs minoribus iniungerent, vt semper obseruatum est. Præsertim, cū in his, quæ sunt ordinis, adhibuerit aliquas ceremonias Christus, sicut cū promouit eos in Sacerdotes, porrexit eis panem, & calicem, vt nos hodie facimus: insufflauit quoq; in eos, quādo potestatem remittendi peccata cōtulit: imposuit etiam manus, ac benedixit, cū eos ad Episcopatum promouit. Baptizauit quoq; saltem B. Petrum, & vt alij censent, B. Virginē, quòd non solum verbo, sed exēplo (quo melius ceremoniæ docetur) instrueret de modo baptizandi: igitur ita etiam in potestate iurisdictionis. Apostolos quoq; iam factos Sacerdotes: & antequā fierent, misit Dominus ad prædicandum: ante quidem consecratione, per Iudæam, & post illam, ac Domini resurrectionem, per vniuersum mundū. Et quia nemo potest prædicare non missus, & nō habēs ad id iurisdictionem: profectò huiusmodi iurisdictionem illis per iniunctionem contulit. Ad hæc ex Actis Apostolorum, & epistolis Pauli hoc colligitur. Siquidem qui in ministerium mittebantur, consecrabantur prius: sed ante consecrationem eligebantur vel ab Apostolis, vel à plebe, & confirmabatur à Petro, vel Paulo, vel alijs Apostolis: in ipsa*

*autem ordinatione suscipiebant iurisdictionem, sicut hodie accipiūt. Nisi quòd ante diuisionem parochiarū eā nullis limitibus circūscriptam accipiebant: hodie verò limitatam ad Ecclesiā, cuius titulus eis conferitur, antequam consecrentur. Post hanc autē collatam iurisdictione accedebat consecratio, quæ iurisdictionem firmaret datam, siue hominē Deo consecraret, ac dedicaret, vt ei ministraret prius collata iurisdictione vtensi.*

*Cū ergo dicitur à Paulo: In quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, non video cur non commodè, & conuenienter intelligatur, quòd superiores Spiritu sancto acti confirmabant electos, & confirmando tradēbant eis iurisdictionem, cuius traditione accedente consecratione, quasi obsignabant. Præterea videmus, Paulum, qui consecratus est per manuum impositionem, Acto 13. ante ordinatione, aliquot annis prædicasse sola iurisdictione accepta, quā extra consecratione habuit. Quinimo in eodem loco Acto 13. antequam illi imponeretur manus, perspicuum est consecratos probasse electione Dei, assumentes eum cum Barnaba in opus conuertendarum Gentium, & ita sententiam cœli confirmarunt dando ad id illis iurisdictionem Ecclesiasticam, vt internæ missioni Dei accederet externa, & canonica. Sicut cum Paulus adiuit Petrum, & Iacobum, & Ioannē, & contulit cum eis Euangelium quòd prædicabat, illi externè ministerium, quòd à Deo acceperat internè, confirmarunt: & hoc extra aliquam consecrationem, solum committētes ei curam pauperum in Ierusalem, pro quibus elemosynæ à Gentibus erant exigendæ: quòd non fiebat sine iurisdictione. Ipse denique Apostolus sine noua consecratione Tito imposuit, vt maneret Cretæ, vt ea quæ deessent, corrigeret, & cōstitueret per ciuitates presbyteros: qui ante consecrationem eligebantur, & cōfirmationem accipiebant. Quæ omnia, si respiciatur praxis Ecclesiæ, iurisdictionem exigebant, quæ ante consecrationem daretur, vel post eam, & non per eam.*

Illud Apostolus: In quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quæ sententiæ partem posuit Act. 20.

Paulus, & Barnabas cū sola iurisdictione ad prædicandum Gentibus destinati sunt.

Gal. 2.

Supra 1.

Tit. 1.

A traditione Patrum. Clem. Rom. epist. 1. prope initium.

Idem probatur ex Patrum sententijs, & autoritate. Clemens enim Romanus epistola ad Iacobum, refert Petri verba ad se dicta coram Ecclesia: *Ipse (scilicet Clementi) tradidit a Domino mihi traditam potestatem ligandi, & soluendi, ut de omnibus quibuscumque decreuerit in terris, hoc decretum sit & in caelis. Ligabit enim quod oportet ligari, & soluet quod expedit solui, tanquam qui ad liquidum Ecclesia regulam nouerit. Ipsum ergo audite.* Hæc ibi.

Matth. 16.

Quos ferè ad Pontificatum assumat Ecclesia.

Cuius dictis si adiugatur praxis Ecclesiæ, quæ solet assumere sæpissimè in Papam homines ita consecratos in Episcopos, & quibus per cõsecrationem nulla iurisdicção potest dari, sicut nec potest iterari consecratio Episcopalis: concluditur, iurisdiccionem Papæ non tradi per consecrationem, sed communiter per Dei immediatam iniunctionem, siue impositionem. Petro autem ex priuilegio forte, ut sua iniunctione assisteret Deus, tradens Clementi suo successori potestatem, ut in illa verum sit, Deum sibi tradidisse potestatem, & Petrum per iniunctionem suam. Adhæc Clemens in eadem epistola de Petro ait: *Omnes Principes terra, & cunctos homines obedire, & capita sua submittere, eorumque auctores existere precipiebat; ut omnes pariter fideles, & cooperatores legis Dei monstrarentur.* Hæc ille, docens, subditos ex Petri præcepto teneri ad obediendum Episcopis: ergo Episcopi, qui creabantur, ex præcepto Petri cogebantur alios curare, & regere. Et ita iurisdicção ex præcepto committetur. Ibidem, ut superius est productum, ait, Petrum præcepisse in quibus ciuitatibus deberet institui Primates, vel Episcopi, vel Archiepiscopi. Euaristus epist. ad fratres per Ægyptum: *Et sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec Episcopus Ecclesiam suam, id est, ut illam dimittat, ad quam cõsecratus est, absque inuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, nec alteri se ambitus causa coniungat.* Hæc ille, tradens, Episcopum consecrari ad Ecclesiam suam: ex quo sequitur, quod ante consecrationem sua erat, & non per consensum, quo cum ei iniuctum

Idem Clem.

Euarist. e. pist. 2. c. 4. 7. quæst. 1. cap. Sicut vir.

est onus, suscepit eius curam, sicut maritus cum consentit in uxorem accipiendam, & sicut Christus cum Ecclesiam sibi desponsauit, ut in eadem dicitur epist. Antherus Papa in epist. ad Episcopos per Beticam, atque Toletanam prouintiam, ubi postquam reprehendit Episcopum, qui sedem mutat suam ex sua voluntate, in fine subdit: *Nam sicut Episcopi habent potestatem ordinare regulariter Episcopos, & reliquos sacerdotes: sic quoties utilitas, aut necessitas exposcerit, supra dicto modo & mutare, & inthronizare potestatem habent.* Hæc ille. Ex quibus habes, ex Episcoporum potestate prodire, ut iam consecratus ad unam Ecclesiam, in nouam transferatur: quam quia non suscipit per consecrationem, quam non licet iterare, superest, ut habeat per iniunctionem. Et sicut hæc secunda, ita & prima iurisdicção ab eadem potestate promanat, nempe ab iniunctione. Nam etsi priorè habuit antequam consecraretur, non tamen illam habuit vi consecrationis, sed potestatis iniungentis. Adhæc Anicetus epist. ad Episcopos Galliarum: *Nulli Archiepiscopi, Primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent ciuitates, quarum Episcopi Apostoli, & successores Apostolorum regulariter Patriarchas, & Primates esse constituerunt.* Igitur ex iniunctione tribuitur Patriarchis iurisdicção, non autem ex cõsecratione: quia cum aliquis est Episcopus, absque noua cõsecratione fit Patriarcha. Dionysius Papa ita habet: *Ecclesias singulas singulis Presbyteris dedimus, parochias, & cæmeteria eis diuisimus, & unicuique ius proprium habere statuimus.* Hæc ille. Ex statuto ergo est, & minimè ex consecratione, quod quis habeat iurisdiccionem super parochiam suam: quia non nisi iam consecrati fiebant parochi. Iulius Papa, siue potius, ut vidimus, Vigilus ad Eleutherum ait de Ecclesia Romana: *Ita reliquis Ecclesijs vices suas credidit largiendas, ut in parte sint vocata sollicitudinis, non in plenitudine potestatis.* Sic ille, cuius sententiam Leo, & Gregorius confirmant, ex qua ostenditur, ex decreto Ecclesiæ, & nõ ex cõsecratione vocari alios in sollicitudinis partem.

Qua ratione Episcopus ad alteret Ecclesiam suam.

Leo ad Anastas. Thessalonicens. postquam de prælatione Petri super omnes Apostolos est locutus, subiungit: *De qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio, & magna dispositione prouisum, ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouintijs singuli, quorum inter fratres habetur prima sententia. Et rursum, quidam in maioribus urbibus constituti sollicitudinem susciperent ampliore, per quos ad unam Petri sedem vniuersalis Ecclesia cura conflueret, & in nihil usquam a suo capite disideret.* Hæc ille, docens, ex dispositione Sedis Apostolicæ variam distributionem iurisdictionum esse factam. Ex quo sequitur, iurisdictionem nõ dari vi cõsecrationis, siquidem consecrationis effectus non pedit ex arbitrio, & dispositione hominis. Gregor. quoque Magn. lib. 2. Regist. epist. 30. *Quantò Apostolica Sedes, inquit, sua autoritate cunctis prælatis constat Ecclesijs, tantò inter multiplices curas & illa non valde sollicitat, ubi ad cõsecradum antistitem nostrum expectatur arbitrium.* Et paulò inferius de electo in Episcopum loquens ait: *Tunc à proprijs Episcopis (sicut antiquitatis mos exigit) cum nostra autoritatis assensu solatante, & auxiliante Domino facias cõsecrari: quatenus huiusmodi seruata consuetudine, & Apostolica Sedes propriam vigorem retineat, & à se concessa alijs iura non minuat.* Hæc ille, docens à cõsensu & arbitrio Pontificis pederè consecrationem, & ab eius priuilegio iura electionis emanare. Idem eodè lib. epist. 31. eum insisset Cumanæ vniõne fieri Ecclesiæ cum Musitana, ait: *Vtrasque nos Ecclesias presentis autoritatis pagina remisse, tibi quæ commisisse cognoscas: utrarumque etiam Ecclesiarum scito te esse proprium Pontificem.* Et idem quodcumque vel de earum patrimonio, vel clerici ordinatione, promotione vel iuxta Canonum statuta visa fuerint ordinare, atque disponere, habetis, ut proprius te vera Sacerdos, liberam ex nostra autoritatis cõsensu, atque permissione licentiã. Hæc ille, ostendens, ex sua autoritate & cõsensu habere propriam & ordinariam iurisdictionem super Ecclesiam Cumanam olim Episcopum solius Musitanæ, nõ autem vi cõsecrationis, enquod de nouo cõsecrari nõ poterat. Idem Greg.

Ephes. 5. Antherus Papa.

Anice. Pap. 99. dist. c. Nulli Archiepisc. Et in Decr. Stepha. 1. Et in Decr. Iuo. lib. 4.

Dionys. Papa epist. 1. 13. q. 1. c. Ecclesias.

Iulius Papa, seu Vigilus

Leo

Leo Papa e. pist. 84. cap. 10. sub finem.

Leo ad Anastas. Thessalonicens. postquam de prælatione Petri super omnes Apostolos est locutus, subiungit: *De qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio, & magna dispositione prouisum, ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouintijs singuli, quorum inter fratres habetur prima sententia. Et rursum, quidam in maioribus urbibus constituti sollicitudinem susciperent ampliore, per quos ad unam Petri sedem vniuersalis Ecclesia cura conflueret, & in nihil usquam a suo capite disideret.* Hæc ille, docens, ex dispositione Sedis Apostolicæ variam distributionem iurisdictionum esse factam. Ex quo sequitur, iurisdictionem nõ dari vi cõsecrationis, siquidem consecrationis effectus non pedit ex arbitrio, & dispositione hominis. Gregor. quoque Magn. lib. 2. Regist. epist. 30. *Quantò Apostolica Sedes, inquit, sua autoritate cunctis prælatis constat Ecclesijs, tantò inter multiplices curas & illa non valde sollicitat, ubi ad cõsecradum antistitem nostrum expectatur arbitrium.* Et paulò inferius de electo in Episcopum loquens ait: *Tunc à proprijs Episcopis (sicut antiquitatis mos exigit) cum nostra autoritatis assensu solatante, & auxiliante Domino facias cõsecrari: quatenus huiusmodi seruata consuetudine, & Apostolica Sedes propriam vigorem retineat, & à se concessa alijs iura non minuat.* Hæc ille, docens à cõsensu & arbitrio Pontificis pederè consecrationem, & ab eius priuilegio iura electionis emanare. Idem eodè lib. epist. 31. eum insisset Cumanæ vniõne fieri Ecclesiæ cum Musitana, ait: *Vtrasque nos Ecclesias presentis autoritatis pagina remisse, tibi quæ commisisse cognoscas: utrarumque etiam Ecclesiarum scito te esse proprium Pontificem.* Et idem quodcumque vel de earum patrimonio, vel clerici ordinatione, promotione vel iuxta Canonum statuta visa fuerint ordinare, atque disponere, habetis, ut proprius te vera Sacerdos, liberam ex nostra autoritatis cõsensu, atque permissione licentiã. Hæc ille, ostendens, ex sua autoritate & cõsensu habere propriam & ordinariam iurisdictionem super Ecclesiam Cumanam olim Episcopum solius Musitanæ, nõ autem vi cõsecrationis, enquod de nouo cõsecrari nõ poterat. Idem Greg.

Greg. Mag. li. 2. Regist. epistol. 30. tomo. 2. distin. 93. c. Quato.

Idem.

16. quæst. 1. cap. Et temporis qualitas.

Idem.

epist. 35. eiusdem libri ad Ioanem, cui committit curam Trium tabernensium Ecclesiæ, eam vniens huius Ioanis Ecclesiæ, scribit: *Huius ergo rei sollicitudine sæpè commoti, hoc nostro cordi sedit consiliu; ut vicinis eas mandarem Pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuae curam, gubernationem Trium tabernensium Ecclesiæ prouidimus committendam, quam tua Ecclesia aggregari, vniusque, necesse est, quatenus utrarumque Ecclesiarum Sacerdos rectè Christo adiutore possis existere. Hæc ille, ex consilio suo, & deliberatione se iurisdictionem dare Ecclesiæ Trium tabernensium asserens. Idem ad Maximum Episc. (ut habetur. c. Mandata, de præsump.) *Super ciuitates Ecclesiarum Sicilia te vices Apostolica Sedis ministrare decernimus: quas nõ loco tribuimus, sed persona.* Sic ille. Ex decreto ergo, & nõ ex cõsecratione inueniatur illa iurisdicção. Idem ad Iouinianum scribens, Peruenit, inquit, ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod Presbyteros tangere chrismate eos qui baptizati sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum veterem usum Ecclesiæ nostræ facimus: sed si omnino de hac re aliqui contristantur, ubi Episcopi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedimus. Ita ille, iam cõsecratis Presbyteris licentiam concedens chrismate tangendi baptizatos: quod iurisdictionem exigit, line qua nemo licite ordine potest uti. Idem quoque alibi inquit, *Moderamine, Apostolica autoritatis decernimus, ut monachi, si Presbyteri honore dedicati (alios decorati) sunt, cum ligandi, soluendi quæ potestatis, decimarum, primitiarum, oblationum, donationum, que sunt pro viuis, & pro defunctis, portionem iuxta Canonem, ad suam, proximorumque, utilitatem, merito perfectionis iustitia, nõ minus quam ceteri Sacerdotes, laudabiliter sibi vendicent.* Et cap. sequenti: *Ex autoritate huius decreti, quod Apostolico moderamine, & pietatis officio à nobis est constitutum, Sacerdotibus monachis Apostolorum figuram tenentibus, liceat predicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, penitentiam imponere, atque peccata soluere.* Hæc tenus Gregorius, docens ex decreto, & nequaquam ex cõsecratione monachis dari iurisdictionem. Papa*

16. q. 1. cap. Postquam hostilis.

Idem.

Idem lib. 3. Regist. epist. 26. dist. 95. cap. Peruenit.

Idem. 16. q. 1. cap. Moderamine.

Idem.

Sacerdotes monachi Apostolorum figura, teste Gregorio.

Gelas. Papa 16. q. 1. c. Si quis.

Bonifa. eadem causa, & quast. c. Snt nonnulli

In eos, qui monachos Sacerdotalis officij potetia indignos extimant. B Benedictus monachoru praeptor almifcus.

2. Tim. 2.

Sancto u Patru ex eplis, ac illis periculosisimū est refragari.

Nicol. Papa IX. q. 3. c. Cōsequus.

quoque Gelasius scribit: Si quis monachus fuerit, qui venerabilis vita merito Sacerdotio dignus videatur, & Abbas, sub cuius imperio Regi Christo militat, illum fieri Presbyterū petierit; ab Episcopo debet eligi, & in loco quo indicauerit, ordinari, omnia quae ad Sacerdotis officium pertinent, vel populi, vel Episcopi electione prouideat sit acturus. Itē Bonifacius: Sunt nonnulli, ait, nullo dogmate fulti, audacissimo quidē zelo magis amaritudinis, quā dilectionis inflammati, asserentes monachos, qui mūdo mortui sunt, & Deo uiuunt, Sacerdotalis officij potentia indignos, neq; pœnitentiā, neq; Christianitatem largiri, neq; absolvere posse, per Sacerdotalis officij diuinitus sibi iniunctam potestatem. Sed omnino labuntur: neque enim beatus Benedictus monachoru praeceptor almifcus, huius rei aliquo modo fuit interdictor, sed eos secularium negotiorum edixit expertes fore modo tantummodo, Quod quidem Apostolicis documentis, & omnium sanctorū Patrum institutis, non solum monachis, sed etiam Canonicis, magnopere imperatur Nemo enim militans Deo, implicat se negotijs secularibus. Tantorum igitur Patrum instituti exemplis (quibus periculosissimū est refragari) credimus a Sacerdotibus monachis ligandi, soluēdiq; officium, Deo operante dignè administrari, si eos dignè contigerit hoc ministerio sublimari. Hæc ille. Ex cuius verbis habetur in primis, potetia ligandi, & soluēdi a Deo esse, & eius uisum non decere monachū, si eius regula prohiberetur: qđ quia nō prohibuit Apostolica sedes, decernit ut possit illum habere: qđ sine iurisdictione nequaquā fieri potest, quā cōstat monachū, sicut nec simplicē Sacerdotē per consecrationē nō habere, sed ex iniūctione. Adhæc Nicolaus Papa ait: Primates enim, vel Patriarchas, nihil priuilegij habere præ ceteris Episcopis, nisi quantum sacri Canonēs cōcedant, & prisca cōsuetudo illis antiquitus contulit, definimus: ita ut secundū Nicenas regulas sua priuilegia seruentur Ecclesijs: præterquam si Apostolica sedes aliquam Ecclesiam, vel ipsius rectorē quolibet speciali priuilegio decreuerit honorari. Hæc ille, asserens ex Canonū definitione, & Apostolico decreto emanare Primatū iurisdic-

tionē. Leo IX. epist. ad Michalē Constantinopolitanū, ut habet Iuo. 5. par. cap. 21. Sicut cardine, inquit, totum regitur ostiū; ita & a Petro, & successoribus eius totius Ecclesia disponitur emolumentum. Et sicut cardo immobilis permanens ducit, & reducit ostiū; Sic Petrus, & successores eius, liberū de omni Ecclesia habent iudiciū, cū nemo eorū debeat mouere statum. Paschalis II. ad Victorem Bononiensem Episcopum inuehitur in quosdam Abbates, siue monachos, qui contra sanctorum decreta, Episcopalia iura, & officia sibi vendicabant: quæ (inquit) absque proprii Episcopi licentia, vel Apostolicæ Sedis autoritate nullatenus præsumere debeant. Idem ad Archiepiscopum Panormitanum de Christo ter Petrū interrogante, antequam committeret ei ues, ait: Si conscientiarum factor, & cognitor secretorum conditione hac usus est, nec semel tantum, sed & secundū, & usque ad contristationem: qua nos solitudine oportet tantam Ecclesiæ pralationem imponere fratribus, quorum conscientias non uidemus? Hæc ille, docens, ex impositione, seu iniunctione deriuari iurisdictionem in consecrato. Nicolaus III. epist. ad Villermum Archiepiscopū Mōris Regalis, tradit, ex liberalitate Sedis Apostolicæ manare beneficiorum munera, & iurisdictionē: quem quidem produximus in superiori quæstione. Alexander III. tit. de cleric. non residen. cap. Relatū, quosdam prælatos non residentes docet, si presentati fuerint, non esse admittendos; & si admissi fuerint, esse amouēdos; docens ex iurisdictione dari iurisdictionē, & remotione tolli. Idē colligitur ex cap. inter quatuor, & ex cap. Ex tua, eiusdē tituli. Idē ex cap. ex frequentibus, de institut. Et in cap. Cū uenisset, tradit, Episcopū consensu suo habere iurisdictionē in clericos, sicut ipse habet iurisdictionē de iure, & fratrum institutione: & trāsferre iurisdictionē, & constituere in magistratu Ecclesiastico alios. Leo itē III. in cap. Regenda. Regenda est, inquit, unaquaq; parocia sub prouisione, ac tuitione Episcopi per Sacerdotes, vel ceteros clericos, quos ipse cum Dei timore prouiderit: cui iure pertinere uidetur, & circumire, ut sibi necessarium uisum fuerit Ecclesiastica autoritate cogere. Innocēt. quoque III. c. Quia diuersitatem. inquit, quatenus eos, qui præbendas Ecclesiæ Eboracensis, vel aliarum ad donationem eius (scilicet Archiepiscopi) spectantes præter autoritatem acceperunt ipsius, ad eas resignandas monitione præmissa compellas. Hæc ille. Ex autoritate ergo Archiepiscopi, & non ex consecratione dabantur præbendæ, vel dignitates, cum eis annexa iurisdictione. Idem tit. de translatione Episcoporum. c. cum inter corporalia, ita habet: Sicut autem Episcopus consecratus sine licetia Romani Pont. suā non debet Ecclesiam derelinquere: sic & electus confirmatus: cū non debeat in dubiū reuocari, quin post electionem, & confirmationem Canonicam inter personas eligentium & electi coniugium sit spirituale contractum, cui profectō Episcopalis dignitas nihil addit; cū quis Episcopali præditus dignitate, nullius tamē Ecclesiæ possit esse Episcopus: quemadmodū de illo contingit, qui oneri Pontificali renuntiat, non honori. Vnde cū non sit maius uinculum Episcopi ad Ecclesiam, quā electi, maxime cū fuerit confirmatus, imō idem penitus, & non aliud, idem iuris obrinet in utroque. Hæc ille, adiungēs etiam, quod Ecclesia illa, quæ electū habet nondum consecratum, non dicitur uiduata, quasi sponsum non habeat: sed quia sponsus eius nondum est cōsecratus, adhuc quantum ad quædam quasi uiri maneat solatio destituta: sicut iuxta cōmunē morē loquēdi illa dicitur Ecclesia uiduata, quæ licet Episcopum habeat inutilem, tamen prohibetur habere. Cū igitur electus confirmatus, licet nondum consecratus, sponsus sit, & non minus sponsus quā consecratus: nisi quod ordinare non potest per seipsum, quod est quali filios generare, quod facere nō potest, nisi accedat copula per consecrationē: nā ut ipse Innoc. ait in cap. licet, eodē tit. spirituale fedus coniugij, qđ est inter Episcopū, & Ecclesiam, quod in electione initiatū, ratū in cōfirmatione, & in cōsecratione intelligitur cōsummatū, sine illius autorita-

Leo IX. Iuo.

Paschal. II. 16. q. cap. Peruenit.

Idē de elect. & ele. po. c. Significasti. Ioan. 21.

Nicol. III.

Alex. III.

Idem.

Luo III.

Episcopi qđ unus sit.

Innoc. III. tit. de consec. præbēd. c. Quia diuersitatem.

Idem.

Quæ dicatur Ecclesia uiduata cōmuniter.

Innoc. III.

derit: cui iure pertinere uidetur, & circumire, ut sibi necessarium uisum fuerit Ecclesiastica autoritate cogere. Innocēt. quoque III. c. Quia diuersitatem. inquit, quatenus eos, qui præbendas Ecclesiæ Eboracensis, vel aliarum ad donationem eius (scilicet Archiepiscopi) spectantes præter autoritatem acceperunt ipsius, ad eas resignandas monitione præmissa compellas. Hæc ille. Ex autoritate ergo Archiepiscopi, & non ex consecratione dabantur præbendæ, vel dignitates, cum eis annexa iurisdictione. Idem tit. de translatione Episcoporum. c. cum inter corporalia, ita habet: Sicut autem Episcopus consecratus sine licetia Romani Pont. suā non debet Ecclesiam derelinquere: sic & electus confirmatus: cū non debeat in dubiū reuocari, quin post electionem, & confirmationem Canonicam inter personas eligentium & electi coniugium sit spirituale contractum, cui profectō Episcopalis dignitas nihil addit; cū quis Episcopali præditus dignitate, nullius tamē Ecclesiæ possit esse Episcopus: quemadmodū de illo contingit, qui oneri Pontificali renuntiat, non honori. Vnde cū non sit maius uinculum Episcopi ad Ecclesiam, quā electi, maxime cū fuerit confirmatus, imō idem penitus, & non aliud, idem iuris obrinet in utroque. Hæc ille, adiungēs etiam, quod Ecclesia illa, quæ electū habet nondum consecratum, non dicitur uiduata, quasi sponsum non habeat: sed quia sponsus eius nondum est cōsecratus, adhuc quantum ad quædam quasi uiri maneat solatio destituta: sicut iuxta cōmunē morē loquēdi illa dicitur Ecclesia uiduata, quæ licet Episcopum habeat inutilem, tamen prohibetur habere. Cū igitur electus confirmatus, licet nondum consecratus, sponsus sit, & non minus sponsus quā consecratus: nisi quod ordinare non potest per seipsum, quod est quali filios generare, quod facere nō potest, nisi accedat copula per consecrationē: nā ut ipse Innoc. ait in cap. licet, eodē tit. spirituale fedus coniugij, qđ est inter Episcopū, & Ecclesiam, quod in electione initiatū, ratū in cōfirmatione, & in cōsecratione intelligitur cōsummatū, sine illius autorita-

te solui nō potest, qui successor est Petri, & vicarius Iesu Christi. Cū igitur Episcopus nihil minus uiculi habeat eū sua Ecclesia, pculdubio integram habet iurisdictionem super eā ante consecrationem: ergo per consecrationem nihil illi datur iurisdictionis. Obiter etiā annotandū est ex verbis Innocētij, qđ potestatem Ordinis in Episcopo uocat dignitatem, & honorē Episcopalem; curam uero, & iurisdictionē uocat onus: qua quidē iurisdictione ait spoliari eū, qui renūtiat Episcopatu ordine rēterō. Idē ad Hostiē. Epif. de postulat. prælat. cum narrasset Hostiensem Episcopū postulationē Canonicorū Senonensium, qua sibi petebant Episcopū quendam alterius Ecclesiæ non admissam a Pontifice, eū cōmendans, ait; Tu intelligēs eos, qui cassationē nostrā quodāmodo reuocare uolebāt, eligēdi priuilegiū amisisse: quia cōcessa sibi ex Apostolica Sedis benignitate abuterentur temerē potestate, ac idē ad alios, licet pauciores numero, quā tū tamē ad hoc pertinet, cōsilio saniores, eligēdi, vel postulandi deuolutam esse litiā, prædictū Cameracensem ad eorum instantiam in pastore autoritate fretus Apostolica prouidisti. Nos igitur a solitudine Cameracensis Ecclesiæ ipsum reddidimus absolutum: quod a te de mandato nostro factum est, autoritate Apostolica confirmantes. Hæc ille, clarissimē ostēdens, legatū Hostien. autoritate Apostolica constituisse Episcopū Cameracensem pastore Senonen. nulla consecratione interueniente, iam enim erat consecratus. Idem eodem tit. cap. Bonæ memorię, cū a Canonicis Rauennatensib. sede illa vacante postularetur in Episcopū quidam Cardinalis Presbyter, vel alius Episcopus Imolēsis, utriusq; postulationē reiecit Pontifex: Cardinalis quidē, quia utilior erat Ecclesiæ uersali, & communis utilitas priuata est præferenda; Episcopi autem, quia non erat cōuenienter postulatus, de quo ait Pontifex: Attendentes autem ex altera parte, quod prædictus Episcopus a minori quā tertia parte fuerit postulatus; & quod Apostolica sedes postulationes huiusmodi non cōsueuerit in rāta diuisione, ac contradictione

Potestas Ordinis in Episcopo quid sit, quid uero eiusdem iurisdictionis securū dī Innocētium.

Idem.

Communitas utilitas priuata est præferenda.

Quæ postulationes Sedes Apostolica admittente non cōsueuerit.

ne recipere, cum etiam quando aliquis ab alijs vnanimiter postulatur, ad admittendam postulationem eorum, no tam ex iustitia, quam gratia moueatur, postulationem ipsius non duximus admittendam. Hæc ille. Ex gratia igitur, & non ex vi consecrationis, datur à Pontifice iurisdictione Episcopo postulato. Idem ad Episcopum Zamoren. (& habetur cap. accedens, de prebend. & dignit.) ceter, clericum absentem pro alio posse de Ecclesiastico beneficio inuestiri: & cum non possit consecrari vnus pro altero, intelligitur de beneficio habente iurisdictionem. Idem in cap. Qualiter, de elect. & elect. potesta. irritam reddit electionem eius, qui ante confirmationem Pontificis ad ministrationem Episcopatus se irreuenter immiscuerat. Adhuc Gregorius X. in Concilio Lugdunen. statuit ad regimen Ecclesie parochialis non admittendum, qui vigesimum quintum annum non attigerit, & qui idoneis moribus, & scientia existat, & in Ecclesia sua personaliter resideat: & intra annum à sibi commissi regiminis tempore numerandum se faciat ad Sacerdotium promoueri. Vides ergo, regimen animarum ante Sacerdotium committi curato? quemadmodum Clemens V. Extrauag. vlt. Quia nonnulli (put accepimus) & c. temerarios eos vocat, & in eos excommunicationem intorquet, qui Pontificem ante consecrationem, siue coronationis insignia, dicebant se non debere intromittere de reservationibus, & promissionibus, vel de dispensationibus: nec se in literis Episcopum simpliciter, sed electum Episcopum scribere debere. Papa igitur ante consecrationem iurisdictionem habet super vniuersam Ecclesiam.

Accedunt sententiam antiquorum Doctorum, qui docent, Episcoporum iurisdictionem pendere ex consensu, siue iniunctione, non autem à consecratione. Vnde Cyprianus lib. de simplicitate prelatorum, dicitur Nouatianos, qui se prepositos sine vlla ordinationis lege constituebant, & nemine dante Episcopatum, Episcopi nomen assumebant. Cum autem hæretici consecrationem accipiant, & dent, si Ecclesie

forma seruetur: in hoc erant reprehensibiles Nouatiani, quod sine dante iurisdictione, eam sibi vsurpabant. Et Hieronymus lib. i. aduersus Iouinianum reprehendit Pontifices, qui non meliores, sed argutiores in Clerum alegebant: & munera Ecclesiastica quasi munera militaria largiebantur. Et Ambrosius in c. 4. ad Ephes. affirmat, olim, vt plebs multiplicaretur, omnibus concessum fuisse omnia facere, postea vero aliter institutum, vt nullus de clero audeat, qui ordinatus non esset, presumere, quod sciret non sibi creditum, vel concessum: ex institutione ergo, ordinatione, siue precepto olim dabatur iurisdictione.

Inter Scholasticos B. Thomas in 2. 2. quærens, an schismatici habeant aliquam potestatem, respondensq; ait: Respondeo dicendum, quod duplex est spiritualis potestas. Vna quidem Sacramentalis, alia iurisdictionis. Sacramentalis quidem potestas est, quæ per aliquam consecrationem confertur. Omnes autem consecrationes Ecclesie sunt immobiles, manente re quæ consecratur: sicut etiam patet in rebus inanimatis. Nam altare semel consecratum non consecratur iterum, nisi fuerit dissipatum. Et ideo talis potestas secundum suam essentiam remanet in homine, qui per consecrationem est adeptus, quando viuit, siue schisma, siue in heresim labatur: quod patet ex hoc, quod rediens ad Ecclesiam, non iterum consecratur. Sed quia potestas inferior non debet exire in actum, nisi secundum quod mouetur à potestate superiori, vt etiam in rebus naturalibus patet; inde est, quod tales vsum potestatis amittunt, ita scilicet, quod non liceat eis sua potestate vti. Si tamen vti fuerint, eorum potestas effectum habet in Sacramentalibus: quia in his homo non operatur nisi vt instrumentum Dei: vnde effectus Sacramentales non excluduntur propter culpam quacumque, conferentis Sacramentum. Potestas autem iurisdictionalis est, quæ ex triplici iniunctione hominis confertur. Et talis potestas non immobiliter adhæret: vnde in schismaticis non manet. Vnde non possunt nec absoluerè, nec excommunicare, nec in-

B. Hier. to. 2. initio.

B. Ambros. tom. 5. à medio.

Scholastici Doctores.

B. Tho. 2. 2. q. 39. ar. 3. in concl. tomi. 1. par. 11.

Potestas spiritualis duplex.

Ordinis potestas homini cur semper adhæret

Hæretici vtramque potestatem carcant, ex Thomæ sententia.

Idem.

Idem.

Gregor. X.

Tit. de elec. & elect. potest. c. licet.

Ad regimen parochialis Ecclesie quis non sit admittendus.

Clem. 5.

Ab antiquorum auctoritate Patrum.

Cyprian.

dulgen-

Potestas Ordinis cuius immobilis, secundum eundem.

Inepta quorundam interpretatio sententia Angelici Doctoris.

Idem to. 7.

dulgentias facere, aut aliquid huiusmodi: quod fecerint, nihil est actum. Cum igitur dicitur, tales non habere potestatem spiritualem, intelligendum est vel de potestate secunda: vel si referatur ad primam potestatem, non est referendum ad ipsam essentiam potestatis, sed ad legitimum vsum eius. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Hæc Thomas. In cuius verbis id notandum, quod potestatem Ordinis immobilem facit secundum suam essentiam, ex eo quod per consecrationem datur: vnde asserit non posse tolli eius essentiam, sed vsum tantum eius legitimum impediri: potestatem vero iurisdictionis asserit per hominis simplicem iniunctionem conferri, & tolli posse non solum vsum, sed potestatis essentiam, quam ablatam esse dicit in schismaticis & hæreticis, ita vt si ea vti non velint, non solum peccet, sed nihil etiam efficiant, quia non habebant potestatem faciendi, etiam illicitè: ad quam potestatem asserit Thomas pertinere absoluerè, excommunicare, & indulgentias facere. Ex quo patet, eos mirifice decipi, qui interpretantur, Thomam intelligendum de potestate iurisdictionali, quæ est in foro externo, & contentioso, in quo tamen indulgentiæ non dantur. Idem

Thomas in Quarto dist. 2. q. 4. art. 3. ad. 3. potestatem faciendi indulgentias tribuit Episcopis secundum voluntatem, & arbitrium Papæ, & tribuit illas facultates clericis, qui nondum sunt consecrati. Durandus quoque in Quarto dist. 20. agens de illo verbo, *Pascite oues meas*, ait: *Hoc enim nulli aliorum Apostolorum dictum est, nec tunc, nec ante, nec postea: ergo talem potestatem perfectam & plenam habet sancti Petri successor, nec est in alijs nisi deriuata, & limitata secundum placitum Papæ.* Et Dominicus in Quarto dist. 20. q. 1. 2. art. ad. 4. conclu. loquens de potestate ligandi, & soluendi Apostolorum, ait: *Quare vbi illam Apostolis dedit, tribuit & Presbyteris: nisi quod iurisdictionum distributionem commisit Petro: quia non est de intrinseca ratione Sacramenti, sed de necessitate applicationis.* Hæc ille, perspicue docens, iurisdictionem non esse effectum Sacramenti, nec de essentia eius, sed esse necessaria, vt applicetur materia: quod per iniunctionem fit, dum committitur subdito vt subdit, & prelato, vt prelati vice Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto est gloria, & magnificentia, imperium, & potestas ante omne seculum, & in omnia secula seculorum, Amen.

Durandus.

Ioan. 21.

Dominic. à Soro.



TRACTATUS LXXI.

Quo rationibus euincitur, potestatem iurisdictionis minime virtute consecrationis conferri, & argumenta in contrarium refelluntur.



Ratio prima.

VLTA quoque, & acrationes occurrunt, quibus eandem veritatem euincamus. Inter quas prima sit: quia si iurisdictione, etiam ordinaria, per consecrationem daretur, sequeretur, eam à Pontifice minime deriuari: quod falsum esse supra ostendimus. Quod

autem id sequatur, ostendo: quia effectus Sacramenti non porrigitur, nisi à Deo, qui instituit Sacramentum, tãquam causa principali ipsum supernaturalem effectum attingente, & administrante Sacramentum tanquam instrumento, nudoq; ministro. Qua ratione Paulus aiebat: *Diuisus est Christus? Nūquid Paulus*

Effectum Sacramenti quis conferat.

1. Cor.



Act. 18.

Christi cur in nomine baptizemur.

Papa à multis iam annis vix quempia per se ipsum consecrat.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Clem. V.

Cur qui nullam habet iurisdictionem, illam non possit conferre.

*crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum, & Caium. Ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Vbi docet, in nomine eius tantum baptizari, qui Sacramentum instituit. Ait etiam se gaudere, quod neminem baptizauerit, ne occasione ministerij aliquis ei tribueret, quod solius erat Christi, in cuius nomine baptizatur. Cum igitur Papa paucissimos, aut fere nullos à multis annis per se ipsum cōsecrat: sequitur quod ab eo non emanat iurisdictione, sicut nec per ipsum fit cōsecratio, sed tantum à Deo, tanquam à causa principali, & ab Episcopo consecrante, non quidem tanquam à dante iurisdictionem, cum causam non habeat, sed tanquam à ministrante iurisdictionem, per quam illam conferre solet Deus.*

*Secunda ratio: Si vi consecrationis datur iurisdictione, sequitur, quod cum Papa non consecrat, solum præstet consensum, vt quis creetur Episcopus Occidentalis: nam cum Orientalibus nec ipsum consensum præstat: præstare autem huc consensum, non est dare iurisdictionem: aliàs enim ante cōsecrationem daretur. Cū autem per se consecraret, solum ageret nudum ministrum, & non ex autoritate: quod esse falsum, superius demonstravi. Tertia ratio ab ipso Papa desumpta sit. Nam Papa ordinariam habet iurisdictionem, & tamen nullam ante consecrationem habuit. Quod non solum constat ex Extrauaganti Clementis V. quæ vltima est inter Extrauagantes, quam etiam ex ratione. Nam pono Episcopum aliquem in Papam creati, ille non potest iterum consecrari, ergo vel nunquam ullam iurisdictionem habebit, vel cum consecratus fuit Episcopus, illam habuit, & ita omnes Episcopi Papæ essent, vel nullam haberet, vel quam habet, à consecratione habet. Communis quoque consensus est Patrum, quod non habentes ullam iurisdictionem, non possunt illam conferre: quia opus est vt cōferens iurisdictionem, eum sibi assimilaret cui confert: sed neque electo-*

*res Papæ, nec consecratores habent auctoritatem iurisdictionis, quæ habet Papa: non ergo possunt illam ei conferre, etiam per consecrationem, sed Deus, qui ante illam porrigit iurisdictionem. Quod etiam colligitur in eo, qui Diaconus eligeretur in Pontificem. Ibi enim non esset data iurisdictione vi consecrationis, & eam habet cum electus est etiam ante consecrationem: ergo non haberet illam vi consecrationis, aut præteritæ, aut futuræ.*

*Quarta ratio: Curati habent ordinariam iurisdictionem: quoniam ordinariè regitur Ecclesia, siue quæ est in ordinario magistratu Ecclesiastico. Ordinarius autem magistratus est in Ecclesia, & non ex accidenti aliquo ponitur per potestatem commissariam, siue delegatam: & tales sunt curati. Habent igitur iurisdictionem ordinariam, sed hanc non habent per consecrationem: tum quia multi non Sacerdotes, imò nec clerici quidem sunt curati; tum etiam, quia licet simplices sint Sacerdotes, solam Ordinis, nullam verò iurisdictionis suscipiunt potestatem: ergo iurisdictione in curatis ex iniunctione est, non autem ex consecratione. Nec potest responderi, curatos habere iurisdictionem commissariam, siue delegatam, non autem ordinariam: tum quia, vt dicimus, eorum iurisdictioni cōuenit definitio ordinariæ iurisdictionis, & ita erit ordinaria: tum quia manifesta differentia est inter aliquos curatos, qui in aliquibus diocessibus ex commissione eius Episcopi, & tanquam eius vicarij curam habent animarum: & inter alios, qui illam habent secundum ius, & ordinariam potestatem. Primi enim ad nutum amoueri possunt etiam sine peccato, nulla in eis existente causa cur amoueantur: sicut sine culpa vicarius Episcopi potest ab Episcopo amoueri. Alij verò, qui ex iure habent curam animarum, non possunt sine causa licite amoueri: & ideo tuentur se ab Episcopis, qui id tentant efficere. Sūt igitur huiusmodi vicarij ordinarij.*

Quarta ratio

Quæ sit ordinaria iurisdictione.

Ordinarius magistratus quis ille.

Quæ leue illud sit: Curati habent iurisdictionem commissariam, non autem ordinariam.

Quinta

Quinta ratio

Innocentius III. cap. Inter corpora lia, de translat. Episc. B. Thom. in 4. dist. 20. artic. 3. ad tertium, to. 7 Innocentius Tertius vbi supra. Sexta ratio.

B. Gregor.

Septima ratio.

Obiectiones in contrarium nonnullæ solvuntur.

Simile.

*Quinta ratio: Episcopus electus, & confirmatus à Papa, nondum consecratus, iurisdictionem habet ordinariam, & sponsus est Ecclesiæ suæ, nec Ecclesia quæ eum habet, potest propriè dici viduata pastore, vt notauit Innocentius Tertius. Est igitur eorum iurisdictione ordinaria: quod etiam docet Thomas in Quarto. Et tamen huiusmodi iurisdictione non habetur per consecrationem: quia, vt dixit Innocentius, consecratio nihil addit. Sexta ratio: Quia si alicui iam Episcopo, & iurisdictionem suæ Ecclesiæ habenti, contingat commendari aliquam Ecclesiam vacantem, illi sanè tribuitur iurisdictione in nouam illam Ecclesiam: & non per consecrationem, quia illa iterari nequit: ergo per iniunctionem. Nec valet responsio, quod illa est iurisdictione commissaria: quia fingam quod de iure plerunque accidere solet, Episcopatum huiusmodi, seu Ecclesiam non solum commendari, sed vni in perpetuum: in hoc euentu ille antiquus Episcopus, ordinarius, & proprius erit Episcopus Ecclesiæ sibi de integro unitæ: vt docet Gregorius in duobus locis superius productis, & habetur 16. q. 1. cap. Temporis qualitas, & cap. Postquam hostilis. Septima ratio: Contingit Episcopum alicuius Ecclesiæ transferri ad aliam, siue cum Pontifex proprio motu id facit ad Ecclesiæ vtilitatem, siue ad postulationem Canonorum Ecclesiæ vacantis, vt constat ex Titulis De translat. Episcoporum, & de postulatione Prælatorum. Episcopus igitur cum ad nouam Ecclesiam transfertur, dimissa priori, habet ordinariam iurisdictionem super nouam Ecclesiam, quam antè non habebat: & non habet illam ex consecratione, quia non reconsecratur, ergo ex commissione: vel illicita esset vnio Episcopatum, vel translatio Episcoporum: quod asserere, non est Catholicum.*

*Nec satis est quod quidam dicunt, Episcopos huiusmodi, cum primùm consecrati sunt, suscepisse potestatem iurisdictionis indelebilem, per quam absque noua alia iurisdictione possunt*

*nouam Ecclesiã gubernare, modò eis noua assignetur materia, id est, noui subditi: sicut arbor, quæ transplantatur, potest vi sua in noua terrâ radices figere, & succum ad fructum edendum trahere: & sicut Sol eisdem radijs, quibus illuminat nostrum hemisphærium, antipodas nobis oppositos illustrat. Non, inquam, valet: quia vel illa potestas iurisdictionis, quam accepit in consecratione, erat absoluta, & quæ posset actu exerceri in omnes; & sic omnes essent Papæ: vel erat circumscripta, & limitata, & ita si sine additione alicuius iurisdictionis præficeretur nouæ Ecclesiæ, nihil faceret, quia mitteret falcem in messem alienam. Nec valet, dicere quod datur noua materia: tum quia si ita datur noua materia, vt non detur potestas noua, adhuc falcem mitteret in messem alienam, ex hypothesi, & ita nihil faceret. Tum etiam, quia si dicimus quod veritas habet, nempe materiã, quo subditus existit, mandari, nisi tribuatur iurisdictione: & tunc cum noua materia daretur noua iurisdictione, sicut vt ad nouam seruitutem nouum sequitur dominum, & è conuerso, itaq; noua illa iurisdictione sine consecratione daretur. Nec est simile de radijs Solis, vel virtute radicis arboris: quia hæc absoluta sunt, & non habent ita limitatam virtutem, quin in varijs locis valeant agere. Iurisdictione autem respectum dicit, & ita limitatum, vt ad nouum gregem opus sit noua iurisdictione, sicut ad nouam seruitutem nouo dominio.*

*Octava ratio: Episcopus titularis eandem suscipit iurisdictionem, quæ Episcopus electus ad aliquam Ecclesiam: & tamen titularis nullam suscipit iurisdictionem: tum quia non plus in hos, quam in illos, & ita vel in omnes, & esset Papa: quod non est dicendum; vel in nullos suscipit. Tum etiam quia communiter sunt Episcopi locorum, in quibus nulli sunt Christiani, super quos nec Papa ipse habet iurisdictionem, quia nihil ad eum de ijs qui foris sunt, iudicare: neque Christus illam dat super illos, quia repugnat naturæ iurisdictionis Ecclesiasticæ.*

Octava ratio

1. Cor. 5.

clericalia

Quare summus Pontifex nullam super infideles habeat iurisdictionem.

In eos, qui titularium creationem Episcoporum inter Ecclesiam Romanam censent abusus, necnon etiam humanum, imò diabolicum inuentum appellent.

Rom. 10.

Titulares qui veri sint Episcopi.

Prædicti dogmatis assertores quantum incurrant incommoda.

De his

Secundario confutationis

clesiasticæ extēdi ad non baptizatos; quia per baptismū fit quis ouis Christi, & per hoc subditus Ecclesiasticæ iurisdictioni: sicut per clericatum fit capax hanc iurisdictionem habendi tanquam superior.

Quod verò quidam nescio quo spiritu ducti, Episcoporum titularium ordinationem inter abusus Ecclesiæ Romanæ referendam censent, & inuentum humanum, seu potius diabolicum, & Ecclesiæ antiquæ incognitum vocant, atque ex eorū creatione oriri dedecora, & sordes dignitati Episcopali asserunt, ob paupertatem coactam, simoniam, & auaritiam, & ordinariorum desidia per titulares omnia munia Episcopalia peruertentes, administrantium: Dicendum est, hos satis liberè, & sine ratione scire, & ex zelo magis, quam secundum scientiam, cum ex hoc inferant, eiusmodi Episcopos non posse licitè promoueri, sed perpetuum esse abusum.

Quod autem hi veri sint Episcopi, probatur primò ex eo, quod Ecclesia vniuersalis ordinatos semel, eos non iterum ordinat, vt ex consuetudine in Italia, Hispania, Gallia, & Germania, & vbique locorum constare potest. Communis ergo Ecclesiæ sensus est, quod sint veri Episcopi: quæ si in hoc sensu erraret, periculosissimè deciperetur, & sancta non esset, & Christus Dominus, qui ei promissit, portas inferi aduersus eam non præualituras, verax in promissis non inueniretur: quod blasphemum est vel cogitare. Siquidem si hi veri Episcopi nequaquam sunt, cum bona Christianorum pars per eos Confirmationis, & sacri Ordinis Sacramenta suscipiat, bona pars nec confirmata esset, nec ordinata; & ita Sacerdotes neque verè absoluerent, nec veram conficerent Eucharistiam, sed nudum panem populis adorandum proponerent, & idololatras eos efficerēt. Deinde primi, qui iam creati Episcopi ab Apostolis, vel Apostolicis viris ad regiones infidelium mittebantur, in quibus nulla erat Ecclesia, titulares tantum erant, quia nudum Ordinem habebant sine populo, & Clero: & tamen erant

veri Episcopi. Tales extiterunt Paulus, & Barnabas, qui prius consecrati cum ieiunijs, precibus, & liturgia, missi ab Antiochenis fuerunt. Tales erant, quos Petrus, & Paulus ad varias, & distantes Gentium Prouintias prædicationis, & doctrinæ Euangelicæ gratia destinauerunt. Tales etiam possent esse qui mitterentur nunc ad infideles vel sine bello, vel tutius cum bello, vt cum Hispanis, & Lusitanis ad Indos Occidentales, & Orientales miserentur Paulus III. & Iulius III. Tertio Linus, præterea & Cletus, atque Clemens consecrati sunt à B. Petro viuente, & titulares erant Episcopi, quia & Episcopalia munera Romæ præstabant: qui etiam B. Petri absentis supplebant locum, quia vnus Romæ non poterat esse nisi vnus Episcopus. Quarto: quia vbi sunt duo linguarum idioma, vt in quibusdā Galabriæ, & Cypri ciuitatibus, cum non nisi vnus ciuitatis vnus queat esse Episcopus ordinarius: præcipitur tamen Episcopo ordinario, quod propter populum alterius à suo idiomatis, assumat alterum Episcopum, qui parti gregis sui alterius idiomate euangelizare, & Sacramenta administrare iuxta ritum gentis possit: qui certè alij, quam titulares esse non possunt, vt habes in tit. de officio iud. ordin. c. Quoniam in plerisque. Quinto: vbi est materia, & forma, & minister consecrationis, & intentio debita, ibi est effectus consecrationis, licet alia desint, quæ sunt iuris positiui: vt liquidum redditur in omnibus consecrationibus Sacramentorum: sed in consecratione titularium Episcoporum omnia ista inueniuntur, & nihil illis deest, nisi habere Ecclesiam quam regant: quam habere tantum est iuris Ecclesiastici, quia primi Episcopi sine ea consecrabantur.

Consecratio ergo tenet, quando fit, & veri sunt Episcopi. Si autem veri Episcopi sunt, & à Christo potestatem supernaturalem suscipiunt: sequitur quod non sit perpetuus abusus illos creare, sed licitè, & cum merito creari possunt, & quandoque non sine peccato à consecratione reijcerentur.

Matth. 16.

Qui fuerint, & esse possint titulares Episcopi.

Tertia ratio.

Quarta.

Quinta.

Primi Episcopi sine Ecclesia olim consecrabantur.

Quod

Quod titularium Episcoporum creatio, non solū non perpetuus, sed ne abusus quidem sit, ostenditur.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

In Prouintijs Septentrionalibus non nisi nobiles, ac diuites eliguntur Episcopi.

Quod ex multis comprobare facile est. Primò, quia Christus dans potestatem supernaturalem, opus consecrationis confirmat, cui per illum effectū assistit: ergo non est perpetuus abusus, imò nec abusus ex se, sed ex accidenti: alioqui Christus opere illo suo supernaturali non confirmaret. Secundò, illi Episcopi consecrati, necdum tamen habentes Ecclesias, ad infideles missi, veri Episcopi fuerunt, vt dictum est: & sanctissimè ab Apostolis id fiebat. Imò Apostoli peccarent, eos ad Prouintias à se non amandantes, quia per se non poterant omnibus prædicare, omnesque regere; ideo ardebant mittere promotos in Episcopos, qui possent confirmare, & Ordines sacros conferre ad novos ministros procreandos. Nunc igitur idem sanctè fieri poterit. Tertio, accidit sæpè, vt non creare similes Episcopos, in charitatè militet, vt exempli gratia, in Septentrione, vbi amplè sunt dioceses, & Episcopi ordinarij, vel nesciant, vel nolint, vel non valeant ministrare toti diocesi Sacramenta Confirmationis, & sacri Ordinis. Certum igitur est, si non darentur Episcopi titulares suffraganei, qui diocesi inseruirent, multi, imò innumeri sine Sacramento Confirmationis, & sine sacris Ordinibus remanerent, & consequenter sine ministris Confessionis, & communionis. Nec esset remedium diuidere dioceses: tum quia non est tam facilis executio, vt experti sumus in Flandria; tum propter hæreticos, qui statim Episcopos deuorarent, si potentes non essent, vbi fieri minimè expediret. Ne ergo tor anime, pro quibus Christus mortuus est, perirent, deberet Pontifex Max. in lege positiua, quæ prohibet ne Episcopi nisi ad certam Ecclesiam promoueantur dispensare. Nec enim facile esset vt in illis regionibus darentur Episcopis verbi coadiutores, quia ibi debent esse nobiles, qui veri Episcopi sunt futuri, & tales nolunt cõmuniter Episcopalia exercere ministeria, quia senes, vel infirmi, vel alijs magis serijs occupati. Ergo non solum promoueri possunt tales Episcopi

quandoque, sed etiam grauitè peccarent, si non consecrarentur. Prospici verò posset abusus emergentibus, qui ex sordida paupertate oriuntur, si certa portio reddituum Episcopi ordinarij eiusmodi Episcopis titularibus assignaretur, qua honestè possent viuere: sic enim pauci fierent, & non absque necessitate: & præscribendum illis esset, vt in collatione Sacramentorum nihil acciperent, etiam spontè oblatum. Et præcipiendum Episcopis Ordinarijs, qui illorum opera vterentur, vt in his, quæ per se facere possunt, suffraganeorū opera non vtantur.

Neque verò titulares eiusmodi Episcopi illi sunt Chorepiscopi, quos damnat, & auferri iubet Damasus epistola quarta. Sed hoc dici nequit, quia illorum ordinatio iterabatur, & erant vnus pagi Episcopi, & ab vno Episcopo consecrati, & absolute: quorum nullum hic accidit: & ideo illis nihil ordinis datum est, cum ab vno Episcopo ordinarentur. Quod autem in consecratione dicunt: *Iuro ire in Ecclesiam*: intellige, si euenerit quod ea mihi conferatur: nec enim aliàs intendit ire. Et quod dicitur Canone decimo Concilij Antiocheni: Chorepiscopos consecratos vt Episcopos (id est, à pluribus Episcopis) subdiaconos posse consecrare, & inferiores Ordines, & confirmare, & ex cõsensu Episcopi altiores gradus: verum est, quia isti veri erant Episcopi, licet quantum ad reliqua suspensi. In capite autem tertio Concilij Rhegiiensis, & cap. 7. Concilij Hispalen. Chorepiscopi ab omnibus Episcopalibus functionibus priuari traduntur, præterquam Confirmationis Sacramento de licentia Episcopi: hoc vel diure positiuo profectū est, vel quia non erant consecrati vt primi.

Nona ratio: Si quis Princeps audiens captam aliquam insulam ab infidelibus, qui velent fieri Christiani, & Pontifex ad eius preces iuberet aliquem consecrari in Episcopum fidelium eius insulæ, verè ille consecraretur: & eo posito, quod illa fuisset fictio, & non extaret talis insula,

Titulares Episcopos ab Chorepiscopis fuisse distinctos.

Concilium Antiochen.

Concilium Rhegiiens.  
Concilium Hispalen.

Nona ratio.

& illi

& illi mutati essent, aut amplius Christiani fieri nollent, haberet ille potestatem Ordinis, & nullam iurisdictionem, quæ esse sine subditis nequit. Ergo non est effectus Consecrationis iurisdictionis. Decima ratio: Titulari sæpè Episcopo potest, & solet dari vera Ecclesia, & eius fit ordinarius pastor: ergo iurisdictionis in illam, quæ ordinaria est, ex iurisdictione, & non ex consecratione datur. Undecima ratio: Quia etsi quandoque ordinantur presbyteri absolute, & non affigantur alicui Ecclesie, ut factum est de B. Paulino, qui in ciuitate Barcinonæ ordinatus est in Presbyterum vi multitudinis trahentis: sed ita, ut non admiserit se alicui Ecclesie affigi, ut in ea administraret: ut ipse testatur epistola ad Seuerum Sulpitium his verbis: *Nos modò in Barcinonensi (ut antè scripseram) ciuitate consistimus post illas literas quibus rescripsisti die Domini quo nasci carne dignatus est, repentina, ut ipse testis est, vi multitudinis, sed credo ipsius ordinatione correctus, & presbyteratu initiatus sum: fateor inuitus non fastidio loci, nam testor ipsum, quia & ab aditu nomine, & officio optauit sacram incipere seruitutem: sed ut aliò destinatus, alibi (ut scis) mente compositus & fixus, nouum, in speratumque placitum diuina uoluntatis expaui. Data igitur ceruice in iugum Christi, video maiora me meritis, & sensibus opera tractare, iamque arcanis, & penetrabilibus Dei summi receptum, & insertum communicare celestia, & Deo propius admotum in spiritu ipso Christi & corpore, & splendore uersari, vix adhuc intellectum sacra molis capio mentis angustijs, & onus muneris mei conscius infirmitatis horresco: sed is, qui sapientiam paruulis dedit, & ex ore infantium atque lactentium perficit laudem sibi, potens est in me etiam opus suum perficere, & munus ornare, ut se dignum faciat, quem ab indigno vocauit. Scito tamen voti communis, eodem Domino prestante, saluam esse rationem: Nam ea conditione in Barcinonensi Ecclesia consecrari adductus sum, ut ipsi Ecclesia non alligarer, in Sacerdotium tantum Domini, non etiam in locum Ecclesia, dedicatus. Hæc Paulinus, qui quanquam, ut dixi, in Barcinonensi*

Ecclesia vi multitudinis in Presbyterum fuerit ordinatus, ea lege, ut non admiserit certam alicui Ecclesie affigi, ut in ea administraret; manebat tamen vinculum ad ministerium ubi-cunque exercendum. Et quia iurisdictionis limitata, de qua est sermo, applicata est ad aliquem locum, & certas personas regendas: constat quod illa non pendet ex consecratione, sed ex consensu applicantis, & eius qui applicatur ad locum. Alioquin enim, cum Paulinus esset consecratus, si ex consecratione maneret iurisdictionis, & ad locum applicatio, illi Ecclesie fuisset applicatus, & non absolute ordinatus. Etsi ergo quandoque absolute ordinarentur aliqui, tamen regulare erat, & canonicum, quod ante ordinationem haberet quis titulum, & locum in aliqua Ecclesia, & ad illum titulum consecraretur, ut in Can. 6. Concilij Chalcedonensis præcipitur.

Cum igitur Episcopus, & Curatus prius debeant habere titulum, quam consecrarentur, & cum titulo huiusmodi annexa sit iurisdictionis, ut iam probatum est: sequitur, ante consecrationem dari regulariter iurisdictionem; & ita non vi consecrationis, sed iniunctionis sibi factæ, cum accepit titulum. Nec ualet quod aliqui aiunt, cuiusmodi iurisdictionem haberi ex commissione Papæ, & non esse ordinariam, sed per consecrationem dari ordinariam à Deo: hoc enim falsissimum esse, ex multis conuincere licet. Primo, quia, ut diximus, & probauimus, ordinaria est iurisdictionis istorum. Secundo quia Curatus nondum consecratus non haberet ordinariam iurisdictionem. Tertio, quia titularis Episcopus, vel insulæ fictæ, cum sit consecratus, haberet ordinariam iurisdictionem; quam tamen non habet. Quarto, quia cum iurisdictionis, quam fingunt aduenire per consecrationem, non sit contraria iurisdictionis priori per Papam habite, profectò prior per ipsam minime tolleretur; sed nec Papa illam tollit, nec Episcopus, vel Curatus illi renuntiat; ergo manet prima, & ita secunda erit otiosa, cum eadem possit. Quinto, quia, ut dicit Innocentius Tertius in

Concilium Chalcedon.

Titularis Episcopi iurisdictionem à Pöfifice sibi commissam ordinariam, esse, neque à Deo per consecrationem dari, multis ostenditur.

Innocentius Tertius.

cap.

Decima ratio.

Undecima ratio.

B. Paulinus Episcopus ubi presbyter ordinatus, & qua lege. B. Paulinus epist. 6. prope finem.

Epist. modestia & humilitas.

Psal. 18. Psal. 21. Matth. 21.

cap. 10.

Qua ratione inter Episcopum & Ecclesiam matrimonium inchoetur, confirmetur, confirmeturque.

Idem. Duodecima ratio.

Archiepiscopi, vel Patriarchæ iurisdictionis cur maior ordinaria Episcoporum, aut Curatorum sit.

Turrecrem. in summa Ecclesia.

cap. Licet, de translat. Episcoporum, per electionem Episcopi ab Ecclesia inchoatur matrimonium inter Episcopum, & Ecclesiam: sunt enim quasi sponsalia, dum & Ecclesia eligit, & electus patitur se eligi. Redditur autem ratum matrimonium & de præsentibus, quando Papa confirmat: quia ante consecrationem nuda est sponsio. Licet enim illi dicant: Ego elegi te de præsentibus: tamè quia subintelligitur quod nolunt vel eligere, vel eligi, nisi Papa confirmauerit, habet vim sponsionis de futuro: quæ completur, cum Papa confirmat. Quando autem accedit consecratio, tunc matrimonium dicitur consummatum: quia non secus atque succedens copula matrimonij vinculum firmat, ita succedens consecratio firmat unionem Episcopi cum Ecclesia, & eius iurisdictionem super illam, ut non ita facile, nec ex tam leui causa possit ab ea separari. Sicut igitur copula matrimonij non tollit vinculum matrimonij, nouum inducendo, sed firmat antiquum: ita etiam consecratio non inducit nouam, & superfluum iurisdictionem, ut quidam sine aliquo doctore, vel ratione docent: sed stabilit antiquam datam à Papa ante consecrationem, per quam perspicue docet Innocentius nihil dari. Duodecima ratio: Secundum eos, qui sentiunt iurisdictionem dari per consecrationem, iurisdictionis Patriarchæ, Archiepiscopi, aut cuiusvis legati non datur per consecrationem, sed per iniunctionem: sicut cum quis fit legatus, non consecratur, sicut nec Episcopus quando fit Archiepiscopus, vel Patriarcha: sed huiusmodi iurisdictiones maioris sunt ponderis atque momenti, quam ordinariæ Episcoporum, vel Curatorum, quia ad plures subditos, & ad maiores, & grauiores causas extenduntur: ergo si iniunctio tantum ualet ut illas possit conferre: ergo poterit has ordinarias, præsertim cum decipiantur in hoc, quod iurisdictiones Archiepiscopi, & Patriarchæ non esse ordinarias dicant, cum ordinarius magistratus ex sententia Turrecremate ille sit, qui communiter est in Republica, & non

ex accidenti aliquo extraordinario; sed Patriarchatus, & Episcopatus à tempore Apostolorum in Ecclesia sunt, & ordinariè ad illos accurrunt, quia Petrus illas potestates instituit, ut tradit Clemens. Dionysius quoque eos vocat successores Apostolorum in epistola ad Demophilum: ergo ordinaria est iurisdictionis, & non ex consecratione, ut ipsi fatentur. Idè ergo erit confitendum de alia ordinaria Episcoporum, & Curatorum iurisdictione. Decimatertia ratio: Si daretur per consecrationem iurisdictionis ordinaria Episcopi, nunquam posset vicario committi: sicut nec ordo dari potest per commissionem: nec enim citra consecrationem sola iniunctione recipit quis characterem Sacerdotis, vel Episcopi: ergo etiam iurisdictionis si annexa est illi Episcopali Ordini summo, non posset conferri sine consecratione, sicut nec Ordo ille: quod tamen est falsum; quia Episcopus totam suam iurisdictionem committit vicario non Episcopo. Papa etiam nondum consecratus Episcopus, potest committere ordinariam iurisdictionem alicuius Ecclesie vacantis alicui nondum consecrato in Episcopum: nec committit tunc illi Ordinem Episcopalem, quem Papa non habet, sed tantum iurisdictionem. Unde doctrina est Scholasticorum, ut habet Alexander de Hales in quarta parte, quod consecrare, quia ad solum Ordinem spectat, nec potest amitti, nec committi: absoluerè uero in foro exteriori, vel ligare, quia ad solum spectat iurisdictionem, amitti potest, & committi. Absoluerè autem in foro conscientie, quatenus ad Ordinem spectat, non potest committi: quatenus uero iurisdictionem etiam exigit, ualet amitti. Petrus quoque de Palude in quarto dist. 22. ait, quod ordinare, non potest alteri committi, nisi cui iure competit. Idè Papa nondum Episcopus, non potest committere Episcopo ut consecret Sacerdotes: quia qui commissaria potestate agit, non propria autoritate agit, sed eius qui commisit. Et quia Papa huiusmodi non potest esse non consecratus, non

Clem. epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini.

Dionys. epist. 8. à medio.

Decimatertia ratio.

Ordo per solum commissionem non potest conferri.

Potestas consecrandi qua re nec amitti possit, nec committi, secundum Theologos. Alexander de Hales 4. part. q. 79. membr. 8. art. 1.

Petrus à Palude.

Cur Papa nondum Episcopus committere alteri non possit Episcopo ut consecret Sacerdotes.

potest

potest dare potestatem quam non habet, ut per illam alius consecrare valeat Sacerdotes: potest tamen iubere, ut potestate, quam ille Episcopus habet, consecret, quia hoc spectat ad iurisdictionem, quam Papa nondum Episcopus in plenitudine habet. Decima quarta ratio: Si per consecrationem datur talis potestas, in omni perfecta consecratione tribueretur aliqua iurisdictione: quod falsum est, ut patet in Episcopo titulari, & in simplici Sacerdote, vel diacono: igitur non datur per consecrationem, sed per iniunctionem, praesertim cum etiam in consecratione simplicis Sacerdotis actuum iurisdictionis fiat mentio: datur etiam ei potestas ligandi, & solvendi, & inter eius munera ponitur iudicare, & praedicare. Decima quinta ratio: Cum eadem sit forma consecrationis omnium Episcoporum, eadem, seu par daretur iurisdictione, quia ex eadem causa idem sequitur effectus: & ita eadem possent omnes Episcopi, quod ad iurisdictionem attinet. Quod falsum est, cum iurisdictione unius extendatur ad multas animas, alterius vero ad paucas pro diversitate dioceseon, alterius vero ad nullas, ut titularis. Deinde vero, si equalis est iurisdictione in omnibus Episcopis: vel ad omnes homines extenditur, vel ad eos, qui sui sunt diocesis tantum. Si ad omnes, confusio sequeretur, & noxia Principum multitudo, & alia dicta inconuenientia: si eos tantum sui diocesis, ergo non equalis quantum ad extensionem. Decima sexta ratio: Si per consecrationem datur haec potestas, Papa non posset dare maiorem iurisdictionem uni, quam alteri: nec posset alicui ullam dare, vel semel datam auferre. Sicut posito Sacramento, non est in potestate conferentis tollere, vel imminuere eius effectum, siue gratia illa sit, siue character: non posset etiam ipsemet consecratus renuntiare iurisdictioni, sicut nec potest characterem suum delere. Quia iurisdictione per peccatum non tollitur, cum sit in peccatoribus, imo, ut quidam sentiunt, in haereticis, vel excommunicato occulto existat: & ita ex se usque ad

mortem in illo manebit. Sed omnia ista falsa sunt, & contra Ecclesiae praxim, & decreta: falsum ergo & illud, ex quo sequuntur. Decima septima ratio: Si vi consecrationis datur haec potestas, ergo vel vi verborum Dei in Scriptura, cum consecratio, & sententiae Scripturae communes sint ad omnes: (dicitur enim: *Quaecumque alligaueritis: Quorum remisertis peccata, Baptizate, Pradicare, & Docete omnes gentes, &c.*) & in consecratione eadem sententiae repetantur, & verba generalia, ut, dari claves, & cathedra, & spiritum gubernatorium: sequeretur quod generalem, & extensam ad uniuersos susciperent iurisdictionem, si ex consecratione eam susciperent. Imo sequeretur, quod in iurisdictione Sacerdos susciperet aequalem cum Episcopo potestatem, eo quod verba minimè limitata, & sententiae absolutae adducuntur in eius consecratione, ut diximus. Imo magis absolute in consecratione Sacerdotis, quam Episcopi, quia Episcopo dicitur: *Vade, praedica populo tuo: in Sacerdotis vero consecratione nulla loci, vel plebis ponitur limitatio, sed quantum est ex parte verborum consecrationis, absolute ordinatur: ergo susciperent aequalem iurisdictionem tam Episcopus, quam Sacerdos, vel Episcopo latiore Sacerdos: quae omnia falsa sunt. Quod si etiam daretur iurisdictione uniuersalis, falsum esset, quod Papa daret materiam: quia Christus dans iurisdictionem, vel praedicationem uniuersalem, daret quoque materiam. Papa vero tantum abest ut materiam daret, ut potius tolleretur, quia ubi Christus Episcopo assignaret omnes oues, Papa omnes penè tolleretur, paucis sui diocesis demptis: & ita non gratia, vel liberalitate Sedis Apostolicae fierent Episcopi, sed potius ex liberalitate, vel avaritia ablati esset eis Episcopus uniuersalis. Decima octava ratio: Si ex consecratione acciperet Episcopus iurisdictionem ad gubernandam suam diocesim secundum legem Dei, & Euangelium, ut dixit Gandauensis, quem isti sequuntur; merito posset secundum*

Decima septima ratio.

Matth. 18. Ioan. 20. Matth. vlt. Marci vlt. Supra 16.

Maiorem Episcopus in iniunctione iurisdictione sortitur, quam Sacerdos.

Decima octava ratio.

Henricus à Gandauo.

Euangelium gubernare iuxta Dei impositionem, & imperium sibi collatum, & non dirigeret suam plebem secundum Canones ab hominibus conditos: ex quo schisma oriretur in Ecclesia. Sequeretur etiam, omnium Episcoporum iurisdictiones immediate à Deo perficisci, sicut Papae: quod fuit error Ioannis de Pol. & monarchiam tolleretur, quia tot essent capita, quot pastores, qui error Orientis destruxit, & Septentrionem. Graeci segregarunt se ab obedientia Romani Pontificis, & dixerunt se habere auctoritatem à Deo immediate super Orientales, atque Romanus Pontifex super Occidentales: quod etiam hodie Patriarcha Constantinop. & Patriarcha Alexandrinus Cophtorum in Alexandria afferunt. Septentrionales quoque, falsi ministri, dicentes vocationem suam esse à Deo immediate, ac nolentes Romano subiacere Pontifici, totum Septentrionem insecerunt: quos utinam Gallia non sequatur, quam tot inuenerunt mala, ex quo occasione Concil. Basil. & pragmaticae factionis se à Romana Ecclesia matre sua, & magistra aliquatenus ceperunt diuidere: quos utinam alij, qui stare videtur, non imitentur. Decimanona ratio: Si Episcopus dum sacrat, immediate à Deo susciperet suam iurisdictionem, sequeretur quod nullus suae diocesis posset eximi ab eius obedientia: quod error fuit Ioannis de Pol. à decretis, & consuetudine uniuersalis Ecclesiae damnatus. Quod autem sequatur, hinc ostenditur: Quia si Deus dedit illi curam eorum qui eximuntur contra Dei voluntatem, ille Episcopus relinqueret curam illorum, & contra eandem Papam eos eximeret. Sequeretur etiam quod immediate reciperet à Deo iurisdictionem, & consequenter de iure diuino esset iurisdictione: quod falsum esse, inferius ostendemus. Vigesima ratio: Effectus cuiusvis consecrationis non penderent nisi ex ministro, & suscipiente, ut patet discurrendo per Sacramenta omnia, quorum effectus tantum impeditur, vel ex defectu ministri non adhibentis, intentionem, vel ex indispositione susipientis, & ponentis obicem: sed iurisdictione absque defectu consecratis, vel susipientis impeditur vel per Pontificem, vel per

Error Ioannis de Poliaci. Orientis, ac Septentrionis Ecclesiae curae ab obedientia Romani Pontificis segregauerunt.

Decimanona ratio.

Alter error eiusdem Ioannis Poliaci.

Vigesima ratio.

Effectus, defectusve cuiusvis consecrationis non penderent.

Metropolitanum, ut nulla sit, vel maior sit, vel minor: igitur non est effectus consecrationis. Postremo, falsitas huius sententiae declarat diuersitatem, dissensionemve illorum, qui ita opinantur. Alij enim dicunt, omnem iurisdictionem commissariam dari ex iniunctione, omnem ordinariam vero per consecrationem. Alij vero non omnem ordinariam dari per consecrationem, sed eam tantum, quae gubernat secundum Euangelium, quae autem secundum Canones, à Papa dari. Alij rursus ordinariam, quae datur per consecrationem, absolutam, & generalem dari, alij vero limitatam, & ad suam diocesim restrictam; portò alij tradidit solam materiam à Papa, non autem iurisdictionem; alij autem, dari etiam iurisdictionem, sed tanquam à nudo ministro, sicut datur potestas Ordinis à consecrante. Communis vero sententia orthodoxa, & sibi, & Canonibus, & praxi Ecclesiae, & Doctoribus tam antiquis, quam scholasticis consentiens est, dum tradit, omnem iurisdictionem commissariam ex iniunctione Pontificis dari, non autem vi consecrationis. Haec enim nihil falsi implicat, aut absurdum, cum contraria opinio multa falsa contineat. Falsum est enim, quod datur absoluta potestas per consecrationem, ut ostensum est: falsum, quod Papa sit nudus minister, quia ex vi, & auctoritate, ac liberalitate agit: falsum, quod praebet solam materiam, ut ostendemus: falsum, quod vi consecrationis datur iurisdictione, ut copiose est demonstratum: falsa illa distinctio iurisdictionis in commissariam, & ordinariam, quia multas ordinarias vocat commissarias. Falsa illa distinctio iurisdictionis in gubernantem secundum legem Dei, & secundum Canones: quia unica iurisdictione, quae datur à Papa per iniunctionem, gubernat secundum Euangelium tanquam fundamentum, & principium gubernationis, & Canones tanquam per conclusionem ab eo deductas: sicut idem est Spiritus, qui dicitur per Apostolos Euangelium, & Canones per Pontifices, & generalia Concilia, quorum omnium est autor & praeses Spiritus Christi Domini nostri, cui cum Patre, & Spiritu sancto aeternas laudes decantemus. Amen.

Vigesima prima ratio, diuersitatem, dissensionemque opinionum continet.

Communis sententia quibus (ut reliqua) incommodis minimè subiaceat.



TRACTATVS LXXII.

In quo diluuntur argumenta, quibus quidam firmant, iurisdictionis autoritatem non nisi per consecrationem dari.

EX his quae haecenus disputauimus, constat, veram esse communem sententiam de deriuatione iurisdictionis per iniunctionem Pontificis, & oppositam falsam; cuius rationibus, & argumentis breuiter est satisfaciendum. Nam primo agunt ex Scriptura. Etenim, ut constat ex Actis Apostolorum, & ex epistolis Pauli ad Timotheum, & Titum, quando aliqui ordinabantur, adhibebatur manuum impositio, ieiunium, & oratio: quae ad consecrationem spectant; & tunc dabatur eis iurisdictionis: ergo per consecrationem datur. Quia cum nunquam legatur vel ante, vel deinceps tradita, ergo vel tunc data, vel nunquam. Vnde statim post consecrationem missi sunt Paulus, & Barnabas in ministerium, Actorum decimo tertio. Respondemus, iurisdictionem ex iniunctione semper dari, & datam fuisse: sed quia iniunctio, ut diximus, pendet ex voluntate eius qui iniungit, hinc est, quod pro tempore quo ipse vult, datur iurisdictionis. Quod hoc exemplo illustratur: Sit Rex, qui velit aliquem constituere Proregem suum in regno ab eo loco, in quo ipse est, longe distante, potest Rex iniungere illi illud onus statim antequam a se discedat: potest quoque statuere, ut cum primum ingressus fuerit regnum, sit Prorex: potest quoque dicere, Post annum a die introitus tui illuc esto Prorex. Itaque iste creari valet Prorex vel ante introitum regni, vel in ipso introitu, vel post introitum. Et quomodocon-

que fiat, ex iniunctione voluntatis Regiae constituitur Prorex, non autem ex vi temporis vel ante ingressum, vel in ingressu ipso, vel post illum: quadoquidem illa per accidens sunt, nec sunt causa illius effectus, nisi tantum voluntas, & iniunctio Regis. Eodem prorsus modo iurisdictionis Eccllesiastica virtute iniunctionis data est semper: sed haec iniunctio potest ita fieri, ut ante consecrationem fiat, sicut hodie fit, & sicut fanciuit Concilium Chalcedonense Canone sexto iubens prius dari titulum, & consequenter iurisdictionem ei annexam, si eam habet. Potuit quoque praemitti Ordo, & consecratio, & post illam dari iurisdictionis: sicut forte in primitiua fiebat Ecclesia. Antequam enim haberent iurisdictionem, recipiebant potestatem Ordinis, qua usuri erant in eos, super quos danda sibi erat iurisdictionis; & deinde per missionem iniungebatur eis iurisdictionis: sicut solet armari miles, antequam mittatur ad bellum. Et hoc quadrabat illi tempori, quia non dabatur limitata iurisdictionis ad vnum locum, vel gregem: postea autem, quando iurisdictionis limitata est, ut ordinandus sciret se non debere indifferenter uti potestate Ordinis in omnes, sed in suum gregem, prius assignabatur illi grex, & iurisdictionis super illum, & deinde dabatur illi per consecrationem Ordo, quo deberet uti erga gregem suum, ministrando illi Sacramenta, & doctrinam, & non erga alios, & sicut iniunctio facit, ut iurisdictionis detur ante consecrationem, & potestatem; ita potest facere, ut

Duobus modis datur iurisdictionis. Concilium Chalcedon.

Alter modus

Cur prius potestas ordinis, quam iurisdictionis in primitiua Ecclesia dari consueuerat.

detur

Simile.

detur in ipsa consecratione, siue in principio, siue in medio, siue in fine ipsius. Et tunc licet daretur in consecratione, non tamen ex vi eius: & qui secus putant, decipiuntur, non causam ut causam proferendo. Ut enim licet in lacte praesens sit albedo, sicut & dulcedo, tamen albedo non est quae dulcis est palato, sed dulcedo: ita licet consecratione praesente detur iurisdictionis, non tamen eius vi datur, sed iniunctione. Ex quibus patet responsio ad argumentum: fatemur enim quod forte in primitiua Ecclesia non dabatur iurisdictionis ante consecrationem, sed in ipsa, vel post ipsam: negamus tamen quod vi ipsius daretur. Quod indicat etiam textus Scripturae Act. 13. quia post consecrationem fiebat missio, in missione autem consentit qui mittit, & iniungit, ut opus, ad quod mittitur, exerceat: ex qua iniunctione oritur iurisdictionis; non a se usurpata, sed a vocante, & mittente iniuncta.

Secundum argumentum a decretis Pontificum. Innocentius Tertius.

Abbas, vel Episcopus quando suam ordinariam accipiant iurisdictionem Gregorius Nonus.

Deinde argumentantur ex quibusdam Decretis, & primo producent caput, Cum ad nostram, De institut. in quo Innocentius III. tradit, non nisi ratione Abbatiae pertinere ad Abbatem ius conferendi beneficia: Abbas autem non fit nisi per consecrationem: ergo consecrationi videtur tribuenda iurisdictionis. Respondetur, quod nec Abbati ex vi consecrationis datur iurisdictionis: nam Abbates etiam titulares consecrantur, nullamque habent iurisdictionem. Cum ergo quis designatus est Abbas, & confirmatus, statim habet iurisdictionem: sicut & Episcopus electus ante consecrationem habet ordinariam iurisdictionem sui Episcopatus. Secundo adferunt Greg. IX. ad Agathensem, & Vticensem Episcopos (& habetur in cap. Dilecti, de renunt.) Cum igitur, inquit, dictus Abbas cedere sine licentia nostra nequiverit: nos tam electionem, quam cessionem praedictas decernentes irritas & inanes; mandamus quatenus Abbatem ipsam loco sui restitui faciatis: quo integre restituto, vice nostra recipiatis cessionem ipsius. Haec ibi. Ex quibus argumentantur sic: Curatus sine licentia Pontificis valet renun-

tiare suae iurisdictioni, Abbas autem non potest; causa igitur differentiae est, quod Abbati, & non Curato detur iurisdictionis per consecrationem. Respondetur, non ob id esse, sed quia Abbas ille exemptus erat ab Episcopis, ut in Rubrica eius capituli traditur: ac ideo immediate spectabat abbatia ad Papae prouisionem, ac proinde sine eius licentia renuntiare non poterat: sicut nec electus Episcopus etiam non consecratus, renuntiare potest, vel dimittere Ecclesiam suam sine Papae licentia, ut patet ex cap. Inter corporalia, De translat. Episc. Tertio, producent Clementinam In plerisque, De elect. ubi dicitur: De consilio fratrum nostrorum statuimus, ut nullus de cetero, quantacunque dignitate praepollens (nisi speciali super hoc autoritate Sedis Apostolica fulciatur) de pastore prouideat cathedrali Ecclesia sibi qualitercunque subiecta, qua clero careat, & subditis Christianis: nullusque religiosus a suo unquam quod prouisioni tali consentiat, licet iurisdictionem Praelato. Haec ibi. Et quo inferitur, iurisdictionem annexam esse consecrationi: alioqui Pontifex non prohiberet fieri Episcopum sine clero, & subditis Christianis. Respondetur, contrarium potius sequi: tum quia fiebat multi Episcopi titulares sine iurisdictione, quos Pontifex non negat esse Episcopos, tum etiam, quia de licentia sedis Apostolicae dicit licere huiusmodi consecrare. Ex quo sequitur, quod effectus consecrationis non est iurisdictionis: alioqui preceptum posituum non posset eam impedire. Tertio agunt a doctoribus scholasticis, & maxime autoritate Thomae in Secunda secundae: Ad secundum, inquit, dicitur, quod Episcopi principaliter habent curam omnium suae diocesis: Presbyteri autem Curati & archidiaconi, habent aliquas subordinationes sub Episcopis. Vnde super illud 1. ad Cor. 12. Alij opitulaciones, alij gubernaciones, dicit Glossa, opitulaciones, id est, eos, qui maioribus ferunt opera: ut Titus Apostolo, vel archidiaconi Episcopis. Gubernaciones, scilicet minorum personarum pralaciones: ut Presbyteri sunt, qui plebi documento sunt. Et Dionysius dicit 5. cap. Eccl. hierar. quod sicut uniuersam hierarchiam videmus in seipsum terminari,

Innocentius Tertius.

Clem. V.

Tertium argumentum a Doctoribus Scholasticis. B. Thom. in Secunda secunda q. 184 art. 6. ad 2. tom. 11.

part. 2. Glos. interlinearis.

Quid opitulaciones, quid gubernaciones apud Apostolum sint. Dionysius Areop. lib. Eccl. hierar. cap. 5. de Sacerdotum perfectionibus.

16. q. 1. cap. Cunctis, in principio.

Idem.

ita vnamquamque functionem in proprio diuino hierarcha, id est, Episcopo. Et 16. quæst. 1. dicitur: Omnibus Presbyteris, & diaconibus attendendum est, vt nihil absque proprij Episcopi licentia agant. Ex quo patet, quod ita se habent ad Episcopum, sicut Baliui, vel præpositi ad Regem. Et propter hoc sicut in mundanis potestatibus solus Rex benedictionem solennem accipit, alij verò per simplicem commissionem instituuntur: ita etiam in Ecclesia cura Episcopalis cum solennitate consecrationis committitur: cura autem archidiaconatus, vel plebanatus cum simplici iniunctione. Consecrantur tamen in susceptione Ordinis, scilicet, antequam curam habeant. Hæc ille. Ex quibus inferunt, iurisdictionem Episcopi vi consecrationis dari. Respondemus, id nullo pacto inferri posse. Nec enim purandum est, Thomam in eodẽ libro, quem vltimo edidit, sibi tam aperte contradicere: & si daremus sibi aduersari, potius sequendus foret vbi rem ex professo tractat, id est, artic. 3. quæst. 39. quàm cum obiter soluendo argumentum de ea re breuiter agit. Sed reuera nulla est contradictio, quod facile intelliget, qui notauerit illa verba: Et propter hoc sicut in mundanis potestatibus solus Rex benedictionem solennem accipit, alij verò per simplicem commissionem instituuntur: ita etiam in Ecclesia cura Episcopalis cum solennitate consecrationis committitur: cura autem archidiaconatus, vel plebanatus cum simplici iniunctione. Consecrantur tamen in susceptione Ordinis, scilicet antequam curam habeant.

Thomæ, iurisdictionem vi consecrationis dari dicentis, sententia in tribus expenditur.

Rex iurisdictionem suam quando accipit.

In his verbis obserua primùm, quod non ait solum Regem per benedictionem solennem accipere iurisdictionem, sed quod solus Rex benedictionem solennem accipit: perspicuum autem est, quod Rex iurisdictionem accipit, cum iuratur in Regem, & ipse iuramentum admittit. Ex ipso enim mutuo consensu plebis & Regis deriuatur à communitate in eum iurdictio, quam sequitur solennis benedictio, non autem efficit eam: imò et si non benediceretur,

maneret iurdictio Regia. Deinde obserua, non asserere Thomam, curam Episcopalem dari per consecrationem, siue committi ex virtute consecrationis: sed quod committitur cum consecratione: ad quod sufficit, quod post commissionem adhibeatur consecratio. Præcedit enim titulus ex electione, & confirmatione natus, atque illum sine iurisdictione sequitur, & ob signat consecratio, sicut titulum Regium solennis Regis benedictio. Tertio obserua, quod de archidiacono, & curato ait: consecrari illos in susceptione Ordinis, antequam curam habeant: quia tempore Diui Thomæ prius ordinabantur, & deinde committebatur illis iurdictio, sicut in quibusdam locis modò etiam fit. In alijs autem Clericis nondum consecratis præcedere solet titulus iurisdictionis, & obligantur postea ad Ordines sumendos intra certum tempus; licet ex abusu hoc fiat, quia iuxta Canones quisque habere deberet Ordinem condecentem suæ iurisdictioni: vt archidiaconus deberet esse Diaconus, archipresbyter, siue Curatus, Presbyter, & Episcopus ordinem deberet habere Episcopalem. Producitur deinde Henricus Gandauensis. Quodlibet 9. quæstione vigesima secunda dicens: Ipse etiam Papa potest facere edicta vniuersalia, quæ omnes vbiq; adstringunt, in quibus Episcopi nullam habent iurisdictionem, nisi quatenus eis committitur à Papa, & in iure edito ab ipso eis conceditur. Episcopi verò statuta non possunt facere ligantia aliquos extra proprias dioceses, in quibus etiam Papa plenam habet iurisdictionem. Si verò consideremus iurisdictionis executionem, sic dico quod habet iurisdictionem limitandi alijs suam, & sibi referuandi, secundum quod opus sibi visum fuerit. Et licet Episcopi potestatem habeant non à Papa, sed immediatè à Christo, tam eam, quæ est Ordinis, quàm eam, quæ est iurisdictionis ordinandi Ecclesias secundum statuta legis Diuina: tamen iurisdictionem in ordinando Ecclesias suas secundum edicta à Papa instituta, & in resumendo ea quæ Papa subtraxit, habet à

D. Thomæ Aquinatis tẽpore prius ordo, deinde iurdictio dari consueuerat.

Henricus Gandauen.

Papa, & à Deo mediante Papa. Hæc ille, asserens, iurisdictionem gubernandi secundum legem Dei dioceses suas, esse à Christo immediatè concessam Episcopis, & non à Papa. Respondemus, Henricum penè singularem extitisse in hac sententia, discessisse quæ à communi opinione, tam antiquorũ Patrum, quàm Scholasticorum; ideo minimè in hoc esse sequendum. Et tamè modestius loquitur quàm aliqui, docēs, iurisdictionem Episcoporum limitatam esse ad suam diocesim; cum alij dicant illam esse generalem, & absolutam: at Henricus eam limitatã ponit in diocesi, ac sopitam esse, & in potentia, & actu primo sine Papa, & in exercitio à Deo omnino pendere, illique plenè subditam, & per eum limitabilem, non tãtùm in personis, sed etiam in causis: quæ tamen nonnulli, qui illum sequi volunt, negare videntur.

Quartum argumentum à rationibus.

Ratio prima. Non vult mendacio coli Deus optimus maximus.

Prima solutio.

Quarto arguunt rationibus, & primo à consecratione ita syllogizant. Nam cum mendacium diuino cultui admixtum perniciosum existat, (non enim vult Deus mendacio coli) & in consecratione, multa dicantur, quæ mendacia forent, nisi daretur iurdictio vi consecrationis, qualia sunt illa: Da ei, Domine, clauis: da ei cathedram: da Spiritum gubernatoriũ, & similia: sequitur ergo quod vel dari eis vi consecrationis iurdictio, vel Ecclesia mentitur in cultu, imò (quod absit) ipse Deus, quia ille loquitur per ministrum suum. Respondet, non dari iurisdictionem ex vi consecrationis; nec tamen idcirco vllum mendacium cõtineri in verbis consecrationis. Nam quod dicitur: Da ei clauis; ad ordinis clauis referri absque mendacio potest. Quod dicitur: Da spiritum gubernatorium: ad gratiam gratis datam gubernandi referendum est. Quod verò inquit: Da ei cathedram: ad gratiam docendi referri valet, & ad potestatem Ordinis, quæ quasi substerniculum erat potestatis iurisdictionis: nã iuxta Ordinis rationem vt plurimum iurisdictiones distribuebantur, maior maiori, & minor minori: vt videbimus. Omnia

etiam ista à mendacio vendicantur, si dicamus, quod et si videatur peti potestas iurisdictionis, non tam ipsa petitur, quàm eius rectus vsus: quia reuera iuxta Scripturam modũ loquendi, non habet rem, qui ea non vtitur bene: & ita perinde est dicere, Da ei cathedram, ac; Concede bonũ vsum cathedræ. Et in Regis, & Imperatoris cõsecratione dicitur: Da ei, Domine, gladium, id est, Concede bonũ vsum gladij: nam iurisdictionem, vel gladij potestatem non ex benedictione, sed ex electione, vel cõfirmatione habet: per benedictionem tamen Ecclesia bonũ vsum gladij illis impetrat, sicut Episcopo bonum vsum potestatis ordinis, & iurisdictionis: ex pacto tamen & vi consecrationis confert illi Ordinis potestatem, sicut ex iniunctione iurisdictionem. Quæ etiã vera esse constat, quia eisdẽ verbis vtitur consecrando titularem, & Episcopũ Ecclesiam, seu oues habentem: & tamen non est asserendum, quod mentiatu consecrando titularem, cui nullã tribuit iurisdictionem.

Quis quid habeat more Scripturæ.

Matth. 25. Luca 19.

Alterata solutio.

Secundã ratio

Potest etiam dici, has formulas consecrationis antiquas existere. Et cum iurdictio semper data fuerit per iniunctionem, fortè in Ecclesia primitiua præmittebatur Ordo, & post ordinem collatum dabatur ex iniunctione iurdictio: & ideo vera erant tunc quæ de illa traduntur, proprie loquendo. Nunc autem postquã consecratio succedit iurisdictioni, vera sunt ad sensum declaratum, sicut cũ consecratur Episcopus titularis.

Secundã ratione agunt: Potestas iurisdictionis Ecclesiasticæ profus est supernaturalis, & ad quã humanæ vires pertingere non valent: igitur ab homine, aut vi iniunctionis eius dari non potest, sed à Deo per consecrationem inuocato, & assistente, sicut assistit in baptismo, & alijs Sacramentis, quæ supernaturalem conferunt effectum. Quod autem potestas illa supernaturalis sit, ex effectibus eius probatur. Nam per eam absoluitur quis à peccatis: excommunicatur quis, vel absoluitur ab excommunicatione: quæ omnia supra naturã sunt.

Ecclesiastica iurisdictione vnde fit.

Qualis illa in Romano Pontifice, qualis in Episcopis videri possit. Genes. 7.

Innocentius Tertius.

Genes. 2.

Matth. 19.

Respondemus, iurisdictionem Ecclesiasticam in suo fonte, ac origine supernaturalem esse, & diuinam: nullus enim nisi Deus concedere potest facultatem, quæ collata est Pontifici, qui ex potestate sibi collata potest alijs ministris Ecclesiæ similem conferre, etsi non in eadem plenitudine. Ut enim eiusdem naturæ est aqua fontis cum ea, quæ per canalē artis opera deriuatur: & eiusdem est speciei homo per hominē procreatus, cum primo homine, quem Deus immediatē fecit: ita eiusdem generis sunt potestas iurisdictionis à Deo immediatē ipsi Papæ collata, atque potestas, quæ media autoritate Papæ confertur Episcopis. Et ideo mirum non est, si multa possit, quæ alta quidem sunt & Diuina, quia & ipsa potestas diuini est generis, & quicquid ipsa facit, vi illius potestatis Papalis à Deo immediatē collata facit: illa verò Papæ potestas à Deo immediatē profecta, vi Dei facit, quicquid facit. Vnde Innocentius cap. Inter corporalia, de translatione Episcopi, rectè ait: *Cum ergo fortius sit spirituale vinculum, quam carnale: dubitari non debet quin omnipotēs Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, suo tantum iudicio reseruauerit dissoluendum, qui dissolutionem etiam carnalis coniugij, quod est inter virum, & feminam, suo tantum iudicio reseruauit: precipiens vt quos Deus coniunxit, homo non separet. Non enim humana, sed potius diuina potestate coniugium spirituale dissoluitur, cum per translationem, dispositionem, aut cessionem, autoritate Romani Pontificis, quem constat esse vicarium Iesu Christi, Episcopus ab Ecclesia remouetur: & ideo tria hæc que præmissimus, non tam constitutione Canonica, quam institutione Diuina, soli sunt Romano Pontifici reseruata.* Hæc ille. Ut ergo potestate diuina facit Pontifex quæ legitimè facit, ita etiam alij Episcopi inferiores diuina, & Apostolica autoritate faciunt quæ legitimè faciunt.

Quo posito fundamēto, dicimus, in prædictis effectibus nihil inueniri, quod superet vires potestatis à qua prodit. Nam vt de absolute in foro conscientie duplicem potestatem, debet habere, Ordinis nempe, & iurisdictionis.

catis in foro conscientie dicamus, perspicuum est quod exigit duplicem potestatem in absolute, nempe eam, quæ est Ordinis, sine qua nemo, quantum tacunque iurisdictionis potestate fultus, absolute possit; & potestatem iurisdictionis, sine qua, si quis subdito careat, absolute nequit. Ut igitur in absolute sunt duplices potestates, Ordinis, quæ altior est, & iurisdictionis, quæ minor: ita effectus ipse absolute, qui altior est, prouenit à potestate Ordinis, effectus autem subijciendi hunc illi, prouenit à iurisdictione iniuncta. Itaque quisque effectus proportionem suæ causæ respondet, minor minori, altior altiori. In excommunicatione quoque nullus datur effectus, qui non habeat causam accommodatam sibi: excommunicatio enim priuat conuersationem fidelium, perceptionem Sacramentorum, & communicationem in oratione, & communibus suffragijs cum eisdem quæ Ecclesia applicat vniuersis fidelibus, qui intra eius communionem sunt. Priuatio autem conuersationis, & orationis, atque communicationis in diuinis officijs, perceptioneque Sacramentorum, solo præcepto fieri potest. Præcipitur enim fidelibus, ne excommunicatum ad hæc admittant; in quo nullus est proportionis defectus, quia qui iurisdictione fultus est, id suis subditis præcipere valet. Et quantum excommunicet quouis Episcopus, & per eius excommunicationem etiam non subditus suus debeat vitare excommunicatum: id fit, quia Episcopus à Papa accipit commissariam potestatem, qua obligare valet etiam non sibi subditos, vt sibi subditum, & à se excommunicatum deuitent: vt rectè docet Scotus. Alioquin enim per suam ordinariam iurisdictionem non posset obligare nisi illos, qui sunt suæ diocesis, ad euitandum à se excommunicatum: sicut nec potest excommunicare nisi sibi subditum, vt constat ex cap. A nobis, de sententia excommunicationis, vbi interrogatus Pontifex, an excommunicans furem, excommunicet furem non

Absolute in foro conscientie duplicem potestatem, debet habere, Ordinis nempe, & iurisdictionis.

Effectus excommunicationis quinque

Vnde excommunicare possit Episcopus.

Scotus. Generalis excommunicatio quos liget tantummodo.

Clem. III.

sibi

Particulari Synodorum, Episcoporum, vnde leges quatenus obligent.

Priuatio beneficiorum Ecclesiasticorum ad quod genus potestatis pertinet.

sibi subditum, ait: *Ad quod dicimus, quod hæc sententia non nisi subditi obligantur, nisi forte plus contulerit maior, & largior autoritas delegantis.* Hæc ille, docens, quod excommunicatio ex ordinaria potestate Episcopi tantum in subditos suæ diocesis ostenditur: ex delegatione autem maioris potestatis potest in alios illi maiori potestate subditos extendi. Hinc generalis conflatur regula, quod vbiunque Concilia particularia, vel Episcopi priuati condunt legitimè præcepta vim vniuersos obligandi habentia, ea non vi suæ potestatis, sed Pontificiæ super vniuersalem Ecclesiam decernunt. Imò quia in Generalibus Concilijs nunquam ferè solent esse vniuersi Episcopi, decreta illorum, secluso Papa, non valent obligare nisi subiectos eorum Episcoporum, qui in illis consecrantur. A Papa igitur, qui eos congregat, & dirigit, atque eorum decreta confirmat, habent eorum Canones, quod vniuersos obligent: alioquin effectus excederet vires suæ causæ. Nihil igitur proportionem excedit in hoc effectu excommunicationis: quia vel à potestate ordinaria Episcopi in his, in quibus potest vel à delegata per Pontificem in his, in quæ ordinaria non potest, procedit. Priuatio verò beneficiorum Ecclesiæ à iurisdictionis potestate prodit. Nam sicut Ecclesia per intentionem suam applicat communia ministrorum suorum suffragia filijs suis; ita per intentionem auferre illa potest. In quo id venit perpendendum, quod vt Episcopus in sua diocesi potest præcipere ministris Ecclesiæ, vt communia suffragia adhibeant pro singulis membris, ita etiam dum excommunicat, vetat suis ne illa excommunicato applicent: nihilque in hoc præcepto facit supra suam ordinariam potestatem. Cæterum, quia dum excommunicat, non solum iniungit suis subditis, ne suffragia excommunicato adhibeant, sed etiam omnibus Christianis: ista iniunctio ab ordinaria potestate non prouenit, sed à potestate Pontificis sibi ad hunc effectum delegata in omnes Christianos: & hac de causa suffragiorum pri-

uatio per potestatem hanc facta, non est supra iurisdictionis naturam, quia natura sua præcipere potest, cum hæc priuatio solo præcepto priuati, & obedientia subditi fiat. Nunquam autem Ecclesia priuat excommunicatum, qui in charitate est; participatione illa, quæ est annexa omnibus habentibus charitatem; iuxta illud: *Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.* Imò nec Ecclesia interdicit priuare excommunicatum aliorum suffragijs, & orationibus; sed tantum communibus, quæ fiunt à ministris Ecclesiæ pro vniuersali eius corpore: si tamen vellet, posset illis priuare, quia hoc iniunctione sola, & præcepto faceret, sicut cum priuat communibus.

Quod autem ad indulgentias attinet, quia indulgentia est remissio pœnæ temporariæ peccato debite, compensando per applicationem thesauri Ecclesiæ, hoc est, ex meritis, & satisfactionibus Christi, & sanctorum, qui in charitate multa supra debitum peccatorum suorum sustinuerunt: hæc applicatio à quouis de pœnis suis fieri potest per solam intentionem, eas alteri communicando. Episcopus etiam, quia in honestis, & iustis debet sibi subditi parere, potest suo præcepto sibi subditos obligare; vt huiusmodi pœnas applicet: imò tacite eas intelliguntur applicare, cum superior largitur indulgentias: quia ratum habent subditi, quod superior bene disponit. Cæterum quia Episcopi non solum pœnas suorum subditorum, aut solis sibi subiectis applicent, sed de communi thesauro Ecclesiæ etiam non sibi subditis: ideo hoc faciunt non vi solius autoritatis suæ ordinariæ, per quam potest Abbas applicare suorum monachorum opera, sed per potestatem à summo Pontifice vniuersalis Ecclesiæ pastore delegatam. Vnde ex cap. Cuius, de pœnit. & remis. Papa præscribit Episcopis quantum indulgentiæ concedere possint: quia ex eo, vt habente plenitudinem potestatis, Episcopi habent, quod possint indulgentias vniuersaliter concedere.

Nihil ergo huiusmodi effectus pro-

Excommunicatus in charitate existens quibus tantum Ecclesiæ bonis priuetur. Psal. 118.

Indulgentia quid sit, vt applicari a fidelibus possit.

Qua ratione Episcopi subditorum suorum pœnas non solum sibi subiectis, sed de communi thesauro Ecclesiæ etiam non sibi subditis applicent.

duci

Peccati remissio quem admodum à Deo efficitur

Tertia ratio.

Nicol. Papa.

Dionys. Areop. epistola. 8.

Sylvest. Papa.

Matth. 10.

Greg. IX.

Excellentia tēporis antiquitati præf

ducti remissionis peccatorū, excommunicationis, & faciendi indulgentias, habent ita supernaturale, vt superent vim potestatis, per quam fiūt: quia remissio peccati, vt verè supernaturalis, & à Deo immediatè effecta, per potestatem etiam supernaturalem, & à Deo immediatè infusam efficitur: sicut subiectio non subditi, & excommunicatio, & concessio indulgentiæ per potestatem iurisdictionis hæc præcepto volentis efficere.

Tertia ratione pugnant. Iurisdictione, inquit, ordinem sequitur, ita vt vbi maior, ac sacratior ordo sit, debeat esse maior iurisdictione: vt igitur consecrationis, & non iniunctionis datur. Quod si vi iniunctionis daretur, contrarium cōtingeret, & maiori ordini maior daretur iurisdictione. Quod autem iurisdictione sequatur, testatur Nicolaus Papa ad Michaelē Imperatorem, vbi producit testimonium Dionysij Arcopagiti ad Demophilum ad hanc rem, & verba Episcoporum in Concilio Capuano collectorum, qui in Marcellinum Papam non sunt ausi proferre sententiā, sed ei dixerunt: *Tuo ore iudica causam tuā, non nostro iudicio.* Et iterum: *Prima sedes non iudicatur à quoquam.* Producit ibidem Sylvestri Papæ decretum in Synodo, vt non Presbyter aduersus Episcopum, non Diaconus aduersus Presbyterum, non Subdiaconus aduersus Diaconum, &c. Et subdit: *Nec presul summus à quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: Non est discipulus supra magistrum.* Hæc ibi. Item Greg. IX. in cap. Statuimus, de maior. & obedient. Statuimus, inquit, vt Presbyteri primum locum, Diaconi secundū, Subdiaconi tertium, & sic de reliquis obtineant ordinatim, etiam si posterius admittantur. Et qui maior est ordine, etiam si postea sit receptus, & in portione percipienda potiore esse volumus, ac minores facere seruitia cōsuetā. Hæc ille. Ex quib⁹ colligitur, quod licet inter eos, qui eiusdē ordinis sunt, antiquior tēpore præferatur: tamē qui altioris est ordinis, licet posterior tempore, præferendus est ei, qui minoris est ordinis, quia excellentia in ordine antiquita-

ti meritò præfertur. Idem Gregorius ibidem in cap. Cū inferior, docet: *Cū inferior potiore solvere nequeat, vel ligare, sed potior inferiorem liget regulariter, & absoluat, & satis absolum videatur, vt filius potestatem habeat in parentem, & reliqua.* Hæc ille. Vnde ibidem iubet, vt Archidiaconus, in cuius territorio creatus erat nouus Episcopus, nullam super Episcopum habeat iurisdictionem. Respondemus, verum quidem esse regulariter, iurisdictionem maiorem conferendā maiori ordini: negamus tamē, quod debeat conferri vi consecrationis, sed potius ex iniunctione: quia iniungens seruare non debet discretionē, regulariter iungendo maiore maiori.

Dicimus autem regulariter: quia ex causa sæpè contrarium fit: quod ex varijs rationibus probatur. Primo quidem, quia chorepiscopus quod attinet ad autoritatem, æquale habebat facultatem cum Episcopis, quia vt habetur ex cap. 3. Concilij Rhegiensis, deponi iubetur ordinati ab ipsis: qui si ordinare non valuissent, non opus fuisset depositione. Conceditur etiā eis, vt confirmare possint, & benedicere neophytos, & hoc in castellis, & vicis: qui tamē nullam habebat iurisdictionem. Secundo patet ex Can. 3. Concilij Laodicensi, vbi villarū Episcopis, qui verè Episcopi erant, admittitur omnis iurisdictione, & præcipitur, vt sicut Presbyteri nihil faciant sine consensu Episcopi. Tertio, legitimo Episcopo in aliena diocesi relinquatur tantum munus Sacerdotis. Dicitur enim in cap. 20. Sextæ Synodi: *Non licet Episcopo in aliena ciuitate publicè docere. Si hoc facere deprehensus fuerit, cæset ab Episcopatu, Presbyteri autem munere fungatur.* Quarto, Archidiaconi super Archipresbyterum, & clericos habeant iurisdictionem, (licet re vera eam habeant ex delegatione Episcopi) vt enim præcedentijs verba Regis, etiam principib⁹, nō sua, sed regia autoritate loquitur: ita Archidiaconus quæ facit in eos, qui sibi superioris sunt ordinis, ex autoritate Episcopi exercet. Vnde cap. Archidiaconus, de offic. Archi-

Idem.

Quod non semper maior iurisdictione conferenda ordini maiori sit, sed minori etiā, ostēditur.

Chorepiscoporum olim qualis potestas esset.

Conc. Rhegiens.

Secunda ratio.

Concil. Laodicensem.

Tertia ratio.

VI. Synod.

Quarta ratio

Archidiaconus vnde super Archipresbyterum, & clericos habeat iurisdictionem.

diac.

Quinta ratio

Sexta.

Quid ordinis, quid verò iurisdictionis maxime actiones requirant.

diac. & cap. Ad hæc, ampla potestas Archidiacono post Episcopum tribuitur, vt sit Episcopi vicarius in omnibus: & tamen traditur illi aliorum clericorum cura, etiam Archipresbyteri, & omnium parochiarum. Quinto, constat, electum in Episcopum maiorem habere iurisdictionem, quàm habeat quiuis Sacerdos sibi subditus. Sexto, Cōmissarij, legati, vel nuntij Sedis Apostolicæ, etiam nondum in sacris constituti, sæpè maiorem habent iurisdictionem, quàm ordinarij locorum. Nec hoc absque ratione fit: quia etsi actio, quæ ex ordine profiscitur, quia sanctior & sublimior, maiore requirat sanctitatē in ordinato, quā exercitiū iurisdictionis exigat in habente iurisdictionem; tamē hoc exercitiū iurisdictionis requirit maiorem peritiā, & prudentiam. Et quia hæc non sunt maiora semper in eo, qui habet maiorem ordinem sacrum, potest merito committi iurisdictione maior minorem ordinē habenti, præsertim cū iurisdictione est commis-

saria: nam tunc non tam ille, qui habet iurisdictionem illam, censetur superior his, qui in altiori ordine ordinati sunt, quàm ille, qui commisit ei iurisdictionem: non enim commissarius propria iurisdictione agit, sed aliena sibi commissa. Constat igitur, hanc rationem non esse contra nos, sed potius pro nobis: quia ex quo sæpè est iurisdictione maior, vbi nulla, vel minor non est consecratio, constat, iurisdictionem non dari vi consecrationis. Neque ex hoc sequitur, Papā posse confundere totam hierarchiā, dando maiorem iurisdictionem minoribus ordinibus, & è contrario: quia ita sine causa facere, esset destituere, & confundere Ecclesiam: cum aliquo autem, & ex causa in hoc dispensare ob necessitatē, vel vtilitatem Ecclesiæ, cedit in eius bonum, & ædificationem, & in gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit omnis honor, imperium & gloria, in secula seculorum, Amen.

Cōmissarius minister quæ tantum autoritate vti soleat.

Pontificē Maxim. si maiore iurisdictione minorem ordinem habenti conferat, nequaquam confundere Ecclesiam, aut perturbare, vt quidā opinantur.



TRACTATUS LXXIII.

In quo idē esse ostēditur, dare Pontificē materiam, atque dare iurisdictionem: ac præcipuè differitur, an iurisdictione sit iuris diuini, an humani.

Qua ratione, sed falsa, & inepta, iurisdictionem à Pont. Max. posse conferri, quidam cōtendant.

Iosue à 15. cap. vsq; ad 23.

His quæ hætenus philosophati sumus de iurisdictionis deriuatione à Deo per Pontificē in alios inferiores prælatos, elicitur, falsam esse illorum sententiam, qui nituntur euadere dictas Patrum sententias, & rationes, dicendo, iurisdictionem quidem dari posse à Papa; quia etsi non conferat dictam potestatem, assignat tamen, & tradit materiam Episcopis, in quibus exerceant iurisdictionem à Deo acceptam: non secus atque olim Iosue etsi non dederit filijs Israel terrā pro-

misionis, eam tamen diuisit, atque distribuit, metatusque est. Ita etiam Deus est, qui dat iurisdictionem, & clauis, Pontifex autem confert materiam, siue feram, quam clauis aperiant, id est, oues, quas potestate iurisdictionis à Deo immediatè collata gubernet.

Quod autem hoc sit mera fictio, humanumque inuentum, perspicuè reddemus ex sacris literis, Patribus, atque rationibus. Christus siquidem Petro pollicitus est clauis regni cælorū Matth. 16. & secundū Scripturæ

Primum argumentum à Scripturis.

genui-



genuinum sensum, & Patrum expositionem hanc promissionem adimpleuit, cum Ioan. 20. dedit ei oues, dicens: *Pasce oues meas.* Dominus igitur oues assignans, id est, materiam, promissas Petro contulit claus: ergo eodem modo Pontifex cum dat materiam, largitur etiam potestatem super illam materiam, hoc est, iurisdictionem super oues. Adhuc Apostolus praecepit Tito, ut constitueret per ciuitates Presbyteros, siue Episcopus: sed nomen Episcopi dicit iurisdictionem, & homo non valet ex potestate dare ordinem sacrum: ergo non poterat Titus Episcopus constituere, quin daret illis iurisdictionem. Idem confirmatur sententia Patrum. Nam Cyprianus lib. de simplicitate praelatorum, accusat Nouatianos, quod nemine dante Episcopus, ipsi sibi nomen assumerent Episcopi: dabatur ergo Episcopatus, id est, potestas pascendi, & non solae oues. Et Augustinus in Psal. 44. loquens de Ecclesia & Episcopis, ait: *Ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos constituit in sedibus Patrum. Dat ergo illis potestatem, quia sedes, & cathedra potestatem significat super oues, & non nudas oues.* Clemens epist. ad Iacobum fratrem Domini, tradit, Petrum praecipisse, ut in Ecclesijs instituerentur Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, iuxta locorum qualitatem, quibus praeficerentur. Si ergo instituebantur Episcopi, & alij superiores praelati, dabatur illis potestas: quod ex Anacleto, Iulio, Eulutherio, Innocentio I. & Nicolao, & alijs supra citatis confirmari potest. Dionysius Papa epist. ad Severum de Presbyteris curatis agens, sic loquitur: *Vnicuique ius proprium habere statuimus, ita videlicet, ut nullus alterius parochia terras, terminos, aut ius inuadat.* Dat igitur Pontifex ius vnicuique super oues. Leo quoque epist. ad Episcopos per Viennensem prouinciam constitutos, potestatem praedicandi a Petro ait emanare, & non tantum assignationem ouium, quibus Episcopi praefiguntur. Et sermo 3. suae assumptionis ait a Petro omnia charismata, potestatesque; in alios deriuari. Item Gregorius Magister epist. ad Ioannem Episcopus. ita ait: *Idcirco, fraternitati tuae curam, gubernationemque Triu-*

*bernensium Ecclesia prouidimus committendam.* Tribuit ergo Pontifex, non solum oues, sed curam, & gubernationem illarum, hoc est, iurisdictionem in illas. Idem quoque confirmant omnes illi Patres superius producti, qui afferunt, Episcopos vocatos esse in parte sollicitudinis: pars enim sollicitudinis est pars potestatis, siue praelationis solite administranda. Inter quos Bernardus lib. de Consideratione ad Eugenium: *Aliorum, inquit, potestas certis arctatur limitibus, tua extenditur & in ipsos, qui potestatem in alios acceperunt.* Vides ergo, Episcopos accipere potestatem ab eo, qui eos vocat in parte sollicitudinis. Is autem est Deus principaliter, & sub eo summus Pontifex, qui eos confirmat: & tunc vocantur a Deo, ut declarauit Innocentius III. Paschalis II. in cap. Significasti, de electis. & electi potest. *Qua nos, inquit, sollicitudine oportet tantam Ecclesiam praelationem imponere fratribus, quorum conscientias non videmus?* Praelationem igitur confert, & imponit Pontifex: & Innocentius III. cui subscribitur Nicolaus III. & Lucius III. in epist. ad Gulielmum Episcopus. Motus Regalis superius citata: per Ecclesiam Romanam, ait, distributionem factam esse dignitatum: & Episcopos distribuisse dignitates per prouincias. Necnon Innocentius III. cap. Nouit, de his quae fiunt a Praelatis sine consensu Capituli, reprehendit eum, quod sine consilio fratrum Abbatum, & Abbatissarum, & alias Ecclesiasticas personas institueret, & destitueret. Est autem instituire, nihil aliud, quam iurisdictionem conferre. Idem penes omnes scholastici tradunt. Nam Thomas in 2. 2. ait, quod potestas iurisdictionis ex simplici inuentione hominis confertur. Et in Quarto sent. distinct. 18. ait, iurisdictionem facere superiorum, & iudicem: & ideo necessario fieri in subiecto. Et distinct. 19. ad absolutionem a peccato requirit duplicem potestatem, ordinis videlicet, & iurisdictionis. Alb. Magister in 4. agens de definitione clauum, ostendit, quod potestas ordinis est aptitudo ad absolendum in foro conscientiae, si detur materia per Papam dantem iurisdictionem. Ex quo videtur, quod non datur materia sine

Bernard. lib. 2. de Consideratione ad medio.

Quando Episcopi a Deo vocantur.

Paschal. II.

Nicol. III. Lucius III.

Innoc. III.

Instituere quid sit.

Thom. 2. 2. q. 39. ar. 3. to. 10. p. 2. Idem in 4. dist. 18. q. 2. art. 3. quae sunt in 2. 10. mo. 7. Idem dist. 19. ar. 3. ad. 3. Alb. Magn. in 4. dist. 18. art. 2.

Tit. 1.

Secundum argumentum ab autoritate Patrum. Cyprianus.

Aug. tom. 8.

Sedes, cathedra ve, quid denotet.

Clem. Rom. epist. 1.

Dionys. Papa. 13. q. 1. c. Ecclesias singulas singulis.

Leo epistola 89. initio.

Idem.

Greg. lib. 2. Regist. epistola. 35.

Ricard. de Mediavilla

Petrus de Palude. Durand.

Rationibus idem confirmatur.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Arabes Deum datorem formarum esse dixerunt.

iurisdictione. Idem dicit Richardus de Mediavilla in Quarto distinct. 24. cuius verba supra retulimus. Idem tradunt Petrus de Palude ac Durand. atque alij, quos non est operae pretium referre. Idem etiam rationibus confirmatur, inter quas prima fit: Quia cum relatiua sint simul natura, si materia sit subditus, & is, cui assignatur materia, fiat per hoc Praelatus, & superior, sequitur quod posita praelatione ponitur materia; nempe subditus, & e contrario posita materia, ponitur Praelatus: non potest ergo Pontifex vnum sine altero conferre. Secundo probatur: quia cum aliquis creatur praelatus, fit iudex eorum, quibus praeficitur: sed qui instituit iudicem, hoc ipso iubet eis, quibus est iudex, ut ei pareant sententiae, & ut se illi subditos praestent: & e conuerso, qui iubet parere alicui, dat illi potestatem imperandi in illos, quibus iussum est parere. Tertio, si Papa ita daret materiam, ut non traderet potestatem super eam, ergo oues non essent suae, & mitteret faciem in messem alienam, & nihil faceret. Nec valet si dicat, se habere potestatem, quam a Deo accepit in consecratione: quia si per illam potestatem oues erant ipsius, ergo antequam Papa illas assignaret, erant suae, quia iam erat potestas, per quam oues fiunt propriae: quod est falsum; quia sic nec ipsam materiam assignaret Papa, sed Deus. Quarto, quia ut perspicitur ex eorum argumentis dissolutis superius, ex eo praesertim videntur permoueri, quia Patres antiqui quos citant, Episcoporum potestatem aiunt, siue iurisdictionem esse a Deo: ex quo ipsi inferunt, quod non est a Papa: & ne nihil illi relinquere videantur, faciunt illum metatorem sicut Iosue, datoremque materialium, sicut Arabes fecerunt Deum datorem formarum. Sed si haec ratio vim habet apud eos, deberent quoque consequenter dicere, Papam nec materias ipsas assignare: quia sunt etiam multi antiqui Patres, qui tradunt, oues, seu Ecclesias a Deo traditas Episcopis, ut de Paulino, & Melesio de Episcopatu cotendentibus ex hist. Trip. superius protulimus, &

ex Leone epist. ad Rauen. Arelatenf. Episcopum, & ex Concil. Antioch. Can. 21. quod habetur 8. q. 1. cap. Episcopus: ubi prohibetur translatio Episcopi, & subditur: *Manere autem eum debere in Ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alibi demigrare.* Haec ibi. Aut igitur fatendum est, simul stare, iurisdictionem esse a Deo, & a Papa, quia a Deo est per Papam; aut negandum est, materiam esse a Papa, quia sancti Patres docent illam a Deo assignari. Quod quia absurdum est, utrumque fatendum est de utraque: nam tam iurisdictione, quam materia a Deo assignatur, sed per Papam. Et materiam quidem a Deo assignatur per Papam, dando iurisdictionem; iurisdictione quoque dando materiam, super qua exerceatur. Quinto, Papa in formula, qua solet confirmare Episcopos, dicit se talem constituturum in Episcopum; & pastorem, praebereque illi curam; & administrationem illius Ecclesiae in spiritualibus, & temporalibus; & simul cum hoc solet adiungere; quod committit illi Ecclesiam, siue has, vel illas oues, ut ex multis decretis quae supra produximus, constat: quae vel falsa essent, vel oportet concedere, quod Pontifex praebet utrumque, nempe potestatem, & materiam. Nec est merito comparandus Iosue: ille etenim terram a Domino concessam, per seipsum suo quidem arbitrio in 12. portiones diuisit: ceterum Dei voluntate per sortes explorata (in qua exploranda nudus minister extitit) consignabat cuique; tribui portionem quam Dominus, & non Iosue illi per sortem deputauerat. Non sic autem Petrus, sed ex arbitrio suo diuisit dioeceses, & elegit personas, quibus dioeceses committeret, & potestatem iurisdictionis daret ad eas regendas. Erant igitur Iosue ac Petrus Dei ministri: sed Iosue nudus minister, & ex praescripto agens, solumque utens suo arbitrio in terrae sanctae diuisione; non autem in dando dominio illius terrae in genere, vel in specie huic, vel illi tribui: hoc enim Dominus fecit per se. Petrus autem minister fuit Dei, sed ex arbitrio, & autoritate Ecclesiastica agens tam in diuidendis dioecibus, quam in assignandis

Quinta ratio

Petrus, summus Pontifex in data iurisdictione non ut purus Dei minister agit, ut Iosue in Terrae diuisione se habuit.

assignandis praelatis, & iurisdictione illis conuenienti. Et ideo non est simile quod de Iosue aiunt.

Statuendum igitur est, quod non solum materia, & oues, sed ipsa potestas iurisdictionis ab ipso deriuetur mediate, vel immediate in alios inferiores Ecclesie praelatos: de cuius deriuatione an per iniunctionem, vel consecrationem fiat, prius actum est.

Ex his duobus proximè decisis questionibus, quibus definitum est, iurisdictionem Episcoporum ab illa Pontificis descendere, & non consecrationis, sed iniunctionis virtute deriuari, in proprio est solutio vltimæ questionis, an videlicet iurisdictionis iuris sit diuini, necne. Nam cum ius diuinum, ut præmissum est, dupliciter accipiatur: & largè pro iure emanante à Deo, siue mediate, siue immediate per Ecclesie autoritatem, & strictè pro iure à Deo immediate proficiscente absque Ecclesiastica, humana vel autoritate: dicendum est, quod accepto largè iure diuino, proculdubio iurisdictionis iuris diuini est, quia à Deo vel per se ipsum, vel per medios homines procedit. Ciuilis namque iurisdictionis à Deo est per humanam autoritatem multitudinis, vel Principum: at Ecclesiastica à Deo est, vel per se ipsum, ut illa summi Pontificis, vel secundum aliquos, ea Apostolorum, & quorundam Episcoporum, qui peculiari priuilegio, vel reuelatione à Deo vocati sunt, aut certè omnis alia inferior, & ordinaria iurisdictionis à Pontifice oritur vel immediate, vel medijs concilijs, vel alijs praelatis, quos ipse assumpsit. Est igitur iuris diuini, late sumpto vocabulo. Sed quoniam hæc vocis larga usurpatione non est ad rem, de qua asseritur: nam ideo queritur, an sit iuris diuini, ut sciatur, an sit immutabilis, sicut solè esse ea, quæ iuris sunt humani, vel Ecclesiastici. Ergo hoc iure laxo diuino dimisso, si questio sit, an iurisdictionis sit iuris diuini proprie descripti; Respondendum est, iurisdictionem Petri, & successorum eius, & forte cuiusuis Apostoli, ac cuiusuis Episcopi priuilegio peculiari à Deo vocati, iuris diuini proprie existere, quod immediate à Deo, non interueniente

te humana autoritate fluxerit. Quæ si postea accessit, quod Deus quidem dedit, confirmavit: sicut de Apostolis traditur ab Anacleto, quod consenserunt in primatum Petri, sicut & Petrus, & Iacobus, & Ioannes consenserunt in autoritatem Pauli, & undecim Apostoli in autoritatem B. Matthie in Apostolatum asciti. Sic etiam ordinarij confirmatores Episcoporum, illos, qui à Deo peculiariter erant vocati, & creati, confirmabant. Et in huiusmodi immediate autoritate, ac iurisdictione habentibus (ut hoc obiter dicamus) in huiusmodi, in qua solis verum est, data fuisse ab illis materia ab alijs praelatis, non autem noua iurisdictione. Ut exempli gratia, cum Petro specialis cura circuncisionis, & Paulo præputij data fuit, perspicuum est, illis nouam iurisdictionem additam fuisse, nec antiquam, quam in omnes habebant, limitatam, aut restrictam fuisse, quia Petrus Gentes conuertit, & gubernauit, Paulus verò etiam Iudæos: sed assignatæ sunt tantum illis oues, in quas peculiariter exercerent iurisdictionem, quam in omnes habebant. Huiusmodi igitur iurisdictiones, etiam in particulari, fuere iuris proprie diuini. Aliorum verò omnium præter dictas causas in genere loquendo, & in communi, dicendum est, quod sint iuris diuini, quia Christus Dominus pro sua sapientia perspicies gubernari Ecclesiam non posse per iurisdictionem in vno solo Pontifice existere, voluit in Ecclesia sua vicarios, præpositos, & ministros existere, qui iurisdictionis potestatem haberent: & horum unicuique, voluit per se dare potestatem Ordinis. Verumtamen et si de hac potestate Ordinis loquendo, non solum voluit Dominus ut in genere esset in Ecclesia, sed voluit illam per se ipsum cuiilibet particulari Episcopo, qui illam esset habiturus, conferre: non ita autem de potestate iurisdictionis horum inferiorum, sed in genere voluit illam per ministros, ac præpositos Ecclesie dispergi: ad quod hæc, vel illa iurisdictionis maior, minor vel foret, vel quod in hac, vel illa persona foret, ipse per se non statuit, sed autoritati, & arbitrio sui vicarij dimisit: qui vel per se, vel per alios ministros idoneos de his singularibus statuerent.

Quibus solis data fuerit materia ab alijs praelatis, non autem noua iurisdictione.

Gal. 2.

Christi organa Ecclesie ministrantur

An iurisdictionis iuris sit diuini, necne

De quo hic iure diuino sit sermo.

Quod

Quod ut exemplo aliquo declaremus, constat quod ieiunium, confessionem peccatorum, sacre Eucharistie communionem, & dierum festorum obseruationem Christus per se constituit: quia sine istis Ecclesia rectè gubernari non poterat. Ceterum quia horum determinatio ob ipsam materiam naturam, & nostram conuenire toti Ecclesie vbique terrarum diffusa, aut omni etiam tempore non poterat, ideo eisdem hæc decernenda reliquit, ne deinceps decreta Diuina à se edita mutarentur, dispensarentur: quis enim dubitare queat, quod sicut Petrus diuisit dioceses eo modo, quod eas distribuit, imò quo eas à Gentibus diuisas inuenit: pro ratione eorum politiam ita potuisset aliam rationem diuisendi facere. Nec enim Christus præfixit, ut talis, talisve Episcopatus talè ac tantam haberet amplitudinem: nec statuit, ut in tali ciuitate maneret Patriarcha, & non in illa alia: minus quoque præscripsit, ut Episcopatus talis conferretur in talem personam. Quæ omnia si Christus per se decreuisset, restringi dioceses, nec dilatari, nec mutari sedes Episcoporum, nec sopiri, nec alijs sedibus vniri valerent: nec vna persona semel vocata in Episcopum, posset transferri, vel deponi, vel maiorem, vel minorem iurisdictionem suscipere, quam à Deo ab initio habuisset. In genere igitur iurisdictionis horum omnium de iure Diuino est:

Iurisdictionem in genere, esse iuris Diuini, in specie autem humani iuris esse tantummodo, quia ratione constat.

huius autem, vel illius particularis sedis, vel personæ; nequaquam est iuris Diuini. Quod breui, ac dilucido syllogismo demonstratur: omnis huiusmodi iurisdictionis à Papæ potestate deriuatur: deriuatur autem ex iniunctione, & autoritate Ecclesiastica, & non ex vi consecrationis: ergo immediate est iuris Ecclesiastici, & non iuris Diuini. Consequentia bona est, & maior probata in questione de deriuatione potestatis iurisdictionis: minor verò probata est in questione de modo deriuationis eius: conclusio igitur vera est, nempe quod immediate deriuata est à potestate Ecclesiastica. Ex qua rursus legitime inferitur, quod non est ius Diuinum strictè sumptum: quod patet ex eius definitione. Etenim ius Diuinum strictum, quod à Deo est immediate, nulla interueniente humana, vel Ecclesiastica autoritate. Remanet igitur comprobandum, iuris esse Ecclesiastici, & non Diuini. Nos autem contenti esse debemus dona à Deo percipere eo modo quo ipse voluit, & non sunt ad amplificandam propriam autoritatem constituenda noua iura Diuina; quæ in id solum tendere videtur, quod iugum Christi excutiamus, & super eum pastorem in Ecclesia Dei non agnoscamus vicarium Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto perpetua sit laus, ac benedictio, nec non gratiarum actio omnis à creatura deferatur in omne seculum. Amen.

Ius Diuinum strictum, quod appellatur, quod sit.



TRACTATVS LXXIII.

In quo potestates illæ duæ, ordinis, & iurisdictionis, inter se conferuntur, & an sint distinctæ, & à se inuicem separabiles; & an præter illas duas opus sit alia potestate.



Constituimus hætenus duas esse in Ecclesia potestates, & quænam illæ sint: superius est ut postremo loco pro-

positum ad disputandum absoluerimus, nimirum ut eas inuicem conferamus, ut ex collatione mutua illustrior, ac manifestior appareat earum natura.

Potestates  
duæ, ordinis  
& iurisdictionis  
quomodo inter se di-  
stinguantur.

Quod ordo  
esse possit si-  
ne iurisdictione.

Luc. 22.

Matth. 10.

Ioan. 20.

B. Thom.

Ratione idè  
ostenditur.

Qui tantum  
habent potestatem iurisdictionis.

Sed in primis id præmittendum est propter aliquos qui id negarunt, has potestates ordinis, & iurisdictionis Ecclesiasticæ ita esse distinctas, vt vna non sit altera. Quod vel ex eo constat, quia non solum contingit ambas esse in vno, vt sunt in Episcopo consecrato diocesim habente, & in Sacerdote gerente curam animarum; sed etiam contingit vt in quibusdam sit ordo sine iurisdictione, in alijs vero sit iurisdictione tam delegata, quam ordinaria, absque ordine.

Quod ergo sit ordo sine iurisdictione, Scriptura pbari potest: quia Apostoli in cœna ordinè susceperunt absque iurisdictione, sicut ante cœnã ius habuerunt prædicandi, & sumptus sumendi: quod ad iurisdictionem spectat. Die quoque resurrectionis cum Dominus insufflauit in eos, dicens: Quorum remiseritis peccata, clauem cõtulit ordinis absque vlla iurisdictione, vt B. Thomas, atque alij Doctores tradunt. Paulus quoque per aliquot annos prædicationis ministerium complexus est, antequam ordinaretur. Act. 13. & tamen prædicare, munus est iurisdictionis. Id etiam facile esset innumeris Pontificum, & Cõciliorum, ac veterum Doctorum testimonijs cõfirmare, si esset operæpretium, & non potius ligna in syluam, vt dicitur, adferri viderentur, cum res per se satis sit perspicua. Ratio quoque idem confirmat. Nam secundum ius, & omnes Doctores, in omnibus ordinatis, & non habentibus curam animarum, est quidem ordo absque iurisdictione in omnibus, etiam Episcopis titularibus, ac degradatis, vel iurisdictione priuatis, & in omnibus qui Ecclesijs suis cesserunt: imò in omnibus hæreticis, & excommunicatis est ordo sine iurisdictione, & e conuerso secundum omnes Doctores: tam electi cõcorditer vltra Italiam, licet nondum cõfirmati, quam electi, & confirmati nondum consecrati, eorumque vicarij, Abbates etiam nondum Sacerdotes; curati item necdum in sacris promoti, legati, & nuntij Apostolici iurisdictionem habent, ordinem vero minime. Sunt igitur illæ potestates ipsa distinctæ,

vt præmissimus. Ita autem sunt distinctæ, vt in multis quidem conueniant, in multis vero differant. Cuius rei cõgnitio quia multum lucis propositis quæstionibus adferre poterit, consulti esse putauit de his latius differere.

Conueniunt igitur primò illæ duæ potestates in principio efficiendi: nam à Deo ipso, & Christo promanant ipse namque instituit Sacerdotes omnes, per quos Sacramenta dispensantur, quia eorù effectus supernaturales existunt. Ipse etiam instituit potestatem iurisdictionis in sua origine, cum oues tradidit Petro pascendas: ipse præterea in Pontificibus, vel alijs ministris, qui iurisdictionem Ecclesiasticam quoquo modo in alios dispensant, principaliter quam ipsi concurrunt, neque humanæ vires eò per se pertingere possunt, vt spirituales concedant iurisdictionem: sicut concurrunt principaliter cum ministris, qui ad conferendos sacros ordines Deo subserviunt, & famulantur. Conueniunt secundo in fine: quia vtraque potestas ad æternam animarum salutem, & supernaturalem beatitudinem refertur. Ordinis siquidem potestas ad conferendam criminum remissionem, & gratiam per ministerium Sacramentorum instituta est. At potestas iurisdictionis ad animarum ædificationem etiam spectat, quam pastores curare debent per Dei verbum, per præcepta, & prohibitiones, per indignorum hominum ab Ecclesia exclusionem, atque excommunicationem, & per dignorum in eam admissionem, & cõseruationem, nec nõ per indulgentiarum distributionem. Tertio consentiunt in subiecto: quia vtraque requirit creaturam ratione præditam, & humanam, in qua subijciantur: nam Angeli, vel bruta animantia, insensibiliave, huiusmodi potestate carent. Postulant præterea, vt qui illas tenent, Christiani sint: nam nõdum baptizatus nec ordinis est capax, nec iurisdictionis Ecclesiasticæ. Nõ ordinis quidem, quia baptismus ianua est Sacramentorum, sine quo alia non possunt suscipi ex Dei institutione. Præterea infidelis, etsi possit præesse Christianis ciuilibiter, vel despotice, non tamen

In quibus conueniat dictæ potestates, ordinis scilicet, & iurisdictionis.

Ioan. 21.

Secunda ratio.

Quonam modo animarum salus pastorum procuranda sit.

Tertia ratio.

Infidelis fidelibus tantum vt preesse possit.

super

III. ratio.

Actus iurisdictionis quæ admodum supernaturales sunt, ac distincti.

In quibus vero dictæ potestates inter se differant. I. discrimen.

Thom. 2. 2. 2.

Thom. 2. 2. 2.

Psal. 144.

super illos habere potestatem Ecclesiasticam: quia qui non est membrum, caput esse non potest. Coniunguntur quarto in esse spiritali, ac modo suo supernaturali. Nam ordo supernaturalis est, vt ex effectibus eius constat, qui vel omnino naturam excedunt: vel certe etsi non in materia, in forma tamen vires naturam superant. Nam cõsecrare Eucharistiam, remittere peccata, & gratiam conferre, longè naturam vires superare dignoscuntur. Claudere vero, vel aperire ostium Ecclesiæ, quod facit ostiarius, vel ferre luminaria, vel vrceolos aquæ, & vini, legere Euangelium, vel epistolam, atque præparare materiam sacrificij, etsi secundum materiam non superent naturam vires, ratione tamen formæ, quod est ex Diuina vocatione, ac potestate hæc præstare, facultatem naturam maxime vincit. Quemadmodum naturaliter potest quis elemosynam porrigere; ceterum illam cum merito largiri, ita vt ob illam consequatur coram Deo vitam æternam, sine Deo supernaturali gratiæ, charitatisque fonte fieri nequit. Similiter actus iurisdictionis supernaturales sunt, saltem ratione formæ, quia supra naturam est dirigere in finem supernaturalem, eaque veterem, quæ ab illo fine abstrahunt, atque ea præcipere, quæ obseruata ad illum conducunt. Atque hæc de his, in quibus conueniunt.

Differunt autem in multis, & primò quidem quod ad causam efficiendam principalem atinet, in hoc differre videntur, quod potestas ordinis immediatè est à Deo, ita vt ad quemuis ordinem Deus immediatè concurrat: homo autem ordinem conferens, nudum tantum exhibet ministerium, sub certa forma, verbisque consecrans, & à Deo, qui solus valet potestatem illam conferre, postulans. Ad iurisdictionem autem, etsi quantum ad eius originem ipse sit immediatus atque in Petro, & eius successoribus, quibus homines eligentes potestatem non possunt tribuere, sed ostendunt tantum illum, & designant; cui Deus, qui fidelis est in promissis, iurisdictionem tribuit. Ceteris vero

ab his, exceptis fortè paucis secundum aliquos, quales fuere Apostoli, & rari, per Christum peculiariter vocati Episcopi, datur quidem à Deo, sed nõ immediatè, verum interueniente Pontifice, vel alijs, quibus ipse dedit potestatem: & in ea quidem iurisdictione conferenda homo, qui eam confert, non est nudus minister, vt in consecratione, sed ex autoritate Ecclesiastica liberè quod sibi in Domino videtur, agit, vt superius demonstratum est.

Secundo circa finem in hoc differunt. Nam etsi vtraque potestas ad salutem animæ referatur, potestas tamen ordinis immediatè illam procurat, quia ministrando Sacramenta, remissionem peccatorum, & gratiam Dei conferentia, per ea quasi immediatè tangit animam, & sanctificationem supernaturalem ei impertitur. At iurisdictionis potestas remotius versatur circa hanc sanctificationem: quatenus vel refellit indignos ab Ecclesiæ congregatione, dum excommunicat; vel dignos admittit absoluendo ab excommunicatione, eosque, qui excommunicati nõ sunt, per verbum Dei, Sacramenta, & consilia, disponit ad hoc, quod digne percipientes Sacramenta per potestatem ordinis sanctificentur. Ita vt potestas consecrationis merito conferri possit loco, in quo erat arca Domini, Deusque in illa sedens; & propitiatus; potestas vero iurisdictionis anteriori parti templi, quæ sancta vocabatur, comparari potest; quia illa remotior erat ipsi arce, & per eam ad Sancta Sanctorum intrabatur. Hinc Thomas in quarto: Respondeo, inquit, dicendum, quod clauis est duplex; vna, quæ se extendit ad ipsum cælum, immediatè remouendo impedimenta introitus in cælum per dimissionem peccati: & hæc vocatur ordinis clauis: & hæc soli Sacerdotes habent, quia ipsi soli ordinantur populo in his, quæ directè sunt ad Deum. Alia clauis est, quæ non se extendit directè ad ipsum cælum, sed mediante militante Ecclesia, per quam aliquis ad cælum vadit, dum per eam aliquis excluditur, vel admittitur ad cõfortium Ecclesiæ militantis per excom-

II. discrimen.

Vtraque potestas, ordinis, & iurisdictionis, qualis videri possit.

Heb. 9.

Exo. 26. & 36.

Thom. in 4. dist. 19. q. 1. art. 1. quæstion. 2. tom. 7.

Duplex clauis, ordinis, & iurisdictionis.

municationem, & absolutionem: & hac vocatur clavis iurisdictionis in foro causarum. Et ideo hanc etiam non sacerdotes habere possunt, sicut Archidiaconi, & clerici alij excommunicare possunt, & Capitula ipsa. Sed non propterea dicitur clavis caeli, sed dispositio ad ipsam. Hæc Thomas. Congruum autem fuit, vt clavis ordinis, quæ immediatè disponit ad Deum, immediatè etiam à Christo conferretur: iurisdictionis autem, vt potè remotè disponens, daretur quidem à Deo, sed per medium Pontificem. Et quoniam perfectiora præcedere solent quæ imperfecta sunt: hinc etiam licitè accidit, vt quis non rectè vtatur potestate ordinis, nisi præcedat licentia ad vsum eius. Qui quidem à iurisdictione promanat: & ideo potestas iurisdictionis mouere debet potestatem ordinis ad legitimum eius vsum: quemadmodum voluntas mouet manus, & cætera membra ad sua munia. Hinc est, vt ad omnia Sacramenta legitime dispensanda, opus sit iurisdictione: quia subditis tantum sunt conferenda. Quare Hadrianus Papa in cap. Nullus Episcopus, De parœcijs, & alien. parœcia. Nullus, inquit, Episcopus alterius parœcianum iudicare præsumat. Et infra: Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare potest. Hæc ille, qui manifestè intelligendus est loqui de ordinatione legitima, quæ exigit iurisdictionem. Et ideo qui non potest ordinare legitime, nec potest iudicare.

Hadrian. Papa.

Quoniam non potest ordinare legitime, nec potest iudicare.

Histor. Tripart.

Ioan. Chrysostomi cum Epiphano expostulatio.

Etiam in loco subie-

ctis est legitime facienda: licet si aliter fiat, factum teneat. Quod autem consecratio alicuius ad ordinem, legitime non fiat absque eius licentia, qui iurisdictionem habet, ex Gregorio patet, qui in epistola 34. siue cap. 78. lib. 4. ad Constantiam Augustam tom. 2. & habetur distinctione 63. capite Salonitanæ: Salonitana, ait, ciuitatis Episcopus, me nesciente, ac responsali meo, ordinatus est, & facta est res, qua sub nullis anterioribus principibus euenit. Hæc ille. Olim ergo ob pacem, & euitandas seditiones plebis admisi sunt seculi potentes, atque eis data est electio. Vnde Stephanus Papa in eadem distinctione, capite Quia sancta, hoc declarans, ait: Quia sancta Romana Ecclesia (cui Deo autore presidemus) à pluribus patitur violentias Pontifice obeunte, qua ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia Pontificis fit electio, & consecratio, nec Canonico ritu, & consuetudine directi sunt nuntij, qui verent scandala fieri: Volumus, vt cum instituendus est Pontifex, conuenientibus Episcopis, & vniuerso clero, eligatur presente Senatu, & populo qui ordinandus est, & sic ab omnibus electus, presentibus legatis imperialibus consecretur: nullusq; sine periculo sui iuramenta, vel promissiones aliquas noua adinventione audeat extorquere, nisi qua antiqua exigit consuetudo, ne vel Ecclesia scandalizetur, & imperialis magnificentia minuatur. Hæc ille.

Tertio distinguuntur hæc geminæ potestates subiecto. Nam vt quis capax esse possit potestatis ordinis, & pus est vt subiectus, sit vir characterem Baptismi habens, ac primam tonsuram: & tunc si consecretur, legitime characterem ordinis suscipit, siue ille subsistat in intellectu, vt vult beatus Thomas; siue in voluntate, vt opinatus est Scotus; siue in facultatibus exequentibus, vt placet Durando. Hoc autem subiectum exigitur de iure Diuino: quia vt ordo iuris Diuini est, ita ex Dei statuto habemus in quem sit conferendus. Vnde nec Dominus foeminam consecrauit: neque decebat, vt quæ iure Diuino sub viri potestate constituta est, ad statum

Gregor.

Stepha. Papa.

III. distinctio potestatum in se ordinis & iurisdictionis.

B. Thom.

Quare mulier non consecratur.

Gen. 3.

facræ

1. Cor. 14. 1. Tim. 2.

Innoc. III. Idem Ferrariensi Episcopo. Presbyter ordinatus, qui se deprehendit minime baptizatum, vbi baptizatus fuerit, iterum debeat ordinari.

Ex iure Diuino ordinem iterari non potest, vnde manifestum sit.

Prima tonsura cur sit ab Ecclesia instituta.

Nouitius eligi in Abbate cur non possit: nec non monachis monachis præfici.

Nouitius monachus ad honorem Episcopalem, & in seculari, & regulari Ecclesia eligi potest. Bonifac. Papa.

facræ prælationis, vel doctrinæ euereretur contra Paulum: præsertim cū prælatus in Ecclesia eius spõsus sit, & caput: quæ omnia sexum foemineum dedecere quis non videat? Hinc iure Canonico prohibetur, vt cap. Nona, De pœnit. & remis. Quod autem eodem iure Diuino exigatur vt sit baptizatus, docet Innocentius II. in cap. Veniens, de presbytero nõ baptizato, ita decernens: Quia verò in Concilio apud Compendium legitur constitutum, quod si quis in Presbyterum ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: vos circa latorem presentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequentes, mandamus, quatenus ipsum per singulos ordines, vsq; ad Sacerdotium promouere procures, & permittas eum in Sacerdotio ministrare: quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum. Sic ille prudenter. Quia igitur iuris Diuini est, ne ordo iteretur, vt ex Ecclesiæ perpetua praxi, & decretis constat; idcirco ante Baptismum, qui est in noua Sacramentorum, Sacramentum nullum suscipitur. Et hoc de iure Diuino: quia ius positium non potest impedire effectum cõsecrationis, quæ ex iure Diuino habet.

Quod autem requiratur prima tonsura: cum ea ex institutione Ecclesiæ, sit, non est iuris Diuini, sed Positiui. Voluit namq; Ecclesia, vt per eam disponeretur quis ad conuenientius ordinem suscipiendum. Vt autem quis sit capax iurisdictionis Ecclesiasticæ, opus est vt Christianus sit: nã non erit caput alicuius cõgregationis, qui nõ est membrum illius. Idcirco iura ventant, vt non possit nouitius eligi in Abbatem: quia nouitius nondum est membrum religionis, vt habetur in cap. Nullus, De elect. lib. 6. sicut etiam nõ monachi præfici monachis non debent, vt cap. Cum ad nullum, & cap. Officij tui, & cap. Cum in magistro, tit. De electione & electi potestate, habetur. Quantumuis tamè quis existat nouitius, eligi potest in Episcopum, quia clericus est, vel Christianus; & ideo suscipi potest in superiore Christianæ religionis. Vnde Bonifacius. c. Supradicto: Nullus, inquit, religiosus ad

Abbatiam, seu Prælaturam suam, vel alterius religionis de cetero eligatur, nisi ante fuerit ordinem regularem expresse professus. Quod si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur. Ad dignitatem verò Episcopalem (ad quam nouitij eliguntur interdum) eam in secularibus, vel regularibus Ecclesijs eligi minime prohibemus. Hæc ibi. Hinc opus est, virum, in quæ cõferenda est Ecclesiastica iurisdictionis, clericum esse, vt docet Eugenius Papa in Synodo, & habetur in cap. Decernimus, tit. De iudicijs. Cum enim minister sit Dei, & circa rem sacram versetur eius potestas, opus est, vt saceris applicetur, quod per primam fit tonsuram. Neq; mouere debet, quod sæpè in Canonibus Reges, & Principes dicuntur iurisdictionem Ecclesiasticam alijs conferre, vt patet ex dist. 63. cap. Reatina, cap. Hadrianus, cap. In Synodo, c. Voca, cap. Quia sancta: quæ supra citauimus. Ita enim intelligendum est, Principem conferre vel Papatum, vel Episcopatum, quod data sit eis potestas eligendi illum, cui datur iurisdictionis ab illo, qui potestatem eligendi, seu nominandi dedit laico. Ab eo quippè cõfirmante nominationem dabatur iurisdictionis, & non à laico.

Opus quoq; est, vt vir sit ille, qui iurisdictionem Ecclesiasticam habere debet: nam reuera dedecet foemineum sexum, propter defectum prudentiæ, & autoritatis, huiusmodi iurisdictionis. Ideo quod in cap. Dilecta filia, De maiorat. & obedient. Honorius III. fateatur, canonicos, & clericos iurisdictioni abbatissæ cuiusdã fuisse subiectos: intelligendum est, quod illa veluti ex commissione haberet in eos vsum iurisdictionis, non autem quod haberet propriam iurisdictionis potestatem. Vnde iubet, vt Abbas excommunicet ei non parentes: quod ostendit, ipsam non habere potestatem excommunicandi. Quamuis etiam idem subiectus sit iurisdictionis, & ordinis, nepe vir baptizatus, & clericus: tamen hæc est differentia, quod sicut ordo de iure Diuino est, ita etiam eodem iure exigitur, vt qui accipit iurisdictionem, vir sit, & Christianus: ac sicut prima

Cur non nisi in clericum conferenda sit Ecclesiastica iurisdictionis.

Eugen. Papa.

Qua ratione Principes laici iurisdictionem cõferant Ecclesiasticam.

Accipiens iurisdictionem, cur vir, non mulier, esse debeat. Honor. III.

Si cui interdum Abbatissæ in canonicos, & clericos extiterit vlla iurisdictionis, ea qualis fuerit.

tonfura de iure est Positio, ita etiam iuris est Positio, quod debeat esse clericus. Iurisdicatio autem inferior siquidem iuris est Ecclesiastici, de iure Ecclesiastico exigit, ut sit, qui eam habiturus est, vel clericus, vel vir. Possit namque summus Pontifex mulieri concedere & primam tonsuram, quæ ex institutione Ecclesiæ est, & etiam potestatem excommunicandi, & omnia alia, quæ ex iure merè positio pendent, ut ait Petrus de Palude in quarto distinctio. 19. quæst. 2. Quia quod est de iure merè institutum positio, subiacet eius iuris auctori, non autem Episcopis, qui non valent ritum vniuersalis Ecclesiæ immutare, cum ipsi vniuersali Ecclesiæ sint subiecti.

Quarto, discrepant in ipsa essentia potestatis: & hoc quidem multifaria. Nam in primis character, siue potestas ordinis, secundum communiorē sententiam, absolutum quoddam ens existit, animæ inhærens ipsi: iurisdicatio autem secundum omnes, respectus quidam est, & relatio, siue ordo inter eum, qui regit, & eos, qui reguntur, quos dirigit ad vitam æternam. Et probabilius est, relationem esse rationis, quàm rei: pendet enim ex iudicio, & voluntate superioris iniungentis, ut hic quidem alios dirigit, illi verò dirigatur ab eo. Ex hac quippe iniunctione, quæ per intellectum iniungentem, & voluntatem imperantem efficitur, huiusmodi oritur relatio: & ideo ens rationis est. Vnde etiam sequitur, quod nequaquam hæret ipsi animæ, cum nihil sit reale, quod inhæere possit, sed sit in anima, non quasi in ea subiiciatur, sed tantquam obiectum, quod in anima percipitur. Superior namque perspicit se eum respectum habere ad subditos, ut eos dirigere habeat: qui, verò subditi sunt, percipiunt se obligari ad parendum illi virtute dictæ iniunctionis sibi factæ. Vnde de essentia huius iurisdictionis, & collatione eius ad ordinem, rectè docet Dionysius Carthusius in quarto distinctio. 25. quæst. 1. *Quocirca secundum quod plenitudo & veritas Ecclesiastica potestatis, qua in solo est Papa subiectiue, tria complectitur, & in-*

*cludit, ut ex diuersis Doctoribus colligitur, præsertim ex Scripturis domini Petri de Palude, ac domini Petri de Alliaco. Primum, est Sacerdotium: & in hoc cæteris Sacerdotibus est æqualis. Secundum, est potestas Episcopalis, quæ est de genere qualitatis: & in hac æqualis est Episcopis cæteris. Tertium, est iurisdicatio summa, ac vniuersalis, qua vniuersalis, est altior: & hæc est relatio quadam, nec manet in Papa, cum desinit esse Papa per liberam cessionem, aut alio modo: alia verò duo manent in eo. Hæc ille, potestatem ordinis esse quid absolutum, & de genere qualitatis docens: iurisdictionem verò esse respectum ex genere, & prædicamento relationis. Non declarat autem an sit relatio rei, vel rationis: quia hæc res cõtrouersa erat inter Doctores.*

Secundo, dissentiant in hoc, quod est vtraque potestas modo declarato sit à Deo, & super naturam: illa tamē ordinis altior est, & magis supra naturam: quia cum sit quid absolutum, & facultatem naturæ superans, non potest nisi à Deo immediatè produci. Iurisdicatio verò cum relatio sit, quæquam supernaturalis dici debeat, quia ponit quid supernaturale in vtroque extremo, quale est tam præsentem, quàm subditum esse Christianum: tamen his supernaturalibus positus spontè ea sequitur, quia hæc est natura relationis. Et sic non est ita supernaturalis effectus, nec ad eam sic Deus concurrat: præsertim si ens rationis existat.

Tertio, in hoc præsertim differunt, quod ordinis potestas fixa est, stabilis atque indelebilis: potestas verò iurisdictionis valde mutabilis existit. Quod quia nonnulli in dubium reuocarunt, dicentes, perinde esse indelebilem vnam, atque alteram, fusius aliquid dicendum est.

Vt ergo ostendamus, potestatem ordinis indelebilem esse, præmittendum videtur, quod cum in dubium vertat Scholastici, an minores ordines sint iuris Diuini, nec desunt qui putent eos esse iuris Ecclesiastici: qui hanc tuerentur opinionem, consequenter dicere habet, quod sicut potestate Ecclesiæ,

Petrus de Palude. Petrus ab Alliaco.

II. discriminè in essentiâ potestatis.

III. discriminè

Quod potestas ordinis indelebilis sit. An minores ordines sint iuris Diuini, necne.

Mulier an possit primam tonsuram à summo Pontifice, ut etiam potestatem excommunicandi suscipere. Petrus de Palude.

Quartum discriminè in essentiâ potestatis, & iurisdictionis, idque etiam multiplex.

Iurisdicatio an sit ens rationis, necne.

Dionysius Carthusius. Ordines Sacramentum tria complectitur, & includit.

Petrus de Palude in 4. distinctio. 23. quæst. 1.

Res consecrate ab Hæreticis, iterum consecrari cur debeant, teste Paludano

Ordinat⁹ ab Episcopo de gradato, secundum eundem, quare non sit ordinatus. Communis opinio probabilior, sacri ordinis eius sint iuris. Synodus Florentina in decreto. De Sacramentis.

Concilium Nicænū distinctio. 68. c. Ecclesijs. Ecclesijs semel Deo consecrate quando iterum consecrari debeant iuxta Nicænū Concilium.

Matth. vlt. Verba illa Concilij prædisti: Si tamē fidem sanctæ Trinitatis tenuerunt, qui eas (scilicet Ecclesijs) consecrauerunt: cur fuerint adiecta.

vel Pontificis traditur huiusmodi ordines, ita similiter per eandem potestatem possunt auferri. Hinc Petrus de Palude in quarto: *Quia consecrationes, inquit, inanimatorum ex potestate Ecclesiastica institutas fuisse tenet, & per potestatem iurisdictionis conferri: propterea altare, vel templum, vel calicem ab Hæretico consecratum, dicit resecrari debere. Quia cum nullam iurisdictionem habeat Hæreticus, non potest efficere quod per iurisdictionem tantum fieri debet. Nam Papa, qui huiusmodi consecrationes instituit, ne fieri possent per non habentem iurisdictionem, sancit. Quidam etiã recentior auctor, quia tenet, Episcopatum nullam potestatem ordinis addere supra ipsam potestatem Sacerdotis, sed tantum iurisdictionem, quæ per consecrationem datur, affirmat consequenter ordinatum ab Episcopo de gradato non suscipere ordines: quia cum gradu deijcitur, potestas illa iurisdictionis, per quam poterat consecrare, à Deo tollitur. Sed istæ omnes sunt singulares opiniones, ac, ut puto, etiam falsæ.*

Si igitur communem opinionem, vel potius definitionem Concilij Florentini sequamur, omnes ordines iuris sunt Diuini, & omnes probantur indelebiles, & fixi, imò etiam consecrationes rerum anima carentium. Ut enim habet Nicænū Concilium: Ecclesijs semel consecratis Deo, non iterum debet consecrari adhiberi, nisi aut ab igne exultet, aut sanguinis effusione, aut cuiusque semine fuerint polluta. Quia sicut infans à quacunque Sacerdote in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dedicatus, est iterum consecrandus, nisi propter eas causas, quas superius nominauimus, si tamen fidem sanctæ Trinitatis tenuerunt, qui eas consecrauerunt. Cum per ordinem Deo consecratur aliquis, ordinem fixum retinebit.

Quod autem dixit Concilium: Si fidem sanctæ Trinitatis tenuerunt: non ob id dictum est, quia consecratio facta secundum formam ab Hæretico, non teneat, sed quòd in odium

Arrianorum nolebat Concilium vti templis ab ipsis consecratis.

Concilium quoque VIII. Tolertanum in quosdam, qui post susceptos sacros ordines, ad seculum, & ad coniugia redibant, sic statuit: *Nequaquam aliquando poterit profanari, quod Diuina iussione, simulque Apostolica traditionis auctoritate sacrum noscitur existisse. Verum sicut sanctum Chrisma collatum, & altaris honor (id est, consecratio altaris) euelli non queunt: ita quoque sacrum decus honorum (id est, ordo) quod his comparatur, & socium, quilibet fuerit occasione perreptum, manebit omnimodè inconvulsam. Hæc ibi.*

Concilium item Florentinum in instructione Armenorum, & Concilium Tridentinum sessione 7. De Sacramentis in genere, Sacramentum Ordinis, characterè indelebilem imprimere asserunt: sicut Augustinus libro contra Parmenian. & Gregorius ad Ioannem Rauennatensem distinctione 68. capit. Sicut semel, & cap. Presbyteri: & Innocentius III. in capite Pastoralis, De Sacramentis, non iterandis, & ibidem Honorius III. capite A nobis, & Gregorius IX. in eodem loco, capite Presbyter, & beatus Thomas in secunda secundæ, quæst. 29. artic. 3.

Idem quoque ratio confirmat. Prima quidem sit: Quia potestas Ordinis, participatio quædam est Sacerdotij Iesu Christi secundum ordinem Melchisedech: eius enim vi operatur, & ei nos configurat. Quia igitur illud æternum est, ista potestas indelebilis etiam erit. Secunda: Subiectum huius potestatis est anima immortalis: Christus etiam, qui illam imprimit, æternus est: Ecclesia quoque, ob cuius ædificationem imprimitur, est stabilis: potestas igitur illa immobilis permanebit. Tertia: Sacerdos Veteris Testamenti ad vitam erat, & non ad tempus, ut ex corruptione Antiochi statutum est, ut tradit Iosephus: à fortiori igitur nostrum Sacerdotium perpetuum erit. Quarta: Si non fuisset perpetuum, perniciose errasset Ecclesia non iterans hoc Sacramentum in

Concilium Tolertanum. VIII. c. 7. sub initio.

Ordo Sacerdotis quantus habet noscitur.

Concilium Florentinum. Tridentinum.

Augustinus libro 2. contra Parmenianum. c. 13. tom. 7.

B. Gregorius. Innocentius III. Honorius III. Gregorius IX. D. Thom. 2. 2. p. 1. p. 1. p. 1.

Ordo Sacerdotis imprimatur characterem indelebilem. Psal. 109. Hebr. 5. c. 7. II. ratio:

Tertia. Iosephus libro 12. De antiquitate. cap. 7. ad 15.

III. ratio, ab incommo dis.

excommunicatis, vel Hæreticis, vel degradatis, cum Ecclesiæ reconciliatur: facerent em homines idololatrias adorando Eucharistiam, quia carerent potestate illam consecrandi, si illam amisissent, nec iterum recuperassent. Qui etiã sine culpa eiusmodi hominibus confiteretur peccata sua, inuincibili (quam vocant) ignorantia laborans, & nesciens illos ab Ecclesia abscissos, non reciperet absolutionem, cum potestatem absoluendi non haberent: & qui non iterarent cõfessionem illis factam, manerent absq; remissione. Quinta ratio: Iniuria fieret ipsi consecrationi, atq; Diuinæ virtuti, quæ in lapidibus, calicibus, & tēplis fixum habet effectum, & in sola anima rationali haberet fluxum, & momentaneum; præsertim cum veteris legis consecrationes essent immobiles. Animal enim semel consecratum, in melius, vel in deterius mutari non poterat.

Nec obstant quæ in contrariū quidam obijciunt contra hanc sententiam. Etsi enim multæ sententiæ Patrum sint, quæ videntur asserere, Hæreticos, vel Simoniacos, excommunicatos, siue degradatos non conferre Sacramenta; quorum multæ producuntur à Gratiano 1. quæst. 1. aliquæ tamen à Cypriano, & eū malè sequentibus Donatistis sunt editæ; quæ in hoc apertè ab Ecclesia deuiarunt; & ideo admittendæ non sunt. Aliæ verò interpretandæ sunt, tales homines non conferre Sacramenta, quando non videntur forma Ecclesiæ; quando verò illa vtuntur, ad eum sensum valēt exponi, quod vel non conferunt gratiã, ad quam conferendam instituuntur Sacramenta, vel quia non tribuunt legitimum vsum potestatis, quam per Sacramenta suscipiunt. Nam ordinatus ab eis licet ordinationē suscipiat, non potest licitè illo vti, quia potestatem percipit ligatam. Vt enim potestate vtatur ordinis, licentiã opus est, quam tribuit iurisdictio: & hanc facultatem non confert Ecclesia promotis ab huiusmodi.

Secundo obijciunt varia decreta, in quibus videtur aliquis exui ordi-

ne, & illo priuari, sicut cap. Degradatio, De pœnis, lib. 6. vbi dicitur: Exuimus te omni ordine, & beneficio, & priuilegio clericali, & in cap. Ad abolendã De hæreticis, priuatur quis ordinis prærogatiua, officio, & beneficio: & in cap. Ad succidendos, De Schismaticis lib. 6. priuantur Schismatici perpetuò beneficijs, officijs, honoribus, dignitatibus, prælaturis, statu, & honore Ecclesiasticis. Et in cap. Latrores, De clerico excommunicato, excommunicati, & interdicti celebrantes, perpetuò deponuntur ab officio Sacerdotali. Sæpe quoq; Patres antiqui de flagitiosis Ecclesiasticis solent dicere, Nō esse Sacerdotes, vel Episcopos, & eos pseudepiscopos vocant, ac nudum habere nomen Episcopi, vel Presbyteri. His omnibus vnò verbo respondemus, nō fuisse mentem Catholicorum Patrum, q̄ ipse character amittatur: hoc enim, tanquam apertus error in Fide, damnatum est contra Donatistas, & contra Lutheranos in Concilio Tridentino. Animus igitur illorum eò spectabat, vt assererent ordinis vsum eos priuari: differenter tamen, iuxta differentes Ecclesiæ cõfuras. Nam vt Scholastici tradunt Doctores, Qui degradatur, priuatur licito vsum ordinis, absq; spe eum recuperandi. Est enim, vt inquit Alexander Halensis, potestas in degradato, sicut manus abscissa, qua quis vti non potest, nec re, nec spe: ita nec degradatus in re, aut spe habeat licitū illius potestatis vsum. Et huiusmodi censura vocatur à Patribus vel degradatio, vel dpositio, vel priuatio officij absq; spe recuperationis. Alij verò priuantur quidē vsum ordinis, sed non perpetuò, sed ad tempus, vt sunt Hæretici: & in huiuscemodi hominibus potestas se habet, vt manus paralytica coniuncta brachio: in excommunicato verò, vel suspeso ab ordine, se habet vt manus ligata, qua soluta vti possumus. In eo verò, qui purus est monachus, eiusmodi potestas est, vt manus occupata. Est igitur ordinis potestas immobilis, ita vt nullo modo eius essentia possit auferri.

Tertiò obijciuntur ex Canone vigesimo

Flagitiosi Sacerdotes, aut Episcopi, pseudosacerdotes, vel pseudepiscopi, quo sensu à Patribus nominentur. Concil Trident. ses. 23 c. 4. initio.

Potestas ordinis in degradato qualis sit Alex. Halens.

Eadem potestas ordinis in Hæretico, item in excommunicato, cui similis videtur.

Tertiò obiectio.

V. ratio ab ipsidem.

Quæ contra sūt, argumēta soluuntur

I. obiectio.

Gratian.

Sacramenta cur sint instituta.

II. obiectio.

Concil. Tolet. III.

11. q. 3. c. Episc. Presbyt.

Episcopus, Presbyter, aut Diaconus à gradu suo iniuste delectus (vti Concilium statuit Toletanum) qua ratione pristinam ordinationem recipiant.

Quarta obiectio. Nicephor. Chartophylax.

Dioscori nefecto cuius iterata per clericos ordinatione qualis fuerit.

septimo, Concilij III. Toletani, vbi habetur: Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, si à gradu suo iniuste delectus in sancta Synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu Episcoporum. Si Episcopus est, orarium, anulum, & baculum. Si Presbyter, orarium, & planetam. Si Diaconus, orarium, & albam. Si Subdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui gradus ea in reparationem sui recipiant, qua, cum ordinarentur, perceperant. Hæc ibi. Quibus respondemus, non præcipi iteratam ordinationem: illa enim ceremonia non erat Sacramentum, nec characterem imprimebat, neque gratiam ex opere operato cõferebat: sed fuit ille ritus ad id assumptus, quod constaret populo, qui illos deponi viderat, eosdem restitutos esse non ad nouam potestatem, sed ad vsum antiquæ.

Quarto obijciuntur ex capite 16. historia Nicephori Chartophilacis, vbi narratur, quod cum Dioscorus manus impositionem accepisset, recesserunt multitudines rusticorum, dicentes, quia nisi secundum quod Sanctorum continent Canones Apostolorum, fiat, nō recipietur Episcopus, Princeps enim inthronizauerat eum. Dioscorus autem venit ad sanctum Marcum, & venientes clerici induerunt eum secundò, & iterum consecrauerunt: & ita veniens ad sanctum Ioannem, perfecit collectam. Hæc ibi. Licet igitur iterare ordinem, & ita non erit fixus. Respondemus: illam secundam ordinationem vel abusum fuisse ex ambitione Dioscori ortum, vel ceremoniam fuisse reconciliationis. Quia enim contra Canones Apostolorum iussu principū fuerat ordinatus, ac ob id ab officio suspensus, illa ceremonia fuit ei restitutus vsum, quod rustici placarentur, eique communicarent. Constat igitur ex dictis, ordinem immobilem esse, & non pati aliam mutationem, quam priuationem liciti vsum, siue per degradationem id fiat, siue per suspensionem. At iurisdictio longe aliter habet, quia & ipsa potestatis es-

sentia auferri potest, & vario modo mutari, suspendique eius vsum manente potestate. Quæ quia, à quibusdam præsertim, negata sunt, qui dicebant iurisditionem tradi vi consecrationis, efficaciter sunt probanda: argumentaque in contrarium diluenda.

Quod igitur ipsamet essentia iurisditionis, & non solus vsum eius tollatur, testantur Doctores, atque Pontifices. Cyprianus ad Antonianum: Qui ergo, inquit, nec vnitatem Spiritus, nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab Ecclesia vinculo, atque à Sacerdotum collegio separat, Episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui Episcopatus nec vnitatem voluit tenere, nec pacem. Ambrosius lib. 1. De pœnitent. cap. 2. tom. 1. De Cain, & Abel: Dominus, inquit, parius voluit esse ligandi, & soluendi, qui vtrumq; pari conditione promissit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. Et infra: Certum est quod Ecclesia vtrumq; licet, hæresis vtrumque non habet: Ius enim hoc solis est permissum Sacerdotibus. Rectè igitur Ecclesia hoc vendicat, quæ veros habet Sacerdotes: hæresis vendicare non potest, quæ Sacerdotes Dei non habet. August. lib. 2. contra epistolam Parmeniani, cap. 13. tomo. 7. & habetur in capite Quod quidam 1. quæstion. 1. Et rursus lib. De Baptismo, & habetur in eodem loco, cap. Remissionem. Loquens enim de his, qui extra Ecclesiam sunt, dicit: Foris quidem nec ligari aliquis potest, nec solui: vbi non sit qui alium ligare possit, aut absolueret: sed soluitur, qui cū columba facit pacem: & ligatur, qui cum columba nō habet pacem: siue apertè foris sit, siue intus esse videatur.

Leo epistola ad vniuersos Episcopos per Cæsaream Mauritaniam constitutos Donatum Salicinensem Episcopum ex Nouatiano ad Catholicã fidem cõuersum, præsidere suæ plebi permittit, modò ad se libellum fidei suæ, & ablutati dogmatis Nouatiani mittat, & Maximum ex laico reprehensibiliter ordinatum, ac Donatistam, non repellit à dignitate, modò edito libello ad se misso Catholicum se manifestet. Innocentius quoque Primus

Quod iurisdictio penitus possit auferri.

Cypria. lib. 4. epist. 2.

7. q. 1. cap. Nouatian.

Ambros.

Hæresis veros Sacerdotes Dei non habet: dicitur Ambrosij.

August.

Idem lib. 3. De Bapt. c. 18. eod. tomo.

Soluatur q̄s, & quis etiam ligeretur. Leo epist. 87 cap. 2.

Innocent. I. epist. 22.

Nicol. I.

Alex. III. Innoc. III.

Thom. in 2. 2. q. 39. artic. 3. tom. 11. par. 11.

Scot. in 4. dist. 24. q. vnica, art. 2.

I. ratio ad pbandum, iterari ordinem non posse.

Necessitas psecutionis tempore iurisdictionem tribuit.

Histo. Trip. lib. 4. c. 34. in fine. Athanasius constituit Sacerdotes in alienis Ecclesijs.

Eadem hist. Trip. lib. 7. c. 16. init. Eusebius Samosatenus in exilio quid egerit.

epistola ad Episcopos Macedoniæ, vt habetur in capite Qui perfectionem, prima quæst. i. & Nicolaus Papa vigesimo quarta, quæst. i. cap. Ait Celestinus, Alexander Tertius de sentent. excommunicat. cap. Porro, & Innocentius Tertius De schismaticis, & ordinatis ab eis, capite Fraternali, idem vnanimi consensu tradunt, sicut vniversi Scholastici Doctores, vt Thomas in secunda secundæ, & Scotus in Quarto, distinctione 24. vbi ait: Quacunque iurisdictione in Ecclesia vel per superiorem suspendi potest, ita quod si tempore suspensionis attenter aliquid facere, nihil faciat: vel totaliter pro omni tempore tolli.

Ratio etiam huic sententiæ suffragatur. Primo, quia causa ordinis est ipsa rei consecratio: quæ in Ecclesia fixa est, dum res in perpetuum Deo consecratur, vt facit Sacerdos. Causa autem iurisdictionis est hominis voluntas: quæ varijs causis ex iniunctione mutari potest, ac debet. Quod ex historia, atque experientia eernere licet. Nam vel ipsa tribulatio, in qua non licet à proprijs Episcopis exerceri munus, ex tacito consensu superiorum, qui nolunt animas perire, tribuit iurisdictionem. Hinc in historia Tripartita dicitur: Athanasius per Pelusium transibat Alexandriam. Transiens autem per ciuitates, edocebat, vt Arianos vniversi declinarent, & consubstantialitatis dogma amplecterentur. In quibusdam Ecclesijs etiam & ordinationes fecit: & hoc fuit initium alterius querelæ aduersus eum: quia in aliorum Ecclesijs ordinare præsumpsisset. Hæc ibi. Ex quibus elicitur, fas esse propter necessitatem iurisdictionem etiam extendere: quod illi non intelligentes, immeritò Athanasium reprehenderunt. Eadem etiam historia Tripartita refert: Eusebius interea Samosatenus Episcopus in Thraciam in exilium deportatus, Apostolicis laboribus desudabat. Is enim multas Ecclesias desolatatas pastoribus esse conspiciens, habitu militari sumpto, Tigra caput operiens, Syriam peragrabat, & Phœnicen, pariter & Palestinam, Presbyteros ordinans atque Diaconos, aliâq; Ecclesia peragebat.

officia. Sicubi autem inueniret sibi concordēs Episcopos, eos Praefules indigentibus constituebat Ecclesijs. In eadem quoque historia de Theodosio in Synodo Constantinopolitana agente dicitur: At ille grauiter ferens rursus factam diuisionem, exorabat vniversos vt laude dignum virum quærerent, quem Pontificem ordinarent. Tunc illi eius verbis acquiescentes, Nectarium generis nobilitate decoratum constituerunt Constantinopolitana ciuitatis Episcopum; Maximum vero Apollinaris contagio laborantem, nudatum Pontificali dignitate eiecerunt. Et infra ait constituisse, vt Episcopi cuiuscunque diœcesis ad Ecclesias non irent extraneas. Ex quibus constat, necessitatem tempore persecutionis iurisdictionem tribuere.

Deinde consuetudo solet interdum vel donare, vel auferre iurisdictionem. Vnde Innocentius III. tit. De electione & electi potestate, capit. Cum Ecclesia, præcipit, vt Canonici Ecclesiæ Viteranæ perstent in iure eligendi Canonicos: quod absq; Episcopo, aut consuetudine probarunt sibi competere. Idem in cap. Licet, De foro competenti, postquam prohibuit ne Clerici causas laicorum deciderent, ob consuetudinem iubet, vt à laicis iudicibus grauati, ad Episcopum appellent: & idem, si iudex laicus extiterit merito suspectus: vel si nullus fuerit iudex, non tamen licet laico iudicare Clericum, etiam si Episcopus consentiat: vt constat ex capite Significasti, & ex capite Si diligenti, De foro competenti. Ex quibus patet, quod magis repugnat, laicum iudicare Clericum, quam quod Clericus laicum. Nec enim prohibetur clerico iudicare laicum, quasi ea res altior ipso sit: sed quod indignum sit, illum, vt ait Paulus, de minimis iudicare. Laico vero prohibetur clericorum iudicium: quod non deceat inferiorem superiorem suum iudicare. Nicolaus quoque I. ad Rodolphum Bituricensem ita scribit: Primate, vel Patriarchas, nihil privilegij habere præ ceteris Episcopis, nisi quantum sacri Canonones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitus cõtulit, diffinimus. Sic ille.

Eadem lib. 9. c. 13. initio.

II. ratio. Consuetudo interdum quid conferat. Innoc. III.

Idem.

Clericus cur laicum iudicare nõ possit.

1. Cor. 6. Laici cur nõ possint clericos iudicare.

Nicol. I. 9. q. 3. c. Conquestus.

Qua

Consuetudo quod iurisdictionem Ecclesiasticam tribuat, id vn de habeat.

Thom. in 4. dist. 19. q. 1. art. 3. q. 3. tom. 7.

Epiphanius in fine operis. Charitati militare debet omnis iurisdictionum distinctio.

In charitate Christi nulla simulatio est.

Episcoporum Cypri cõmendatio, à charitate, & mansuetudine.

Qua in re id aduertendum, quod causa, propter quam consuetudo dat iurisdictionem Ecclesiasticam, non est quia populus in ea re consentiat: nec enim à consensu populi huiusmodi deriuatur iurisdictione, cum populus non habeat Ecclesiasticam iurisdictionem, sicut habet seculari, siue ciuile, sed quia superiores cõsentiant, ne animæ pereant, quæ eiusmodi cõsuetudinem nollent amittere. Vnde Thomas in quarto docet, iurisdictionem Ecclesiasticam descendere à maioribus in minores (sicut è contrario secularis à populo in Principem descendit): & cõsuetudinem eã dare, vel auferre. Quod, vt dixi, facit, ne animæ pereant, & vt seruiatur charitati, cui militare debet omnis iurisdictionum distinctio. Vnde Epiphanius in epist. ad Ioannem Ierusalemitanum scribens, ait: Nã est singuli Ecclesiarum Episcopi habent sub se Ecclesias, quibus curam videntur impendere, & nemo super alienam mensuram extenditur: tamen præponitur omnibus charitas Christi, in qua nulla simulatio est: nec considerandum quid factum sit: sed quo tempore, & quomodo, & in quibus, & quare factum sit. Et infra, commendans Cyprios, quod non curarent iurisdictionem confundi ob charitatem, subiungit: O verè benedicta Episcoporum Cypri mansuetudo, & bonitas, & nostra rusticitas, sensu tuo, & arbitrato digna misericordia Dei. Nam multi Episcopi communionis nostræ, & Presbyteros in nostra ordinauerunt prouincia, quos nõs comprehendere non poteramus, & miserunt ad nos Diaconos, & hypodiatonos, quos suscepimus cum gratia. Hæc ille, docens, Episcopos Cypri nõ moleste tulisse, si alij Episcopi in suis diœcesibus clericos suos ordinarent, quos proprij Episcopi cõprehendere non poterant: quod præ humilitate fugerent ne ordinerentur. Et ob eandem charitatem, ne animæ pereant, consentiunt superiores, ratumq; habet, vt in articulo mortis quisque Sacerdos ex licentia interpretatiua quemuis à quouis crimine possit absolueret. Tertio, peccatum etiam, & negligentia superioris, occasio est, vt alius iurisdictionem accipiat, & negligentiam eius suppleat: vt est videre in c. Quanto, De offic. iudicis ordin. vbi Innocentius III. iubet, vt negligentibus superioribus monachorum regulam non obseruantium, & proprium habentium, Archiepiscopus Auxitanus compellat eos regulariter viuere. Eodem etiam tit. & cap. Irrefragabile, in Concilio generali sub Innocentio III. datur iurisdictione ordinarijs, vt negligente Capitulo corrigere excessus Canonicosq; corrigere. Potest etiã mutari iurisdictione in se, ac in sua essentia: quod item ex eo constat, quia aliquid inuenitur ex pertinentibus ad iurisdictionem, quod est quid minus titulo: aliquid vero, quod est titulus sine præbenda, aliquid quod est ius cum præbenda: sicut è contrario inuenitur ordo sine titulo. Ius ergo minus titulo est illud, quod habet electus ad aliquod beneficium iurisdictionem annexam habens, sed nondum cõfirmatus. Quod enim si idoneus est, ius aliquod habeat, constat: quia iniuria fieret illi, si absq; causa non confirmaretur. Est autè ius minus titulo: quia ille datur per confirmationem. Fortassis etiam est ius minus titulo, vel quid simile, illud, de quo dicitur in cap. Dilecto, de præbend. & dignitat. vbi sic habetur: Licet in Ecclesia, in qua non est certus numerus præbendarum, nulla etiam vacante, in Canonicum quis possit assumi, cum intelligatur ad quoddam ius eligi, quod ex electorum assensu de nouo creatur, & cum electo in Canonicum nascitur, & desinit cum defuncto: in Ecclesia tamen, qua determinatam habet numerum præbendarum, vno indiuiduo iure vacante, duo simul eligi non possunt ad illud, eo quod huiusmodi spirituale ius diuidi, seu communicari nequeat inter eos: quanquã interdum hi, ad quos spectat electio, de cõmuni assensu augmentare valeant numerum præbendarum quoddam ius spirituale de nouo creando: nisi forte statutum aliquod obuiaret, quod esset iuramento firmatum, vel cui Sed. Apost. confirmatio accessisset huiusmodi clausula prohibitionis adiecta, vt si quicquam contra id fieret, non valeret. Hæc ille, agens de illo, de quo loquimur, iure: quod, quia rãntum ab

Innoc. III.

Concil. Lateranense, sub Innoc. III.

Ordinarijs supplet negligentiam Abbatibus non reuocantibus monachum vagabundum.

Vnde cõstet mutari iurisdictionem posse in se, ac sua essentia. Ius minus titulo quod nã illud sit.

electo-

de clericis creabatur, minus videtur esse titulo.

Titulum sine praebedi haberet qui.

Titulum autem sine praebedi habebant ij, qui electi, & admissi in Canonicos: datoq; eis loco, & stallo, & suffragio in Capitulo, non dabatur praebedi, quia nondum vacabat, vel alia de causa: de quibus habetur in titu. De praebedi. & dignit. cap. Relatu, & cap. Cum secundum, & cap. Dilectus. 1. & 2. & contrarium vero ordo sine titulo inuenitur in illis, qui sine aliquo beneficio ordinantur, siue patrimonium habeant, siue non: de quibus habetur in cap. No licet, & cap. Episcopus, & cap. Tuis quaestionibus, De praebedi. & dignit. Sed talibus, si patrimonium careret, debet Episcopus, qui eos ordinauit, alimenta praebere, vel eis de beneficio providere. In hoc quoq; iurisdictio mutatur, quod id, quod aliquando alicui licebat, postea non ei licet: vt Tertullianus ait, initio Ecclesiae laicos habuisse ius baptizandi, quod postea eis est sublatum. Ait enim in libro De baptismo: *Dauid quidem baptismi habet ius summus sacerdos, qui est Episcopus, dehinc Presbyteri, & Diaconi: non tamen sine Episcopi autoritate propter Ecclesiae honorem, quo salua salua pax est. Alio qui etiam laicis ius est. Et infra: Sed quanto magis laicis disciplina verecundia, & modestia incumbat, cum ea maioribus competat, ne sibi assumant dicatum Episcopis officium; Episcopatum emulatio, schismatum mater est.* Sic ille. Apparet etiam iurisdictio varietas in hoc, quod in primitiua Ecclesia coercendi vis non erat, quae tamen postquam Principes Christiani sunt, iurisdictio Ecclesiastica est adiuncta. Tunc autem excommunicatione solum, & censuris Ecclesiasticis agebatur, quae vice coercionis habent, vt habes in cap. Ex literis, De offi. delegat. Non habebant tamen Episcopi carceres, nec alijs corporeis supplicijs delinquentes mulcebant. Hinc Hilarius super. Psalm. 2. ait: *Nunquid Paulo ius praebedi erat, vt virga comminaretur? & cum officio lictoris ad Ecclesiam Christi adesset? Non itaque ita opinandum est, sed quia omnis sermo Dei, quo ex errore in veritatem Dei reuer-*

Ordo sine titulo quibus inesset.

Latet tempore Tertullianus habebant baptizandi: quod postea amiserunt.

Tertull.

Salua Ecclesiae honore ait Tertull. salua pax est.

Episcopatum emulatio, schismatum mater est.

Aliter Ecclesia primitiua puntebat delinquentes, aliter praesens

B. Hilar.

1. Cor. 4.

Sermo Dei quid efficiat

mur: quo per comminationem, terroribus, ad innocentis, & sanctae vitae viae regamus, virga est nuncupatus; quo intra disciplinae diuini metus cohibet timoratio, ac prouidentis rectoris monitu coercemur. Haec ille. Quod vero manente essentia potestatis iurisdictio, varietur eius usus, & actus, perspicue ostenditur. Na Gregorius IX. in cap. Volentes, De offi. lega. praecipit vt praesente legato de latere, minor legatus cesset ab executione sui officij. Excommunicatio etiam, vel interdictum non ipsam potestatem iurisdictio, vel ordinis, sed eius usum tollit, vt constat ex cap. Latentes, De clerico excommunicat. vbi peccantes clericos quosdam iubet perpetuo ab officio Sacerdotali deponi, aliquos vero ad tempus suspendi. Et in cap. Fraternalitatem tuam, alios, qui excommunicati celebrarunt, respondet posse priuari beneficijs. Et in c. Quia diuersitatem, De concess. praeben. declarat, Archiepiscopum Eboracensem etiam suspensum, auctoritatem suam non amisisse: & ideo collationes beneficiorum per Canonicos factas nullas fuisse. Contingit praeterea, vt docet Petrus de Palude in quarto, id, quod etiam ex iure colligitur, suspensi quadoq; aliquo ab officio, hoc est, ab ordinis usu, & a beneficio: & tunc auferitur ab eo tam usus ipsius iurisdictio, quam ipsum beneficium. Qui autem suspenditur ab ordine solum, vsu ordinis priuatur: qui vero ab illo iurisdictio, illo solo: qui vero a beneficio, solum beneficii fructus non percipit, vt tamen potest ordine, & iurisdictio. Quam vbi quis commissariam habet, si priuatur eius usu, reuocatio potius dicitur, quam suspensio: vbi vero est ordinaria, suspensio potius, quam reuocatio. Et secundum eundem Doctorem, si quis suspensus delegatione ordinat, vel excommunicat, nihil facit: Episcopus vero ordinarius licet suspensus sit, si autem ordinare, ordinatio tenet. Accedit Alexander Halen. qui degradatum asserit esse, quasi manum abscissam habeat, vsu tamen de iure vnquam licitum non habet: Haeticum, vt manum paralyticam, quae licet

Sermo Dei ab Apostolo cur virga nuncupatur, secundu Hilarium.

Manente essentia potestatis iurisdictio, vsu eius & actus variari, multis ostenditur. Gregor. IX.

Alex. III. Tolet. Archiepisc.

Innoc. III. Bisuntinen. Archiep. Idem.

Pet. De Palude. d. 4. q. 7.

Suspensi ab ordine, ab iurisdictio, a beneficio quibus rebus priuatur.

Idem ibidem. Alex. Halen. in 4. p. q. 79 memb. 8. artic. 2.

Degradatus, Haeticus, Catholicus suspensus, vel excommunicatus, Monachus item, & quis alius sine culpa iurisdictio carere, quales illi sint, teste Paludano.

potestatem habeat, non tamen licitum vsu, donec sanetur, & conuertatur. Catholicum vero suspensum, vel excommunicatum, esse vt manum ligatam, quia donec soluitur, non habet licitum vsu. Monachum vero, vel quemuis alium absque culpa non habentem iurisdictio, similem esse manui occupatae, quae quoad talis est, aliam apprehendere non valet. Et secundum eundem Doctorem, iurisdictio a degradato auferitur re, & spe de iure; ab haetico vero, & excommunicato, atque praesente auferitur re ipsa, spe tamen remanente, si conuertatur. Idem etiam tradit, potestatem quidem Ordinis nec amitti, nec committi posse: absolutionem vero in foro amitti posse, & committi, quia solius iurisdictio pendet; non posse autem ab ordinato, quatenus ordinem exigit. Et secundum eos, aliosque Doctores, indulgentias conferre, absolue ab excommunicatione, vel excommunicare, vel iudicare, solius est iurisdictio, & ideo per ordinatos fieri possunt. Non sunt autem illi actus Ordinis: alioqui omnis ordinatus indulgentias dare posset, vel excommunicare, vel ab excommunicatione absolue.

Idem Petrus a Palude.

Idem ibidem art. 1.

Potestatis iurisdictio proprii actus: sicut cur per ordinatos etiam exerceri valeant.

Idem.

In eo, qui indulgentias tribuit, necessaria iurisdictio pontificis.

Quod autem indulgentias tribuere, iurisdictio requirat in dante, patet ex cap. Quod autem, de poenit. & remis. Vnde fit, vt a Papa possit li-

gari, vel limitari talis potestas. Et eadem ratio est de potestate excommunicandi: quod ipsum porrigit cap. A nobis, de senten. excommunic. in quo traditur, quod excommunicatio non ligat minime sibi subiectum. At conficere Eucharistiam, solius est Ordinis, ideo fit per ordinarios tantum, etiam si nulla sint fulti iurisdictio: absolue vero in foro conscientiae, est Ordinis, & iurisdictio, sed principalis Ordinis munus. Est igitur iurisdictio ex substantia sua, & vsu variabilis, & in hoc, & in multis alijs ab Ordinis potestate distincta. An vero praeter has duas potestates existat alia tertia, breuiter dicendum est, aliam non existerentem quod Scriptura sacra, vel Traditio eius non meminit, tum quia si fuisset in Ecclesia Dei, agnita fuisset, & praedicata, quia nobis dedit Spiritum suum, vt sciamus quae a Deo donata sunt nobis, tum denique quia frustra fuisset talis potestas, cum ad omnia, quae necessaria sunt ad dirigendos fideles in vitam aeternam, idonee per illas duas potestates, significatas in clauibus Petro promissis nobis, suppeditentur. Vt nam eorum, qui illas habent, prudentia, & charitate, & eorum, qui illis subduntur, obedientia, & humilitate, nobis vtilis, & salutaris reddamus, quod aeternum regnum comparare valeamus per Christum Dominum nostrum, qui cum Patre vna, & Spiritu sancto ab omni creatura benedicitur, & honorificatur per omne seculum, Amen.

Quod praeter duas potestates, Ordinis, & iurisdictio, alia non datur.

1. Cor. 1.

Matth. 16.







TRACTATVS LXXV.

In quo differitur, an residentia, quam debet Episcopi, & pastores suis Ecclesijs, siue ouib⁹, sit iuris diuini, an verò Ecclesiastici: & in hoc tractatu ea producuntur, quæ probant iuris esse diuini.

Residentia vn de necessaria comprobetur

ANDIS extitit nostro seculo cõflictatio inter nõnullos Catholicos, an residentia pastoris iuris esset diuini, an Ecclesiastici. Nã illam debitã esse, ac necessariã, nemo inficiari poterat, cũ tã coniuncta sit muneri pastoris. Alij enim illud debitũ ab Ecclesia profectum esse contendebant; alij verò à iure diuino ortum fuisse decertabant. Nos igitur in hoc articulo explicando, vtriusq; partis argumẽta dilucidẽ, ac fideliter pducemus, & quæ magis preponderet, indicabimus: simul etiam qua ratione dissidentes istæ sententiæ conciliari valeant.

Nomen residentie Latini nõ agnoscunt autores Residente quid.

Primũ igitur præmittendum est, qd nomen residentie, etsi min⁹s Latinũ sit, & à classicis autorib⁹ minime vsurpetur; deriuatur tamen à verbo vsitato residendi, quod est quiescere, seu sæpẽ sedere, aut firmiter stare: inde residere, est assidue, siue cõtinuẽ loco sibi assignato stare, vel sedere, siue firmiter assidere, suã illi potestã assignando. Secundò præmittẽdũ, ius diuinum, de quo hĩc est sermo, distinctum esse à naturali, Canonico, & ciuili, imò etiã à reuelato, & obligati tãtũ in Veteri Testamẽto: sed agitur de reuelato, & obligate in Nouo Testamẽto, siue illud sit in Scriptura veteri, vel noua, siue in nulla, siue in Traditione tãtũ, siue etiã nec in Scriptura, nec in Traditione habeatur, sed tãtũ euidenti, ac necessaria cõsequẽtia ex Scripturis in vtraq; lege necessariò deducatur. Porro dixi, ius diuinũ obligare sub peccato: quia quẽdã iu-

Quo de hĩc iure diuino sit sermo.

ra diuina sunt, quæ ad nullũ prorsus peccatũ obligat, vt cõsilia omnia, matrimoniu, & ordo, quæ quidẽ diuinæ sunt institutiones, sed obligationis nullius. Quẽdã verò iura diuina sunt, quæ nõ obligant, nisi ad veniale delictũ, vt præceptũ de vitãdis verbis otiosis, & declinandũ mendacium, siue iocosum, siue officiosum: nã hæ leges diuinę prorsus sunt, sed veniale noxã eorum transgressio suapte natura nõ excedit. At hĩc loquimur de tali præcepto diuino, quod conscientiam sub reatu æternæ pœnæ obstringere solet. Hĩc ergo pro dictis haberi volo, quæ duobus tractatibus superius ad declarandã iuris diuini, & laxẽ, & strictẽ accepti naturã produximus: nam illa non tã superiori quẽstioni, quã præsentĩ deferuĩt. Distinctum autẽ esse ius diuinũ ab humano, vel ipsæ voces testantur, nẽpẽ fas, & ius. Nam fas, est lex diuina: ius est lex humana: vt Isidor. docet lib. Etymolog. & citatur à Gratiano dist. i. c. Omnes leges. Poëta etiã, vt vtrãq; legẽ cõpleteretur, diuinã, & humanam, dixit: Quippe etiam festis quadã exercere dieb⁹ Fas & iura sinunt.

Quæ sint iura diuina, quæ ad nullũ peccatũ obligent, & quæ ad veniale tantummodò.

Matt. 12.

Quid fas, & quid ius.

Isidor. lib. 5. Etymol. capite. 2. Gratian. Vir. 1. Georgic.

Quantum hęc vocũ differentia nõ semper obseruetur, & leges diuinæ iura diuina appellantur. Tertio præmittẽdum est, quid debeat Episcopus gregi suo, & quid per seipsum sine vlla alteri facta delegatione, & quid alteri delegãdo, quid rursus per se absentẽ præstare queat gregi suo, & quid non nisi se præsentẽ. Debet ergo pastor gregi suo quæ-

dam:

Pastor prestare gregi suo debet quinque.

1. Petr. 2.

Sancti quæ nobis prestet officia.

B. Leo in sermo. quodã.

D. Cyprian. dum tempore persecutionis delitesceret, epistolis, suã regebat, atque pascebat Ecclesiã.

1. Cor. 5.

2. Cor. 9.

dam: quæ numero sunt quinque, nimirũ, amorẽ, curã, siue sollicitudinẽ, quã erga illũ gerit, precationem, & bonæ exẽplum vitæ, deniq; doctrinã, atque Sacramentorũ dispensationẽ: quæ ex Scriptura, & Christi magni pastoris exẽplo, Petriq; ac Pauli documẽto cõprobari possũt. Ex his igitur, amore, sollicitudinẽ, prece, exẽplo, ac regimine, non potest per alium excusari, quin per se prestare debeat: reliqua ex causa delegari alijs possũt; imò per alios vt plurimũ etiam à residentibus fiunt, quia pauca per seipfos facere queunt, & nimis faciunt, si benẽ præsentẽs facientibus: quod nomen ipsum Episcopi designat. Possunt autẽ per absentem illa prædicta præstari, quia etiam per sanctos præstatur defunctos. Illi quippe nos amãt: pro nobis sunt solliciti: pro nobis precãtur: exẽplum bene viuẽdi præbent: regũt quoq; nos, vt Leo Papa de beatissimo Petro testatur, & Ecclesia canit: Vt isdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidẽ constituisi esse pastores. Si itaq; defuncti præstare possũt hæc, quanto magis absentes, ac viuentes? Doctrina quoq; scripta per absentem dispensari potest: quẽadmodũ Cyprianus, dũ persecutionis tẽpore delitesceret, epistolis regebat, atq; pascebat populũ. Excommunicatio quoque, & ab ea absolutio, & indulgẽtiarũ concessio per absentẽ administrari possunt: quẽadmodũ Paulus Corinthium incestuosum ligauit, eũq; absolui mãdauit, & pœnæ impositæ remissionẽ per modũ indulgentie cõcessit. Dispensatio quoq; in votis, & iuramẽtis, ac matrimonijs ab his qui adsunt, nõ incõmodẽ fieri possunt. Eleemosyna quoq; ipso præsentẽ Episcopo, vel etiã absente per aliũ dari potest, ac debet, si illi facultas adsit, ac pauperes non desint: aut saltẽ procurare potest, vt diuites in pauperes liberales existant; sola doctrina per verbũ, atque Sacramentũ à præsentẽ fieri debent. Sed si absit, valet difficilia in Sacramento pœnitentiæ vocatis ad se Sacerdotibus parocciarum facere.

Ex quib⁹ elicimus, qd distincta sunt re ipsa, residere, id est, assidue præsen-

tẽ esse, & pascerẽ Episcopũ; & ita se hæc habet, vt quãdoq; simul existant: vt in bono Episcopo, siue Presbytero curato residentia fructuosam faciente: neutrũ verò illorũ inuenitur in malo Episcopo, ac parocho, ac gregẽ suũ deserẽte. Quãdoq; verò tãtũ inuenitur pascerẽ, & nõ residere: quẽadmodũ in bono Episcopo ex causa legitima absente. Quãdoq; positẽmò inuenire est residere, & nõ pascerẽ: quẽadmodũ in malo pastore residẽte quidẽ, sed perditõ vitæ suę documento oues offendẽte. Hęc autẽ omnia quæ diximus, ppter eã vera sunt, quoniã, vt testatur Bernard. lib. de præcepto, & dispẽsat. externa quæ nõ sunt per se mala, nec per se bona, per superiores constituuntur, ac per eos mutari possunt, quia accidit vt coniũgantur charitati, interdũ verò illã impediãt. Tale quid esse videtur corpore residere, quia quãdoque est cũ charitate cõiũctum: quãdoq; verò cõtra illã militat, vt eũ quis peccaret residẽdo, qd faceret, vel se exponẽdo periculo mortis, vbi minimẽ opus esset; aut cũ vicinæ Ecclesiæ vrgẽte necessitate ppter residentiam nollet succurrere. Pascerẽ autẽ pastore, siue præsentẽ, siue absentẽ, semper videtur cõiũctũ cũ charitate ouiu, pascerẽ in quã, siue habitu, siue virtute, siue actu. Vnde est necessaria est præsentia, ne oues cõmissę periclitentur, præcepti est diuini: cũ verò cõmoda est præsentia, consilij est: cũ autẽ cõtra charitatẽ vergit, vetita est: si verò neque necessaria est, neque cõmoda, neq; in charitate, sed suapte natura mediã, atque indifferẽs, nullo præcepto indicitur, aut vetatur. Verum est tamen, qd vt plurimum iuuat præsentia, & nocet absentia tã pastoris, quã ouibus, quia sapit residentia ius naturæ, deductum non quidem euidenter, aut necessariò: quare non merẽ est iuris naturalis, & propterea condiri potest nonnullis commoditatibus, & vtilitatibus absentia.

Quarto præmittendum est, quædam esse planẽ certa, & omni accõptione digna, & vnum tantũ opinabile, siue probabile. Certum enim est in primis, pascerẽ, præstando mu-

Resideat corpore, & animo quis.

Pascat, & nõ resideat quis.

Resideat, & non pascat quis.

B. Bernard.

Externa quænam per superiores constituantur, ac mutari valeant; teste Bernardo.

Pascerẽ Episcopũ tripliciter gregẽ suũ

Quædam certã residentia certã planẽ sunt; omniq; digna accõptione.

nia dicta, iuris esse diuini: quia etsi iuris Ecclesiastici sit, ac positiui Episcopi iurisdictione, ea tamen accepta, iuris naturalis simul, ac diuini reuelati est pascere, vt Papa iubet, nemp̄ residentem hoc, vel illo modo, hoc est, assidue, vel raro. Quemadmodum etsi præceptū cōmunicādi corpori Christi in Pascha, ab homine proficiscatur: eo tamen posito, iuris diuini est parere superioribus, cū dictū sit: *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Quemadmodum etiam, vt exēplo res fiat illustris, quia constat, omnem binarium numerum esse parē, & accidit eum, quem habeo in oculis esse binarium (quoniam poteram habere ternarium) erit tamen certō par: atq; hoc tantū ferē ostendunt omnia argumēta quæ adferuntur ad probandum, residentiam iuris esse diuini, sicut etiam bona quæ habeo, cū à iure positiuo habeam, & curam pupillorum, & meæ cōductionem operæ: in ius diuinum tamen agit, qui mea bona furatur: & ego infideliter curans, vel laborans segniter, in Deū delinquo, qui præcepit, vt fideliter quis præstet operam suam.

Secundum quoque certum, & exploratum est, residentiam, qua firmiter, & assidue assistitur Ecclesie suæ, necessariam esse non solum iure Canonico, vt habetur Titul. de clericis non residentibus, sed etiam iure naturali, non quidem stricto, & maxime proprio, quale est principiū ipsum, vel conclusio ab eo demonstrata, sed deducto per consequentias nonnullas. Ideo honestari potest absentia, vt docet B. Thomas infra citatus. Quando enim necessitate vrgēte, vel utilitate, non residet quis, honestatur ipsa absentia, & tolluntur mala, quæ non residentē consequuntur: quæ sunt, ommissio cultus diuini, neglectus iuandī animas, in quas infidelis est absens, cū sit pastor, vigil, nauta, medicus, stipendia pro eo accipiens, anima, caput, & maritus, & fructus debitus curæ Ecclesie suæ furatur, eamq; adulterio exponit, vt filios eius tradens educandos. Quæ tamē omnia mala in causis licite absentie defunt, quia vi-

carius amans & idoneus, non est pro mercenario, adultero, aut habendus pro lupo, sed pro amico Sponsi eadē cum eo faciente: sicut ē cōtrario pastor nō amans oues, mercenarius est. Ex quo efficitur, graue, ac mortiferū esse delictū, sine causa, atq; per longū tempus à grege abesse suo, obstringiq; ad restitutionem fructuum, quia propter pasturā datur, nō vt præmiū, sed vt stipendiū: quam pasturam talis sine causa absens minimē præstat.

Tertium quoque certum est, residere, debitum olim fuisse in Veteri Testamēto iure diuino, quo de Num. 18. dicitur: *Excubate in custodia sanctuarij, & in ministerio altaris; ne oriatur indignatio super filios Israel.* Quanquā dici valeat, illud præceptum minimē nos arctare, quoniam illud ad ceremonias spectabat Veteris Testamenti: & si rectē literam spectes, illud præceptū excubandi super sanctuario, nō tā erat diuini iuris, quā positiui, quia ad præceptū Aaron debebant excubare Leuitæ. Dicitur enim paulō antē: *Excubabunt Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi, &c.* Vbi vides præceptū excubandi ab Aarone esse oriturū. Vt interim illud omittā, quod aliās diximus, omnia positiua siue iudiciorū, siue ceremoniarum, in Veteri Testamento iuris diuini extitisse; quæ nunc apud nos sunt iuris Ecclesiastici, & Canonici, non autem diuini. Quartū quoq; certū est, iuris diuini esse residere, id est, præsentem esse, cū aliter oues pasci non possūt, hoc est, cū periculum ingruit; ne per hæreticos inficiantur, aut sua tantū præsentia peccata aliqua ouium impedire potest: tunc enim nulla cadere potest dispensatio in non residendo.

His præmissis, tanquam certis, & cōstantibus, & omni acceptione dignis, ad propositam quæstionem dissoluendam, opinabile est, continuam residentiam personalem esse iuris diuini, vt quidam Catholici contendūt: quanquā ego non sim tam certus, quā quod totum est: maius sua parte, vel quod ignis vrit, vel quod ex terminis est per se notum, vel tā clarum ac lux meridiana, vel obligans

Ioan. 10.

Matth. 10.  
Luc. 10.

Tertium principium per se notū, ac manifestū de residentia.

Quartū principium de residentia quādo fit iuris diuini.

Personalem residentiam iuris esse diuini, tantū probabiliter asseritur.

omnes ad definiendum: quod certē vel affectibus hoc sentientium tribuendum puto, vel maiori lumini, (vt dici solet de beatis, qui habent euidentiam eorū quæ nos credimus) ex quo ad tantopere hoc asseuerandū vrgētur. Quod autē hoc tātū sit opinabile, probatur ex eo, qd etsi probabiliter ostēdatur residentia iuris esse diuini, probabiliter etiā omnia argumēta, quæ faciūt, dissoluuntur: probabiles quoque, ac graues rationes ad oppositum probandum, adferuntur. Primum igitur in mediū deducamus rationes, quæ fiunt ad stabilēdum illud ius diuinum, & quomodo ab alijs resoluuntur.

Ex Veteri igitur ac Nouo Testamēto primam aciem dirigunt, vbi Deus, vel Apostoli iubent oues pascere, vt Ezech. 34. *Va pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges à pastoribus pascentur? Et infra: Et dispersa sunt oues mea, eoquod non esset pastor: & facta sunt in deuorationem omnium bestiarū agri, & dispersa sunt. Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelsi: & super omnem faciem terra dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret, non erat, inquam, qui requireret.* Dominus quoque Ioan. 10. *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis; & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cū proprias oues emisit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius.* Et infra. *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eū de ouibus.* Quid his verbis potest esse aut efficacius, aut significantius ad statuendum de diuino iure residentiam? Adde etiā Apostolorum principem dicentem: *Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes* (siue vt Græcè habetur, *ἰμωκονοῦντες*, vt notat Hieronymus ad Euagriū, id est, curam illius agentes) *nō coactē, sed spontaneē secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariē: neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo: Et cū apparuerit princeps*

*pastorum, percipietis immarcescibilem gloriam coronam.* Paulus quoque dixit: *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* Dominus quoq; Petro dixit: *Pasce oues meas:* quod in eo omnibus pastoribus dictum esse voluit.

Sed hæc omnia euincunt, vitiosum esse sine causa à grege abesse suo pastorem; non tamen inferunt residentiam iuris diuini, neque necessariam personalem præsentiam in eo, qui ex causa non residet, & tamen pascit. Quemadmodum Episcopus Fesulanus Florentiæ residens, vel in expulso à sua diocesi, qui tamen ex vicina vrbe ius reddit, atque regit, vt dicitur Clem. 1. de foro compet. vel in residenti quidem in cathedrali, qui tamen absentes subditos pascit, vt habetur in cap. Extirpanda, de præbend. & idem in cap. Super eo, de præbend. lib. 6. hæc enim conuincunt, Scripturas non loqui de præsentia, sed de pastura: nec de absentia quatenus tali, aliās in dictos tenderet, sed de illis qui nō possunt. Quæ verō per Apostolos Petrum & Paulū statuuntur, potius sunt iuris Canonici, quā diuini: secus vbi tantū agunt præcones verbi Dei. Nam cū Apostolus de Episcopo tradat quod oportet esse irreprehensibilem, vnius vxoris virum, non percussorem, non neophytum: constat hæc omnia esse iura humana, & plerūque Romanos Pontifices dispensasse cum digamis, neophytis, & percussoribus. Ita vt si maxime Apostolus in eodem loco dixisset de Episcopo, oportere illū residere apud gregem suum, non plus quā ius Canonicum, siue Ecclesiasticum euinceret, in quo similiter ex causis posset cadere dispensatio.

Illud verō verbum Domini ad Petrū: *Pasce oues meas,* etsi soli Petro dictū sit; non tamen pro se solo, sed pro omnibus. Et potius concludit, Petrū alios cōstituisse pastores sub se, ac illis modum tradidisse pascedi, prescribendo præsentiam, & assistentiā ad gregem suum, & valentē in absentia Episcopi à sua Ecclesia, ex causa dispen-

Act. 20.

Ioan. 21.

Solus testis monitorū illorum.

Apostolorū leges, & præcepta eius iuris essent diuini, an humani.  
1. Tim. 3.  
Tit. 1.

Illud: *Pasce oues meas,* quatenus Petro dictū sit.

Luc. 10.  
Residentiam quando diuini iuris est, quando humani, quo exemplo cognoscet.

Secundum principium de residentia necessario constitucendum.

B. Thomas Quodlib. 9. art. 15. tom. 7.

Sine causa non residentem quæ ferre sequantur incommoda.

Pastor amans gregis sui, qualis ille habendus.

Residentiam iuris esse diuini qui continent, quibus testimonijs diuinis id cōprobēt.

Primum genus testimoniorum.

1. Pet. 5.

Hier. 10. 3. sub initium.

Greg. Naz. in Apolog. tico sub initium.

Basil. Ambros. August. Leo Papa.

Verba illa: Pasce oves meas, omni- b9 dicta esse pastoribus, quo Patres scilicet dixerint

Ioan. 21. 1. Petr. 5.

Episcopos, tametsi a Christi vicarijs pascendi ma datu habeat, eiusdem tamen atq; illos generis esse pastores.

Gen. 2. Infra. 4.

Secundū testimoniorum genus ex sacris literis, ad statuedam de iure diuino residentiam. 1. Petr.

fare. Vnde vt superius produximus, Gregorius Nazianzenus testatur: Dixit lex & legiser noster: Pascite qui in vobis est gregem: vbi legem illam indicat fuisse latam à Petro, vt legislatore, & & nequaquam vt præcone Euangelici, ac diuini iuris. Quod autem Basilii, Ambrosii, Augustini, ac Leo Papa verba illa Petro dicta: Pasce oves meas, omnibus dicta esse exponit pastoribus; catholice interpretati sunt, & non schismaticè. Qui enim diceret, illa verba perinde dicta esse omnibus pastoribus atque Petro, tot facit Papas, quot Episcopos, & malam introducit principantium multitudinem. Vt ergo catholicè dicta illorū Patrum explicentur, exponendū est, quod vt pastori Petro Christus dixit vt pasceret, ita in his, quos ipse Petrus constituit sub se Episcopos, & pastores, debet illis præcipere vt pascant. Et quemadmodum Petrus, siue successor eius, si bonus est, vbi cunq; corpore existat, pascit tamen sibi creditum gregem: ita Episcopus, siue pastor quicūque, si bonus est, vt esse debet, vbi cunq; existat, pascit, si verò malus sit, vel in medio ipso grege minimè pascit.

Neque colligat quis ex hoc, nō esse propterea vnus & eiusdem rationis pastores, Petrū, siue successorē eius, & Episcopos: quod hi à Papa habeant præceptum pascendi, illi verò immediatè à Christo. Nam vt Abel, & Adā vnus sunt, & eiusdem rationis homines, & non æquiuocè; etiam si Adā immediatè sit à Deo, Abel verò non nisi ex Adam & Eua sit progenitus; ita Episcopi eadem ratione non sunt æquiuocè pastores, etiam si per Papā habeant modum & rationem pascendi, quam ipse à solo Deo habet. Nec potest dici purè humana potestas illa summi Pontificis: quia diuina est, & ex lege Dei habet, vt alios pastores instituat, & formā pascendi perscribat.

Secundo loco producuntur Scripturæ, in quibus vel Deus, vel Apostoli quosdam videntur ætus Episcopis præcipere, qui à presentibus haud quaquam præstari valēt: vt illud: Pascite qui in vobis est, gregē Dei, &, Forma

facti gregis ex animo: & illud Apostoli: Oportet Episcopum esse doctorem, siue vt Græcè dicitur, διδασκάλον, id est, ap- positum ad docendum, & rectè tra- ctandum verbum veritatis; & illud: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina; atque id; quod Dominus ait: Proprias oves vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur, id est, illi præstant obedientiam. Et illud Salomonis: Diligenter (siue euidenter: Græcè enim legitur ενωσσο) agnosce vultum pecoris tui: & Paulus de seipso: Vt mihi est, si non euangelizauero, & alio loco: Tanquā Deo exhortāte per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Et Dominus: Docete omnes gentes. Canon quoq; Apostolorū tradit, vt Episcopus non docens ex- communicetur: & illud: O Timothee, depositum custodi, id est, Ecclesiam tibi commissam. Noueritis, eos, qui labo- rant inter vos. Rursus: Qui bene præ- sunt Presbyteri, duplici honore digni ha- beantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina. Et ad Ephes: Alios pastores, & doctores, quia ijdem debent esse, qui per se doceant pascendo. Item seriū dixit in parabola: Negotiami dū venio: & Timotheo: Noli negligere gratiā, qua in te est, qua data est tibi per prophetiā, cum impositione manuum Presbyterij. Et rursus ad Titum: Cum misero ad te Arthemam, aut Tythicum (qui pro te sci- licet maneat) festina ad me venire Nico- polim: quemadmodum pro Petro Ro- mæ manebant Linus & Cletus. Et qui non pascit oves, non intrat per ostiū, vt Christus, sed ascendit aliunde. Et Ioannes Ephesi Episcopo ait: Habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuā primam reliquisti. Memor esto itaq; vnde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac, id est, reside apud tuam gre- gem, & illi assistito, vt prius facie- bas: si quis domui suæ præesse nescit (id est Episcopus) quomodo Ecclesia Dei di- ligentiam habebit? Sic nos æstimet homo vt ministros Christi, & vnusquisque propriam mercedem accipiet secundū suū laborē, & alios dedit pastores, & docto- res ad cōsummationē sanctorū in opus mi- nisterij, in adificationē corporis Christi: ac

Ibidem. 2. Tim. 2. Ibidem. 2. Tim. 4. Ioan. 10. Prou. 27. 1. Cor. 9. 2. Cor. 5. Matth. 16. 1. Tim. 6. 1. Thess. 5. 1. Tim. 5. Ephes. 4. Luc. 19. 1. Tim. 4. Tit. 3. Ioan. 10. Apoc. 2. 1. Tim. 3. 1. Cor. 4. Supra. 3. Ephes. 4. 1. Cor. 12.

rursus

1. Tim. 5. Hebr. vlt. Matth. 19. Genes. 2. Numer. 11. Infra 27. Boni pasto- ris typus Mo- ses. Esaiā 40. Prædicta te- stimonia quo tendant so- lummodo. 1. Petri 5. 2. Tim. 2. Boni pasto- res, vt Dōm- n9 dixit, quo modo ante oves vadant. Qui sine cau- sa ab ouibus suis absunt pastores, quo modo peccat

rursus Apostolus: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: quid ergo boni operis præstabit absens? Rursus: Obedite præpositis vestris, & subiaceat eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Et Dominus: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ. Denique in veteri Testamento Moyses forma boni pastoris erat, qui dicebat: Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinē, vel genui eam, vt dicas mihi: Pona eos in sinu tuo, sicut portare solēt nutrix infantulum, &c. Et infra: Prouideat Dominus Deus spiritum omni carnis, hominem, qui sit super multitudi- nem hæc. Et possit exire, & intrare ante eos, & ducere eos, vel intrudere, ne sit populus Domini sicut oves absq; pastore. Et Esaias: Sicut pastor, gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, facta: ipse portabit. Hæc, & his similia producuntur à nonnullis ex verbo Dei, vt statuatur iure diuino residentiam. Verum hæc, & huiusmodi alia, conuincuntur de præsentia corporis non loqui, non solum ex iam dictis ex causa legitima absentibus, qui tamen hos Scripturæ non violabant locos. Quæ verò de Moysē, vel Moyſi successore, & Apo- stolis dicuntur; peculiarem residentiam, & per se exercitium doctrinæ, & Ecclesiæ visitationem requirebāt. Qui igitur ex causa approbata, ac probabilis absunt, Ecclesiæ laborant, ac ministrant, ac forma sunt gregis, & rectè tractant verbum veritatis, & agnoscunt oves, siue vultum pecoris sui, qui per alios diligentèr inquirūt de vita, & moribus subditorum: talesque bono exemplo ante eas vadūt, dum rectæ vitæ rationem vbi cunq; illi sint, siue absentes, siue præsentis, sequantur.

fed quatenus conuincuntur nō amare, neq; pascere oves. Quemadmodum in Quadragesima cum quis periculo fornicandi expositus non ieiunat, diuinum quidem transgreditur præ- ceptum; non in eo eo quod Quadra- gesimam, quæ iuris est Canonici atq; Ecclesiastici, violat; sed ob id quod carnem non coërcet, ac domat, cum diuino teneatur iure, eam premere, ac coërcere, imminente aliquo delicto mortifero.

Tertiū agunt Patrum siue doctorū testimonijs. Inter quos producit Athanasius quidam Episcopus Con- stantinopolitanus, qui epistola secun- da ad Episcopum Sardicensem docet, non licere Episcopo per legem diui- nam vel paulisper abesse à grege suo: & idem epistola prima ad Episcopū Cretensē tradit, gregem sine Episcopo, esse cæcum sine dace: Augustinus quoque nomen Episcopi, nomen esse operis tradit: vt habes in cap. Qui Episcopatum, 8. quæst. 1. Damasus epist. quinta ad diuersos Episcopos: Christus, inquit, & Apostoli docuerunt per se pascere: vnde Christus oves per se ipsum tulit, sic Iacob oves Laban per seipsum curabat. Athanasius quoque A- lexandrinus in epistola ad Constantium: Nosti, inquit, ex lectione Scriptu- rarum, quanti sceleris sit, Episcopum Ec- clesiam suam deserere, & negligere gregē Dei. Pastorum enim absentia, lupis inua- dendū gregis occasiōem præstat. Grego- rius quoque, vt habes 8. quæst. 1. cap. In Scripturis, docet, eum, qui nō pas- cit, non amare. Agapetus etiam Epi- scopus Africæ ad Agapetum Papam: Recedens, inquit, ab Ecclesia, habeatur similis heretico. Et Agapetus Papa: Con- gruum est, inquit, Canonibus, & disci- plina, ac fidei.

Sed hæc, & similia, quæ in Patrib9 inueniuntur, facilem habent solutio- nem. Nam Athanasius ille Constan- tinopolitanus legem diuinam vocat, Canonicam, & ab Ecclesia latam: quemadmodum ex testimonijs innum- meris patrum superius produximus, & præsertim ex Basilio, ac Gregorio Nazianzeno, qui legem ieiunij Ec- clesiasticam, vocat diuinam. Quod

A testimo- nijs Patrum, atq; Doctorū Athanasius Constant. Episcopus. Idem. Greg sine E- piscopo qua- lis. Aug. lib. 19 de Ciuitate Dei, cap. 19 tom. 5. Damasus epist. 5. Genes. 29. Infra 13. Athanasius Alexand. tom. 2. Greg. lib. 6. Registr. epi. 169. tom. 2. Agapetus Episcopus Africa. Agap. Papa. Patrum testi- monia pro- posita quem sensum acci- piant. B. Basilius. B. Gregor. Nazianz.

verò

Episcopus nomen est operis, secundum August.

Tit. 3.

Prima ratio aduersariorum ad probandum residentiam iuris esse diuini.

Christus quæ per seipsum instituit.

B. Bernard.

Si Christus diligit Ecclesiam suam non minus quam paterfamilias domum suam, cur non vicario suo permittit substituere sibi vicarium.

verò in priori epistola ait, gregē sine pastore, esse cæcum sine duce, in legē est nature. Et nō est grex sine pastore, qui ad tēpus ex causa abesse cogitur. Quodd verò ait Augustinus, Episcopi vocem, operis nomen esse, ingenuè fatemur: verum qui absens est, multa operatur circa gregem suum. Quod verò ex Damaso producit, Christū docuisse per se pascere: verum est, sed satis pastor pascit, qui dum abesse compellitur, mittit alios qui pascant pro se. Quemadmodum Paulus dixit Titum ad se venire, postquam ad eum misisset Artemam, aut Tychicū, qui pro eo absente pasceret: nam qui per alios pascit, per seipsum pascere videtur. Quod ait Athanasius de deserente gregem, verum est, quia non pascere, nec amare oues, nec illarum cura tangi, est in Scripturas sacras: ex quibus etiam Canonice profectæ sunt leges. Postremo, quod ait Agapetus Episcopus, deserentem Ecclesiam suam, esse excommunicandum ut hæreticum; id non tam est ob defectum præsentia corporæ, quam ob defectum amoris, & curæ pastoralis neglectum.

Quarto loco, varias, ac diuersas rationes pro illo dogmate firmando produciunt. Et primò ita à Christo argumentantur: Dominus omnia positiua necessaria ad salutem per se instituit, vt Baptismum, Cōfessionem, & alia Sacramenta; ergo etiam residentiam, sine qua nemo aut pascere, aut bene pascere potest. Respondeo, Dominum non omnia positiua necessaria saluti per seipsum instituisse, sed nec omnia, nec sola, sed per Ecclesiam, cui propterea virtutem contulit præcepta statuendi. Sed vt ait Bernardus in libro De præcepto, & dispensatione, quæ erant inuariabilia & per se bona, Christus per se instituit: qualis non est residentia, quæ & variari potest, & vt esse potest bona, ita etiam noxia, & indifferens. Quod si inferas; Non minus diligit Deus Ecclesiam suam, quam paterfamilias domum, qui tamen non vult, vicariū suum alium substituere vicarium: ita etiam nec Christus, quod facile solui-

tur. Non enim fat est, vt quid velit Christus quodd sit iuris diuini, vel nolit Christus vt quid sit contra præceptum diuinum, sed opus est vt iure diuino voluntas explicetur: sed vt illam explicat sacra Scriptura, ita etiā ius Canonicum, & Cæsareū declarat.

Secundo argumentantur ab Ecclesia, quæ in consecratione cuiusque Episcopi ait: Vade, prædica Euangeliū populo tuo, quæ est vox Dei per ministrum, & non minus est vinculum Episcopi cum Ecclesia sua, quam mariti cum sponsa: qua non consentiente in absentiam mariti, ille in ius diuinum peccare videtur. Respondemus, illa verba, vocem esse Ecclesie, ac proinde iuris Canonici: quoniā illa verba nō sunt forma consecrationis à Christo instituta, sed verba Ecclesie explicantis munus Episcopalis dignitatis, ad quam quis promouetur. Et vinculum inter Episcopum, & Ecclesiam, haud est in præsentia corporis, sed in cura spiritali. Et adhuc quantum ad curam, si quidem est ob bonū ouium, & pastorum, cum subest iusta causa ex parte vtriusque, vel alterius, potest Papa absoluere aliquē ab illo vinculo, & cura: & eo manente potest absoluere à præsentia corporis. Quia quemadmodum quos Deus cōiunxit, ipse Deus separare potest, quomodo cunque illi placeat separare: ita Episcopos quos Papa instituit, atque cum Ecclesijs suis coniunxit, potest & à cura Episcopali omnino absoluere, & ea manente, eos à præsentia sua ad breue, vel ad longum tempus subtrahenda seiungere.

Tertiò, deducuntur argumenta ab ipso Papa Episcopo Romano, qui iure diuino residere constringitur, & in præceptum peccaret Dei, si inter infideles maneret: ergo similiter alij, quibus dictum est: *Pascite qui in vobis est gregem Dei.* Deinde iure Diuino cogitur Papa mittere Episcopos ad suas Ecclesias; eodem ergo iure illis assistere tenentur Episcopi. Respondemus, falsum esse quod dicitur, Papam nō posse diuertere ad infideles: nam Petrus Pontifex primus ad infideles proficiscebatur gratia euange-

Secunda ratio

Matth. 19.

Tertia ratio.

1. Petri 5.

Quod licet Romano Pontifici ad Gentes Euangelij causa concedere.

lizandi,

Auiston qui sederint summi Pontifices, & quandiu.

Quarta ratio

Episcopus qualis esse debeat.

Quintaratio Rom. 11.

lizandi, & propagandi Euangeliū, & per 72. annos extra Urbē, Auinioni manētes, munus Apostolicum administrarunt nonnulli Pontifices. Nam Auinioni fuerunt octo Pontifices, primus fuit Clemens V. per annos nouem; Ioannes XXI. vel XXII. per octodecim annos, Nicolaus V. per tres: hic fuit antipapa, Benedictus X. per septem; Clemens VI. per annos decem; Urbanus V. per octo; Gregorius XI. per septem: qui etsi vt Pontifices summi, & pastores Ecclesie, vbicunque essent, residentia munus præstarent; tamen quatenus Episcopi peculiare erant urbis Romæ, ab Ecclesia sibi assignata per tempus 72. annorum abfuerunt absque vlla iuris diuini violati conscientia. Et in genere ipse Pontifex tantum iure diuino cogitur Episcopos mittere ad Ecclesias suas, non tamen hunc, aut illum signatum, & priuatim: quare Ecclesiastico iure mittuntur, & suis diocesis assistere eodem iure tenentur. Quia vt ouis malè præscribit modū suo pastori, quo pasci debeat: ita incongruè minor pastor formulā præferiberet pascendi maiori pastori.

Quarto argumentantur ab Episcopo, qui debet esse forma, anima, caput, sal, paratus ad condiendum gregem, lux, dux, agricola, nauclerus, auriga, dispensator, medicus, visitator, & sponsus suæ Ecclesie, & cui pro opere assignantur stipendia, & decimæ. Respondeo, hæc tantū opus suum, atque operam euincere, non præsentiam omnimodā, nec omnino vicarium excludunt, vt ex praxi constat: & concludunt, absentiam in legē esse nature communiter. Et quanquā ob dotes personales aliquis eligatur in Episcopum: est tamen differentia inter functiones. Quoniam quædam quæ ex causa delegari queunt, pro pastura tribuuntur, nō pro præsentia, quam posset aliquis inutiliter, & sine fructu præstare.

Quinto argumentum trahunt à potestate Episcopi, id est, à iurisdictione, quæ à Deo est, sicut & vocatio: ergo vsus eius à Deo erit, & ad bonum tendit, hoc est, ad residendū.

Et quanquam iurisdictione à Papa proficiscatur: tamen residentia à Deo oritur: quemadmodum à Deo est immediatè vinculum matrimonij, etsi ex præcedente humano consensu. Sed negamus, iurisdictionem esse à Deo per Papam, vt superius plenissime ostensum fuit: quamobrem modus pascendi in præscribendo tempus præsentia, etsi ad bonum opus tēdat, à Papa est. Quemadmodum ieiunium à Deo est: sed hoc ieiunium determinatum, à Papa. Ita etiam iurisdictione, & diuisione Episcopatum, & residentia in genere à Deo sunt: enim verò hæc significata in singulari, determinata quæ à Papa sunt. Et inter Episcopū, & Ecclesiam non est nisi vinculum animarum, siue spirituum: quamobrem pascere est ei indiuisè coniunctum, non autem ita præsens esse corpore. Secūs se res habet in corporali matrimonio, vbi debet esse duo in carne vna.

Sextò ab ipsa residentia argumentum constat: quia residentia tot, inquit, habet auctoritates sacre Scripturæ, & plures quam de alijs definitis; & quæ vt medium & instrumentum est coniunctum curæ pastorali. Respondemus, ad definiendum aliquid, præstare vnum Scripturæ locū efficaciter concludentem, quam multos locos probabiles tantum, & nihil efficaciter colligentes. Præterea falsū est, corporalem præsentia necessariò coniunctam esse curæ pastorali; cum possit quis ex tā multis causis abesse à grege suo, & ex nulla illarum eximitur à non pascendo, retenta Episcopali dignitate: quare corporis præsentia, vt quid varium & indifferens, relictum est Ecclesie dispositioni.

Septimò, deducitur argumentum ab eo, quod non valet esse iuris positiui, quia consuetudine contraria nō tollitur: nec exigeretur ab homine, vt vitam exponere sit paratus, potius quam à grege abesse. Dispensatus etiam sine causa legitima, tutus esset in conscientia, totque essent non residendi causæ, quot legislatori placerent. Primum etiam præceptum prohibens absentiam Episcoporum à suis

Episcopus, & Ecclesia quali inter se tantum nexu coniungantur.

Genes. 2. Matth. 19.

Sexta ratio.

Vel vnu Scripturæ testimoniū quod pluribus eiusdem præponeret.

Septima ratio.

ouibus,

Concilium Sardicense.

Præceptum pascendi, cōsuetudine cur minime tollatur.

Mori præstat, quā vel leue & veniale peccatum committere.

Octava ratio

ouibus, id est, Canon decimustertius Concilij Sardicensis, ait absentiam non licere: ergo videtur, quod ante illam legem non licebat. Respondemus, quod cum præceptum residendi non sit quid iure positiuo stabilitum, ac remotum à diuino iure, ob id consuetudine non tollitur, & ante illam legem positiuam non licebat. Neque constat illam Sardicensis Concilij legem fuisse primam, sed primam earum, quas habemus: imò antè in Concilio Niceno decretum est; & sine causa dispensatus non est tutus in conscientia: & causa debet esse talis, & tam legitima, quæ vestiatur, & honestare valeat deformitatem absentia; morique licet, ne vel veniale aliquod faciamus peccatum, nedum vt vitemus lethale, & gregem deseramus, patiamurque propter absentiam nostram manifesto illū exponi abiurandi fidem periculo.

Octauo ab eo ducunt argumētum, quod non residere, videatur nō posse cadere sub dispensationem, quia in eo infidelitas in deposito Ecclesie sibi credito committitur, siue sponse suppositio, & filiorum expositio vt ab alijs nutriantur, fructus furto: quæ dispensari non queunt. Sed horum omnium inconuenientium causa legitima non est non residere, vt declarat exemplum eius, qui ex causa legitima abest à grege suo: sed potius causa est non diligere oues, & pasto-

ralem ouium sollicitudinē negligere. Quare nihil efficit hæc ratio. Nonò, ac postremo à malis annexis ipsi absentia conficitur ratiocinatio talis: Ex absentia Episcopi sequitur omisio cultus diuini, tum in Missæ sacrificio, tum in cæteris diuinis officijs, mala administratio verbi, & Sacramenti, perditio animarū, destructio fabricæ, & vasorum sacrorum, & similia. Respondemus huic argumento, quod vt horum inconuenientium causa non est per se residentia, sed pasturæ, & sollicitudinis debita defectus, ita hæc, non illa iure diuino prohibetur vltra id, quod omisio, & præuaricatio mandatorum Ecclesie, causa est omisionis, & præuaricationis diuinorum, non tamen sunt diuina. Ob quod etiam non valet consequentia: Residentia est fundamentum præceptorum affirmatiuorum, & positiuorum de iure diuino, ergo iuris est ipsa diuini: non enim assistentia corporalis, sed boni Episcopi vocatio, & institutio, fundamentum est residentia, & aliorum. Ex his igitur liquidum, ac clarum reddidimus, argumenta omnia quæ fiunt ad probandum residetiam esse iuris diuini, probabilia tantum esse, & facile posse solui, neque illam peculiari præcepto mandatam fuisse à Iesu Christo Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto omnis gloria deferatur, honor, & imperiū in perpetuū. Amē.

Nona ratio.



TRACTATUS LXXVI.

In quo explicatur altera sententia predictæ opposita, quod videlicet residentia, quæ debent pastores suis gregibus, iuris sit Canonici, & Ecclesiastici.

**H**VCVSQVE bona fide illorum opinionem, atque eius fundamenta, & rationes persecuti sumus; qui

tradūt, diuini iuris esse residentiam: nunc verò illorum sententiam, qui oppositum tuentur, & rationes, & fundamenta, quibus innituntur, ex-

plicanda

Ordo disputationis huius

Ratio prima, & multiplex quidem.

Quid constituat rem aliquam iuris diuini.

Proverbium iurisperitorum.

Ius diuinum in nouo Testamento quælibet tamen determinat. B. Thomas tom. 7. An dispensare in bigamia summus Pontifex possit, secundum Thomam.

plicanda suscipimus: vbi etiam, quid interdum ad illa responsū sit, minime subicebimus, vt inde, quæ quibus præponderent, æquus rerum estimator & arbiter facile inspicere valeat. Vt igitur dilucida, ac distincta procedat oratio, primum producemus rationes, quibus siue à priori, siue à posteriori probatur, residetiam iuris diuini nō esse: deinde verò rationes, quæ ducunt ad impossibile, siue ad absurdū, idem illud ipsum probantes producemus: tertio, quod sit iuris Canonici, siue Ecclesiastici, manifestè indicabimus.

Prima igitur ratio à priori, à iuris diuini natura, & proprietate, quod est immediatè à Deo institutum, vel ab eo manifesta, & necessaria consequentia deduci potest, ita vt nulla opus sit consuetudine, vel lege obligante, ita deductum, desumitur. Nam residetia iuris diuini natura, & proprietates nō conuenit, iuris autem Canonici, ac Ecclesiastici natura, & proprietates ei conuenit: ergo residetia non est iuris diuini, sed positiuum. Vt enim ius diuinum aliquid existat, nō satis est quod sit verum, & ex diuino iure aliquo modo erui possit: sed opus est vt sit vel expressum, vel manifesta consequentia deductum, vel traditione Ecclesie, vel lege Ecclesie obligante declaratum ab Ecclesia in generali Concilio, vel à Pontifice Romano: quia nisi altero modo ex predictis obligare constet, pro iure diuino habendum non est, quia de non apparentibus, & de non existentibus idem est iudicium, vt tradunt Iurisperiti. Et loquimur propriè de iure diuino, vt à naturali atque Ecclesiastico, ac Cæsareo distinguitur. Deinde ius diuinum in nouo Testamento, quæ ad bonos mores pertinent, in singulari non determinat, sed tantum moralia in genere, articulos fidei, & quæ ad substantiam Sacramentorū spectant, complectitur, vt docet Beatus Thomas Quodlib. 4. articulo decimotertio, vbi interrogans an Pontifex possit in digamia dispensare, in hunc modum respondet: *Respondeo dicendum, quod Papa habet plenitudinem po-*

*testatis in Ecclesia, ita scilicet, quod quacunque instituta sunt per Ecclesiam, vel Ecclesia Pralatos, sunt dispensabilia à Papa. Hac enim sunt, quæ dicuntur esse iuris positiuum. Circa ea verò, quæ sunt iuris diuini, vel iuris naturalis, dispensare non potest, quia ista habent efficaciam ex institutione diuina. Ius autem diuinum est, quod pertinet ad legem nouam, vel veterem. Sed hæc differentia est inter legem vtramque: quia lex vetus determinabat multa, tã in præceptis ceremonialibus pertinentibus ad cultum Dei, quàm etiam in præceptis iudicialibus pertinentibus ad iustitiam inter homines conseruandam. Sed lex noua, quæ est lex libertatis, huiusmodi determinationes non habet, sed est contra præceptis moralibus naturalis legis, & articulis fidei, & Sacramentis gratia: vnde & dicitur lex fidei, & lex gratia; propter determinationem articuloꝝ fidei, & efficaciam Sacramentorū. Cætera verò, quæ pertinent ad determinationem humanorum iudiciorū, vel ad determinationem cultus diuini, liberè permittit Christus, qui est nouus legislator, Pralatis Ecclesie, & Principibus Christiani populi determinanda: vnde huiusmodi determinationes pertinent ad ius humanū, in quo Papa potest dispensare. In solis verò his, quæ sunt de iure natura, & in articulis fidei, & Sacramentis noua legis, dispensare non potest. Hoc enim non efficit pro veritate, sed contra veritatem. Et ideo dispensare potest in digamia, quæ ad nullum trium illorum reducit, sed ex magna, & euidenti causa. Hactenus ille. Ex quibus secundo habes, quale sit ius diuinum. Tertio, Ius diuinum est per hominē, indispensabile: quod etiam ex dictis à B. Thoma constat. Quarto, eadē ratione auferri nequit, vel abrogari consuetudine, vel statuto nō superiorum, aut præcepto positiuo superiorum. Quinto, non habet vllam exceptionem ius diuinum, nisi in Scriptura expressam, vel euidenti consequentia deductam. Sexto, ius diuinum semper antiquum est, & non neglectum à Sanctis, sed vstitutum. Septimo, non cedens humano, vel positiuo vlli præcepto: has enim septem proprietates, siue notas, magnis rationum momentis, & Patrum testimonijs superius corroborauimus;*

Quod sit ius diuinum.

Legis veteris & nouæ discriminis.

Lex noua, & Evangelica, cur lex fidei, & lex gratia ab Apostolo nominetur.

Rom. 3. Galat. 5.

Summi Pontifices quænam possint iura relaxare, quæ non possint.

2. Cor. 13.

cūm

cum de iure diuino in genere differimus. Cum autem omnia his predictis contraria se habeant in residentia, profecto residentia iuris diuini non erit.

Secunda ratio ex eo sumitur, quia verbum Dei, & exemplum commune omnibus Apostolis potius fuit discurrere, iuxta illud: *Euntes, docete omnes gentes; & Euntes in mundum vniuersam, predicare Euangelium omni creaturae*: ab initio igitur ante iurisdictionum diuisionem Apostoli non residebant, imo nec residere poterant: quod etiam contigit immediatis eorum successoribus, vt docent Dionysius Areopagita, Chrysostomus, Isidorus, Rabanus, Rupertus, & Haymo Alberstratis Alcuyni discipulus ante annos 550. Qui scribens in verba illa Apostoli: *Posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos*, inquit: *Qui vice Christi positi sunt in Ecclesia, sicut ait Apostolus, Obsecramus pro Christo, (scilicet vice Christi) reconciliamini Deo. Horum vice subrogati sunt Episcopi. Sed Apostoli ex precepto Domini compellebantur exire de regno in regnum: Episcopi vero in suis Ecclesijs auctoritate Canonica residere iubentur ob vtilitatem sibi commissorum.* Hæc ille. Vbi obserua, præceptum Dei opposuisse auctoritati Canonice: proinde illi duo non in idem incidunt. Deinde obserua, ob vtilitatem omnium institutam residentiam: qua cessante potest abesse vel propter oues ipsas. Apostoli ergo instituerunt, vt Episcopi fixi manerent; & opus fuit lege Canonica ad figendum eos in suis diocesis: nam verbum Dei, & exemplum Apostolorum potius permouebat ad discurrendum. Tertia ratio est: quia vbi est inopia ministrorum, quemadmodum apud Indos Orientales, & Brasileam, Episcopi discurrunt docentes, & baptizantes, & quos semel sacris initiarunt, visitantes. Si igitur illum modum persequeretur Papa, modo oues bene haberet; in ius diuinum nequaquam delinqueret: nam ad eum modum introducta est iurisdictiono commissaria quorundam Curatorum, qui ordinarij pastores non sunt.

Secunda ratio, ad probandum residentiam non esse iuris diuini. *Matth. vlt. Marci vlt.*

Dionysius Areopagita Chrysost. Isidorus. Rabanus. Haymo in cap. 1. 2. prima ad Cor. 2. Cor. 5.

Residentia quare fit instituta.

Tertia ratio.

Quarta ratio: quoniam presentia corporalis, siue residentia externa est, & aduentitia, differens, ac varia, & prodesse potest, & obesse: ad Sacramenta, quæ sola ex positius præceptis continentur in nouo Testamento iuris diuini, non pertinens, solumque modum pascendi perscribens: idem iuris diuini non est, sed merè Ecclesiastica, & Canonica lex. Hæc autem ratio colligitur ex doctrina D. Thomæ in Quodlibeto iam dicto. Quinta ratio: Quadoquidem si iuris esset diuini, Ecclesia, & Canones vbi rem ex professo tractant, vt cohortarentur ad residentiam, id allegarent; cum tamen Canones tantum, & consuetudinem proferant. Nam Tit. de Cleri. non resident. capite primo, secundo, tertio, quarto, & quinto non coguntur residere iure diuino, sed quod in Canones faciant, vel consuetudinem. Vnde Innocentius Tertius ad VValterum Rothomagensem: *Decernimus, inquit, vt residentiam (sicut ius, & consuetudo Ecclesie habet) per Ecclesiasticam censuram repellas.* Hæc ille. Vnde si Patres quandoque ius diuinum vocant, laxè accipiunt pro Canonico ius diuinum, vt capitur cap. Cum de diuersis, lib. sexto de privilegijs: vbi præcipitur vt sint qui interpretentur ius diuinum, & humanum; id est, Canonicum, & ciuile. Sexta ratio: Praxis Sanctorum facile nobis declarat diuinum ius. Nam vt intus sentiunt, ita exterius operantur. Sentiunt autem illud ipsum quod Spiritus sanctus, qui distat Scripturam. Sed Sancti sæpè Ecclesias relinquebant, etiam sine aperta reuelatione: ergo in eo non putabant se iuris diuini violatores. Antecedens liquidum fit ex multis. Primum ex Episcopo Antiocheno vocato à Gregorio Romano, vt secum per vitam maneret, vt habes libro primo Regist. cap. trigesimalotertio. Deinde ex eodem, iubente Episcopo Panormitano, vt per biennium Episcopus Italiae visitaret. Ex Paulino Nolano Episcopo seipsum pro liberando filio viduè vedete: ex Severiano Gaballonensi Episcopo, qui relicta sua diocesi Constantinopoli predicabat,

Quarta ratio

D. Thom. in Quodlib. 4. art. 13. Quinta ratio.

Innocentius Tertius.

Sexta ratio.

Spiritus sanctus Scripturæ auctor est, & interpret.

Greg. Rom. tom. 2.

Idem. Episcopus, qui à suis interdictum diocesis abesse, nonnulla paria numerantur.

facultate

facultate accepta à B. Chrysostomo. Idem quoque colligitur ab exemplo Epiphani, qui relicta Ecclesia sua, & Romam, & Constantinopolim ad Theodosium nauigauit sanitatis gratia conferendæ filijs Imperatoris. Ad hæc Gregorius Nazianzenus, etsi esset Zassimorū Episcopus, ob patris tamè reuerentiā, eo viuo in Nazianzena Ecclesia vt hospes predicabat, vt habes epist. 96. inter epistolas Basilij. Habes præterea documentum ex Mela Episcopo Catholico, qui exulare voluit cum alijs Episcopis ab Arrianis pulsus de Sede, vt testatur Tripartita lib. 8. c. 1. cum posset manere in diocesi sua. Ad hæc Episcopi multi per totam vitam dimittebant Ecclesias, vt possent audire Origenem, vt habes apud Eusebium. Constat insuper, Titum, & Timotheū Episcopos Cretæ, & Ephesi, interdum à Paulo fuisse vocatos, & secum illos in longinquas partes duxisse. Dionysius etiam Episcopus Atheniensis, à B. Petro, vel à Clemente missus fuit in Galliam Euangelij gratia: neque necessariū est Apostolis in cunctis actionibus affingere reuelationem peculiarem, quibus satis erat prudentia sancti Spiritus, qua affulgebant. Amplius Reges ipsi boni, qui ad residentiam in suis diocesis præstandam arctantur, nullo suo scrupulo extra regna exierunt interdum, & extra illa morati sunt diu: nec tamen in ius Diuinum se delinquere existimabant. Septima ratio. Multæ, & illæ quidem faciles causæ non residendi solent adferri, ac vt legitime probatæ; vt, accessus ad Conciliū, vel prouinciale, vel generale, vel ad Papam, vel ad Regem vocantem, vel ob propriam persecutionem, vel ob infirmitatem, vel aeris intemperiem declinandam, vel ob vtilitatem omnium suarum, vel ob charitatem alicui vicinæ præstandam Ecclesie: & similes aliæ multæ. Porro hæ causæ minimè sunt expressæ in Sacris literis, & similes rationes solidæ non essent contra Scripturam contrarium præcipiētē. Ergo assidua personalis residentia non est iuris Diuini. Octaua ratio: Consuetudo sine dispensatione excusat interdum non residentem: quemadmodum in ha-

Basil. tom. 3.

Histor. Tripart.

Euseb. lib. 6 Eccl. histo. cap. 19.

VII. ratio.

Quibus de causis Episcopi à suo grege licite possint abesse.

Octaua ratio.

bente præbendam, & curam animarum annexam, vt habes in cap. Super eo, & cap. Cum singula, De præben. lib. 6. Igitur residentia non est iuris Diuini, in quod consuetudo præualere non potest. Nona: Statutum de non residendo per quatuor menses, reddit tutos percipientes fructus, vt in Hispania omnes Canonici faciūt, & nuper Concilium Tridentinum cõcedens Episcopis, vt quotannis per duos menses, aut ad summum tres, à suis Ecclesijs abesse liceat, planè indicauit iuris Canonici esse residentiam, & non Diuini. Decima ratio. Primus, qui inter Scholasticos Doctores hæc quæstionem attingit, & asseruit esse iuris Diuini, fuit Caietanus, qui factus, & vita suæ definitioni repugnauit: nunquam etenim Episcopus Caietanus factus resedit, & multo magis credendum est factis, quam dictis: paucosque habet sectatores in ea sententia, & ipse alijs Doctoribus Theologis, & Catholicis, multisque iuris Canonici peritis viris aduersatus est, imò ipsi B. Thomæ in eo articulo quem commentatur, quia oppositum Thomæ definit. Nam cum Thomas secunda secundæ quæst. 185. art. 5. diceret licere Episcopo subditorum salutem quado potest per alium sufficienter prouideri, deserere gregem propter Ecclesie commodum, vel personale periculum; satis indicauit non esse residentiam iuris Diuini. Ergo ante Caietanum contra sentiebant omnes, qui dicebant Residentiam esse dispensabilem. Et hæ sunt rationes à priori sumptæ, quibus non video quid solidum possit responderi: nisi quis velit negare definitionem iuris Diuini assignatam, aut in his, quæ sancti Patres vel fecerunt, vel docuerunt, vel definiuerunt, circa hanc rem patentissimè aberrasse, & in summis ignorantie Diuini iuris tenebris versatos fuisse: quod mihi non tantum durum, sed etiam intolerabile videretur. Sed iam producendæ sunt rationes ducentes disputantem ad impossibile, hoc est, ad absurdum, vel inconueniens. Pro quibus rectè intelligendis, producenda sunt tria. Et primum est, dispensationem, de qua hic loquimur, proprie

Nona.

Concil. Trid. det. ses. 23. in materia De reform. cap. 1. circa med.

Decima.

Iuris Diuini esse Residentiam, inter Scholasticos primus asseruit Episcopus Caietanus.

B. Thom. tom. 1. par. 2.

Rationes ducentes ad impossibile producantur.

Dispensatio hoc loco propria quid sit

Dispensatio legis ab interpretatione, abrogatione, & epicheia quomodo differat.

Ius Diuinum a quo tantum relaxari valeat.

Exo. 11. & seq. Infrat. 2.

Ius Diuinum ab homine minime abrogari potest. I. argum. ex Patribus. Aug. Tom. 2. B. Bern. B. Thom.

esse iuris relaxationem, & legis, ne videlicet quod in communi omnes ardeat, hunc in singulari non obliget: cui legislator, vel qui eius habet auctoritatem, se attemperat, vel accommodat. Hinc differt ab abrogatione, interpretatione, & epicheia. Nam abrogatio legem omnimodo tollit: dispensatio tantum vulnerat, hunc a legis vigore eximedo, cum in ceteros dominium habeat: interpretatio vero nec tollit, nec vulnerat legem, sed tantum exponit: epicheia autem, si lex humana est, corrigit illam: si Diuina, interpretatur tantum, atque cum aequitate declarat. Praeceptum autem Residentiae prima quidem specie affirmatiuum videtur, ac per hoc ad praesentiam obligans, cum ex Episcopi absentia periclitantur oues: virtute autem negatiuum existit, quia ponit abesse non debere: sicut amare Deum, comprehendit non esse odio habendum: confiteri, non esse negandum: restituere, non esse retinendum alienum. Est autem affirmatio supra negationem: Praeceptum autem Dei nec ab homine potest abrogari, neque dispensari, relaxari, nisi a solo Deo, si oppositum bene fieri queat. Hinc voluit, filios Israel spoliare Aegyptios, & interficere Chananeos. Neque a Deo quidem valet remitti praecceptum Diuinum, si est per se bonum, quod remittitur, aut per se malum, quod vetatur. Homo autem potest Dei praecceptum, siue legem probabiliter explicare, atque declarare, ut doctor, vel definitiua, & necessaria sententia exponere, ut potest Pontifex Romanus, vel Concilium generale, declarareque ius Diuinum esse abrogatum: quemadmodum Apostoli Acto. 15. legem extintam iam esse, ac penitus abolitam, sententia Concilij declararunt.

Porro quod non possit homo abrogare, vel dispensare Dei legem, aperitis, & perspicuis verbis tradit Augustinus epist. 118. ad Ianuarium, Bernardus lib. De praeccepto, & dispensatione, B. Tho. in Quodlib. 4. art. 13. paulo superius allegato, & Opusc. 19. c. 4. circa finem, vbi ille sic habet, Quod ergo primo obicitur quod Romana sedis

autoritas non potest aliquid condere, vel mutare contra statuta sanctorum Patrum: dicendum, quod verum est in illis, quae statuta sanctorum determinauerunt esse de iure Diuino, sicut articuli Fidei, qui determinati sunt per Concilia. Sed illa, quae sancti Patres determinauerunt esse de iure Positiuo, relicta sunt sub dispensatione Papae; ut possit ea mutare, vel dispensare, secundum opportunitates temporum, vel negotiorum. Sancti enim Patres in Concilijs congregati, nihil statuere possunt, nisi auctoritate Romani Pontificis interueniente, sine qua etiam nec Concilium congregari potest. Nec tamen Papa quando aliquid aliter facit, quam a sanctis Patribus statutum sit, contra eorum statuta facit: quia seruetur intentio statuentium, etiam si non seruentur verba statutorum, quae non possunt in omnibus casibus, & in omnibus temporibus obseruari, seruata intentione statuentium, quae est utilitas Ecclesiae, sicut & in omni iure positiuo accidit. Et infra subdit: Nec tamen hoc est verum, quod Papa non possit aliquid facere contra Apostolum. Dispensat enim cum bigamo, & in pena, quam Canones Apostolorum statuerunt Presbytero fornicanti. Haec tamen Thomas. Et idem docet in secunda secundae quaest. 88. art. 10. in corpore, & in solutione ad secundum. Et idem tradit Alexander III. in cap. Super eo, De usur. Et denique communiter Doctores omnes conueniunt in hoc, maxime, ut ibi ait Thomas, quando materia est mala, vel inutilis, vel maiori bono praestat impedimentum, vel non adfuit tanta, quanta opus erat deliberatio, Papa dispensat non quidem in iure Diuino, sed declarat tale votum non fuisse a Deo acceptatum. Deinde quod lex Diuina per hominem non valeat abrogari, dispensari, docet Scriptura, nimirum: Caelum, & terra transibunt; verba autem mea non praeteribunt: Non potest solui Scriptura: &, Non veni soluere legem; &, Non possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate: Potestatem dedit Dominus in adificationem, & non in destructionem: &, Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Vnde lex per se ipsam cessauit, ut nox aduentu diei cessat, & pueritia per virilem aetatem suapte natura definit.

Papam non posse aliquid mutare, vel condere contra statuta sanctorum Patrum, quomodo verum.

Summus Pontifex aliquid contra sanctorum Patrum instituta perficit, cur eis tamen repugnare minime videatur.

1. Tim. 3. Tit. 1. Idem. Alex. III.

Secund. arg. ex Scripturis diuinis. Matth. 24. Ioan. 10. Matth. 5. 2. Cor. vlt. Supra. 10. Infra vlt. Deut. 4.

Tertio,

Tertium arg. Obiectiua quaedam in contrarium diluuntur.

1. Reg. 21. Matth. 12. 1. Mach. 2. Deut. 22. Act. 21. Luc. 18.

Malac. 3. Vota, aut iuramenta, quae interdum relaxantur, ut iuris sint Diuini.

Ecclesiae positua, canonicaque praeccepta Diuino iuri cedere.

Act. 5. Ecclesiam in his, quae Fidei, & morum sunt definitis, errare non posse. 1. Tim. 3. Matth. 16. Ioan. 14.

Ratio I. ad impossibile deducens, ut ostendatur re

Tertio, idem probatur: quia minor potestas in maiorem non potest, ut Proconsul in Imperatorem: quia obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Neque valet in contrarium de esu panum Propositionis facta a laicis, vel de bello in Sabbatis gesto tempore Machabaeorum: siquidem ibi nulla interuenit dispensatio, quia non fuit soluta obligatio quae aberat: sed declaratio fuit, siue expositio: quemadmodum etiam lex de extrahendo boue in die Sabbati. Neque similiter obstat prohibitio Pauli, ne ascenderet in Ierusalem: quia humana erat persuasio. Nec illud: Oportet semper orare, & non deficere, sub dispensationem cadit: quia consilium est, & pro tempore, quo praecceptum est, dispensari nequit. Nec rursus illud, quod procurator mutat, quae dominus ex rationatione, quia dominus nescius est, & mutabilis: secus Deus prouidus, & qui ait: Ego Dominus, & non mutator. Non ergo nota, aut iuramenta quae dispensantur, sunt iuris Diuini, nisi in genere tantum: & dispensatio super his, quae humana sunt cadit, ut quando materia est, ut diximus, vel praua, vel inutilis, vel maioris obstaculum boni, vel merè indifferens, vel absuit plena, ac debita aduocandum deliberatio: ex quibus resultat ius. Et haec de primo praemisso.

Secundo praemittendum, Ecclesiae positua, Canonicaque praeccepta Diuino iuri cedere, sicut cedunt stellae Soli aduenienti, & minor maiori: nam alioquin homo destrueret quae Dei sunt, atque posset contra veritatem; cum tamen Apostolus dixerit: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Tertio praemittendum, Ecclesiam errare non posse in his quae Fidei sunt, & bonorum morum, definiendis. Nam ob eam causam dicitur Ecclesia columna, & firmamentum veritatis: & Dominus: Et porta inferi non praeualebunt aduersus eam: ac rursus: Pater alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum.

His ita constitutis, prima ratio ad impossibile ducens, fit: Ecclesia non potest dispensare in ius Diuinum, ut

ex primo praemisso constat: atqui dispensare consuevit in residentia, & non tantum Papa, sed etiam Episcopus ordinarius, ut cap. Relatum, cap. Inter quatuor, cap. Fratemitati tuae, De electric. non residen. & cap. Licet canon in Concil. Lugdunen. De elect. lib. 6. vbi habetur: Super residentia vero (ut praemittitur) facienda, posset ordinarius gratiam dispensationis ad tempus facere; prout causa rationabilis id exposcit. Idem Gregorius cap. Super specula, tit. De magistris, quoadi quis docet Theologiam (addunt Doctores idem esse de iure Canonico) & studens per quinquennium, dispensatur. Talis autem tutus est faciens quod potest absens. Non ergo est iuris Diuini affirmatiui, quia a tempore obligationis, vel a peccato se exponendi periculo, non potest ab ea lege solui, ut patet in praeccepto confessionis. Si ergo directe cadit dispensatio ob varias causas, quales sunt aegritudo, persecutio, captiuitas, beneficij tenuitas, sui iuris profectio, Papae, vel legati, vel Episcopi seruitium, legatio, inquisitio, lectio, vel auditio Theologiae, Concilium Generale, vel Prouintiale, a Rege vocatio, & similia: non est ergo Residentia iuris Diuini, vel errauit haec tunc Ecclesia, contra id, quod tertio loco praemissum est. Secunda ratio: Dispensatur ex causa, ut quis possit plura beneficia habere, vel ex necessitate, vel utilitate, a iure, vel a Papa: ut habes distinct. 70. cap. Sanctorum. Dispensat autem ius, cum beneficia sunt tenuia, ut cap. Vnio. 10. quaest. 3. vel cum deest idoneus minister, cap. Clericus. 21. quaest. 1. vel cum sunt bene vnita, ut cap. Eam te; De qual. ordinan. & cap. Cum singula, De electio. lib. 6. vel cum cura est annexa praebendae, cap. Extirpandae, De praeben. Cum alterum legitime commedatur, ut cap. Qui plures, 21. quaest. 1. Homo autem licite dispensat, vel cum defuncti ministri idonei, quibus conferat beneficiu; vel quando beneficia sunt tenuia; vel cum quis ob praclaras literas, vel insignem vitae sanctitatem, vel magnam dignitatis splendorem plus, vel aequè probabiliter proderit pluribus Eccle-

residentiam esse iuris Humani.

Gregor. III.

II. ratio.

Quando quis possidere plura simul beneficia possit.

Homo licite dispset quado.

Cum quibus se dispensandum. Concil. Lateran. I.

sijs, atque mediocri vni. Quod autem liceat cum aliquibus dispensare, ex Concilio Lateranen. I. aperte habetur, vt docet cap. De multa, De prae-bend. vbi circa sublimes, & literatas personas tantum, quae maioribus beneficijs sunt honorandae, cum ratio postulauerit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari. Idem confirmat Concilium Lugdunense. cap. Ordinarij, De offic. ordinar. lib. 6. vbi habetur: Caterum si dispensatio exhibita (scilicet super pluribus beneficijs curatis) sufficiens euidenter appareat; exhibens nequaquam in beneficijs huiusmodi, qua Canonice obtinet, molestetur. Prouideat tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura in eisdem Ecclesijs, personaribus, seu dignitatibus negligatur: nec beneficia ipsa debitis obsequijs defraudentur. Concil. quoque Viennense Clement. 1. De prae-ben. tradit, quod non valeat dispensatio, nisi fiat mentio, quod beneficium habet curam animarum: ergo si sit, valet. Idem habetur in Concilio Lateranen. II. sess. 9. & in Concilio Tridentino sess. 7. cap. Ordinariè, & in extrauaganti Ioannis XXII. quae incipit: Execrabilis: vbi dispensatur cum Cardinalibus, & filijs Regum, capite Consuetudinem, De consuetudine lib. 6. Quoties igitur in pluribus beneficijs à iure, vel ab homine cum aliquo dispensatur, intelligimus in residentia quoque consequenter esse dispensatum.

Concil. Lugdunen.

Concil. Vienn.

Concil. Lateran. II. Concil. Trident. Ioan. XXII.

Tertia ratio

Gregor. 1. mo 2.

Innocent. III. Greg. XI.

Leo X.

Tertia ratio: Dispensatur, vt quis habeat vnum Episcopatum in titulū, & alium in commendam, siue commendatum, vt fecit Gregorius lib. 2. regist. epist. 13. ad Agnellum Fundanum, cui commendat Ecclesiam Terracinensem: ergo etiam dispensat in residentia, à cuius obligatione Innocentius III. & Gregorius XI. excipiunt Cardinales, Nuntios, & Legatos, & officiales Curiae Romanae, sicut etiam Leo X. in Concil. Lateran. II. Ergo non est Diuini iuris Residencia, vel in ius Diuinum manifestè peccant Pontifices. Adhuc licet vnire binos Episcopatus, vel duo beneficia curata, & vni ea tradere, ergo tunc absoluit eum ab assidua residentia in al-

tero: sicut ex Gregorio superius produximus, quia Musitanam Ecclesiam euerfam vniuit cum Ecclesia Triumtabernensium, cuius Praelato tradidit ius eiusdem Ecclesiae, atque eius arbitrio reliquit, vt posset in qua mallet, residere, modo alteram, à qua abesset, non negligeret. B. Remigius potuit cum Rhemensis Ecclesiae Lugdunensem gubernare, teste Archiepiscopo Florentino. Nam cum Genebaldus Lugdunensis Archiepiscopus communi consensu cum vxore ad religionem transisset, ac deinde monialem factam visitasset, voti que reus carnaliter cognouisset, filiumque, quem Latrone nominauit, suscepisset: confessus peccatum B. Remigio, eum ab executione officij suspendit: & dum ille poenitentiam ageret, Rhemigius Lugdunensem gubernauit Ecclesiam. Quae deinde peracta poenitentia, & Angelo remissum peccatum annuntiante, pristinae restituit dignitati. Non liceret item translatio Episcoporum, si Residencia statuatur iuris Diuini, quoniam à loco, cui Dei autoritate est affixus, ab alio quam à Deo remoueri non valet. Episcopi quoque vrbi Romae vicini, Cardinales licite fiunt, imò etià magna causa cum aliquo, licet longè habeat Episcopatum: ergo & in Residencia perpetuò dispensatur.

B. Gregor. lib. 2. Regist. str. epist. seu c. 35. tom. 2.

B. Anton. p. part. tit. 1. c. 21.

Quarta ratio

Ratio quarta: Potest Papa secundum eos, qui sentiunt iuris Diuini esse residentiam, vt opera alicuius utilis Episcopi vtatur, alteri etiam in perpetuum commendare: & ita per eum proprius pastor perpetuò non residens pascit, qua ratione Residencia non erit iuris Diuini, vel si non pascit, per eum abrogatum est ius Diuinum proprii pastoris, vel translatum est in commendatarium: peccabitque, ad praecipuum Papae oues sibi immediatè à Deo traditas tradens commendatario.

Quinta ratio.

D. Bern.

Quinta ratio: quia Ecclesia potest eximere aliquem ab obedientia alterius, vt praxis à mille annis docet, & Bernardus in libris De consideratione ad Eugenium affirmat: ergo Residencia non est Diuini iuris. Neque idonea est responsio ad praedicta, si dicitur, vel quod sit error admissus à

Ineptae quorundam responsiones ad argumenta proposita refelluntur.

Papam assertes circa residentiam illicitè dispensasse, quam te merarij sint dogmatizae.

Romanam cathedram haeretici qualè appellare non dubitent blasphem.

1. Tim. 3.

Pontificibus in praedictis dispensandis; vel quod dispensatio accipiatur pro declaratione, & interpretatione, vel denique quod etiam proprie dispensari potest in iure Diuino: quia hoc tertium minimè posse dici, supra probatum est, cum ius Diuinum fixum sit, nec nisi à Deo, qui illud condidit, dispensabile. Deinde non potest dici primum, quod fuerit error dispensantis. Tum primum, quia temeritas est tot Pontifices vita, doctrinaque illustres danare; & dispensati quieti extiterunt in conscientia, sicut & dispensantes. Tum secundum, quia non solum esset error facti, & personae, sed iuris, tribunalisque; in materia Fidei, & morum: ad Fidem enim spectat, an possit hoc, vel illud Sedes Apostolica: ad mores verò, an vsus huius rei liceat. Cum igitur tot Pontifices, & tot Concilia diffinierint posse licite dispensari, & hoc in tot rebus, & tanto tempore: sanè licitum fuit: aliòqui tota Ecclesia errasset à quadringentis annis, & consequenter ab initio. Tum denique, quia verè dixissent haeretici, cathedra successoris Petri tribunal esse Antichristi, si ita turpiter, & perniciosè aberrauit. Quod si recens errauit Ecclesia, ergo etiam antiqua, cui per hanc continentur: & quaecumque nos docuit circa illam, ac circa Scripturam sacram: in dubium reuocantur. Ex dictis igitur efficitur, vel residentiam iuris Diuini non esse, vel errasse Ecclesiam, hoc est, columnam, & firmamentum veritatis.

Neque rursus dici potest, quod dispensatio accipiatur pro interpretatione, vel declaratione iuris Diuini, & non pro relaxatione: quia in hunc sensum nonnulla occurrunt magni momenti. Primum, quod huiusmodi dispensatio in iure dicitur indulgentia ad hoc, & licentia: quae aliud non sunt, quam dispensatio, vt habes in cap. Cum ab eo, De clericis non residere. & cap. Quia per ambitionem, De rescriptis lib. 6. Secundum, quia in .c. De multa, de praeben. dicitur quod Papa potest dispensare cum literatis, & sublimibus personis: quod non quadrat interpretationi: quemadmodum nec quod

ordinarius largiatur dispensationis gratiam, vt in Concilio Lugdunensi definitum est, & habetur in cap. Licet canon, De elect. lib. 6. & notum est, quod vt Papa potest declarare, & interpretari ius Diuinum, ita hoc ad ordinarium non spectat. Tertium, quia de multitudine beneficiorum, & residentia, & similibus, nihil habetur in Sacris literis, vt docet B. Thomas quodlib. 4. art. 13. iam productus, & quodlib. 9. art. 15. vbi interrogas an habere plures praebendas sine cura animarum absque dispensatione, sit peccatum mortale; ita respondet: Respondeo dicendum, quod omnis quaestio, in qua de peccato mortali quaeritur, nisi expresse veritas habeatur, periculose determinatur: quia error, quo non creditur esse peccatum mortale, quod est peccatum mortale, conscientiam non excusat à toto, licet forte à tanto. Error verò quo creditur esse mortale quod non est mortale, ex conscientia ligat ad peccatum mortale. Praecipue autem periculosum est, vbi veritas ambigua est, quod in hac quaestione accidit. Cum enim haec quaestio ad Theologos pertineat, in quantum dependet ex iure Diuino, vel ex iure Naturali: & ad Iuristas, in quantum dependet ex iure Positiuo; inueniuntur in ea Theologi Theologis, & Iuristae Iuristis contraria sentire. In iure namque Diuino non inuenitur determinata expresse, cum in Sacra Scriptura expressa mentio de ea non fiat, quamuis ad eam argumenta ex aliquibus autoritatibus Scripturae forte adduci possint: quae tamen non lucide veritatem ostendunt. Determinando verò eam secundum ius naturale. Haec ille. Vbi ostendit, eiusmodi quaestionem in Sacris literis non contineri, & per ius Naturae esse determinandam. Cui etsi deformis, & repugnans videatur esse habere plures praebendas, tales tamen posse adesse circumstantias arbitratur, quae deformitatem tollant, & actum cohonestent. Cum igitur, vt ad rem redeamus, in iure Diuino nihil de his rebus contineatur, non potest dici quod sit interpretatio. Quartum: quia praxis ostendit proprie non esse interpretari, quia ad

Concil. Lugdunen.

B. Thom. 1. mo 8.

Idem. An habere plures praebendas sine cura animarum absque dispensatione, sit peccatum mortale; vt ait Thomas.

Quartum argumentum.



Quintū.

VI. argum.

VI. ratio.

Apostolicæ Sedis autoritas ac potestas quanta. Bern. epist. 131. Rom. 13.

2. Cor. 10.

Concil. Sardicen.

id vocarentur à Papa sapientes, & docti in Scripturis: sed potestate utuntur, cū causa est rationabilis relaxandi legem. Quintū: quia si esset interpretatio, siue declaratio, nō opus esset de singulis dubitare, aut sollicitari, quia vno deciso, omnes illi similes sine accessu ad urbem Romæ intelligerentur decisi. Sextū: quia si quis posset interpretari, & declarare, in paucis declaratio nimis stricta esset, in multis laxa. Si Papa solus, etiā si bonus, doctus, ac diligēs esset, impediretur à gubernatione, passim timens violari ius Diuinū, vel imponeret sibi ipsi, interpretans ut vult: quæ cum sint absurda, dicendum est, quod dispensando relaxat, & non interpretatur.

Sexta ratio est. Si iuris Diuini esset Residencia, nō deberent Episcopi parere vel Pontifici, vel Concilio, vel Regi ad se vocatibus, quia ista, & multo magis ea regū positiua sunt, ac Diuino debēt cedere iuri, cui parēre maior est charitas, sicut maior charitatis obligatio: nec posset sibi à Deo creditas oues alteri, cui non cōmisit, vel ad tempus relinquere: quæ tamen falsa sunt, & contra Ecclesiæ praxim. Nam quā obedientiam debeant Episcopi summo Pontifici, aperte declarat Bernard. epist. ad Mediolanenses, dicens: *Plenitudo siquidē potestatis super vniuersas orbis Ecclesias, singulari prerogatiua Apostolicæ Sedi donata est: qui igitur huic potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Potest, si vtile iudicauerit, nouos ordinare Episcopatus, vbi hactenus nō fuerunt. Potest eos qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictauerit: ita ut de Episcopis creare Archiepiscopos liceat: & e conuerso, si necesse visum fuerit. Potest à finib⁹ terra sublimes quascūq; personas Ecclesiasticas euocare, & cogere ad suam presentiam, nō semel aut bis, sed quoties expedire videbit. Porro in promptu est ei omnē vlcisī inobedientiam, si quis forte reluctari conatus fuerit.* Hæc ille. Ex quibus habes qua ratione sit obedientiā Pōtifici. Igitur hac doctrina periclitatur obedientia, & charitas auocās à residētia: & tamē Regi vocāti morē gerere debet. Episcopus, ut docet Conciliū Sardicēse. Septima ratio. Si ad

ius Diuinū spectaret Residencia, summus Pōtiffex nō posset sine causa aliquem vocare: nec vocatus, esset tutus in cōscientia: ergo dabitur occasio se excusandi, quia nō videbitur sibi causa, & cū ea conscientia nō debet obedire, vel nil de causa debet dubitare, sed eā Papæ cōmittere. Et ita ius Diuinū esset in manu Papæ, quia eius omnimoda interpretatio, relaxatio est: vel esset in manu Episcopi, si ipse vellet eā iudicare: vel nō est iuris Diuini: vel ius Diuinū est ferē vt nasus cere⁹, qui pro cuiusq; arbitrio huc, vel illuc flecti potest. Octaua ratio. Quia octo Pōtiffices, qui per spatium 72. annorū sedē suā Auinioni habuerunt, omnes damnati essent, eo quod Romæ non resederint, cōtra ius Diuinum. Nam etsi summus Pōtiffex, quatenus pastor vniuersalis Ecclesiæ, vbicūq; existat, residentiam faciat: tamē quatenus Episcopus Romanus est, residentiam Romanæ Ecclesiæ debet. Pontifices autē prædicti iam superius numerati sunt. Nona, ac postrema ratio. Præceptum residendi est affirmatiuū, sed virtute negatiuū, quo obligatur non abesse: ergo in ius Diuinū sunt causæ absentia, & ita inualidæ, & nullæ, nisi ostendantur à Deo vel indicatæ, vel præceptæ tanquam legitimæ: vel saltem, si residendi præceptum est affirmatiuū, obligat pro tēpore, quo absentia posset obesse ouibus: si ergo Diuinum est pro eo tempore, dispensatio non excusabit absentem ab obligatione residentia, etsi faciat quod absens potest facere pro ouibus: vnde Ecclesia nō posset dispensare, quod quis residere non obligetur per duos, aut tres, aut sex annos: quia eo tempore potest venire obligatio iuris Diuini ad residendum. Quod videtur esse falsum, quia dispēsat cū eo pro toto tempore, quo legit Theologiam, & per quinquēniū cum eius auditore, & eum eo, qui cū tale officium præstat, tutō videtur nō residere, faciens quæ debet absens facere ad pascendum: & ita vel Ecclesia omnes illaqueauit hactenus, vel hæc opinio falsa est. Ostendimus ergo, Residentiam iuris Diuini non esse.

VII. ratio.

VIII. ratio.

IX. ac postrema ratio.

Quod

Residentiam iuris esse Ecclesiastici, seu Canonici, ex multis ostenditur.

Qua ratione distictio hæc duarū sententiarū inter se valeant conciliari.

Matth. 18.

Præceptum residendi quibus de causis Diuinum dici possit. Psal. 81. Ioan. 10.

Idem præceptum Residētia pparte iuris Diuini nō esse, vnde pscripti possit.

Exod. 20.

Quod autem iuris sit Ecclesiastici, siue Canonici, vt tertio loco nos dicturos polliciti sumus, facile ostenditur à definitione illius iuris supra posita. Secundò, à praxi Ecclesiæ, quæ illud vt humanum, & positiuū ius tractauit. Tertio, à natura residētia, siue præsentia corporeæ, quæ indifferens est, & prodesse, & obesse quandoque potest. Quarto à causis non residēdi, quæ plurimæ adferuntur, etiam legitimæ. Quintò, quia consuetudine, vel statuto in contrariū tollitur. Sextò, à nouitate, & initio huius opinionis, cū prius opposita obtinuerit. Septimò, ab errore, in quo hactenus fuisset Ecclesia: & ius Diuinum praxi Ecclesiæ, vt contraria, impeditū. Hæc satis sit attingere, quæ prudens, & acutus lector facile fusiori sermone, si volet, prosecui potest, & vim ac neruū ratione percipere.

Superest vt has sententias inuicem conciliemus. Id autem facile erit, asserendo Residētia iuris esse Diuini laxè sumpta voce, & eo magis quod hoc præceptum multis modis dici potest Diuinū, non solum quia Deus præcepit audiri Ecclesiæ, sed quia potestas, à qua prodit, nēpè Ecclesiastica, prorsus Diuina est, & à Deo oritur. Homines, qui illa funguntur, dii in Sacris literis vocantur: *Ego dixi, inquit, Dī estis, & filij excelsi omnes.* Materia, quæ præcipitur, diuina est, & nihil aliud, quā determinatio pascendi, quod iuris est Naturalis, ac Diuini: etsi hoc, vel illo modo pascere, sit iuris Ecclesiastici. Finis quoq; ad quem tēdit hoc præceptum, cū ad salutem æternam pastorem, & ouium sibi creditarū spectare dignoscatur, rectē diuinū dici meretur. Si tamen propriam, & strictam rationem iuris Diuini consulamus, diuinum non est. Neq; valet hæc contententia: Præceptum est Diuinum parere Ecclesiæ, ergo quæcūq; illa præcipit, sunt præcepta Diuina. Nam si hoc verum esset, omnia præcepta patris ad filium, vel domini ad seruū, vel Regis ad subditos, vel pastorem ad oues, vel Ecclesiæ ad vniuersos fideles, propriè essent Diuina, & indispenabilia: quia Deus præcipit per se ip-

sum filijs obedire parentibus suis; & seruis dominis; & subditis vt morigeros se gerant Principibus suis, atq; ouibus, vt audiant vocem pastorem, & cunctis fidelibus, vt Ecclesiæ parent. Atque ita cuncta præcepta Diuina essent, nullum Canonicum, aut Ciuile: quod absurdum est. Sed vt ieiunare, & colere diem Sabbati, & alere ministros verbi, & Sacramēti, præcepta sunt Diuina, quæ tamen neque modum ieiunandi, neq; dies ieiunij dicatos præscribunt: sicut nec modū colendi Deum in Sabbato, vt illōs omnes dies, quibus sit Sabbatizandum, nec quota portio bonorum sit tribuēda Sacerdotibus, an quarta, an sexta, an decima. Nam hæc omnia Ecclesiasticis, & Canonicis præceptis explicantur, ac fidelibus traduntur: ita præceptum Dei est, vt Sacerdotes Eucharistiæ sacrificiū offerat, & preces pro populo fundant, & si Episcopi sunt, aut pastores, gregem suum pascant: modus autem peragendi sacrificium Missæ, modusq; deprecandi, ac recitandi septem horas Canonicas, hoc aut illo modo, in nouo, vel antiquo Breuiario docentur. Ratio etiam pascendi per se, vel per alios, ac personaliter residendi: nō nisi per præcepta Ecclesiastica definita sunt, vt à nobis obseruentur, quia non decebat hæc minuta, & particularia, vel variabilia lege Diuina decerni, sed per Ecclesiā, quæ pro tempore, & loco posset ea vel abrogare, vel mutare in meliora, vel cum quibusdam, quos verisimile est Ecclesiam non voluisse ligare, relaxare, ac dispensare: nec in hoc Pontifices quicquam contra ius Diuinum peccarunt, aut doctrinam falsam fouerūt, sed quod muneris sui erat præstitere. Cū igitur Spiritum sanctū semper Ecclesiæ suæ adfuisse certum sit, minimè dicendum est, illam doctrinam falsam per Romanos Pontifices fuisse quoquo modo aporobatam, cū locum teneant, & promissionem Domini nostri Iesu Christi, cui est cū Patre, & Spiritu sancto compar gloria, imperiū, atque virtus in omne seculum.

Amen.

Præcepta Diuina quæ sunt indetermintata. Ibidem. Matth. 10. & Luc. 10. & 1. Cor. 9.

Luc. 22. & 1. Cor. 11. 1. Pet. 5.

A quo fuerint determinanda eiusmodi præcepta Diuina.



TRACTATUS LXXVII.

In quo agitur quid sit Concilium, & vnde nata sit Conciliorum institutio?

Ordo, & series Disputationis huius.

Quoniam tract. 44. aliquid diximus de Conciliorum ratione, decreui peculiariter nonnullas circa illa controversias, neq; ab eo loco, neq; a tempore nostro alienas pleniori quidem, sed breviori, quoad eius fieri poterit oratione explicare. In primis quid sit, & nomine, & re ipsa conciliū, & quatuorplex Concilij genus existat. Deinde vnde nata est Conciliorum institutio, an a Deo, an ab Ecclesia: quod est querere, an sit iuris Diuini, an Ecclesiastici. Tertio, qui sint qui de iure ad Concilium congregandi sint. Quarto, an ad legitimam Concilij Oecumenici rationem ponenda sit illa clausula, Vniuersale Ecclesiam representans. Quinto, ad quem spectat generalia congregare Concilia, & an illis praesidere debeant Legati Sedis Apostolicae, ac non nisi illis opponentibus, res in illis transigi debeant. Sexto agendum de saluberrima Conciliorum autoritate in se ipsis, ac de eorundem ad potestatem Romani Pontificis comparatione. Postremo, an Concilium praesentibus Legatis Apostolicis celebratum, noua Pontificis Romani confirmatione indigeat. Haec pauca mihi pro loci huius ratione expedienda sunt. Non ignoro tamen, plures alios esse controversos articulos: quos libenter alijs relinquo excutiendos.

Conciliū nomine, & re quid sit.

Ad primū respondemus, Conciliū vocē esse Latinā, & idē significare quod Graecē Synodus, ex *συν* & *ἵλη*, quod est, via, quasi conuētus, cōtusve in eundē locū conueniētū: ita Conciliū significat multitudinē populorū diuersorū in vnū locū cōsulendi gratia cōgregatā, siue etymologia eius petatur a cōsensu, siue a cōsilio, vt Festus vult, siue a verbo Graeco cōcalando, eo quod qui veniūt ad Conciliū, conuocentur, vel quod per illud animi dissidentū cōciliantur, siue vt

alij volūt, a cilijs, quae simul iuncta oculū tegunt. Nam vt cilia natura data sunt vt re pretiosam, id est, oculū cōtegāt: ita Concilia, in quibus de cōmuni bono quisque cōsiliū suū confert, & quod vni non succurrit, aliter suggerit: quia plus vident oculi, quam oculus, vt dici solent, communitatem, siue Ecclesiam tuentur, ac protegunt.

Est autē Conciliū prima sui diuisione, aliud Sacrum, aliud Politicū, siue Civile. Conciliū autē civile est, in quo de bono politico cōsultatur: vnde Caesar lib. De bello civili dicit: *Quibus de causis Concilio conuocato, de summa rerū deliberare incipit.* Et ita frequēter inuenitur de cōuētibus ciuilibus illa vox vsurpata. Aliud est Conciliū sacrum, sanctū, siue Ecclesiasticū, in quo de sacris, ac diuinis rebus propter bonū commune cōsultatur: vnde Poeta dixit: *Conciliūq; vocat diuūm pater, atque hominum Rex.*

Habebant olim sua sacra Concilia Sacerdotes, & apud Graecos, & apud Romanos. Sed nūc illis omnibus dimissis, de sacro agimus Concilio, ad quod sacri homines conueniūt, hoc est, summi Sacerdotes, de Diuinis, atque Ecclesiasticis rebus in cōmune bonū cōsultant. Hoc autē triplex existit. Primū, est diocesanū, alterū prouintiale, tertium oecumenicum, siue vniuersale. Diocesanū est, in quo Episcopus cū Sacerdotibus & Clero suae diocesis subiecto, de his, quae ad rectā eius administrationem, & communē omnium utilitatem facere videntur, edisserit, ac cōsultat: quā longa temporis mora, vt celebretur, non eget: & ideo quotannis celebrari praecipit Concilium Tridentinum, sess. 24. Alterum est dictū Prouintiale, quod Archiepiscopus, siue Metropolitanus, conuocatis suis suffraganeis Episcopis de bono Spi-

Cilia a natura cur data.

Quotuplex sit Conciliū.

Concilium civile quod. Caesar lib. 2 De bell. ciu.

Conciliū sacrum quodam illud.

Virgil. lib. Aeneid.

Concilium sacrum siue Ecclesiasticum triplex est.

Diocesanū.

Synod. Trident. Prouintiale.

Festus autor. De concilij etymologia varia opinio

rituali

Conciliorum olim prouintialium vsus quā frequēs.

Quibus rationibus fiat, vt eiusmodi Concilia interdum cogi minus facile possint. Ratio prima

Job 40.

II. ratio.

Naziāzenus Gregorius atque Basilius citra accedere ad Concilia detrectabant.

Imperfecti qua ratione melius seruantur.

Tertia ratio.

rituali totius prouintiae per leges, & constitutiones accommodatas prospiciendo, atque promouendo celebrat. Atque haec olim Concilia in vsu maxime erant: quae quotannis bis fieri praecipit Canon Apostolorum 36. Et cum postea intercidissent, nunc eorum vsus reuocatus est per Synodum Tridentinam in praedicto loco, vt saltem intra quodlibet triennium celebraretur. Quamquam non desint magnae rationes, quibus conficitur saltem in quibusdam locis difficilem talia Concilia habere posse executionem. Primo, quia cum ad eiusmodi Concilia saepe plures accedant mali, quam boni, & res ad plura suffragia terminandae sint, saepe minus bona atque perfecta in his Concilijs definirentur. Mali etiam, quia ibi essent vniti, & tanquam squammae Beemoth se defenderent, minime corrigerentur: qui tamen seorsim positi, & visitati facilius disciplinae iugo collum submitteret: quemadmodum equinae caudae saepe seorsim ac sigillatim facile euelluntur, simul autem non ita. Deinde quod cum fructu, & absque scādalo huiusmodi coeant Episcoporum Concilia, opus esset vt Episcopi, qui ad statum perfectionis vocati sunt, vita atque doctrina praecellentes essent: sic enim, dum conueniunt, totam aedificare possunt Ecclesiam; dum autem tales non existunt, cognitio eorum defectibus, atque cupiditatibus potius scādalo sunt, quam aedificationi. Hinc Gregorius Naziāzenus ac Basilius accedere ad Concilia detrectabant. Vt enim vasa vitrea seorsim in capsulis reposita seruantur diutius, si autem extra capsulas apponantur, facile colliduntur, atque franguntur: ita imperfecti cum fugiunt occasiones, melius seruantur, cum vero simul conueniunt, facile vitia sua deregunt, & adaugent, quibus offendunt alios, quod tamen olim in primitiua Ecclesia cum excellenti vitae sanctimonia praepollerent Episcopi, pertimescendum non erat. Tertio, vt coeant prouintialia Concilia, opus esset in primis, vt nationalia praecederent, in quibus primo decerneretur, quot quisque Archiepiscopus debeat habere suffraganeos, & quales: & ratio procededi

quae in illis Concilijs sit seruanda, & quae materiae in illis peculiariter sint tractandae, & similia. Concilia autem nationalia cogere, in multis regionibus periculosissimum existit: & an Principes ea cogi permittant, non satis est exploratum; cum mundus hodie ad nouitates satis sit propensus, ad quas facile propter hoc conuētus via muniretur: praesertim cum in illis conuenire soleant homines duplices animo, ac subdoli, specie quadam pietatis, & externae modestiae praesferentes, qui tamen haeretici interius sunt: qui tanquam mediatores, & pararij quidam esse solent inter apertos haeticos, & catholicos: quos paulatim fermentant, corrumpunt, & ad haesim pertrahunt. Hi namque homines ab initio dolis & fraudibus vulpes agunt, donec viribus comparatis euadant in atroces leones, & non tantum in Sacerdotes, & Religiosos, sed etiam in ipsos Reges insurgunt; quemadmodum nostro seculo vidimus haeticos in Caesarem Carolum V rebellasse in Germania, & in Gallia in ipsum Regem Christianissimum, & in Flandria in Philippum Regem Catholicum. Quare, vt dixi ab initio, difficile redditur executio horum prouintialium Conciliorum: rogandus tamen est Deus, vt pro sua bonitate animos Principum ita velit componere, vt talia Concilia cum fructu celebrari queant. Et par esset, vt ad huiusmodi Concilia cum Metropolitanis conuenirent suffraganei septem & octo: vel illo legitime impedito, senior Episcopus ius haberet illud congregandi, nonnullosque regularibus: in ea tamen proportione, vt numerus Episcoporum semper sit maior, quod semper vere dici queat Episcoporum Conciliū. Maxime si regulares suffragium habeant definitiuū: nam si tantum habeant cōsultiuū, nullū est absurdū, numerū eorū vincere numerum Episcoporū. Quod vero ad materiam attinet in eis tractandam, in primis abstinere deberet a causis maioribus, quales sunt Episcoporum, quae depositione promerentur, aut causae nouae haeresis, vniuersalisve reformationis: quippe de his agere, esset faleem mittere in messem alienam. Sed aliae causae minores, inter quas posset computari

Concilia Nationalia quae vocantur, quia difficile cogi possint.

Haeretici, homines quales

1. Cor. 5. & Gal. 5.

Quam contumaces illi ac rebelles prodiderint sese nostra tempestate.

Ad Concilia prouintialia Metropolitanus quos secum.

Quid tractandum in Concilijs prouintialibus.

executio in iam damnatam hæresim, & reliqua alia ad correctionem morū illius prouintia, & disciplinā seruandam spectantia.

Circa modū verò, Metropolitanus, vel illo impedito, senior Episcopus præesse deberet. Ordo etiam sedendi, & dicendi sententias deberet esse iuxta tempus ordinationis inter eos, qui eiusdem gradus existunt: quia hic ordo magis est sine inuidia. Quando verò inæquales sunt gradus, qui altiorem gradum tenet, licet recentior sit tempore, præcedere debet antiquum inferioris ordinis, sicut obseruatur in Concilio generali. Expediret insuper, vt, quò melius hic modus & ratio obseruarentur, vt saltem in principijs eorū adesset Legatus vel Nuntius Sedis Apostolicæ, quò omnia, & cum vnione eius sedis fierent, & nihil alienum à quoquam vsurparetur: at tunc ipse deberet præsidere, atq; hoc multò magis foret obseruandum, si nationale concilium cogeretur.

Quod ad locū attinet, cæteris paribus præferenda esset Ecclesia metropolitana: sed si illa incòmoda existat, posset alia commodior de communi sensu eligi. Quantum ad tempus, satis est, vt quolibet trienio celebretur: vt primo anno Episcopus per se possit diocæsin visitare, & loca quæque ac personas cognoscere, easq; de agendis instruere. Secundo anno posset cogere Synodum diocæsanā: tertio verò anno post plenam ex visitatione, & diocæsanā Synodo instructionem, posset celebrari Synodus prouintialis: Quæ verò ibi decisa fuerint, obseruari debent ab omnibus etiam regularibus, modò substantiæ suæ regulæ, vel statutis Capitulorum generalium, vel priuilegijs Sedis Apostolicæ non repugnent. Nam æquum non videtur, vt Conciliū prouintiale his præiudicet, cum substantia religionis tria vota cõplectatur, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, quæ de iure Diuino sunt: in quæ nullum Concilij statutum, aut potest præualere debet.

Priuilegia verò Sedis Apostolicæ à summa profecta sunt potestate: & id eò potestas Concilij prouintialis non

põtest illis derogare. Statuta quoque Capituli generalis non possunt à Concilio prouintiali conuelli, nisi manifestè ostendantur esse contra legem Naturalem, aut Diuinam. Quod duplici ratione demonstratur: altera, quia Pontifex Maximus, qui vt religionem approbavit, tradidit ei condendi statuta facultatē, atq; ea condita probat atq; cõfirmat: cum igitur sint à maiori potestate confirmata, non possunt à minori, qualis est Concilij prouintialis, abrogari. Altera ratio est, quia ad Concilia prouintialia pauci Episcopi, atq; illorum multi rerū ad religionē spectantium rudes & ignari (quia illis nõ vacarunt) conueniunt. At in Capitulo generali multò plures, & in reb; suis quas quotidie tractant, exercitiores, & peritiores cõueniunt, & autoritate Apostolica illa sua cõdunt statuta. Si ergo ductum rationis sequamur, illis potius, vtpote expertis, standum est, quàm alijs: quia cuiuslibet in sua arte experto credendum est iuxta Philosophum. Atq; ita sanctissimi Episcopi æquius, & prudentius faciunt, si rerū clericalium tractatione cõtenti, regulares sua tractare sinant: nec em̄ decet peregrinū in aliena republica curiosum esse. Et hæc mihi de Concilijs prouintialibus dicta sint: quorū successus prosperos ac fructuosos vtinā liceat nobis spectare, ac degustare. Etsi autē prouintialia Concilia non cõfirmata errare possint in fide, vt constat de tribus Carthaginensibus sub Cypriano, & Mediolanensi, de quo historia Ecclesiastica meminit, & Concilio Antiocheno, de quo historia Tripartita, & Seleuciano, vt eadem refert: vnde etiam Symmachus distinet. 17. c. Concilia. Concilia, inquit, Sacerdotū Ecclesiasticis legibus quotannis decreta per prouintias, quia presentia Papæ nõ habet, valitudine perdidit. Hæc ille. Tamē si cõtingat illa autoritate summi Pontificis cõfirmari, illa in Fide errare nequeunt, & firmū ab illis ducitur argumentum. Sæpè enim Hæretici nequaquam per generalia, sed prouintialia concilia sunt damnati, vt Heluidius in Concilio Thelensi confirmato à Syricio Papa, Priscillianus in Concilio Toleta-

Quæ ratio ac methodus in eisdem Concilijs seruanda. Ordo sedendi qualis tenendus.

Locus Concilij, & tempus opportunum

Priuilegia Sedis Apostolicæ vnde dependeant.

II. ratio.

Arist.

Peregrinum nõn decet curiosum esse in aliena Republica. Prouintialia Concilia à summo Pontifice non approbata errare in Fide posse. Histo. Eccl. lib. 10. cap. 20. tom. 1. Histo. Trip. lib. 4. c. 9. Symmachus Papa.

Errare illa in Fide nõ possunt quando.

Prouintiales Synodi quæ quosolim hæreticos dāna uerint.

Eiusmodi Concilia quibus duntaxat erroribus damnandis sufficiant.

B. Thom. in quest. De potent. q. 10. art. 4. tom. 8.

Erasmus pro sua modestia Prouintialibus noluit subesse Concilij.

Synodi prouintiales, nec probata, nec reprobata à Sede Apostolica, quæ autoritatem habeant. Error cui nõ resistitur, approbatur.

De Concilijs generalibus consideratio.

Conciliū generale duplex est.

Sedes Patriarchales olim quinque, & quæ nā illarum iam defierint esse.

no primo, confirmato à Leone. Pelagius damnatus in Concilio Mileuitano & Carthaginensi confirmatis ab Innocentio, Celestinoq; Pontificibus. Deinde quia non expediebat singulis damnandis Hæreticis, singulas generales Synodos cogere, satis erat ad priuatas in prouintijs Hæreses confundendas Concilia congregari prouintialia, quæ robur à Sede Apostolica, ac firmitatem acceperunt. Hinc Thomas in quæstionibus de potentia, docet non arctari Papam ad cogendum Concilium in his quæ ad Fidem pertinent, quas ipse potest per se terminare. Ideo calumnia reuincitur Erasmi, qui in cap. 5. ad Rom. dixit se non adstringi Synodo Mileuitanæ, vel alijs Concilijs prouintialibus: quia quæ corroboratione sunt à Sede Apostolica, vim habent obligandi. Quod si eiusmodi Concilia comprobata non fuerint à Romano Episcopo, neq; iursus peculiariter reprobata, talia probabile reddunt argumentū ad Fidei dogmata suadenda: quia vel communi Ecclesiæ cõsilio, vel etiam implicito consensu commendantur, si ad Ecclesiæ notitiam peruenerint. Nec enim Ecclesia hæresim aliquā Concilio prouintiali probatam diu dissimulasset: error enim, cui non resistitur, approbatur.

Tertium Conciliū est generale, siue vniuersale & œcumenicum, ad quod ex vniuerso orbe conuocantur Episcopi de rebus generalibus, quæ omnes tangunt, vt est Fides, vel generalis Ecclesiæ reformatio; quod quidē autoritate legitima summi Pontificis ad Ecclesiæ prospiciendum congregatur. Duplex est autē Concilium generale, alterū absolutè, ad quod ex omnibus olim Patriarchalibus sedibus congregabantur Episcopi, nimirum Alexandria, Antiochena, Ierosolymitana, Constantinopolitana, atq; Romana: nunc autem cum illæ sedes perierint, aut propter schisma Romanam non agnoscant Ecclesiam, satis est, si ex vniuersis nationibus Christianis Episcopi nonnulli cogantur, vocante eos Romano Pontifice. Nec enim necessarium est, vt omnes in vniuersum E-

piscopi cõeant, cum multi illorū pro legitime excusatis haberi debeant, vt qui infirmitate vel seruitute, vel senectute, vel paupertate grauantur, & ne omnes interim eorum diocæses suis pastoribus spoliata remaneant. Qui verò legitime impediti, vel ex permisso Sedis Apostolicæ non veniunt, ius suum totum in eos qui conuenerunt, censentur transfuisse. Et deniq; vniuersale censendum est, propter supremam autoritatem Vicarij Christi, ita vt Catholicum sit, & vniuersos obligans quicquid in illo definitur.

Altera species Concilij vniuersalis est congregatio maiorum Prælatorū Ecclesiæ autoritate Pontificia ad aliquid communibus sententijs definitum, aut declarandum: & hoc pro ratione causæ quæ tractatur, nunc plures, nunc pauciores habet prælatos, pro eorum ratione quæ tractanda sunt. Cui autem hoc suprema Vicarij Christi autoritate fulciatur, ex parte potest dici vniuersale, quia vniuersos obligat: & talia fuerunt Concilia quædam prouintialia, quæ Pontifex missis ad ea suis legatis & congregauit, & in illis definita confirmauit, vt Concil. Mileuitanum sub Innocentio I. & Arausicanum primū sub Leone Magno. Cæterū illud vniuersale primo loco expositū, quando debeat congregari, nõ est vllò, aut Diuino, aut Canonico iure expressum, sed tantum pro ratione temporum, & necessitate quæ urgeat in vniuersalibus Ecclesiæ calamitatibus, celebrandum venit.

Cæterum quod in Concilio Constantiensi, & Basileensi fuit statutum, vt quolibet decennio Concilium generale celebraretur, nõ fuit ab Ecclesia hætenus receptum, nec satis legitime definitum. Et primum quidem iure receptum non fuit, quia id esset contra antiquorum Patrum morem, qui nullo certo, statutoq; tẽpore illa cõegerunt, vt ex historijs probatis liquidum est: fuisset autem cõstitutū, si id ad utilitatem Ecclesiæ spectare iudicassent. Deinde, præter rerum naturam, & rationem esset: nam vt prouintialia Concilia coguntur, vt aliquis prouintia, & mala equitentur,

Ad Synodū generalem Episcopi qui veniunt.

Conciliū vniuersale, seu generale sit, atq; nominetur.

Alterum Concilij generalis genus.

Idem à quo & vniuersalis nomen habeat.

Tempus cogendi Concilij œcumenicū.

Quibus de causis minime expedit generale Concilium singulo decennio celebrari, vt olim Constantiensi, & Basileensi in Concilio definitum fuit.

I. ratio.

II. ratio.

ac bona procurentur: ita Generalia & Oecumenica non essent, nisi propter vniuersalia mala, qualia sūt nouæ hæreses, cōmunesq; ac generales Ecclesiæ deformationes, vel propter obtinenda contraria bona, congreganda. Quæ quia non eueniūt singulo quoq; decennio, aut breuius interdum euenire possunt: ideo non est quod præfixo, & statuto tempore debeant conuocari: sicut nec medicina subleuans ante morbum est adhibenda. Tertio, si quolibet decennio generale Conciliū cogere, Ecclesiasticæ gubernationis genus Diuino iure constitutum mutaretur profus, & variū redderetur. Voluit enim Dominus Iesus, vt regimen illud esset monarchicum, & vt esset vnum ouile, & regnum, vnusque Pastor, & Rex. Si autem singulo decennio congregetur talis Synodus, certè dum illa persisteret, ad eam omnes causæ deferrentur. Intermedio quoq; tempore omnes qui se grauos à Sede Apostolica existimarēt, ad Concilium paullo post futurū per viam appellationis confugerent, & nulla esset plena Pontificis obediētia: vnde fieret, vt Ecclesiæ administratio nō ad vnum, vt Christus instituit, sed ad aristocratiam, siue oligarchiā, hoc est, ad optimatum, seu ad paucorū primatum reduceretur, relicta meliori gubernandi ratione monarchica: quā & ius Diuinū instituit, & ratio præscribit. Quarto, tam frequenti generalis Cōcilij celebratione crebro suis pastoribus destitueretur Ecclesia, & mala illa, quæ ex absentia Episcoporum contingere solent, sequerentur. Hinc alterum colligi potest, decretū illud non fuisse legitimè definitum, neque præsentē aliquo, qui autoritate Romani Pontificis defungeretur: vnde de felicem executionem non habuit, quia minimè expediebat seruari. Quare ad cōmunia, & ordinaria mala Ecclesiæ declināda satis esse possunt Cōcilia diocesana, hoc est, Episcopi cū clericis suæ diocesis: & prouintialia, hoc est, Metropolitanī cum suis Episcopis: præsertim si illis adiungatur diocesana visitatio per Episcopos, & Episcoporum visitatio per Archiepis-

copos, & eorū omnium visitatio per Apostolicæ Sedis legatos. Concilia verò generalia auctoritati supremæ potestatis, quæ in Papa residet, relinquenda sunt, vt pro temporis, & necessitatis ratione de illis disponat, ac statuat, quæ magis ad Christi gloriam, & Ecclesiæ vtilitatem faciant. Et hæc sint satis de primo.

Ex dictis ergo, & his quæ dicētur, vniuersalis Cōcilij definitio elici potest. Est enim Synodus Oecumenica maiorum Ecclesiæ Prælatorum congregatio, peculiari Romani Pōtificis auctoritate conuocata ad aliquid communicatis consilijs ac sententijs solēniter tractandum in vtilitatem religionis Christianæ Episcopo Romano vel per se, vel per legatos in eo præfidente: quam definitionem facillè esset explicare, nisi esset satis per se nota.

Secundo loco propositum fuit de Conciliorum institutione tractare, an à Deo sint immediatè, an ab Ecclesia: nam sunt qui vtramq; partem tuentur. Nos tamen illi sententiæ magis assentimur, Concilium inuentum esse Spiritus sancti, tacitè suggestū Petro Apostolorum Principi, & reliquis eius successoribus, tanquam remediū opportunum ad terminandas & extinguendas ortas de Fide vel Sacramentis controuersias siue ad abusus extirpandos, & ad veterem morum disciplinam reuocandam: ita tamen, vt hæc suggestio non efficiat ius Diuinum, sed ius tantum canonicum, siue Ecclesiasticum: quemadmodum reliquæ omnes leges Ecclesiasticæ siue de ieiunijs, siue de obseruatione dierum festorum, siue de reliquis spectatibus ad Diuina præcepta magis expedite seruanda, sunt quidem ab Spiritu sancto Petri successoribus, vel pastoribus in Concilijs suggesta; non tamè propriè ius diuinum, sed canonicū tantum constituūt. Quod ex eo primū probatur, quia nullum extat in Euangelio præceptum de celebrandis Synodis, neque ex præceptis Christi vlla colligitur consequentia necessaria, aut euidēti. Nam quod in veteri lege Deuter. 17. præcipit Deus, vt causæ

Cuius sit generale cōgregare Concilium.

Vniuersale Concilium quid sit.

Concilia à quo sint instituta, à Deo, an ab homine.

Cōcilliorum celebrationē non esse iuris Diuini, vnde cōstet.

Tertia ratio.

Quale Christus voluerit Ecclesiæ regimen esse. Ioan. 10.

Ratio gubernandi optimæ. Quarta ratio.

Quænam in veteri Testamento iuris erant diuini, quæ in nouo sunt iuris Ecclesiastici.

Primū exemplum. Genes. 2. Exod. 20.

B. Thomas Secunda secundæ q. 122 artic. 4. ad quartū, 10. 11. part. 2.

Quid propriū figuræ, ac typi, teste Thoma.

Alterum exemplum. Exod. 22. Leuit. 27. & sæpe deinceps. Matth. 10. Luca 10. 1. Cor. 9.

Quorsum id: Verba lapideum, &c. quæ per præceptum consilij data sunt à pastore vno. Eccles. 12.

ambiguæ per Sacerdotum in Concilio iudicium cum summo Pontifice terminentur: nihil ad nos; nam præceptum illud erat iudiciale, non morale. Lex autem, quod ad ceremonias & iudicia attinet, nobis extincta est. Vt interim omitram, quod illa quæ spectabant ad ceremonias, & iudicia, quæ iuris erant Diuini in veteri Testamento, in nouo iuris existunt Ecclesiastici, siue Canonici. Et vt aliquo exemplo illud illustrem, ecce in veteri Testamento sanctificatio diei septimæ, siue Sabbati, iuris erat diuini: nunc autem sanctificatio diei Dominicæ, quæ illi successit, iuris tantum est Ecclesiastici, vt rectè docet Beatus Thomas in Secunda secundæ, his verbis: *Obseruantia diei Dominice in noua lege succedit obseruantia Sabbati, non ex vi præcepti legis, sed ex constitutione Ecclesiæ, & consuetudine populi Christiani. Nec enim huiusmodi obseruatio est figuralis, sicut fuit obseruatio Sabbati in veteri lege. Et ideo non est ita arcta prohibitio operandi in die Dominica, sicut in die Sabbati. Sed quedam opera conceduntur in die Dominica, quæ in die Sabbati prohibebantur: sicut decoctio ciborum, & alia huiusmodi. Et etiam in quibusdam operibus prohibitis facilius propter necessitatem dispensatur in noua, quam in veteri lege: quia figura pertinet ad protestationem veritatis, quam nec in modico præterire oportet. Opera autem secundum se considerata, immutari possunt pro loco, & tempore.* Hæc ille.

Idem etiam apertum redditur ex præcepto decimarum, quod in veteri quidem Testamento diuini præcepti erat, ac iudiciale: at in nouo Testamento etiam Diuini, & Naturalis iuris sit ministrum alere, pro status eius decentia; dare tamen illi decimarum bonorum suorum partem, non est nisi merè Canonicum, & Ecclesiasticum præceptum.

Sicut atem ille locus Deuteronomij nihil ad rem facit, ita nec etiam locus Salomonis Ecclesiasticis capite duodecimo, vbi habetur: *Verba sapientum sicut stimuli; & quasi clauis in altum defixi, quæ per magistrorum*

consilium data sunt à pastore vno. Quia illis verbis nullum continetur præceptum, sed tantum ea, quæ per magistros congregationis sunt sub vno pastore summo Sacerdote congregatos, laudatur quod efficaciam habeant permouendi, ad vitia declinanda, ac virtutē amplectendā: qualia fuerunt olim, quæ per Concilium Sanedrin vocatum statuebantur, & quæ nunc per Concilia decernuntur.

Simile quod ex Euangelio producit: *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum;* vires nullas habet. Nam nihil ibi Christus de Concilijs celebrandis præscribat, sed communem orationis fidelium efficaciam commendabat, & cui certus promittitur exauditionis fructus. Quod si ad Conciliorum celebrationem illa pertinerent; in primis elicitur, tam certa esse iudicia Prouintialium conuentuum, atque Generalium Conciliorum: quod tamen falsum esse constat ex Concilio Carthaginensi octuaginta Episcoporum, vbi ter cum Cypriano Patres contra orthodoxam de vnico Baptismo doctrinam manifestè prolapsi sunt. Deinde absurdum colligitur, nempe quamlibet congregationem hæreticam ex duobus, tribusve constātem hominibus, habere Christum suæ sectæ præsidem: & cū illa destruat omnia, quæ in Ecclesia Catholica geruntur, iam ipse Christus damnaret Ecclesiam Catholicā. Cū tamen dici non possit, ea Concilia in Christi nomine cogi, quæ repugnāt Petro, siue eius successore, & Christi vicario, coguntur: & tantū ea dicenda sint cogi in nomine Christi, quæ auctoritate eius, qui locū Christi in terris tenet, congregantur. Denique etiam hoc verbum dicamus ad celebrationem Conciliorum aliquo modo spectare, vt quidam ex Patribus adaptat: nihil tamen ibi præcipit, tantū pollicetur quod orantibus aderit, siue in Concilio, siue extra: siue Concilium sit politicum, siue Ecclesiasticum, siue generale, siue Prouintiale, siue Diocesana, siue regulare à Religiosis congregatū. Cuicumq; enim cōcilio ritè

Id Dominus quid docuit: Vbi fuerint duo, vel tres cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Matth. 18.

Primum argumentum ad probandum huic locum.

Secundum argumentum.

Tertium, ac postremum.

Quo tendat & illud: Dic Ecclesie: Si Ecclesia non audierit, & ea quæ sequuntur.

Matth. 18.

Petri Apostolos, & Seniores ad Concilium conuocantis exemplum, ius diuinum nequaquam consti- tuere.

Quid tantum in Scripturis iuris esse diuini dicendum sit.

Conciliorum celebratio quam sit iuri humano consentanea.

Christi in Euangelio de Concilijs certo aliquo tempore in Ecclesia celebrandis, nullum verbum extare.

congregato, & quacunq[ue] autoritate coactio, & non mittenti falce in messem alienam, sed quæ ad se spectant, tractanti adhsit Christus inuocatus, vt eorum concilia recte dirigantur, siue illa autoritate diuina, siue humana cogantur. Similiter illud: *Dic Ecclesia: Si Ecclesiam non audierit, &c. Amē dico vobis, quacunq[ue] alligaueritis, & quacunq[ue] solueritis super terram: nihil de congreganda Synodo tradit, sed tantum de rebelli, & contumaci puniendo; vbi Dominus insinuat, ratam futuram Ecclesie sententiam apud se, quam Episcopi in terra contra eum protulerint.*

Postremo nec exemplum Petri, ad definiendum in hac causa cogentis Apostolos & Presbyteros, ius diuinum constituit: imò potius ius Ecclesiasticum, & Canonicum, quia præcepto Petri, & autoritate coactum fuit. Nec enim quicquid ex Scripturis per nonnullas consequentias colligitur, consentaneum esse Diuinis præceptis, cõtinuò institutum erit diuinum; sed id tantum, quod vt præceptum à Christo traditur, vel quod ex eo in necessaria, & euidenti consequentia deducitur.

Illud tamen non est negandum, celebrationem Conciliorum iuri naturæ esse maximè conformem, & consentaneam. Ratione namque duce & reges cogunt sua Concilia ad deliberandum de propulsandis malis sui regni, & promouendis bonis. Idem faciunt Imperatores in bello, & medici ob eandem causam congregantur, vbi de salute alicuius agitur Principis, vt communicatis cõsilijs deliberent de ratione sanitatis ineunda: & aduocati similiter conuenire solent, vt causæ iustæ, ac desertæ certum patrociniũ præstare valeant. Ita Religiones omnes sua habent Capitula generalia. Sed hoc ius naturæ cum non sit principium, aut conclusio demonstrata, ius diuinum non efficit.

Elicimus igitur, nullum verbum esse in Euangelio, quo Conciliorum celebrationem, institutum esse diuinum valeamus euincere: quantum sit iuri naturæ consentaneum,

& ex traditione Apostolica, sicut alia multa, sine scripto ad nos deriuatũ, vt tradit Gratianus in nonnullis Canonibus decimæ sextæ, & decimæ septimæ distinctionis. Idem probatur, quia Christus monarchicum Principatum instituit, ita vt esset vnũ ouile, & vnus Pastor, cui dixit: *Pasce oues meas.* Quod si ipse instituisset certo aliquo tempore celebranda concilia, visus fuisset monarchicum commutasse regimen in aristocratiam, oligarchiamve; id est, optimum ac præstantissimum in deterius, vt etiam ratio ipsa præscribit, & Plato, & Aristoteles solo rationis lumine cognouerunt: & ita potestas Papæ magna ex parte esset otiosa, & minus illi obtemperatum foret, quam par esset. Tertio, si Dominus concilia cogi suo voluisset præcepto, ad quæ summæ causæ referri deberent, & illis ab omnibus, etiam Pontifice esset standum, proculdubio autoritas Pontificis superior illa Conciliorum hactenus cognita non fuisset, vel duas cõstituisset summæ potestates in Ecclesia, quæ de maiori autoritate semper certaret, & mutuo bonum regimen, quod in vnitæte seruanda consistit, impedirent, & semper seditionibus & schismatibus plena esset Ecclesia. Non est autem bona Principum multitudo, vt etiam ex Homero in duodecimo Metaphysices libro docuit Aristoteles. Hæc autem institutio nõ decebat summam sapientiã, quæ Christus est, & quæ nihil in Euangelio de concilijs tradidit: de vnus autem sui successoris principatu magnificè loquitur, illumque prius promittendo, ac postea in die resurrectionis præstado. Hic autem cum summam habeat potestatem à Christo, si cognouerit expedire, cogere potest Concilia pro temporis, & necessitatis ratione etiã vniuersalia: quæ cum eius autoritate congregentur, ac definita confirmantur, nõ potest esse vllum schisma, aut rebellio ouium in pastorem, atque Ecclesie salubriter prospicitur.

Decreta igitur illa tria Constantiæ, siue Basileæ edita, quorum primũ est: Concilium immediatè habet autori-

Gratianus.

Secunda ratio ab absurdo sumpta. Ioan. 10. Infra 21.

Tertia ratio.

Bonum Ecclesie regimen vnde pendeat.

Aristoteles.

Matth. 16.

Ioan. 21. Romani Pontificis, Christi vicarij autoritas, & potestas.

Quæ tria Constantiensis, seu Basileensis Concilij decreta sint nulla ratione suscipienda, aut bonum in sensum accipienda.

tatem

tatem à Christo. Secundum: Papa tenetur obedire in omnibus vniuersali Concilio ritè congregato, quod vniuersalè Ecclesiam repræsentat. Tertium: Concilium habet facultatem cogendi etiam Papam, & potest illũ punire, ac deponere, & illi subesse debet quacunq[ue] dignitas, etiam si Papalis existat, in his quæ ad Fidem pertinet, & reformationè Ecclesie; aut non satis legitima ratione sancita sunt, & seditionè continent ouium in pastorem; aut si vt valeant, benignè interpretari volumus, intelligenda sunt de tempore schismatis, in quo plures decertant pro Papatu: nam in ea causa ius supremum deuoluitur ad Concilium. Quarto, idè confirmatur: quia multis seculis nulla Concilia Generalia celebrata fuerunt, vt constat plusquam per trecentos annos à Christo vsque ad tempora Constantini, cuius tempore celebratum est Nicenum. Constat etiã à celebrata Nicena Synodo, & alijs septem œcumenicis, vsq[ue] ad Synodũ, Lateranensem sub Innocentio Tertio multa secula fluxisse, in quibus etsi magnæ extiterint hæreses, & vniuersales abusus, ac Ecclesie deformationes, nulla tamen cogebantur cõcilia. Aut igitur asserendum, sanctissimos illos, & doctissimos Ecclesie Romanæ Episcopos tale ius diuinum ignorasse, aut in illud cognitũ ex malitia

Quarta ratio

impigisse: quorum neutrum merito dici potest, vel illud vt ius Canonicũ & Ecclesiasticum tantum agnouisse. Nec dici potest, per tyrannos impeditos fuisse Episcopos, quo minus Generale Conciliũ celebrare possent. Nã etsi hoc dici queat de seculis illis ante Constantinum; cum omnes Imperatores infideles extiterint: de posterioribus profecto seculis, quando imperabant, aut regnabant Principes Christiani, id dici nequit: & si iuris diuini extitisset hæc Synodorum coactio, debet omni tempore Episcopi congregari, etiam inuitis tyrannis, & pro obedientia præstada diuinò præcepto, mortè subire non detrectare. Et cum Christus pro sua æterna sapientiã prænosceret, Conciliorum institutionem difficillimam habere executionem; frustra mandasset ipse crebra Conciliorum Generalium coactionem: quod sciebat obseruari non posse. Quare rationi magis videtur consentaneum, ipsum per se minimè id præcepisse, sed arbitrio, & autoritati Pontificis permisisse, vt ipse pro loco, & tempore; cum opus esset, celebrari præciperet, cui nemo posset obistere, cum in terris locum & vices sustineat Iesu Christi Domini nostri, cui cum Patre, & Spiritu sancto omnia debetur gratiarum actio, gloria, & imperium in seculis seculorũ. Amen.

Conciliorũ si diuini esset iuris celebratio, non debuisset illam, nec potuisset per tyrannos, ac Principes infideles impediri vllò modo.



TRACTATVS LXXVIII.

In quo agitur de cogendorum Conciliorum Generalium ratione, ac de his, qui in eis præsidendi, & illa dirigendi, & in ijs proponendi ius habere videntur.

Eorũ, qui ad Synodum generalem vocandi sunt, daturũq[ue] suffragia, ordo primus.

TERTIO loco propositum est, quinam sint illi, qui cogendi sunt ad Synodum: & cum illi qui conueniunt, habeant vel vocem consultoriam, vel deliberatiuam, vel ex vtriusque concludentem, ad primam vocem pos-

sunt Synodo interuenire, & Sacerdotes simplices, & Religiosi, modo sint viri doctrina, & literarum exercitio præcellentes, qui ante definitionem possint articulos ambiguos discutere, atque examinatione sua illustrare, maximè verò si à summo

II. Ordo.

Archimandrite olim qui.

Procuratores Episcoporum cur vocem deliberatiua in Concilio non habebunt

Concilij Chalcedonenfis vox contra Dioscorum.

Secunda ratio

Luca 10.

Pontifice, vel à Principibus Christianis, vel ab aliquibus Episcopis, ob eam causam sint destinati. Hi enim peritiles existunt toti Synodo, & instar sunt aduocatorum, qui causæ merita vtrinque agitant, atque examinant. Ad secundam vocem deliberatiuam, vt superius diximus, non sunt admittendi, nisi quibus de iure, siue consuetudine potestas competit assistendi, & dicendi sententiam: & hi sunt Prælati maiores Ecclesiæ, hoc est, Episcopi, & illi, qui in superiori sunt gradu, vt Archiepiscopi, Patriarchæ, siue primates, Abbates quoque, qui regunt Abbatias, & Generales Ordinum regularium, qui olim Archimandrite dicebantur: quorum multi & iurisdictione ampla funguntur, & interdum ampliori quam Episcopi, & doctrina illis non sunt inferiores. Possunt & alij ex priuilegio vel Pontificis, vel ipsius Concilij vocem habere talem, vt Episcopi titulares, vel procuratores Episcoporum ad Concilium missi: maximè cum pauci sunt, doctrinaque præcellunt, & illi, à quibus destinati sunt, merito habeantur excusati: vbi verò per hoc aperiretur fenestra, vt Episcopi non venirent, contenti procuratoribus quos mittunt, consultum foret vt tales ad vocem definitiuam non admitterentur; ne magis procuratorum Episcoporum, quam Episcoporum Concilium possit appellari. Hoc autem & experientia docet, quia in Concilijs Generalibus soli subscribunt Episcopi, & alij prædicti. Et in Concilio Chalcedonenfi, cum Dioscorus quosdam vellet introducere non Episcopos, qui causæ suæ patrocinium præstarent; illis reclamatum est. Concilium Episcoporum est, non aliorum. Vnde minores Sacerdotes nunquam in Synodo habuerunt suffragium. Ad hæc maiores Fidei causæ non nisi ad maiores Ecclesiæ Prælatos iure spectant: ideo non debent minoribus competere, non autem Sacerdotibus, qui tantum in adiutorium & subsidium maiorum Prælatorum, & quorum Episcopi personas representant, vocati sunt, vt septuagintaduo discipu-

li in subsidium Apostolorum. Absurdum præterea foret, si illi suffragium haberent: quia cum plures existant quam Episcopi, res potius definiendæ ab eis penderent quam ab Episcopis, qui pauci præ illis existunt. Vt interim omittam rationis non esse, vt minores æqualem proinde habeant potestatem, atque maiores pastores. Magnum enim damnum Paræcijs inferrent suis absentia sua, si cõtingeret abesse simul Episcopum, & alios sub eo pastores curam animarum habentes.

Quid sit sentiendum de laicis, superius explicauimus: nam exempla veteris legis, & huiusce Concilij ab Apostolis celebrati, ostendunt nullum ius illos habere suffragandi in Synodo: quemadmodum in ciuile, vel politicum concilium non quisque de plebe admittitur, nisi tantum Principes, vel deputati ciuitatum, prout Respublica, vel Rex instituerit. Exemplum verò laicorum fidelium, qui adstiterunt electioni Matthiæ, vel electioni septem Diaconorum, nihil euincit: quia in illis concilijs nihil est definitum, quod ad Fidem spectet, sed tantum autoritate, & consensu Petri datum est ius illos nominandi, quos ipsi postea vel suo suffragio confirmarunt, vel ad sacros promouerunt Ordines.

Ad vocem verò tertiam, quam & concludentem diximus, non omnes vocantur, cum hoc ad solum Pontificem Romanum, vel ad Legatos eius locum tenentes, & Synodo præsidentes omni iure spectet, & non ad aliquem alium nisi ex permissione ipsius Pontificis, quis gerat in hoc vices suas: valet enim Papa paucis alijs simul cum Legatis committere. Et hæc de tertio.

Quarto loco disputandum de illis verbis: Concilium Ecclesiam vniuersalem representans. Quidam Episcopi in proximè celebrata vniuersali Synodo, existimabant necessarium esse vt illa clausula apponeretur: Concilium Trident. vniuersalem Ecclesiam representans: tum quia in hoc Concilio haberetur: Placuit Apostolis, & Senioribus cum omni Ecclesia, tum quia Grego-

Tertia ratio.

Quarta ratio & quinta.

Laici in Concilio an nullum ius habeant ferendi suffragij.

Act. 1. Si nullum laicus habeant, cur adstiterunt illi in electione Matthiæ. Infra 6.

III. Ordo ad Synodum venientium.

An ad legitimam Concilij Occumenici rationem ponenda sit illa clausula: Vniuersalem Ecclesiam representans.

Prima opinio, quæ affirmat. B. Gregor.

Gelasius Papa.

Martinus Quintus.

Altera opinio, quæ negat.

Quæ Synodi Occumenicæ particulam omiserint. Leo Primus

Concilium Constantiens. eiusmodi verba, vniuersalem Ecclesiam representans, cur interdum usurpauerit.

dist. 15. cap. Sicut, constituta à Concilio afferit vniuersali consensu sancita, tum quia Gelasius in Achatium scribens 24. quæst. 1. cap. Maiores, statuit, Ecclesiam vniuersalem illos refutare, quos sacra Synodus damnauerat. Præterea Martinus Quintus in Concilio Constantiensi examinandum de Fide decernit interrogari, vtrum credat, & asserat quod quodlibet Concilium Generale, siue Constantiense, vniuersalem Ecclesiam representet.

Hæc tamen etsi vera sint, non videntur tamen nunc esse obseruanda. Primo, quia ante Concilium Constantiense nunquam fuit obseruatum: nam secunda Synodus vniuersalis ita se inscripsit: *Sancta Synodus orthodoxorum Episcoporum in maxima ciuitate Constantinopoli.* Chalcedonenfis verò in hunc modum: *Sancta & magna Synodus congregata in Chalcedonenfi ciuitate.* Leo etiam Primus scribens ad Ephesinam primam Synodum, ait: *Leo Primus sancta Synodo, quæ apud Ephesum conuenit, &c.* Et Valentinianus, & Martianus Imperatores tantum dicunt: *Deo amabili Synodo.* Et Quinta Synodus scribens ad Pontificem Romanum: *Quinta Synodus, inquit, Dño nostro per omnia sanctissimo, & beatissimo, Patri patrum, Archiepiscopo Romano, & Patriarcha Agapeto ab Episcopis Orientalis diocesis, & ab his qui sunt sub sanctis locis Christi Dei nostri.* Sexta Synodus his vsa est verbis: *Conueniente sancta & vniuersali Synodo.* Constantiensis Synodus sessione tertia, quæ prima extitit post recessum & fugam Ioannis XXIII. ita se inscripsit: *Hæc sancta Synodus, sanctum Constantiense Generale Concilium nuncupata:* Postea verò in alijs sessionibus ne putaretur ob recessum Papæ, ac plurium Cardinalium, & Episcoporum, Concilium dissolutum, adiecerunt: *Ecclesiam Catholicam representans in Spiritu sancto legitime congregata.* Postea tamen omisum est in 33. 34. 35. sessionibus ob pacta inita cum Regibus Hispaniarum, & Prælatibus, qui censebant ante horum vnionem nec fore Concilium vniuersale, nec representare vniuersalem Ecclesiam, & propterea

opus esse noua Concilij conuocatione, vt factum est sessione trigesima quinta. Simpliciter verò si rem inspicimus, maius quid est vocare se vniuersale, seu œcumenicum Concilium, quam dicere, vniuersalem Ecclesiam representans: nihil enim propterea deperit vniuersalis Concilij rationi ex eius omissione particulæ. Et hæc de quarto.

Quinto loco propositum fuit, an illa verba quæ habentur in sessione decimaseptima Concilij Tridentini, quæ est prima sub Pio Quarto, Proponentibus Legatis, ac præsidibus, essent expungenda, an verò retinenda. Quod igitur rectè posita sint illa verba, & non tantum re ipsa, sed etiam verba huic temporis, & statui sint conuenientia, nec ea mutari expedire, & facile solui posse, quæ in contrarium producuntur, liquidum reddemus. Quæ igitur in Concilio tractanda sunt, à legatis esse proponenda, triplicem sensum facere possunt. Primum, ad eos honoris gratia hoc munus proponendi deferendum esse, sicut honore, & præsidendi officio reliquis omnibus præstant. Secundum, ad eos esse deferendum, qui ius habent dirigendi Concilium, cum vices summi gerant Pontificis. Tertium, ad eos spectare hoc munus proponendi, quia iurisdictione, & potestate funguntur cogendi eos ad hoc, vt nihil eorum iniussu proponatur, & tractetur in Concilio; non tamè vt de propositis liberè non dicant Patres quod sentiunt. Omnibus his modis dico conuenire Legatis vt proponant: & tertium sensum dico concurrere cum secundo, quia ius dirigendi Concilium, & ea, quæ in illo tractantur, necessario adiunctam habent iurisdictionem, vel potestatem cogendi ad hoc, vt nihil eorum iniussu proponatur, quod legitimum sit. Alioquin ius dirigendi, executionem nunquam haberet: nam si quis tentaret aliter facere, & proponere aliquid, quod Legatis nõ videretur proponendum, & ratum esset factum, nullum esset Legatorum in dirigendo Concilio munus, & esset in manu seditionis cuiusque, imò

An ea verba decima septima sessionis Tridentini Synodi Proponentibus legatis, ac præsidibus, expugnetur an retineri debeant.

Tribus modis legati possunt proponere in Concilio.

Cur ab eis sit Concilium dirigendum eodem modo.

in hæretici potestate alicuius positū esset occupare Concilium in his quæ vellet, & impedire ea, quæ Legati proponerent, si tales non possent repellere, & inualida, atque illegitima declarare omnia, quæ contra ipsorum voluntatem essent proposita.

Quod munus in Concilio proponendi, ad Legatos Romani spectet Episcopi Ratio prime. Actor. 1.

Cyri. 10. 2.

Apostoli in Euangelij, & Epistolis de Petro quid senserint, ac scripserint, teste Cyrillo Secunda ratio

Iudices discreti in Concilio quina illi.

Concilium Basileense.

Quod ergo munus proponendi, ad Legatos Romani spectet Episcopi, probatur primo exemplo B. Petri, qui quidem in primo Concilio ad electionem Matthiæ congregato ipse præfuit, ac proposuit: sicut etiam hoc loco ipse primus præ omnibus quasi Princeps loquitur. Eius autem factū, exemplum erat futurorum. At Legati eandem habent proponendi potestatem, quam accipiunt à Papa; cuius locum sustinent. Hinc Cyrillus in libro Theaurorum à quibusdam citatus ait: *Apostoli in Euangelij, & Epistolis affirmarunt in omni doctrina Petrum esse in loco Domini, & eius Ecclesia dantes locum in omni Capitulo, & congregatione, in omni electione, & confirmatione.* Idem deinde comprobatur ex praxi, & consuetudine conciliorum, quæ colligitur ex tertia actione Concilij Chalcedonensis, ubi legati Leonis inter cætera sic loquuntur: *Ideoq; necessarium est, ea, quæ in medium proferuntur, per nostram interlocutionem disceptari.* Sic illi, ostendentes rem esse consuetam, quod ipsorum arbitrio discutienda in Synodo prius proponantur. Eiusdem quoque Concilij act. 10. tenentes locum sedis Apostolicæ dixerunt, quod missi Apostolici prius loqui in Synodis, & confirmare soliti sunt. Quibus in verbis suam agnoscunt potestatem, id est, ius proponendi, & primum suffragium ferendi, siue diffiniendi. Vnde in Concilio Sardicensi Osius legatus Episcopi Romani omnia proponebat. Nam etsi ab Imperatoribus aliqui mitterentur, qui iudices discreti dicebantur, quique & præsidere, & dirigere Concilia viderentur: illa tamen præsidendi ratio nequaquam erat vera, aut legitima, sed illam auctoritatem per potestatem vsurpare volebant. Dicitur quoque in Concilio Basiliensi decimasextima sessione legatos admittere cum certis condi-

tionibus, inter quas vna erat, vt seruetur modus procedendi constitutus in eodem Concilio 27. Septembris anni 1430. in publica congregatione incipiens: *Primo sint quatuor deputationes, ubi inter cætera habetur: Quilibet iuxta proposita per præsentem respondeat pertinenter, & non per materias extraneas: ita quod non liceat aliam materiam tractare, quam per præsentem fuerit introducta.* Hæc ibi. Ex quibus non tantum elicitur proponendi ius ad legatos spectare, sed etiam alijs non licere extra latitudinem eorum, quæ proponuntur vagari: ergo multo minus licebit nouum aliquid proponere. Tertio in Capitulis Ecclesiarum particularium ius proponendi eius est, qui de eodem Capitulo cæteris dignitate præstat: & in Provinciali proponere est Metropolitanis: ergo in Generali Concilio eius erit tantum proponere, qui simpliciter in Ecclesia cæteris dignitate præstat: hic autem est aut Papa, aut Legatus. In ciuilibus quoque conuentibus tantum Principis, qui eos congregauit, est proponere per se, vel per alios illa, propter quæ eos conuocauit, vt Imperatoris in Concilio Imperiali, & Regis in Regio. Quarto eiusdem est proponere quæ tractanda sunt, cuius fuit indicere, & congregare Concilia, ad certum aliquid statuendum: at cogere vniuersalia Pontificis est. Vnde Leo Papa, qui Synodum Chalcedonensem in Eutychem, & Dioscorum coegerat, & per legatos illi præfuerat, ratum non habuit, quod Patriarcha Constantinopolitanus Anatholius in Synodo proponi, & decerni fecerat de suæ sedis præminetia super Alexandrinam, eo quod non ad id indixisset Synodum, nec id per suos legatos proponi fecisset. Vnde in epist. 51. ad ipsum Anatholium, eum grauius reprehendit. *Papæ ergo & suorum legatorum est ius proponendi, si ab alijs proposita, & decreta non habeantur rata.* Idem etiam constat ex epist. Nicolai Primi ad Patriarcham & Clerum Constantinopolitanum, & Pelagij ad Episcopos per Dardaniam, & Agathonis Papæ in sexta

Tertia ratio.

Quarta ratio

B. Leo.

Nicolaus Primus. Pelagius Papa.

Synodo:

Synodo: qui scribens ad Constantinum Imperatorem de potestate, quæ contulit apocristarijs suis, ita habet: *Licentiam proinde eis, siue auctoritate dedimus apud tranquillissimum vestrum Imperium, dum iusserit eius clementia simpliciter satisfaciendum, in quantum eis dumtaxat iniunctum est, vt nihil profecto præsumant augere, minuerè, vel mutare, sed traditionem eius Apostolicæ Sedis, vt à prædecessoribus Apostolicis Pontificibus instituta est, sincere enarrare.* Octauæ præterea Synodi actio. 4. epistolam continet Nicolai I. ad Michaelè Imperatorem, in qua manifestè ostenditur, non licere sanctæ Synodo se ingerere, nisi ad ea tractanda, quæ Pontifex commiserit: *Vnde electione Ignatii, & subrogationem Photij in eius locum, nullo, inquit, modo ferre possumus: maxime cum horum duorum negotium inuestigari, & nobis renuntiari, non desiniri mandamus.* Quinto, eius est proponere, cuius & definire, vel sententiam ferre de propositis: at qui hoc Papæ esse, vel legatorum, ex quinta Actione Sextæ Synodi satis constat: ergo & proponere. Quod verò legati in sententia ferenda leguntur dixisse ad iudices discretius illos à Principibus missos: *Si iubeatis, &c.* non erat petitio auctoritatis, sed verbū humanitatis, vrbانيتisque: perinde ac si dixisset, *Dignemini audire, &c.* Sexto, cum ea, quæ in Concilio statuuntur, omnes, qui in Ecclesia vniuersali sunt, vim habeant obligandi, constat non à quouis cum auctoritate proponi posse, sed ab eo tantum, qui potestatem habet. Nam constat secundum ordinem finium, constitui & actuum, & agentium ordinem, vt dicitur lib. 1. Ethic. Eius ergo erit proponere, quæ ad totius populi Christiani negotium spectant, qui toti reipublicæ Christianæ præest: hic autem solus est Papa. Nec dici potest, Concilium habere hanc auctoritatem, eo quod totam representat Ecclesiam: hoc enim esset in definitionibus Concilij: at Concilium non definiuit vt proponat hic, vel ille; & propterea priuata potius huius, vel illius fieret auctoritate, ac proinde non legitime. Simili ratione videtur beatus

Nicol. I.

Ratio quinta.

Sexta.

Arist.

Thomas in 2. 2. quæst. 1. art. vii. Et cõfirmatur hæc ratio: quia eius videtur esse cum auctoritate in Concilio proponere, cuius est arctare omnes Prælatos Concilij ad respondendum, & ad coercendum respondere cõtempnentem. Alioqui aliquo pro voluntate sua proponente, possent cæteri dicere, se nolle de eare tractare, & se potius velle aliud proponere: vnde confusio maxima sequeretur: atqui soli legati Pontificis talem habent potestatem, cui omnes iure teneantur obedire: soli ergo illi possunt legitime proponere. Quod si quis dicat, posse ipsum Concilium singulos obligare ad tractanda quæ proponuntur: respondeo, hætenus nullum Concilium tale quid constituisse, nec talis est agnita potestas, nisi in vniuersali omnium Prælato, & eius legatis. Quamquam non negauerim, tempore schismatis Concilium habere auctoritatem proponendi, quia illud in eos ius tunc deuoluitur. Septimo, dirigere Concilium, vt omnes Catholici farentur, ad Papam, vel eius legatos pertinet; sed directio non constat sine fine proponendi; ergo ipsorum est tantum proponere. Quomodo enim posset dirigere Concilium, si cuius, vel aliquibus liceret proponere quæcumque vellet, etiam innito direttore? Qui ergo ius proponendi adimit Papæ, vel legatis; tollat similiter directionem necesse est, cum vnum alteri arctissime sit cõiunctum. Octauo, si alij, quam legati proponerent, Papæ fieret iniuria, cui pro sui primatus ratione id potius conueniebat, quam reliquis inferioribus: capitulis est enim cæteris membris præsidere, illaque suo influxu dirigere. Si ergo Papæ talis adimatur potestas, id esset, quia de eius prudentia, vel bona voluntate diffiditur: at id quid aliud esset, quam ei facere iniuriam, & animos hæreticis facere, qui Sedem Apostolicam, & summum Pontificem insectantur, & præscindunt? Nono, cum proponere tractanda, non nisi superioris existat, si non Papa, vel eius legatus, sed Concilium delegat eos qui proponere debeant, iam ipso facto decernetur, Concilium Papa esse

B. Tho. tom 11. par. 2.

Septima ratio.

Octaua ratio

Nona.

superius,

superius, & maiorem potestatem habere: quæ opinio cū recens sit in Ecclesia, scilicet à tempore Constantiensis Concilij, & paucorum Theologorum, si cum alijs contrā sentientibus conferatur, non ita debet per Concilium aliquod confirmari, sed magis pro antiquo more Legatis eam facultatem relinquere: per quam tamen nō probaretur, Papam toto Concilio superiore, sed singulis illorum, ut quidam volunt. Decimo: ea, quæ proponenda sunt, aut probari oportet à Pontifice, aut eius Legato; aut illis inuitis, & repugnantibus proponi possunt. Si demus primū probari prius oportere, quid incommodi sequitur, si ipsi Legati proponant quæ proponenda Pontifici, & ipsis videntur? Si inuitis Papa, & Legatis proponi quidā oportet, iam in eorum definitionibus nihil firmi haberemus: quia non habemus Spiritus sancti assistentiam nisi in illis, ad quæ indictum est, & quæ legitimo processu in eo definita sunt. At utrumque hīc deesset, quia Concilium, quod à Pontifice indictū est, non utique ad ea tractanda, quæ ipse modo noluit tractari, indictū fuit, sed ad ea, quæ ipse deliberauerat. Processus item non esset legitimus, proponēte eo, ad quem minimē spectat, vel certē dubitari meritō posset, an esset legitimus, quod satis est ad hoc, ut nihil firmi haberetur. Quare & inutilis foret tot illa Prælatorum Ecclesie congregatio: nec tantū esset inutilis, sed vergerēt in schisma, si, quæ Pontifici non placent, proponerentur. Nam qui possent proponere inuito Papa, etiam possent definire; Papa autem neque probaret, neque confirmaret; quia non rectē processum esse meritō existimaret. Cū ergo hi tenerent, decretum Concilij validum esse; alij verō inualidum, eoquod non esset à Pontifice confirmatum: quid aliud in Ecclesia, quā schisma ex tali definitione Concilij oriretur? cū præsertim quod Concilium ligaret, posset Papa solvere, & contrā. Undecimo, si propter libertatem Concilij asserendam contendat aliquis ius proponendi quæ tractanda sunt, non

ad Pontificis legatos, vel saltem non ad solos pertinere debere: quia æquū videtur, ut oratores principū proponere valeant, quæ ad regnorum suorum spectant utilitatem: iam eādē libertatis ratione Patriarchæ, & Archiepiscopi, atque alij Prælati, idem possent petere, ut sibi liceret proponere, quæ ad subditorum suorum, vel Prouintiarum suarum commoditatem faciunt. Quod si his conceditur, alijs verō negatur, iusta querelæ causa multis daretur: si omnibus concederetur, res esset propemodum infinita, nec ad Concilij exitum vnquam posset perueniri, atque grauisimum damnum ex longa pastorum absentia paterentur Ecclesie, ac præterea confusio esset, quo ordine quisque deberet proponere. Multa quoque indigna, & quæ minimē talem congregationem decerent, proferrētur: ut ex parte in libellis oratorum à principibus missorum ad Concilium Tridentinū videri potuit. Inter proponentes etiam contentio oriri posset, dum alius aliud, & fortē contrarium proponit: inter Patres similiter studia varia generare contentiones valerent, dum hæc potiùs in gratiam illius admittuntur ad disculsionem, quā aliorum. Quæ cū minimē sint tolerabilia; nec in vlllo Concilio legamus facta, planè arguunt, illud, ex quo sequuntur, falsum esse, & absurdū. Imò in ipso Concilio Basileensi, quo quidam fouere solent hunc spiritum libertatis amatorem, nulli permissum est proponere nisi præsidii: nec illi admittere debebant ad proponendum, nisi quæ saltem duobus deputationibus Patrum, quæ mediam omnē partem continebant, proponenda viderentur. Duodecimo, si quis contendat, non cuius faciendam proponendi facultatem, sed aliquos esse à Concilio deputandos, ad quos tum principum oratores, tum reliqui, qui habent aliquid ad proponendum, deferant sua postulata, rationesque, qui bus nituntur: vel hi ergo omnia Concilio proponant: & res esset infinita, ac non leuibus incommodis subiecta quæ diximus, vel habebūt delectum,

Cultatū proponere permissū in Concilio Basiliensi

Duodecima ratio.

& ea

Decima.

Conciliū habeat Spiritū sanctum sibi assistentē in quibus tantummodo.

Undecima ratio.

& ea tantū proferent Concilia, quæ ipsis proponenda videbuntur: ac tū ij, quorum postulata non admitterentur, aut posponerentur, iam conqueri possent deesse sibi libertatem. Locum etiam haberent in his deputatis studia principum, & alia humana nō minus, imò magis quā in Legatis Pontificis, quos & integritate, & prudentia, & autoritate non minus quā alios pollere, est verisimile. Vnde si aliquibus ea prouintia committenda proponendi, quibus magis ea conueniret? & à quibus ferrent repulsam æquiori animo ij, quorum postulata non viderentur proponenda? Cū enim Papæ locum teneant, quem omnes Catholici ut patrem agnoscunt, tolerabilius videbitur principibus, & alijs quod ab his negatum est, quā quod ab alijs, quos possint causari aduersæ fuisse factionis; atque hoc tēpore, quo multi recesserunt à summi Pontificis obedientia, atque eius autoritatem summo studio euertere conantur, viri Catholici potius eam fouere, quā eneruare debent, eiusque propugnatores potiùs, quā oppugnatores se præbere. Vnde quod hætenus illi semper licuit, quæque autoritate semper est usus, non est ei adimendum vlllo tempore: & potiùs, si quid habent principes propositione dignum, curare deberent, ut approbāte Pontifice, aut eius Legatis, proponatur, siquidem tales nihil quod honestum petant, illis denegabunt. Decimo tertio, si Concilium Generale de singulis posset agere causis inuito Pontifice, iam in Ecclesia essent duo suprema tribunalia, duæ Cathedræ supremæ: quod vnitas Ecclesie non admittit. Quod si definire nō valet: ergo nec proponere: præsertim cū Concilium Generale robur & autoritatem habeat à summo Pontifice, ut probat latè Cardinalis Turrecremata lib. 3. suæ summæ de potest. Ecclesie, iuxta dist. 17. & cap. Significasti, de electione. Tantū ergo se potest extendere communi more ad ea, quæ Papa decernit, & consequēter ad ea, quæ ab ipso, eiusvè Legatis proponuntur. Decimo quarto: Soli Apostolicæ

Sedi, eoquod in ea Deus totius Ecclesie posuit principatum, conuenit de singulis omnium fidelium causis definire; iuxta cap. Episcopo. 9. q. 3. vbi Beda habet: *Sola Romana Ecclesia sua autoritate valet iudicare de omnibus; de ea verò nulli iudicare permittitur*: at si cuius proponere, etiam definire liceret, quia quæ proponi legitime, definire quoque possunt legitime: præsertim cū in Concilio Generali nō nisi maiores causas, & illas quidē arduas tractari oporteret. Sed tales cū seruentur summo Pontifici; iuxta cap. Dudum. 3. q. 6. nemo ergo proponere eas debet sine voluntate Pontificis. Si dicas, Concilium habere autoritatem Papæ, fatendum est, sed in his tantū, propter quæ Papa illud cogi voluit, in eoque tractari: ac ita rem ipsam bene habere hætenus comprobātū est. Quod si quis contendat, Proponant Legati quidem; sed eiusmodi verba, (nempe PropONENTIBUS Legatis) à decreto expungantur, ne videatur Pontifex omnia sibi arrogare velle.

Iam hic sit secundus noster labor, ut ostendamus, ea verba in decreto rectè posita esse. Primum, quia ipsa Spiritus sancti assistentia, quam in decretis Conciliorum condendis, præsertim in his, quæ ad Fidem, & mores pertinent, cū legitime procedit, facile persuadet illa verba rectè esse posita. Quod enim legitime ad illud statuendum processerit Conciliū, constat ex eo, quod nequaquam precipitanter, sed maturè, & dato tempore opportuno ad considerandum Patribus, & omnibus ferè consentientibus constituta sunt, & in publica sessione promulgata, vno, aut altero multisstantibus; quibus tamen antea ea verba probata fuerāt. Deinde rationi fuit consonum, ut de modo procedendi initio aliquid statueretur: quemadmodum alias videmus factitatum, ut futuris contentionibus ireretur obuiam. Refert enim plurimū ad ritè definiendum, si cōgruus procedēdi modus obseruetur. Quod verò hic sit rectus modus, ut proponentibus Legatis res definiatur, rationes productæ testantur. Tertio, in Con-

Beda super Apoc. ad. c. 2. citatus à Glossa ord. tom. 5.

Conciliū habeat autoritatem Papæ in quibus tantummodo.

Quod eadem verba: PropONENTIBUS Legatis, rectè in decreto sint posita. Ratio prima.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Decimatertia ratio.

Conciliū Generale robur & autoritatem suā vnde habeat.

Card. Turrecremata.

Decimaquarta ratio.

cilijs



cilij superioribus merito quedam decernuntur, quae in prioribus definita non fuerunt propter dubitationes, erroresque, qui indies contingere solent: & ut talia reprimantur, expedit illa in Ecclesia declarari. Neque propterea tacite declarantur, quod Papa sit supra Concilium: quia ea questio longe abest ab ista, cum etiam qui maxime tenent, Concilium esse supra Papam, negare non possint, quin praesidere Concilio, sit Papae, vel Legatorum eius, saltem modo praesidendi directiuo, ad quae pertinet proponere. Denique hoc periculoso tempore, & ad haereses, & ad schismata propensissimo, prudentiae fuit obuiam ire rerum nouarum cupidis hominibus, & ad aliena carpenda magis, quam ad sua emendanda vitia procliuioribus, vel etiam quibusdam male de autoritate summi Pontificis sentientibus, vel in eorum gratiam, qui male sentiunt, loquentibus, & impedire fructum Concilii volentibus iactis (quasi discordiae pomo) in medium coterionis seminibus, quod minus eas quaestiones pertractet, & definiat, quae huic tempori conueniunt. Quod sapienter obiter factum est per illa verba declarando, quod proponentibus, Legatis omnia essent in Concilio transgenda: etsi adhuc quaedam ad rem non facientia per alios proposita sunt praeter Legatorum sententiam (licet conuenienter illi eorum importunitati cedentes) tandiu Concilii progressum impediunt: quid quae factum esset, si liberum cuique, vel multis certe fuisset, quaecumque vellent proponere? forte nec actum quicquam fuisset.

Quod vero illa verba non expungerit expungere, quod tertio loco dicitur dum proposuimus, ex ipso constat. Tum ne videatur Concilium Penelopes telam texere, & retexere, & eius sermonem fuisse in illo, Est, & Non. Tum quia etsi admitteremus verba illa prudentius fuisse omitti, & re, sicut antea erat, sine nouo ullo decreto in praxi Concilii retineri; non tamen tolerandum est, ut semel definita & promulgata remoueantur. Effet enim in primis auctoritati definitis Concilii multum derogare: imo ea leuissimam apud homines reddere. Deinde aperiretur fe-

nestra in posterum decreta Conciliorum vniuersalium dijudicandi, & conuellendi obedientiam intellectus, quae ipsos debet captiuare in obsequium Christi, ac subijcere definitionibus Ecclesiae, & Concilii: quod si demum obtineret, satis ei foret, ut homines transuersos ageret in omnes errores. Confirmaretur haeretici in sua perfidia, & in Conciliorum, & Pontificis Romani contemptu, & arma Ecclesiae Catholicae validissima, quibus illi solent prosterni, fierent quasi sagittae paruulorum contra ipsos, dum Catholicis Ecclesiae filiis viderent eleuari Concilii auctoritatem: Denique si eiusmodi verba remouerentur, multi existimarent rem ipsam sublatam esse, nempe, ius proponendi ad Legatos Sedis Apostolicae non spectare.

Superest nobis ille labor soluendi quaedam, quae obijci possunt in contrarium. Primo aiunt, huiusmodi verba usitata non fuisse. Sed satis est, quod res est antiqua, & multa sunt in Conciliis posterioribus declarata, quae in prioribus non fuerant definita, quia nondum venerat in controuersiam. Secundo aiunt: Adimitur Concilio libertas. Non ita est, sed liberè quisque de rebus propositis dicere potest sententiam suam. Nec bona est consequentia: Non licet proponere, nisi quae Legatis videtur, ergo nec erit libertas ad definienda proposita. Imo contrarium ipso facto ostenditur, cum liberè quisque dicat quae sibi videtur: libertas namque proponendi non est necessaria Concilio, nec utilis. Tertio aiunt: Adimitur saltem libertas Concilio. Sed nunquam in Concilio fuit talis auctoritas, nisi quatenus Concilium complectitur Legatos, qui illam habent, vel alij ea ex causa concedere possunt. Quare cum Concilium eam nunquam habuerit, nec ei adimitur, nec adimi potest. Quarto: Per hanc legatorum auctoritatem cogente, videtur forma substantialis Conciliorum, quae libertatem includit, prorsus auferri. Sed auctoritas proponendi vim cogentem ad definiendum non habet, & haec, non illa Concilij est substantialis, nec tamen Papae confirmatione excludit. Quinto: Non videtur huic tempori conuenire, ut Papa praeferebat quod ad se vellet omnia reuocare, etiam quae in Concilio agenda

Infra. 10.

Tertia ratio

Psal. 63.

Quarta & postrema.

Obiectioes quaedam in contrarium diluuntur.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

sunt,

sunt, cum homines satis sint persuasi, multa eum usurpasse, quae sibi non conueniunt. Imo vero cum homines in dubium reuocent Papae auctoritatem a Christo ei concessam, non tam propter ipsum, quam propter Ecclesiam, nequaquam est permittendum, ut in minimo illa ledatur, aut eneruetur. Et sic Ecclesia in alijs procedere consuevit, ut nullo modo cum haeticis videatur conuenire, vel in vocabulis. Hinc in Ephesino Concilio decretum est, ut B. Virgo non tantum Christotocos, sed etiam Theotocos diceretur. Sexto, quando Papa congregat Concilium, videtur illis suam auctoritatem communicare: potest ergo Concilium propter plenitudinem potestatis, quam accepit, de omnibus causis iudicare: vnde & proponendi ea, quae visa fuerint, potest auctoritatem alijs, quam Legatis dare. Respondeo, quod etsi a Papa concedatur, communicari potestatem Concilio: non tamen potestatis plenitudinem, sed tantum, quantum necesse est ad prospiciendum illis causis, ad quas definiendas congregatur. Vnde in Octava Synodo in subscriptionibus Legatorum Romani Pontificis constat, quod non dederint assensum liberum, sed usque ad informationem Papae Adriani in ijs rebus, quae eidem non plene innotuerant, licet in eo quod praecipuum erat, & ad quod declarandum coacta erat Synodus, absolute potuerint consentium praebere. Septimo argumentantur ex Concilijs antiquis Generalibus, quae iurisdictionem exigebant etiam in reseruat, id est, in excommunicationibus, & Episcoporum depositionibus. Patet ergo, quod facultatem proponendi quae vellent, dare alijs possent. Sed certe omnia, quae in illis Concilijs gesta sunt, auctoritate Romani fiebant Pontificis, & non aliter. Et sic respondendum est, si obijciatur ex c. Presbyter, dist. 81. & ex cap. Presbyteros, dist. 50. ubi traditur, quod Concilium dispensat, nimirum per auctoritatem Papae communicatam. Et ita similiter respondendum ad id, quod producit ex cap. Episcopus. 11. q. 3. & alijs capitibus: nam talia sine Pon-

tificis potestate minime fiebat. Quod vero producit ex cap. Antigonus, tit. de pactis, ubi in Concilio Africano proposuit vnus Episcopus, & vniuersi responderunt placere: ergo cuiusuis est (aiunt), proponere: dici potest fuisse Concilium prouintiale, & ex commissione Metropolitanum, vel Legati potuit proponere. Postremo obijciunt Concilium Constantiense, in quo decretum est, Concilium habere supremam auctoritatem a Christo super omnes fideles: ergo etiam potestatem omnes causas proponendi, ac definiendi. Sed dici potest, non fuisse vniuersale decretum, sed in tempore schismatis, in quo non constabat de vero Ecclesiae pastore: quare illam potestatem tunc merito habuit. Consultate, si vis, librum secundum Cardinalem de Turrecremata, cap. 99.

Quod vero summi tantum sit Pontificis Oecumenicum congregare Concilium, non erit difficile ostendere. Nam in primis in Veteri Testamento Sacerdotis summi erat congregare Concilium, Deut. 17. & Demetrius Rex 1. Machab. 14. eam auctoritatem tradit Simoni, ut nemo sine ipso conuentum in regione facere posset. Quamquam haec facultas magis fuerit ad cogendum civile ac politicum Concilium, quia illud poterat tribuere Rex Demetrius Simoni, quatenus dux & princeps erat gentis Iudaeorum: nam quatenus summo Sacerdotio fungebatur, a Deo illam auctoritatem habebat, de qua Deut. 17. Petrus quoque idem docuit suo exemplo: nam coegit Concilium ad electionem Matthiae, & ad terminandam quaestionem num credentes ex Gentibus ad legis ceremonias seruandas ardeantur, Act. 15. Idem ostenditur Patrum Traditione. Nam Athanasius in Synodo Alexandrina cum alijs Episcopis scribens ad Felicem Papam: *Scimus*, inquit, *in Nicena magna Synodo circa. 118. Episcoporum ab omnibus esse concorditer roboratum, non debere absque Romani Pontificis sententia Concilia celebrari, nec Episcopos condemnari*. Haec ille, ad cuius Athanasij literas totius Synodi nomine scriptas rescribens Felix, atque de

Mat. 16. & Ioan. vlt.

B. Virgo non tantum Christi, sed Dei mater est. Sexta obiectio.

Papa quam auctoritatem Concilij, & potestatem tribuat.

Septima obiectio.

Octava obiectio.

Card. Turrecremata.

Quod solius sit Rom. Pontificis Oecumenicum congregare Concilium.

Act. 15.

Traditione idem euincitur.

B. Athanasij.

Felix Papa.

eodem

Quarta ratio

Ea verba: Proponentibus Legatis, in decreto posita, cur minime sint expungenda

2. Cor. 1.

Secunda ratio.

Cap. 20. in fine.

1. Tim. 6. Matth. 16.

Marcel. Papa.

Pelag. II. Papa epist. 1. prope initium.

Matth. 16.

Iulius I.

Cap. 29.

eodem privilegio loquens, ait: Solummodo Christus Iesus huic sanctæ sedis, id est, Apostolicæ, hoc facere commisit, utpote quoniam solus, atque præ omnibus præfatus princeps Apostolorum creditus est, atque percipere meruit à Rege Regum Christo Deo claves regni cælorum. Sic ille, scribens iure diuino hoc gaudere privilegio Sedem Apostolicam, quod Athanasius dixerat in Nicena Synodo esse concessum: sed illud declaravit Nicena, quæ agnuit à Christo Petro, suisque successoribus fuisse tributum. Marcellus quoque Papa cap. 2. suorum decretorum: *Simulque eisdem (scilicet Apostoli) inspirante Domino, constituerunt, ut nulla Synodus fieret præter eiusdem Sedis auctoritatem, nec ullus Episcopus nisi in legitima Synodo, suo tempore Apostolica auctoritate convocata, super quibuslibet criminibus pulsatus audiat, vel indicetur: quia Episcopi iudicia, & summarum causarum negotia, siue cuncta dubia, Apostolica Sedis auctoritate sunt agenda, & finienda* Hæc ibi, ubi ex reuelatione traditum, & ab Apostolis definitum hoc fuisse perhibetur. Adhæc Pelagius Papa scribens ad omnes Episcopos, qui indebito titulo Ioannem Constantinopolitanum Episcopum vniuersalem vocauerant, ita scribit: *Relatum est ad Apostolicam Sedem, Ioannem Constantinopolitanum Episcopum vniuersalem se scribere, vosque ex hac sua presumptione ad Synodum convocare Generalem; cum Generalium Synodorum convocandi auctoritas Apostolica Sedi B. Petri singulari privilegio sit tradita: & nulla vnquam Synodus rata legatur, quæ Apostolica auctoritate non fuerit sulta. Quapropter quicquid in vestro conuenticulo (quia Synodus taliter præsumpta esse non potuit) statuistis ex auctoritate sancti Petri Apostolorum Principis, & Domini Saluatoris voce, quæ B. Patro potestatem ligandi, atque absoluendi ipse Saluator dedit: quæ etiam potestas in successoribus eius indubitanter transfuit, præcipio omnia, quæ ibi statuistis, & vana, & cassata esse; ita ut deinceps nunquam appareant, nec ventilentur. Et ante eum Iulius Papa in rescripto ad Orientales pro Athanasio, & cæteris: *Regula nostra, inquit, nullas habet vires, nec ha-**

bere poterit, quoniam nec ab Orthodoxis Episcopis hoc Concilium actum est, nec Romana Ecclesia legatio interfuit, Canonibus præcipientibus sine eius auctoritate Concilia fieri non debere. Nec vllum ratum est, aut erit vnquam Concilium, quod non fultum erit eius auctoritate. Hæc ille. Sicut igitur Concilia in Tyro & Antiochia congregata, autore Eusebio Nicomedensi Arriano, contra Athanasium Papam evertit Iulius, ita Damasus Ariminense damnauit Concilium, & Leo Ephesinæ II. & Innocentius I. illam Synodum, quæ in exilium missus est Ioannes Chrysothomus, & Pelagius II. irrita reddidit omnia, quæ à Ioanne Constantinopolitano vniuersalem se vocante, & Synodum ex toto Oriente congregante constituerat. Audi quid Historia tripartita enarret de illa prima Synodo, quæ Iulius damnauit: *Eusebius Arrianus in Antiochia Syria Synodum coegit, ad quam conueniunt ex ciuitatibus diuersis Episcopi nonaginta. Maximus tamen Ierosolymitanus Macarij successor non affuit, cogitans quod ipsi posset subripi, ut in damnatione subscriberet Athanasij. Sed neque Iulius interfuit maxime Roma Præsul, neque in locum suum aliquem destinauit, cum vti que regula Ecclesiastica inbeat, non oportere præter sententiam Romani Pontificis Concilia celebrari.* Hæc ibi.

His autem Canonibus & ratio ipsa manifestè subscribit. Nam primū illius solius est omnia agere, & dispendere quæ ad vniuersam Ecclesiā spectant, cui commissa est huiusmodi vniuersalis Ecclesiæ cura, sed soli Petro hæc commissa est, cui dictū: *Pasce oues meas:* ergo eius est convocare Synodum Generalem, quæ totam Ecclesiam respiciat. Deinde, eius est vniuersalia congregare Concilia, cui omnes obedientiam debent, & quæ ipsos ad veniendum cogere potest. Tertio, sicut solius Imperatoris est cogere Imperiale Concilium, & Regis Regale, & Metropolitanæ Prouintiale, & Diocæsanum Episcopi, & præstantioris dignitate personæ, siue Decani in Ecclesia particulari Canonicorum congregare Capitulum, & illorum qui præfunt toti suæ religioni, id est, Ge-

Quænam Concilia per Apostolicam Sedem data fuerint, atque reiecta.

Hist. Trip. lib. 4. c. 9.

Rationes. Prima ratio.

Ioan. 21.

Secunda ratio.

Tertia.

neralium.

Proponuntur aduersariorū argumenta, ac diluantur. Primam argumentum.

Secundū argumentum.

neralium convocare religiosos ad Capitulum generale, ita igitur in vniuersali Ecclesia eius erit cogere Synodum generalem Episcoporum, qui omnibus maior est, & qui Episcopus Episcoporum merito dicitur. Alioqui Concilium non erit, neque conuentus legitimus, sed conuenticulus potius, siue Conciliabulum.

Neque obstant in contrarium quæ obijciuntur. Primo, quod A. G. 6. duodecim conuocauerunt multitudinem discipulorum ad Synodum, Nam si aut nunc Papa cum Cardinalibus aliquid statueret, non sequitur, quod Papæ auctoritate principaliter non fiat: ita neque tunc, quia Petrus communi consilio omnia tunc efficiebat, quæquam in ipso esset summa potestas. Obijciunt secundo, multa vniuersalia Concilia in Dei Ecclesia indicta, & congregata fuisse auctoritate Imperatorum, ut constat de quatuor illis primis Generalibus Synodis; & tamē illi Imperatores minimè accusantur de usurpata aliena auctoritate, sed commendantur de zelo fidei, quo accensi illa congregarunt. Dicendum est, Imperatores non nisi habito consensu & auctoritate Romanorum Pontificum, imò ipsis rogantibus Romanis Episcopis, id fecisse, quod eorum potentia citius Episcopi, & sine impedimento possent congregari. Nam ut dixere Iulius, & Pelagius Pontifices in locis præallegatis, nullum est solidum Concilium, quod non fuerit auctoritate Papæ congregatum. Aut dicendum est, olim cum Ecclesia adhuc suis viribus non insisteret, sed innixa esset potestate profana, & populo magna ex parte adhuc Gentili, nec Romanus orbis esset in tot regna distractus; ideo Sacerdotibus permittentibus, imò interdum etiam suggerentibus, atque exigentibus, ab Imperatoribus Concilia indicebantur, quod tutius Episcopi ex diuersis regionibus cogi possent, moniti tamen eius auctoritate, penes quæ residebat summa potestas, quæ & Synodus protecta quietius & securius procedebat. Cessante autem causa, & mos ille cessare

debut, agnoscentibus pijs Principibus nullam se habere in spiritualibus potestatem. Vnde B. Hieronymus referens ad illa secula, in quibus Imperatores cogebant Concilia, lib. 2. *Apologetice aduersus Ruffinum scriptum: Responde quæso, Synodus à qua excommunicatus est (scilicet Hilarius) in qua urbe fuit? Dic Episcoporum vocabula, profer sententias subscriptionum, vel diuersitatem, vel consonantiam. Doce qui eodem consules fuerint, quis Imperator hæc Synodum iusserit congregari.* Hæc ille.

Hinc est, ut Concilium VIII. Can. 17. pœnas statuat principi impediendi Episcopos ad Concilium venire: illi quæ communionem priuandum statuit. Non ignoro, multos produci à disputantibus euentus, in quibus ius cogendi Synodum deuoluatur ad Ecclesiam: ut si in aliqua magna calamitate, spirituali Ecclesia esset posita, cui soli per Concilium Generale posset propioci, & Papa sæpè monitus nollet cogere, tunc merito posset, ut contra suspectum de hæresi, & per consequens in Papatu dubium, contra eum procedi, cogique Concilium. Ita etiam esset, si duo contenderent de Papatu, & neuter eorum esset certus, & legitimus Ecclesiæ pastor: quia tunc procedi posset ad cogendam Synodum, in qua primo die de eligendo Papa tractaretur: vel si Papa, & simul cum eo omnes Cardinales interficerentur, vel si Papa manifestè sic conuictus de hæresi, & illam nollet abjurare, in his enim, & similibus factis si aut ciuilitè esset mortuus per demetiam, aut captus ab infidelibus, tunc fortasse aliquod ius cogendi Concilium inesset Ecclesiæ. De quo hic sufficiens non censui operæpretium esse disputare, cum multi de ea re scripserint, & nos ad alia vtiliora festinemus, & maximè ut differamus de salubri Conciliorum auctoritate ad hæreses extirpandas, & mores reformatos totius Ecclesiæ Sponsæ Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto pari fruitur diuinitate, imperio, & maiestate; in secula seculorum, Amen.

B. Hieron. tom. 2.

Episcoporum ad Concilium aduentum impediendum Principi pœna.

Cogit Synodus absque summi Pontificis auctoritate quando posset.



TRACTATVS LXXIX.

De inuiolabili, & sacrosancta Generalium Conciliorum autoritate, quam in Ecclesia Dei habent ad reuincendos hæreticos, & Catholicos instruendos.

Quibus de Synodis Generalibus no instituitur disputatio.

Leo Papa.

Syno. VIII.

Nicol. I. Eugen. III.

Romana Ecclesia quas omnes Synodos Generales suscipiat.

B. Basl. epistola. 69. in fine, tom. 2.

SEXTO loco agendum nobis de saluberrima Conciliorum Generalium autoritate, primum quidem in se ipsa, deinde vero ut conferri potest ad summum Pontificis potestatem. Ut igitur Conciliorum autoritas magis elucescat, premitendum est, nos non hic agere de Concilio Generali, quod Romani Episcopi autoritate non est coactum, neque confirmatum: nam talia multa superius ostendimus manifeste aberrasse. Secundo, Concilium Generale, etiam Romani Episcopi autoritate coactum, errare in Fide posse, si non legitime procedat, quemadmodum Concilium Ephesinum II. in quo Legatus Leonis Papae repugnantis, Episcopi fere omnes Dioscori haeresi subscripserunt. Confirmat hoc idem Leo Papa in epistolis quibusdam, atque Synodus VIII. act. 7. & Nicolaus I. in epistola ad Michaellem I. Imperatorem. Denique Eugenius III. in decreto unionis Armenorum, & Iacobinorum, postquam Ephesinam Synodum sub Leone coactam damnauit, quod videlicet Eutychemis errori assenserit, subiungit, Suscipit sancta Romana Ecclesia non solum duas tres Synodos (nempè Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam) sed & omnes alias vniuersales autoritate Romani Pontificis legitime celebratas. Hæc ille, non tantum requirere autoritatem, ut legitime cogatur, sed etiam ut legitime celebrentur, & legitime celebrata confirmetur. Quod etiam autoritate Basilij confirmatur, qui in epistola ad Episcopos Italiae &

Galliae sic habet: Indubie summa laude dignum iudico, quod vobis a Domino concessum est, ut fucatum à proditoribus, puroque discernatis, Patrum autem fidem sine vlla prauaricatione predicetis, quam & nos suscepimus, cognouimusque ex Apostolicis characteribus formatam, coniuncti quoque ipsi, & omnibus qua Synodi Scriptura regulariter & legitime sunt instructa. Sic ille recte, & regulariter decretis consentire se tradens: nouerat enim, multa minus regulariter tradi. Quare quaedam sunt Concilia legitime congregata, non tamen legitime procedentia, neque confirmata: ut Ephesinum II. autore Leone coactum est, sed non est ab eo, vel ab altero confirmatum. Basileense quoque, indixit Eugenius III. nec tamen illud confirmauit ipse, aut alius: contra vero alia sunt congregata sine autoritate Pontificis, & tamen postea confirmata. Constantiensis Synodus etsi à principio à nullo Romano Episcopo sit congregata, confirmata tamen est à Martino V. sicut Mileuitanum autoritate nullius Romani Pontificis coactum, confirmatum tamen est ab Innocentio I. & Celestino Pontificibus.

Quod autem Concilia, quae recte sunt congregata, ac legitime procedunt, & Pontificis autoritate firmantur, sacrosancta habeant, & inuiolabilem autoritatem in hæreticos nostri seculi, multis modis comprobatur. Primo, quia nolens obedire Sacerdotis imperio, quod communicato cum reliquis Sacerdotibus consilio pronuntiatum est, ex decreto iudicis ille morti addicitur Deut. 17. multo ergo magis reatu

Patrum autoritati quantum tribuatur Magnus ille Basilius.

Quae Synodi generales autoritate quidem Sedis Apostolicae coactae, non tamen fuerint confirmatae: quae vero confirmatae, sed non ab illa coactae.

Quod Concilia recte congregata, ac legitime procedentia, nec non Pontificis autoritate firmata errare nequeant. Prima ratio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Ioan. 16.

Matth. 18.

Hæreticus satis esse asserte Scripturam, & verbum Dei.

B. August. tom. 7. In Fidei controuersijs quonam accurrendum, teste Augustino.

eternae incurrit mortis, qui Generalis Concilij autoritati refractarij, atque contumace se exhibet. Deinde, si hæc via Conciliorum debilitetur, & eorum autoritas infringatur: vniuersa perfectio dante per illa hæreses reuiuiscunt, ac redeunt in Ecclesiam: omnia in ea definita dogmata reuocarentur in dubium; & nihil esset firmum, aut solidum in Ecclesia Dei, sed omnia vacillarent. Tercio: Symbolum Fidei Nicenum, quod in solènioribus diebus in Ecclesia Dei publice canitur, incerte esset autoritatis, aut infirmæ. Imò quod magis vigeat, tota Canonorum librorum series, quæ in Generalibus Concilijs nobis tradita est, nobis deperiret, si errare Concilia vniuersalia possent. Quarto, videri posset diuina prouidentia minus hominum salutem prospexisse, & Christum non prestitisse quod pollicitus est de mittendo Spiritu sancto, qui duceret Ecclesiam in omnem veritatem. & quod de se ipso dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi, aut hætenus dormitasse, si concuentus generales Episcoporum Spiritum sanctum inuocatum permisi fuissent errare: nam cum nulla certior via relicta nobis sit ad Catholicum Fidei dogma explicandum, atque decidendum, nullam prorsus rationem Fidei controuersias definiendi, aut sensum verum Scripturae eruendi haberemus, cum tam ad alias lites de bonis corporis, aut fortunæ terminandas nobis per iudices viuos, à quibus appellare non licet, prospexerit. Videri igitur Deus posset magis curasse humana hæc, & temporalia bona, quam spiritualia & æterna.

Neque nobis obijciat hæreticus, satis esse sacram Scripturam, siue Dei verbum: nam cum illi quisque affingat sensum suum, & instar nasi cerei huc atque illuc inflecti possit, nunquam per illud controuersia de Fide orta terminari posset, quolibet pertinaciter contentente pro se stare Scripturam. Quare prudenter B. Augustinus libro in Cresconium, minimè nos ad Scripturam, sed ad Ecclesiam mittit in controuersijs Fidei, dicens: Hoc facimus quod vniuersa placuit Ecclesia, quam ipsarum Scripturarum commendat autoritas. Et quo-

niam sancta Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit, huius obscuritate questionis eandem Ecclesiam de illa consulari, quam sine vlla ambiguitate sancta Scriptura demonstrat. Sic ille. Nec dicat quisquam, nos propterea subijcere verbum Dei hominibus, non enim verbum Dei, secundum quod ferre sententiam debent Episcopi in Concilio, sed hominum sensus & cogitationes inter se altercantium subijcimus hominibus sacris, & Dei potestate fungentibus, hoc est, Episcopis, qui in Concilio tanquam iudices assistunt.

Quinto: In Veteri Testamento omnia, quæ ad ritum colendi Deum, & ad proximum se benè gerendi, per singula ferè, ac particularia traduntur: si tamen aliqua oriatur controuersia inter Iudæos, quæ non facile posset terminari, tales non mittuntur ad verbum Dei consulendum, vel ad Scripturam legendam, sed ad viuos & animatos iudices, hoc est, Sacerdotes cum summo Pontifice. Quod si quis prætextu Scripturae vellet declinare, perfectio à iudicibus à Deo constitutis, ad humana deficeret instituta. Ita in Nouo Testamento, quod verbum est abbreviatum, si Veteri comparatur, & quod pauca tantum continet, ac reliqua omnia traditioni commendauit, si quis sub prætextu verbi Dei, vel Scripturae, à pastoribus & Doctoribus, ne circumferamur omni veteri doctrinae positus deficiat, intelligat se ab ipso Christi vero tribunali deficere, atque ad conflictum humana, & mathematica tribumalia prouocare, dum ad Sacram Scripturam prouocat, quia ad alium quam ad seipsum non prouocat, & sua somnia.

Sexto: In controuersia orta Antiochia, an credentes ex Gætibus essent attendendi ad legis ceremonias, nullam magis expeditam, aut comodiorè viam illius sedam iudicauit Paulus, quam si ad Ierosolymitanum Concilium eam referret: qui igitur iudicium Conciliorum declinant, B. Paulo prudentiores volunt esse. Et quia Concilij sententia non est nisi Spiritus sancti vox: ita enim definitum est ibi. Visum est Spiritui sancto, & nobis: qui ergo vocem audire delectat Concilij, cognoscat se Spiritui sancto repugnare, atque aduersari: cui reluctari

Quinta ratio.

Notum Testamentum quale verbum sit.

Esaiæ 10. iuxta Septuaginta, & Rom. 9. Ephes. 4.

Ratio sexta.

Vox Concilij vox est Spiritus sancti.

Marc. 3.

Septima ratio.

Concilia si errare possent in rebus Fidei...

Luc. 10.

Matth. 18.

Infra. 23.

Aug. lib. 1.

contra Donat. c. 18.

sive ult. tom. 7.

Patrum traditio.

Tertul.

De Concilijs etiam minoribus...

Psal. 132.

quantum sit scelus, illi cogitent, qui verbu Christi expendere volunt: Qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctu, non habebit remissionem in aeternu, sed reus erit aeterni delicti. Septimo: producimur & hoc dilema: nam aut populus fidelis stare debet sententiae a Concilio definitae, aut illi iure aduersari potest: si ergo populus praeepto tenetur diuino fide praebere decretis Concilioru, illa vero in fide definienda errare possunt, in continuo ergo errore versaretur populus Dei. Sin vero integru est aduersari, vbi est illud: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit? vbi illud: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus? Na vbi magis Ecclesia, quam in Concilio Generali? & vbi illud: Super Cathedralam Moysi sederunt Scribae & Pharisaei. Omnia ergo quaecunque dixerint vobis, seruate, & facite? Praeterea cu plenarij Concilij sententia totius Ecclesiae consensum habeat, vt docet Augustinus lib. contra Donatistas: hinc Ecclesia Catholica Concilioru Generaliu decreta semper suscepit, ab ipsisq; declaratos haereticos pro talibus habendos esse existimauit, imo etia ad mortem vsq; contra eos processit. Ergo quisquis fidem Ecclesiae tenere vult, debet etiam fidem Concilioru tenere; aut si hanc respuit, & Ecclesiae fide illu respuere necessum est. Eade possent sententia multis Patrum testimonijs confirmari: sed ego tantum paucis veteru Patru testimonijs contentus ero. In primis Tertul. in lib. aduersus Psychicos de ieiun. Aguntur, inquit, praeepta per gratias certis in locis Concilia ex vniuersis Ecclesijs, per quae & alia quaeq; in comune tractentur, & ipsa representatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. Et hoc quam dignum fide auspicante congregari vndique ad Christum. Vide quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in vnum. Haec ille, magnam auctoritatem tribuens Concilij illis, etsi vniuersalia non essent. Nam etsi dicat ex vniuersis Ecclesijs congregari: intellige ipsius Graeciae, vel illi conuicinis. Na primum Conciliu Generale fuit Nicenu, quod post multos annos a Ter-

tulliano celebratu fuit. Euseb. quoq; lib. Hist. Eccles. cap. 26. ingens Episcoporu Conciliu coactu fuisse scribit contra quosdam haereticos in Arabia, qui afferebant animas, cu corporibus interire, & rursus cum illis suscitari: quos Origenes oratione sua copescuit, & ad Fidem cunctos reuocauit. Fuit autem Origenes fere ipsi Tertulliano aequalis. Post hoc Conciliu alterum celebratu est Romae sub Cornelio Papa, & sub Deci o. contra Nouatu haereticu, qui afferebat, per praenitentiae Sacramentu non posse lapsos consequi salutem: de quo Eusebins eodem lib. cap. 34. Post haec tempore Dionysij Papae duo Concilia coacta sunt contra Paulum Samosatenum, afferentem Christum purum esse homine: alterum Antiochiae, in quo Apostolicae Sedis legatus fuit Episcopus Hostiensis: de quo Eusebius lib. 7. cap. 24. ad quod Dionysius Alexandrinus rogatus est venire, sed senio grauatus non potuit, sed per epistolam fidem suam explicauit: alteru vero Romae, in quo idem Paulus danatus fuit a Dionysio. Ante haec omnia in Caesarea Palaestinae celebratum est Conciliu sub Victore Papa, vbi quaestio de die Paschae celebrando est agitata. Et iterum Romae eadem causa aliud Conciliu congregatum est, & aliud in Gallia sub Irenaeo Praesule, vt habes lib. 5. Eusebij cap. 23. 24. & 25. Haec autem etsi non essent vniuersalia Concilia, quod attinet ad conuocationem Episcoporum de vniuerso orbe; erant tamen vniuersalia ob auctoritatem Papae vniuersalem qua cogebantur, vt de vniuersalibus rebus tractaret, & vniuersos fideles suis decretis adstringeret, & propter haec Concilia, vel alia his similia illis antiquiora, etsi non sint literis consignata, illud scripsit Tertul. Praeterea ex Ambrosio epist. 76. producuntur haec verba: Cum aliquid per Synodum fuerit definitum, standum est super illo cuique, etiamsi Angelus de caelo esset. Et in illud Act. 15. Congregati erant Apostoli in nomine Iesu, fatetur, Ab hac gloriosa congregatione dependent cateruata Concilia, in quibus Deus Patet, est Ecclesia tutor; Filius est vt spofusus;

Euseb. to. 1.

Que olim Synodi particulae aduersus haereticos fuerint habitae.

Nouati dogma.

Idem Eusebius.

Pauli Samosateni haereticus.

Idem.

Idem Eusebius.

B. Ambrosio vt producit a Dionysio Carthusiano libro de auctoritate Papae. Idem.

Pater, Filius, & Spiritus sanctus in Concilio quales sint. Dionys. Carthus.

Aug. epist. 118. cap. 1. in init. tom. 2. Dist. 12. cap. Illa.

Idem lib. de utilitate credendi ad Honoratum. c. 17. a med. tom. 6. non longe a principio. Concilij quatum tribuat Augustinus.

Idem lib. 2. de Baptismo contra Donat. in fine. c. 3. tom. 7. med. int. & init. Literis omnium Episcoporum scripturam praeposit Augustinus. Dist. 9. cap. quis nesciat

Spiritus sanctus vt rector. Nec credendum est, quod ibi in Concilio Generali sit dependens, aut mendicata auctoritas, vbi diuina praesidet maiestas. Haec ille. Ita citantur haec verba a Dionysio Carthusiano lib. 1. de auctoritate Papae, & Generalium Conciliorum, art. 13. Augustinus epist. ad Iouinianum: Illa autem qua non scripta, sed tradita custodimus, qua quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis; vel plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata, atque statuta retineri. Idem libro de utilitate credendi ad Honoratum: Dubitamus nos, inquit; eius Ecclesiae condere gremio, qua vsque ad confessionem generis humani ab Apostolica Sede per successiones Episcoporum frustra haereticis circumlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis calmen auctoritatis obtinuit. Haec ille. Tribuit ergo Augustinus Concilij maiestatem, ac grauitatem, & saluberrimam auctoritatem. Necnon lib. de Baptismo contra Donatistas: Quis autem nesciat sanctam Scripturam Canonice, tam Veteris, quam Noui Testamenti certis suis terminis contineri, eamq; omnibus posterioribus Episcoporum literis ita proponi, vt de illa omnino dubitari, & disceptari non possit, vtram verum, vel vtrum rectu sit, quicquid in ea scriptum esse consiterit: Episcoporum autem literas, qua post confirmatum Canonem vel scripta sunt, vel scribuntur, & per seruanem forte sapientiores cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum grauiorem auctoritatem, doctiorumque prudentiam & per Concilia licere reprehendi, si quid in eis forte a veritate deniatu est: & ipsa Concilia, quae per singulas regiones, vel prouintias sunt, plenariorum Conciliorum auctoritati, quae sunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere, ipsaq; plenaria saepe priora posterioribus emendari, cu aliquo experimento reru aperitur quod clausum fuerat, & cognoscitur quod latebat sine vllotypho sacrilegae superbia, sine vlla inflata ceruice arrogante, sine vlla contentione liuida inuidia, cu sancta humilitate, cum pace Catholica, cu charitate Christiana.

Haec August. Catholicè docens Scripturam Canonice nulli cedere, sed Prouintialia Concilij plenarijs cedere, & inter ipsa plenaria priora a posterioribus emendari. Quod intelligendu est non de his, quae ad Fidei spectant, in qua omnia plenaria Concilia mirifice libi conueniunt, sed in decretis ad moru reformationem, & disciplinam spectantibus. Quod ex ipsis Augustini verbis deducitur aientis: Cu aliquo experimento reru aperitur quod clausum erat. Constat autem, experientia ad ea, quae sunt facta, non autem ad ea, quae credenda sunt, spectare. Vnde elicies, plenaria Concilia circa ea, quae ab ipsa experientia penitent, non habere promissionem Spiritus sancti, vel suae veritatis perpetuam assistentiam: & idem de Pontifice Romano similiter statuendum est. Adde Gregorium, qui in epist. ad Patriarcham Constantinopolitanu, & alios Graeciae Episcopos: Praeterea, inquit, quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, sicut sancti Euangelij quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor, &c. & tota deuotione coplector; integerrima approbatione custodio: quia in his velut in quadrato lapide, sanctae Fidei structura cosurgit. Et cuiuslibet vita, atq; actionis existat, quisquis eoru soliditate non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra adificiu iacet. Haec ille. Cuius verba intelligenda sunt in his, quae sunt Fidei. Idem Secundo seruo Dei in clauso: Quoties in quatuor praecipuis sedibus antistites ordinantur, Synodales sibi epistolas vicissim mittunt, in quibus se sanctae Chalcedonensem Synodu cum alijs Generalibus Synodis custodire fateantur. Idem ad Quirinum Episc. & caeteros Episcopos in Hybernia Catholicos, redeuntes ab haeresi Nestoriana non vult recipi, nisi venerandas Synodos, quae Ecclesia recipit, se recipere, & venerari permitat. Qua ratione recte quoque institutu est, vt ad munus docendi, sive magisterij insignia, vel gradus Ecclesiasticos, ac dignitates quisquam non promoueatur, nisi professionem fidei suae, vt sancta Synodus Tridina praecipit, faciat. Adde c. Sancta octo, dist. 16. Sancta octo vniuersalia Concilia, & c. vsq; ad vnum apicem immutata seruari, & pari

Plenaria Concilia priora a posterioribus emendari, quod sentia dixerit Augustinus.

Experientia de quibus sit.

Plenaria Concilia in quibus promissionem Spiritus sancti non habent.

Greg. lib. 1. Registr. epist. 24. in fine, tom. 2.

Rom. 10. Dist. 15. c. Sicut.

De quatuor Concilijs primis & antiquioribus D. Gregor. quale testimonium fecit. Idem lib. 7. Registr. epist. 53. sub initium.

Idem lib. 9. epist. 61. in fine.

Conc. Trid. ses. 24. c. 1. de reform. circa med.

Autoritate Romani Pontificis sancta octo Concilia corroborantur.

Agatho Papa.

Quo signo Deus Optim. Max. Niceni auctoritatem Concilij comprobauerit. Sim. Metaphrast.

Hæreticorum aduersus auctoritatem Concilij argumenta soluuntur. Primum argumentum. Terent. in Eunuch. act. 2. sc. 2.

Episcopos in Concilio non solum consultores, sed etiam iudices veros esse.

honore, & ueneratione digna habere, & que predicauerunt, & statuerunt, modis omnibus sequi, & predicare: & quacunq; condemnauerunt, ore, & corde condemnare profiteor. Hæc ibi ex Diurnali Professionis Pontificis, quæ de Fidei articulis in illis ad credendum definitis exponenda sunt. Et Agatho Papa act. 4. VI. Synodi: Christi Ecclesia, Spôso ipsius dirigere, ea, quæ à sanctis, & Apostolicis Pontificibus, & uenerabilibus Concilijs definita sunt, cum simplicitate cordis, & sine ambiguitate à Patribus tradita fidei seruat, &c. Et confirmantur hæc omnia stupendo signo edito à Deo in Concilij Niceni confirmatione. Extrat enim oratio Gregorij Presbyteri Cæsareæ Cappadociæ apud Simeonem Metaphrastem, narras, qua ratione, cum omnes Patres subscripsissent ijs, quæ in Nicena Synodo decreta erant, cum Chrystantus & Mausonius eo tempore mortui non possent subscribere, accidit, ut Patres ad sepulchrum eorum orandi gratia accesserint, petentes à defunctis Episcopis, ut decisis subscriberent, & totam noctem ducentes in oratione, die sequenti inuenerunt illorum quoque Episcoporum subscriptiones immixtas, ut uolebant, in confirmationem omnium quæ per sanctam Synodum decreta fuerant.

Quæ uero hæretici contra auctoritatem Conciliorum obieciunt, leuissima sunt, & infirma. In primis enim aiunt, homines esse qui ad Concilium congregantur, ac proinde falli, ac fallere posse. Sed ut Comicus dixit: *Homini homo quid præstat? Stulto intelligēs quid interest?* Apostoli quoque homines fuerunt, uerum tamen afflato Spiritu sancto neque errabant ipsi, neque alios in errorem mittebant. Ita sancta Synodus ex hominibus quidem constat: sed cum illi congregati dicere possint: *Visum est Spiritui sancto, & nobis*, nequaquam falluntur in suis definitionibus, neque Ecclesia, quæ eos sequi lege tenetur.

Episcopi uero in Concilio non tantum consilij sunt Pontificis, sed etiam veri iudices. Quod ex eo probatur, quia non solum Petrus, sed etiam

alii Apostoli, & seniores iudices fuerunt in Concilio illo Ierosolymitano. Hinc Iacobus dixit: *Propter quod ego iudico non inquietari eos, &c.* & eodem cap. præcepta Concilij uocat Paulus præcepta Apostolorum: & cap. sequenti ea dogmata ait decreta fuisse ab Apostolis, & senioribus. Præterea ad ferendam Synodalem sententiam non tantum uocarentur Episcopi, sed etiam docti Theologi, & uiri in Ecclesia prudentes: quod nunquam factum est. Et cum Ecclesiæ usu perpetuo soli pastores in Concilio sedent, sequitur, eos esse censores, & non tantum consultores. Quod si tantum ut consulerent, uocarentur, Episcopis Theologiæ rudibus ac imperitis nullus esset locus in Concilio, cum Theologica in consultationem uenirent. Ad hæc non solus Romanus Pontifex, sed etiam cæteri Episcopi clauis regni cælestis habent: at ad illa quæ tractantur definienda, potestatem accipiunt à summo Pontifice ligandi, & soluendi, ac dicere possunt: *Visum est Spiritui sancto, & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quam hæc necessaria*: omnes ergo Episcopi ius habent præcepti onus imponendi. Præterea, qui tantum sunt consilij, & non iudices, non solent sententiæ subscribere: at in Synodali Concilio non Pontificum solum, sed etiam aliorum Episcoporum subscriptiones solent apponi. Patres uero Concilij Niceni à Syluestro petierant, ut quicquid constituerant, confirmaret. Et Sexta Synodus act. 18. *Anathemazamus, inquit, Theodorū Pharanitanū, Sergium, & Paulum, &c.* Et infra *His omnibus à sancto hoc Concilio constitutis, & per suspensionem nostræ fortitudinis confirmatis, sancimus, ut nullus aliud quicquid de Fide sataget.* Profecto hæc non sunt uerba consulentis, sed iudicantis.

Quod ergo in libris Decretalium, & Clementinis, Papæ tribuitur sententia, sacro tamen approbante Concilio: non tamen propterea excluditur iudicium illorum, sed ob honorem primæ Sedis illud dicitur, vel quia ipse est suffragium conclu-

Act. 15.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Matth. 18. Act. 15.

Quarta ratio.

Sexta Synodus.

Episcopi in Concilio si uerisunt iudices, quid in Decretalium libris, inque Clementinis Papæ sententia tribuitur, sacro approbante Concilio.

dens

dens Concilium per ea, quæ ab alijs deliberata sunt: sicut Deut. 17. ueniendum esse docet ad Sacerdotes, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore: & tandem superbiens, & nolens obedire Sacerdotis imperio, iubetur ex decreto iudicis mori: non quod decretum non sit commune omnium; sed quia per unum executioni mandatum.

Quorum Episcoporum, si omnes iudices sunt in Concilio, summus Pontifex sequi sententiam debet.

Eccl. 1. 3. Reg. 22. Ibidem.

Exod. 23.

1. Reg. 14.

Luca 22.

Damasus Papa.

Leo epi. 51. vel 53. secundum alios.

Secundum argumentum aduersariorum ad probandum Concilia errare in Fide non posse.

Quod si obijcias; Si omnes Episcopi sunt iudices, nunquid ergo summus Pontifex in ferenda sententia maiorem partem iudicij sequi debet, eorumque doctrinam probare, ut contingere solet in omni bene constituto tribunali, ubi is qui præest, plurimum solet confirmare sententiam, paucorum negligere? Minimè: quia non semper ea sunt optima, quæ pluribus placent, & paucissimi sunt sapientes, stultorum uero infinitus est numerus. Quadringenti Prophetæ Baal mentiti sunt Achab, ex ore uero folius Michæ egressa est ueritas. Et in Exodo Dominus inquit: *Nec plurimorum acquiesces sententia, ut à uero deus. In paucis aliquando citius, quam in multis saluat Dominus.* Et pars Ephesini Concilij II. maior in Dioscori sententia uenit, nec Legati plurimum sententiæ subscripserunt: minus ergo Pontifex maioris partis sententiæ sequi debet, qui iussus est confirmare fratres suos, non unum, aut alterum, sed fratres omnes, quotquot contingat in errore deflectere. Hinc Damasus scribens ad Episcopos per Illyricum, numerum Patrum Concilij Ariminensis liberè contempsit, & illis unum Vincentium, & alios paucos opposuit, qui in Concilio repugnarunt: sicut Leo in epistola ad Anatholium, ubi decretum de Ecclesiæ Constantinopolitanæ primatu super alias sedes Patriarchales, irritum atque cassum reddidit.

Secundo obijciunt, Pontifices, & Phariseos collegisse concilium Ioan. 11. distinctum ab illis Matt. 26. & 27. quæ similiter contra Iesum fuerunt, in quibus tamen contra Iesum est definitum: talia sunt ergo modo Episcoporum Concilia. Respondemus, ueterum Sacerdotum a&a Christo aduersa fuisse; at sententia pessimorum

hominum & uera, & utilis, atque à Spiritu sancto profecta fuit; ita nostrorum Episcoporum uita, & opera contraria esse possunt Domino: sed eorum iudicia, quæ per Pontificem comprobantur, & uera sunt, & salutaria populo fidei, & ab Spiritu sancto deriuata. Tertio, si Episcopi in decedenda ueritate in Concilio positi errare non possunt; id ex diuino aliquo pacto ortum habere fatendum est. Sed nullum tale pactum apparuit in nouo Testamento: igitur tantum priuilegium gratis sibi usurpant. Sed dici potest, illos non habere oculos uidendi, uel intelligendi promissiones Christi: quid enim aliud continet promissio clauium regni cælorum facta Petro, ita ut si quid ligauerit super terram, sit ligatum & in cælis; & portas inferi non præualituras in Petrum? & *Ego rogauit pro te, ut non desiciat fides tua?* aut quod aliud tendit promissio facta Apostolis, & eorum successoribus dādo Spiritu Paraclito, qui in omnem perducatur ueritatē, & maneat nobiscum in æternum? sicut & illa promissio: *Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi*: ut omit tam generales promissiones dādo Spiritu suo bono omnibus inuocantibus eum, & quod ubi fuerint duo, uel tres congregati in nomine suo, pollicetur ibi se affuturum in medio eorum. Singulis enim deprecantibus Deum, ut ea suggerat, quæ ad munus suum præstandum necessaria sunt, solet ille adesse. Cum igitur Episcoporum munus sit, solida, & orthodoxa doctrina populos fideles pascere, cum aliquod in cōtrouersiam dogma uocatur, uel de sensu Scripturæ ambigitur, nihil illi supra muneris sibi commissi facultatē à Deo postulant, dum ad ea dubia decidenda Spiritu sancto sibi donari implorant. Ad hæc pactum ueritatis cum Ecclesia inuitum, de quo Ezech. 34. & 37. ad pastores, & doctores Ecclesiæ referendum est: quia Ecclesiam Deus gubernat non aliter quā ipsum orbem, in quo infima per media, & hæc per suprema administrat.

Quarto, producantur nonnulla concilia, ut Ariminense, Mediolanense,

Tertium argumentum.

Matth. 16.

Luca 22.

Ioan. 16.

Suprà 14.

Luca 11.

Episcoporum quod munus sit.

Ecclesiam regat quomodo Deus.

Quartum argumentum.

Ephesinum

Ephesinum Secundum, Constantino-  
politanum trecentorum Episcoporu  
cum Leone Imperatore, & quædam  
alia septima Synodus, quæ præcessit  
secundam Nicenam, & pleraque simi-  
lia, quæ errasse probantur: non ergo  
efficax colligitur argumentum à gene-  
ralis Synodi definitione. Dicendum  
est, illa non fuisse Concilia vera, sed  
conciliabula, quia nec autoritate Ro-  
mani Pontificis coacta sunt; vel non  
legitimè processerunt ad definiendū;  
vel à Pontifice non solum non sunt  
firmata, sed etiam reprobata, & per  
alias Synodos sequentes dānata. Quod  
facile esset de singulis, quæ produxi-  
mus, comprobare, nisi res esset luce  
clarior meridiana.

Neque quisquā miretur, si, vt con-  
festim celebrata sunt Concilia, non  
statim sequitur fructus desideratus,  
vt videlicet terminentur hæreses, &  
abusus: quia fiunt Concilia, quod hæ-  
reses statim (quæ tēpore sopiri solēt,  
ac sepeliri) ē mentibus hominum tol-  
lantur: quia hoc nunquam factum est,  
& sunt medicinæ, quas negligens as-  
sumere non curatur; sed vt Ecclesiæ  
malos abscindant, quia alios inficiūt:  
*Vtinam, inquit Paulus, abscondatur, qui  
vos conturbant;* & iterum: *Auferre malū  
ex vobis ipsis.* Plena autem curatio tem-  
poris pgressu, & paulatim cōtingit.

Quintō, producit Caluinus in An-  
tidoto Concilij Tridentini August.  
lib. 3. in Arrianum Maximinū autori-  
tatem generalium Conciliorū eneraū  
tem his verbis: *Sed nunc ego Nicenum,  
nec tu debes Ariminenſe tanquā præiudi-  
caturus proferre Conciliū.* Respondeo,  
ibi agere August. in Arrianū negantē  
Nicenum Concilium, & tantū ex  
Scripturis agētem. Et vt ille nolebat  
prægruari autoritate Niceni Con-  
cilij, ita nec Augustinus volebat premi-  
pondere Ariminenſis: cū tamē Aug.  
& eodem loco, & in alijs mirificè ex-  
tollat Niceni Concilij autoritatem.

Neque fideliter citauit verba Augu-  
stini, sed truncatè: ait namq; August.  
*Sed nunc ego Nicenum, nec tu debes Ari-  
minenſe, & c.* Quasi diceret: Nunc dis-  
putationis gratia seponamus iudiciū  
Cōciliorū, agamus Scripturis. Sextō,

cūm dicitur, Concilium errare non  
posse, aut dicitur de mutilo sine ca-  
pite, aut de integro cum capite. Si  
acephalum, errare potest, & errauit,  
vt omnes fatentur: si verō in-  
tegrum & cum capite est illud quod  
errare nequit, frustra igitur ad quæ-  
stionem Fidei terminandā Conciliū  
congregatur, quā Romanus Pōtiffex  
sine illo ritē decidere valet. Incerta  
ergo sunt Concilia, & in vanum con-  
gregantur. Vnde Nazianz. in epist.  
ad Procopiū rectē dixit: *Ita quidē ani-  
matus sum, si quod verū est, scribere oportet,  
vt quodcunque Episcoporū Concilium  
fugiam, propterea quod hætenus nullius  
omnino Synodi finē aliqua vtilitate præ-  
ditum, & vnde res malè habentes nō ma-  
gīs exacerbata, quā curata sint, videre  
licuit.* Sic ille. Respondemus tamen,  
generalia Concilia, quæ capitis sui  
autoritate celebrantur, illa esse, quæ  
merito errare nequeunt. Debet enim

Papa, ne inconsultè, & temerè procedat  
ad definiendas Fidei quæstiones,  
plures, paucioresve cōsiliarios adhi-  
bere, pro rei qua de agitur, grauitate:  
iuuant enim patres Concilij fidē, &  
doctrinam capitis sui, quemadmodū  
Act. 15. cū Petrus dixisset suam sen-  
tentiam nullo Scripturæ testimonio  
roboratam, addidit ad eam cōproban-  
dam Iacobus sententias Prophetarū,  
& legem de abstinēdo à suffocato, &  
sanguine. Diuina quippe prouidētia  
in Ecclesia ita se fundit, vt etſi mēbra  
à capite suo pendeant, caput tamē &  
tueantur, & iuuent. Reddunt quoque  
populo definitionem fidei plausibili-  
liorem ipsa multorum iudicia: quare  
leges, quæ communi optimatum con-  
sensu rogātur, libentiūſ populus ac-  
cipit, quā si à Rege solo ederentur.

Hinc Beda lib. Retract. in Acta Apo-  
stolorum scribens, rectē monet, Pau-  
lum contulisse cum alijs Apostolis  
Euangeliū quod prædicabat in Gen-  
tibus: *Contulit enim, inquit, cum illis  
Euangelium, quod prædicabat solerter in  
consilio Apostolorum disquirens an rectē  
faceret predicando, quod Gentes per bap-  
tisma fidei sine circumcisione possent ad  
salutem peruenire: non quod ipse de hac  
re aliquid dubitaret; sed vt mentes du-*

Gregorius  
Nazianz.  
epi. 42. ini.

Papa in Fide  
ne erret, quo-  
rum vti de-  
beat virorum  
consilio, &  
doctrina.

Beda tom. 6  
in princip.  
cap. 18. ini.

Galat. 2.

Quare Paulus  
cū Apostolis  
contulit Euā-  
gelii, quod  
prædicabat  
in Gentibus.

Synodos ra-  
rō vtilitatē  
aliquam attu-  
lisse, quo Na-  
ziāzenus sen-  
su dixerit.  
Septimum ar-  
gumentum.  
Oecolamp.

De consecr.  
dist. 2. cap.  
Ego Berēg.  
Confessio  
Berengarij  
qualis.

Dionys. lib.  
Eccl. hier.  
cap. 3. part.  
3. sub imit.  
Chryſ. hom.  
86. in Mat.  
tom. 2. &  
alibi sæpē.  
August. in  
Ioan. 10. 9.  
Quid Meto-  
nymia.

Matth. 26.

Ioan. 6.

B. Thom. in  
tertia part.  
q. 79. art. 7  
ad tertium.

bitantium Apostolica Synodi autoritate  
confirmarentur. Hæc ille. Nazianzenus  
verō de Synodis Prouincialibus lo-  
quitur, quæ in causa fidei vix quicquā  
potuerunt obtinere, cū non essent  
autoritate Pontificis confirmata.

Septimo, obijcit Oecolampadius  
ex Concilio Romano sub Nicolao,  
vbi Berengarius coactus est abiurare  
suam sententiam in hæc verba: *Profi-  
teor, non salū sacramentum, sed etiam  
verum corpus, & sanguinē Domini nostri  
Iesu Christi esse, & sensualiter non solum  
sacramentum, sed in veritate manibus  
sacerdotum tractari, frangi, & fidelium  
dentibus atteri.* Hæc ille premente sen-  
tentia concilij dixit in sua retracta-  
tione: quæ tamen falsissima esse cen-  
set Oecolampadius, atque alij hære-  
tici. Sed miror quid sit quod in his  
verbis illos offendere valeat, cū illæ  
formæ loquendi, nimirum, tractari  
Christum manibus Sacerdotum, &  
dentibus atteri, vsurpatæ fuerint à  
Patribus, nimirum Dionysio lib. de  
Ecclesiastica hierarchia, & Chrysoft.  
atque Augustino, & alijs: & fideles  
cū species Sacramētales vident, aut  
tangunt, Christum se vidisse, aut teci-  
gisse dicuntur. Nam vt Metonymia  
est ponere continens pro contento,  
içea contentum pro continente, id est,  
Christum pro speciebus, sub quibus  
delitescit: ita in speciebus Sacramenti  
dicitur moueri, aut frangi per acci-  
dēs. Et cū species panis admiscetur  
speciei vini, Ecclesia fatetur, corpus  
ris, & sanguinis Christi mixtionem  
fieri. Cū igitur videntur, aut tan-  
guntur species, corpus Christi aut  
videtur, aut tangitur. Alioqui qui  
speciē panis ederet, is corpus Christi  
non ederet: nec ille biberet sanguinē  
Christi, qui specie vini potaretur.

Quod est in verbum Christi: *Accipite,  
& comedite: hoc est corpus meum. Bibite  
ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus  
noui Testamenti: rursus; Qui manducat  
meam carnem, & bibit meum sanguinē,  
& c.* Imò quod plus est, Paulus I. Cor.  
ii. iuxta Græcam litteram ait, Dominū  
dixisse: *Accipite corpus meum, quod pro  
vobis frangitur.* Atq; huic expositioni  
subscribit Thomas in tertia parte, &

Thomas VValdenſis lib. de Sacramē-  
talibus. Quædam alia leuis momenti  
argumenta proponunt: sed quæ per  
inde facilè solui possint atq; p̄ducta.

Hic tantum adiungā, obijci posse,  
multas leges esse conditas à Cōcilijſ,  
etiam generalibus, quæ tamen tem-  
poris progressu abolitæ sunt, ac in  
desuetudinem abierunt, nec etiam à  
principio receptæ fuerunt, nec exe-  
cutionem vllam habuerunt: vidētur  
igitur in vanum fuisse conditæ, cū  
præsertim his contrariæ in alijs con-  
cilijſ editæ sint. Et potest hoc confir-  
mari, quia Christus rogauit, vt non  
deficeret fides Petri, non autem vt in  
moribus non deficeret. Dicēdum est,  
Ecclesiam in morum doctrina expli-  
canda, qui ad salutem sunt necessarij,  
errare non posse: quia cū ad salutē  
nō tantum fides, sed etiam opera sint  
necessaria, sicut errare nequit in fide,  
ita nec in moribus necessarijs decla-  
randis, cū ob id dari sint pastores,  
& doctores ad consummationē San-  
ctorum, vt non circumferamur omni  
vento doctrinæ. At si in moribus er-  
rant, nec illi salubriter quæſus pas-  
cerent, nec Spiritus sanctus doceret  
eos omnem veritatem, ad consequen-  
dum scilicet vitā æternā necessariā.

In his tamen, quæ merè facti sunt,  
non habet illam assistentiā Spiritus  
sancti, vt bono zelo nō possit decipi.  
Secus est in fide, aut necessarijs ad vi-  
tam æternā moribus definiendis: nā  
cū ad hæc humanæ rationis acies &  
facultas pertingere non valeat, nisi  
peculiari diuinæ gratiæ auxilio adiu-  
uetur, propterea in his certam habet  
Synodus generalis assistentiā Spi-  
ritus sancti.

Nunquā tamen per Synodum leges  
tales conduntur, quæ per se malæ sunt,  
aut perniciosæ, aut iuri diuino, aut  
naturali repugnēt. Quamobrem cau-  
sam canonizationis Sanctorum non  
puto esse ad hoc genus referendam:  
quoniam in illa meo quidem iudicio  
errare nō potest Ecclesia. Quia enim  
canonizatio fidem & cultum Dei in-  
uoluit, vt Thomas in Quodlibetis  
docet, quia credimus, hunc signatum  
sanctum, beatum esse, & colimus Deū

Thomas  
VValdenſis.  
lib. de Sacra-  
mental. tit.  
4. cap. 42.

Lucā 22.

Ecclesia in  
quibus erra-  
re nō possit.

Pastores no-  
bīs, & docto-  
res à Deo cur  
redditi.

Ephes. 4.

Ioan. 16.

Quas leges,  
aut statuta  
condere mi-  
nimè queat.

An Ecclesia  
in canoniza-  
tione Sancto-  
rum possit  
errare.

B. Thomas.

in illo sancto, etiam externo cultu, si Ecclesia errare posset, mendax esset, & superstitiosus in illo sancto Dei cultus, quem fideles præstât: quod de Dei bonitate, atque sapientia cogitare, fas esse minimè puto.

Similiter etiam in probatione aliquius noue Religionis, Ecclesiam errare non posse arbitror, quia tantum probat institutum, & regulam viuendi: in quibus probandis si erraret, profecto in moribus turpiter hallucinaretur, falsos, & perniciosos ministros Ecclesie tribuendo. Et licet aliquæ Religiones reciderint, vel prolapsæ sint à suo primæuo candore, & feruore: hoc est hominum vitium, non instituti boni. Nec enim Papa, cum approbat Religionem, probat eius professores impeccabiles esse, aut in he-

refes, moresque deprauatos non posse incidere: quia hoc non potest esse iudicium Pontificis, cuius tantum est explorato instituto illo, siue regula quam præferri voluit, probare, si bona sit, vel improbare, si mala. In his igitur, & similibus non est credendum, Deum Ecclesie suæ præfectum, & moderatorem deferere, cum vel ad rationem colendi Deum spectent, vel ad mittendos pertineant bonos operarios, qui doctrina, & sanctæ vitæ exemplo atque precibus vineam Ecclesie Dei colant, atque illustrent, pro qua suum sanguinem fundere non dubitauit Dominus noster Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit omnis laus, & gloria, atque gratiarum actio in seculis sempiternis. Amen.

Ecclesia in approbanda aliqua Religione errare non posse.

Vnde Religiosi quidam Ordines exderunt.

ordines quosdam in his ordinibus

Comparationes quæ maximè sint otiosæ huiusmodi disputationis causæ.



TRACTATUS LXXVIII.

In quo differitur de potestate generalium Conciliorum relata ad autoritatem Romani Pontificis summi Ecclesie Pastoris, atque Iesu Christi vicarij.

**Q**UANTO VERITATEM suam habeat proverbium illud vulgatum: Omnes comparationes odiosa existere, & præsertim illas, in quibus quælibet pars suos habet aduocatos, & defensores: tamen cum multum referat, ut quisque intra pellem suam se contineat, & ne velit contentiosè mittere falcem in messem alienam, iudicavi opportunum esse hoc loco de Synodi œcumenicæ autoritate verba facere, & an illa absit Romano Pontifici, an verò præstet atque præcellat, differere: huius quippe articuli certa, & explorata comprehensio sui quemque officij commonefaciet, ut & is, cui conuenit præesse alteri, non ignoret munus suum, & intrepidè personam, quam sustinet, agat; & ille,

cui competit subesse, non querat occasiones, & argumenta superbè se efferendi, & se super alium extollèdi. Ut igitur ea quæ dicturi sumus, maiori luce perfundantur, in primis præmittendū est, longè diuersam esse rationem Reipublicæ, siue communitalis cuiusque, atque Ecclesie: nam in qualibet communitate primū iure naturali consistit potestas, & ab ea ascendit ad Regem, vel ad optimates, si per Reges, siue optimates illa multitudo gubernetur. Et ita Respublica semper est super Principem, rectorésve suos, & libera est ad deijciendum de gradu Regem, vel rectores. Secus verò est in Ecclesia: quæ quia à suo Principe Christo ortum habet, & eū ipsa non instituit, secundum illud: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.

Reipublicæ, communitatis, & Ecclesie Christi ratione longè diuersam existere.

Ecclesia vnde sit orta.

Ioan. 15.

Idem

Idem serua est, nec habet secundum suam naturam ius ad Principem instituentem, vel deponendum, vel corrigendum, quo viuente, ad eum, & non ad Ecclesiam spectat, Vicarium, qui locum suum sustineat, & prospicere, aut de gradu eijcere, aut corrigere.

Proinde argumenta quæ deducuntur ex multitudine libera, quæ instituit Regem, aut Principem gubernatorem, ad probandum superiorè esse autoritatem Concilij super illam Papam, infirma sunt & inualida. Quemadmodum quod Præpositi Generales Ordinum Religiosè viuentium sub sint suis Capitulis generalibus, & ab illis instituantur, vel si causa subest, destituantur, vel corrigantur; non probat, autoritatem Papæ inferiorè esse illa Ecclesie in Concilio representatæ: quia autoritas illa quæ præfulget Generales Præpositi Religionum, non immediatè à Christo, vel eius vicario proficiscitur, sed ab ipsis religionem profitentibus, quibus primū contulit Papa autoritatem eligendi Generalem, & ab eis in Generale deignatur, & ideo in eum potest. At Ecclesia nullam contulit potestatem in Papam, quia Papatum non habet, sed tantum designauit hominem, cui Deus Papatum confert. Et ita Ecclesia ei subest, non præest.

Generales Religionum Præpositi vnde de suam autoritatem accipiant.

Quale fuerit legis naturæ, & Moyfi Sacerdotium, siue Pontificatus.

3. Reg. 2.

Ioan. 11.

Deinde præmittendū, Pontificatū, siue Sacerdotium veteris Testamenti non fuisse purè spirituale, sicut nec illud quod fuit in lege naturæ Sacerdotis Melchisedec, aut summus Pontificatus, siue apud Græcos, siue apud Romanos, etiā si esset in magno pretio, aut honore. Hinc illorū institutio non fuit immediatè à Deo, sed ab hominibus: vnde in veteri lege Reges instituebant, destituebantque summos Pontifices, ut legimus de Dauid, & Salomone. Ut interim omittamus, quod Romani Præsides annum & venalem reddiderunt Pontificatum: nam etsi vitiosus esset modus, Pontificatus tamen validus erat: quemadmodum ostendit Ioannes, cum ait Caipham prophetasse, quia erat Pontifex anni illius, qui tamen pecunia redemerat dignitatem illam. Quare

argumenta petita ab illo Sacerdotio, quod non solum omnibus Iudeis, sed etiam Regi soli subiectum erat, imbecillia sunt, & nihil virium habent. Tertio præmittendum est, Ecclesiam non habere plenitudinem potestatis immediatè à Christo, nisi in ipso suo capite, qui est Papa: quemadmodum & animal in capite oculos, & nisi in pedibus non habet ungulas. Quia cum plenitudo potestatis data sit Petro, & successoribus eius, si Ecclesia absque illo eam immediatè haberet à Christo, duæ summæ potestates essent in Ecclesia, & sic non monarchia, sed mala multitudo Principum in ea esset, & neutra esset summa potestas, cum summa illa sit, quæ alias omnes superat: sed viderentur potius illæ potestates sociæ siue collegæ, Papæ scilicet, & Ecclesie, & neutra super alteram haberet potestatem: neutra etiam monarchia potiretur, sed sese potius inuicem impedirent, & oves perplexas redderent, dum nesciunt vtri potius duarum contraria præcipientium, an vtrique, vel neutri debeant obedire. Quæ omnia aliena sunt prorsus à diuina illa sapientia, quæ Christus est, Ecclesiam prudentissimè instituens.

Quarto præmittendum, Papam non tantum caput esse singulorum membrorum, ut quidam voluit, sed omnium simul membrorum corporis: nec tantum pastorem ouium particularium, sed omnium simul collectarum. Dixit enim, *Pasce oues meas*, id est, quotquot ad me spectant, & meæ sunt. Neque rector particularium Ecclesiarum, sed vniuersalis Ecclesie. Quod probatur, quia Ecclesia, & ouile, nomen est collectiuum, & non significat multitudinem dispersam, sed collectam, vel ouium, vel hominum: corpus etiā non significat membra à se inuicè separata, sed coniuncta. Et ideo Pontifex caput erit, & pastor ouilis, & rector Ecclesie simul collectæ. Vnde oppositum huius damnatum fuit tanquam hæreticum contra Ioannem Hus in sessione 15. Concilij Constantiensis, & in Bulla Martini V. probantis Concilium. Vnde & ipse Papa se subscribit: *Ego N. Catholica Ecclesia Episcopus*, ut habetur de elect.

Ecclesia plenitudinem potestatis non habeat in seipsa, nisi in suo capite. Matth. 16.

Papam vniuersalis Ecclesie pastorem esse ostenditur.

Ioan. 21.

Ecclesia quid.

Concilium Constant. Nicolaus V.

libro

Synodus Chalcedon.

Concilium Viennense.

Concilium Florentinum.

B. Ambrosii tom. 5.

B. Hieron. li. 1. aduer.

Iouin. circa med. tom. 2 sub init.

Cyp. libr. 3. epistol. 11.

Cornelij ad Cyphanum.

Bern. lib. 2. de consider. a medio.

Galat. 2.

Contra eos, qui nomē Ecclēsiæ nō colēctiue, sed distributiue accipiēdum esse contendunt.

Concilium præsit Papæ quando.

libro 6. cap. Vbi periculum. Et Synodus Chalcedoniensis acclamauit: *Viuat Leo sanctissimus Oecumenicus*. Et act. 4. vocant Episcopi eum vniuersalis Ecclesie Papam. Concilium quoque Viennense vocat Papam, rectorem vniuersalis Ecclesie. Et Concilium Florent. sub Eugenio III. definit Episcopum Romanum vniuersalis Ecclesie esse pastorem. Et Ecclesia ipsa ita precatur: *Deus omnium fidelium pastor, & rector, famulum tuum, quem Pastorem Ecclesie tue præesse voluisti, &c.* Et Ambrosius in cap. 3. ad Timoth. Damasus vocat vniuersalis Ecclesie pastorem, & Hieron. lib. aduerf. Iouin. Petrum delectum à Christo tradit, ut esset totius Ecclesie pastor, & Princeps, & caput ceterorum. Cyprianus: *Nos Cornelium Episcopum sanctissimum, Catholica, hoc est, vniuersalis Ecclesia electum à Deo omnipotenti, & Christo Domino nostro scimus*. Et Bernardus lib. de Consideratione ad Eugenium: *Habent Episcopi sibi suos assignatos greges, singuli singulos; tibi vniuersi crediti, vni vnus: nec modò ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor*. Denique Iacobus, qui videbatur columna Ecclesie, vna contentus est Ierusalem, Petro vniuersitate cedens.

Quæ tantis testimonijs fulcire voluimus; ut appareat debilitas glossæ quorundam violentissime, & durissime exponentium, contra sensum, & rationem, accipiendum esse verbum vniuersalis Ecclesie per distributionem, non per collectionem. Si igitur hæc vera sunt, ut proculdubio sunt: sequitur, quod Ecclesia non habet potestatem immediate à Christo, neque super ipsum Pontificem à Dño euectæ est, sed sub illo posita. His igitur contestitutis, iam ab ipsis Scripturis, ac Patribus, solidisq; rationum momentis argumenta deducemus, quibus euincamus, autoritatē Papæ superiorē esse ad illam concilij, extra casum tamen vel hæresis, vel schismatis. Nā quādo cōtingeret Papam in hæresim incidere, à qua admonit<sup>9</sup> nollet resipiscere, vel verus Christi vicarius, Ecclesieque pastor ignotus esset, duobus aut pluribus de Papatu contendētibz, tūc Ecclesia in eos autoritatē haberet, ut

constat in cap. Si Papa, & cap. Si duob; dist. 79. vel si quis simoniace pecunia esset electus, ut ibidē dicitur cap. Si quis pecunia. Nā in primo facto illē iā à Deo spoliatus est papatu, ut quorundā opinio est, ex quo cœpit esse pertinax in errore, & tantū per Ecclesiam declaratur depositus. In secundo vero facto nō Pontifex Maximus, sed factū duos eligentiū condēnatur; in tertio vero talis, Pontifex appellari non meretur, quia forma Canonica caret, quę vnicuique rei tribuit ut sic quod esse dicitur: aliter autē nō fieri, vel non legitimē fieri, paria existimatur. Et talis non canonicē electus, potius demō est, quā Christi vicarius: clauēs nō regni cœlorū, sed inferni gerēs, ut in prædicto Canone allegato dicitur. Loquimur igitur extra casus de Pontifice Romano canonicē intrāte, certoq; ac explorato Papa Catholicē & sentiente, & docētē, ut sui muneris esse deber: atq; huius autoritatē maiore esse potestate Concilij generalis, si fortē contingeret illud à Papa dissidere, multis argumentis alijs persuadere possumus. Et primū quidem hoc Scripturæ porrigere vidētur. Nā Petro, & in illo suo successori, pmissio facta est clauū regni cœlorū, ita ut quidquid ab eo ligatū esset super terrā, esset ligatū & in cœlo. Quod autē pmissum est, etiā exhibitum est, & impletū, quoniā ipse dixit: *Cælū, & terrā transibūt; verba autē mea nō præteribūt*. Si igitur Petrus plenitudinē potestatis habuit super Ecclesiam in clauibus designatā, & nulli alteri in plenitudine sua clauēs dedisse legitur, quia nec dare conueniebat, ne mala multitudo principū introduceretur, vel ne priuilegiū sibi soli pmissū imminueretur: sequitur, illū potestate iurisdictionis superiorem esse tota Ecclesia, siue in seipsa, siue in Concilio representata. Alioquin si Concilium illi præesset, verū non esset: *Quodcūque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlo*: quia ipse potius subiaceret aliorū vinculis, aut absolutionibus Concilij, quā Conciliū sibi. Adhęc Christus, vel dedit Ecclesie clauēs, ita ut singulis Ecclesie mēbris illę cōmunicarentur, &

Antipapa qualis ille sit

Matth. 16.

I. locus ex Scripturis, ad probandū Papam maiore esse Concilio Matth. 16.

Infr. 24.

Concilium si Papæ præesset, quid inde

Ecclesie ne ditiſſim, nec coniunctim clauēs Christi tradidisse

Papa cursu plenitudinē potestatis vel in ipsam Ecclesiam non possit transfundere.

Exemplū huius rei in cōmunitate circa Regē, vel caput sibi delectum.

II. locus. Luc. 22.

B. Leo Papa

Cur singulariter pro Petro rogauerit Christus.

Vnde Ecclesia habeat, quæ errare non possit.

sic tot essent Papæ, quot fideles, vel dedit illas Ecclesie, hoc est, multitudini collectæ, & tunc frustra dare videretur, quia Ecclesia tota non posset per se vti clauibus, neq; posset etiā summam illam potestatem in alium transferre, vel in Concilium, sicut nec Papa plenitudinē suæ potestatis in alios valet deriuare, etiam in ipsam Ecclesiam; nam nō potest vel ampliare, vel restringere suam potestatem, quia donum Dei est, à Christo ipso immediate susceptū, quod ab homine augeri, vel minui nequit. Cū igitur Christus illi soli clauēs contulerit, profecto in cōmunitatem vllam illas transferre nō potest. Effet enim instituere potestatem, quam solus Deus potest instituere, sicuti solus potest creare vicarium suum generalem, qui tamen alios vicarios generales constituere nequit. Nam neq; cōmunitas ipsa libera toram suā potestatem ita in Regem transferre valet, quin penes se facultas remaneat, Regis potestatem, vbi fuerit opus, coercendi, vel corrigendi, vel limitandi: hoc enim ei iure naturæ competit: quod cum à Deo sit autore naturæ, contra illud nō potest cōmunitas. Fortiori igitur ratione si Papa à Christo accepit potestatem supernaturalē pro se solo, ac suis successoribus, in alios illam transferre non potest: quemadmodum nec ipsa Ecclesia si à Christo accepisset plenitudinē potestatis, potuisset illam in summum Pontificem deriuare.

Secundus locus sit ex illis verbis: *Ego rogauī pro te, ut nō deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*. Vbi ex duobus capitibus videtur stabiliri potestas Pontificis supra Concilium. Primum est, quod pro illius fide singulariter à Christo oratū fuerit. Quod rectē ponderauit Leo Papa in ser. 3. suæ assumptionis: *Quoniam diabolus (inquit) omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen specialis à Domino Petri cura suscipitur, & pro fide Petri propriē supplicatur, tanquā aliorum status certior sit futurus, si mēs Principis victa nō fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, &c.* Quod ergo Ecclesia à veritate deflectere nequeat, &

columna sit, & firmamentum veritatis, ex priuilegio B. Petro à Domino concessio habere dignoscitur: quemadmodum etiam clauēs regni cœlorum Ecclesia habet, sed in Petro; ac proinde quod Ecclesia in Concilio representata errare in Fide decidenda nequeat, ab eodem Petri prerogatio habet. Quod ex eo liquidum redditur, quod ablata Papæ potestate sua à Synodo generali, errare potest, & errauit plerumq; nullamq; assistentiam Spiritus sancti habuit: igitur autoritas Papæ longè superat illam Concilij, & sub se illam habet.

Alterum caput est: quod instituitur in illis Christi verbis fratrum suorum confirmator: at fratres Petri cuncti sunt fideles, qui Christum agnoscunt magistrum, secundum illud: *Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus est enim magister vester, omnes autem vos, fratres estis*: & propterea Dominus dixit numero plurali, *fratres tuos*; ut non tantū hūc vel illum, hos vel illos, sed etiā vniuersos & simul collectos posse ab eo, ac debere confirmari insinuer. Ita em videmus nonnulla Concilia, non tantum prouintialia, sed etiā generalia, vel eius autoritate minime cōgregata; vel congregata quidem eius autoritate, sed non legitimē procedentia, qualia fuerunt Ephesinum II. Ariminenſe, Mediolanenſe, & Basileenſe, à Romani potestate Pontificis infirmata fuisse: fratresq; eius, siue vniuersam Ecclesiam in veritate fidei ab eo confirmatam. Hic enim Dominus loquitur de confirmatione non tantum in bonis moribus, sed etiā in fide, quia præcesserat: *Satanas expetiuit vos, ut cribraret vos sicut triticum, id est, euerteret vestram fidem*. Et sequitur: *Ego autem rogauī pro te, ut non deficiat fides tua*. Et confirmare, fortioris est, & eius, qui maiorem firmitatē obtinet. Et quāquam quisq; Episcopus, vel etiam doctor, aut etiam quiuis fidelis bene in Fide institutus aliū possit in Fide firmare, & corroborare: hoc tamen habet Petri successor, & Christi vicarius ex debito muneris sui erga totam Ecclesiam præstare. Quoniam autem fide construitur Ecclesia,

1. Tim. 3.

Quando erraret Ecclesia.

Luc. 22.

Qui sint fratres Petri Matth. 23.

Luc. 22.

Duobus modis Petrus confirmare habebat fratres suos.

Confirmare cuius sit.

Quare confirmatur Ecclesia.



**Heb. 11.** cum iuxta Apostolum sit sperandarum substantia rerum: idcirco edificandi, actus confirmandi actui respondet. Vnde de dicto est: *Et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: & ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Sed quia fides donum Dei est, ideo Christus sibi ipsi tribuit aedificationem Ecclesiae super Sedem Apostolicam, firmare vero fideles in ambiguitatibus, & questionibus, quae sunt circa Fidem fluctuantes, tanquam opus ministeriale, Petro & eius successoribus committitur a Domino.

**Tertius locus.** Tertius locus est ille Ioan. 21. *Petere amas me? pascere agnos meos: pascere oues meas.* Vbi non tantum cura agnorum, hoc est, subditorum fidelium, qui magistratu aliquo Ecclesiastico non funguntur, sed etiam oues, quae matres sunt agnorum, ut sunt Sacerdotes, praedicatores, Doctores, Episcopi, & quotquot maiori potuerunt, potestate, eius curae subijciuntur: unde Bernardus dixit, non tantum ipsum esse pastorem ouium, sed pastorem pastorum. Cum igitur ipsi in Concilio congregati, et inferiorum respectu pastores sint, in ordine tamen ad Pontificem oues sunt etiam simul collectae, ut probauimus: erit igitur Concilium Episcoporum, hoc est, nobiliorum ouium respectu Christi, & Petri, subiectum potestati Papae. Monstruosum quippe esset, si oues essent super pastorem, aut eum regere uellent, aut quod pastor possit in singulas oues, & non in omnes collectas. Nam ut potest pastor non solum paucas oues ducere in haec pascua, vel illa, vel ducere potatum huius fontis aqua, & non illa, ita potest uniuersos ducere, & ipsum praecedentem omnes oues sequi debent, & eius uocem audire. Ita ergo Papa uniuersos in Concilio congregatos, & non solum singulos, pascere potest, & eius uocem praescribentem hoc, aut illud dogma, custodire Diuino praeecepto tenetur: non secus atque quilibet Episcopus potestatem habet super omnes oues suas, non tantum dispersas, sed etiam collectas: nec tantum super laicos, sed etiam super uniuersos Sacerdotes, & Ecclesiasticos: & legem potest condere uniuersos

sibi subditos obligantem. Quidni ergo idem possit supremus Pastor in Ecclesia uniuersa, quod quisque in sua particulari: & ille possit etiam legem condere, quae uniuersos Christi fideles in conscientia adstringat.

Neque dicat mihi aliquis, hanc pascendi curam esse in Ecclesia: nam si per Ecclesiam quis intelligat quosque fidelem, colligeremus, unumquemque esse ouem, & pastorem. Si uero intelligat uniuersam Ecclesiam simul collectam, non haberet Ecclesia quos pasceret, & adhuc quisque esset ouis, & pastor. Si autem quis dicat, Ecclesiam transferre hanc potestatem in Patres in Concilio congregatos, duo obstat, quominus hoc dici uere queat. Alterum, quod non constat, Ecclesiam hanc plenitudinem potestatis habere nisi tantum in capite suo, hoc est, Papa. Alterum est, quod Ecclesia etiam si maxime tali plenitudine potestatis fungeretur, non posset tamen uel in Pontificem, uel in concilium illam transferre. Superest igitur, ut, quemadmodum quibus magistratus Ecclesiae est in persona ipsum magistratum gerente, ut Episcopatus in solo Episcopo, Cardinalatus in solo Cardinali, Presbyteratus in solo Presbytero; ita etiam Papatus, id est, plenitudo potestatis, in solo Papa, & non in Ecclesia: quia cum Christus regnum suum de caelo detulerit, non uoluit in aliquo a suo populo pendere, quem suo sanguine redemit, & sibi seruum constituit. Adhuc si in Ecclesia esset Papatus, id est, summa potestas, uel alius ab eo qui est in Papa, & ita essent duo Papatus, uel idemmet, qui est in Papa, qui per hoc est in Ecclesia, quia est in Papa, & hoc nihil eis deseruieret: & ita quia est in Papa, non potest esse supra se, ut se inuitum deponat, uel idem, quia est in Papa, & in Ecclesia, & sic Papa habet collegam Ecclesiam, ut duo habentes eundem magistratum, ut olim consules Romani. Tunc etiam neuter esset Papa, quia non haberet cuius esset (non est enim regnum, si non sint qui subdiualet Regi) & in quem proferret suam potestatem, & non esset in Ecclesia monarchia, sed duae potestates supremae, se mutuo impedietae: & illa potestas

Papae pastoralis curam Christi curam, & officium Ecclesiam non habere.

Refellitur hoc: Ecclesia pascendi curam transfert in Patres in Concilio congregatos, dupliciter.

Act. 20.

Secunda ratio.

Qualis Ecclesiae sit potestas, ad summam relata potestatem Pontificis.

Ioan. 21.

Duplex potestas, ordinis & iurisdictionis.

B. Thom.

Patrum traditione eadem Romanum Pontificis supra Concilium potestas euincitur. Dioscorus Alexand. Episcopus excommunicare ausus est Romanum Pontificem, quid miser assecutus. Anacle. Papa.

Ecclesiae superior esset summa: papatus enim in Christi uicario summa potestas est: quae maxima uidetur absurda. Igitur si plenitudo potestatis in solo Papa est, & non in Ecclesia, uel in se ipsa in Concilio representata, necessario fatendum est, conciliorum autoritatem subiectam esse Pontifici, quemadmodum Procösum potestas subiecta est potestati Imperatoris. Nam ut Procösum siue praesides in prouincias ab ipso Imperatore communicata, qui quodammodo Imperatoris nomine ius dicebant, ac regebant: ita Episcopi omnes, qui assignatos greges habent, non nisi a Petri successore, cui primus in Petro dictum est: *Pasce oues meas*, potestatem omnem pascendi, regendi; a Deo accipiunt, & non nisi suas oues pascunt, ut quodammodo eius nomine pascere dici possunt, quoniam antequam illi consignarentur, cum Christi essent oues, ad uicarium suum, cui dixit, *Pasce oues meas*, pertinebant. Neque alias oues ullus pastor pascit, quam eas, quae cum Christi sint, Petri, siue successorum eius sunt. Omnem autem recte pascendi potestatem, siue ordinis, siue iurisdictionis, non nisi a Petro accipiunt. Nam illam ordinis per consecrationem, aut eius legitimum usum sine eius concessione uel consensu nemo accipit: potestatem uero iurisdictionis non secus, atque iudices ordinarij, & magistratus ciuiles a Rege accipiunt, ita illi a Papa, ut non semel docet B. Thomas. Et haec sint satis de Scripturis.

Quod attinet ad Patrum traditionem, multa sunt, quae non obscure indicant maiorem eius potestatem supra Concilium. Et in primis, quod sententiam in Pontifice nemo, quantumcumque magna potestate fultus ferre potuit: unde & Dioscorus Alexandrinus, qui tale quid praesumpsit, ut excommunicationis sententiam vibraret in Romanum Episcopum, merito a Synodo Chalcedonensi anathemate damnatus est, ac de sede sua deiectus. Hunc Anacletus martyr: *Eiectionem summorum Pontificum, uel sacerdotum sibi Dominus reseruauit: & habetur dist. 79. c. Eiectionem.* Deinde Antherus Papa; & martyr: Fa-

cta subditorum iudicantur a nobis, nostra a Deo. Tertio Bonifacius martyr cap. Si Papa, dist. 40. Si Papa suae, & fraternae salutis negligens deprehenditur, inutilis & remissus in suis operibus, & insuper a bono taciturnus, quod magis officit sibi, & omnibus nihilominus, innumerabiles populos caeteruatim secum ducit primo mancipio gehennae, cum ipso plagis multis in aeternum uapulaturus. Huius culpas istie redarguere praesumit mortalium nullus: quia cunctos ipse iudicaturus, a nemine est iudicandus, nisi deprehensus datur a fide deuius. Quarto, Eusebius Papa: *Oues quae suo pastori commissa sunt, eum nec reprehendere, nisi a fide exorbitauerit, nec ullatenus accusare possunt: & habetur 2. q. 7. cap. Oues.* Quinto, Innocentius I. *Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare desiderantem: neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a Regibus, neque a populo iudex iudicabitur.* Et habetur 9. q. 3. c. Nemo. Sexto, Gelasius Papa eadem dist. c. *Ipsi sunt; Ipsi sunt Canonibus, qui appellationes totius Ecclesiae ad huius sanctae Sedis examina uoluerunt deferri, ab ipsa uero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt, ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius committere iudicium: nec de eius uicibus praeceperunt iudicio indicari, sententiamque eius constituerunt non oportere dissolui, cuius potius sequenda decreta mandauerunt.* Idem ibidem cap. *Cuncta: Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quae sacrosancta Romana Ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est; ab illa autem nemo est appellare permissus. Sed nec illa praeterimus, quod apostolica sedes sine ulla synodo procedente, & soluendi, quos synodus iniquae damnauerat, & dammandi, nulla existente synodo, quos oportuit, habuit facultate: & hoc nimirum pro suo principatu, quae beatus Petrus apostolus Domini uoce & tenuit semper, & tenebit.* Septimo, Symmachus in lib. Enodij Eccl. Romanae diaconi ex V. Synodo hoc producit: *Aliorum forte hominum causas uoluit Daus per homines terminari, sed sedis istius praesulem suo sine questione reseruauit arbitrio: uoluit B. Petri apostoli*

Summorum Pontificum uel sacerdotum electionem solum reseruata est. Antherus Papa. Bonifacius. Papa suae salutis negligens, Ecclesiae quantum obest. Luc. 12. Euseb. Papa epist. 2. ad Episc. Alexandriae. Oues pastorem suum acculent licite quando. Innocent. I. Prima sedes nullius iudicio subiacet. Gelas. Papa I. Fausto legato. Idem Episcopis Dardani.

Symmachus Papa.

B. Petri apostoli sic esse res quid debeant Deo.

Matth. 16.

Nicolaus Papa.

Apostolica sedis iudiciū cur liceat de tractare nemini.

Innocentius I. supradi-cto in loco.

Paschalis.

Par in parē non habet imperium.

Idem ser. 2. de consecr. Pont. Max. circa med. Matth. 24.

Ioan. 3.

successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuolatam habere conscientiam. Et infra ait: *Quia vni dictum est: Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, &c.* Otauo, Nicolaus Papa in epistola ad Michaëlem Imperatorem, & recitatur à Gratiano eodem loco cap. Patet: *Patet profectò Sedis Apostolica (cuius autoritate maius non est) iudicium à nemine fore retractandū: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio.* Iuxta quod Innocentius Papa Ruffo, & cæteris Episcopis per Thessaliā constitutis scribens, ait: *Nemo vnquam Apostolico culmini (de cuius iudicio non licet retractari) manus obuias audacter intulit: nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari.* Hæc ille, & paullo post producit sententiam Gelasij iam citatam. Nonò, idem tradit Paschalis, cap. Significasti, de elect. & electi potestate: *Aiunt in Concilijs statutum non inueniri, quasi Romana Ecclesia legem vlla concilia præfixerint; cū omnia Concilia per Romana Ecclesia autoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani Pontificis patenter excipiatur autoritas.* Et Innocent. III. in eodē tit. cap. Innotuit, declarat Canonē Alexandri III. antecessoris sui in Concilio Lateranensi editum contra non legitime genitos, non potuisse præiudicium generari pari post eum (imò eadem) autoritate functuro, cū non habeat imperium par in parē. Si ergo Papa non ligatur potestate antecessoris sui, multo min⁹ autoritate Concilij. Idem in sermone consecrationis Pōtificis Maximi, qui incipit: *Quis putas est fidelis seruus, & prudens: in tantum fides mihi necessaria est, vt cū de cæteris peccatis solū Deum iudicem habeam, propter solum peccatū, quod in Fide committitur, possem ab Ecclesia iudicari.* Nam qui non credit, iam iudicatus est. Hæc ille de seipso. Vides igitur quā constantem, quā densē, quā apertē fateantur Pontifices Romani se in nullis esse subiectos in terra, aut Regum, aut Ecclesiasticōū, aut Conciliorū iudicio, soli Deo se reddi-turos rationē de ouibus cōmissis. Qui ergo Cōcilium supra Papam

faciunt; mendaces efficiunt omnes istos Pontifices, & antiquitate, & doctrina, & sanctitate, & martyrio illustres. Nec de illis iure dici potest: *Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum nō est verum.* Quia pbabile nullo modo est, viros tanta vitæ sanctimonia, sapientia, atque miraculis insignes, amplificandę suę potestatis gratia talem nobis doctrinā scriptis suis consignasse, & cui nullus hætenus in Ecclesia reclamauit. Quod si alij Doctores non ita hoc tradūt, perinde atq; ipsi, hoc probabili ratione non caret: quia cū illi quotidie de sua autoritate cum hæreticis, & schismaticis colluctarentur, cogebantur suam & agnoscere, & alijs prodere potestatem, quam ex priuilegio Apostolo Petro factò à Domino ex eius verbis eliciebant, quia aliter Ecclesiā vniuersalem sibi creditam regere nō poterant. Nec hæc tantū verba erāt, sed etiā factis ipsis consentanea: nunquam enim aliquod Conciliū eò audaciæ processit, vt Pōtificem verum vicarium Christi deponeret. Imò cū casus aliquis incidit, in quo videretur Pontifex dignus depositione, omnes reuerenter à tali sententia abstinerunt: quod veris exemplis facile est illustrare. Nam in primis Concilium Sueffanum in Campania 180. Episcoporum ob causam Marcellini Pape, qui idolis thurificauerat tēpore Diocletiani, & ille se veller concilij sententię subijcere, illi dictum est à Synodo: *Abfit vt à nobis summus Pontifex iudicetur. Negasti tu? negauit & Petrus magister tuus. Et quis Apostolus ausus fuit inde eum iudicare? Sed egressus foras stenuit amarè.* Tu ergo in sinu tuo causā collige tuā, tuo proprio ore te iudica, non nostro iudicio. Et ibidē sanxit Conciliū, primam sedem non iudicari à quoquā. Deinde Conciliū Romanū præsidēte Syluestro vlt. cap. sic definit: *Nemo iudicabit primā sedem, quoniam omnes à prima sede iustitiam desiderant tēperari: quia nec ab omni clero, nec ab omni populo iudex iudicabitur.* Huic sententię 244. Episcopi subscripserunt, quadraginta presbyteri, quinq; Diaconi Constantinus Imperator, & mater eius

Romanos Pōtiffices de sui autoritate primatus testificantes, verū testimoniū dixisse. Infra 8.

Eum sedis Apostolicę primatum super omnes alias cur nō aequē Patres eēs, atque ipsi Pōtiffices, & agnouerint, & prædicauerint. Matth. 16. Ioan. 12.

Quæ Synodi no sint auzæ Romanum etiā dyscolū, iudicare Pontificem.

Concilium Sueffanum.

Matth. 26.

Ibidem.

Concilium Romanum.

Synod. quadam Rom.

Alia synodus Romana sub Symmac.

VIII. Synod. Constantinop.

Helena: Iterū in Synodo quadam Romanæ cōgregata, cū de Sixti Papæ (qui antecessor fuit Leonis) criminibus ageretur, quæ falsò à peruersis obijciabantur, præsentē Valentiniano Imperatore, responderunt Patres, aduersus Romanū Pontificem non licere sententiā dicere. Quod cū audisset Valentinianus, tantorū Patrū consensu surrexit, & cōcilij sententiā secutus, arbitrio Sixti causam ipsius celsit deferendā. Rursus in Synodo Romana sub Symmacho instigante Theodorico Rege, respondit primū Symmachus ipsi duo. Primū, quod conciliū sine Papa congregari non possit: secūdū, quod primæ Sedis antistes aliorū inferiorū iudicio nō subiacet. Et quāuis Papa Symmachus dederit consensum cōcilio cōgregando: postea tamē Synodus agnoscens se iudicē nō esse cōpetentem, nō dedit sententiā absoluentem vt superior, dicens: *Abfoluimus, & liberamus; sed dixit: Symmachus Papa ab impositionibus, quibus impetit; quātū ad homines respicit, sit immunitis, & liber (quasi diceret, Nō sit liber, quia eum nostra sententia liberamus; sed) quia ipse est Papa, ipse est prima sedis antistes, nos homines, quibus non licet de eo sententiā ferre. Nemo enim qui condemnare nō potest, absoluere potest.* Et rursus: *Non est necesse super his noua cōdere, sed vetera renouare, atq; firmare. Est enim à multis antecessoribus nostris synodaliter decretum, atq; firmatum, vt oues quæ pastori suo commissa fuerunt, eū nec reprehendere, nisi à recta fide exorbitauerit, præsumant.* Synodus quoq; 8. Constantinopolitana can. 21. Porro si synodus vniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta Romanorum Ecclesia quauis ambiguitas, & controuersia, oportet venerabiliter, & cū conuenienti reuerentiā de proposita questione sciscitari, & solutionem accipere, aut proficere, aut profectum facere, nō tamen audacter sententiā dicere cōtra summos senioris Roma Pōtiffices. Hæc ibi: quæ intellige extra casum hæresis. In 8. quoq; synodo lecta est & approbata epistola Hadriani Papæ, vbi dicitur: *Siquidē de omnium Ecclesiarum præsulibus iudicasse legimus (scilicet Episcopū Romanū)*

de eo verò quenuquam iudicasse non legimus. Licet enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema dictum sit: sciendū tamē quia de hæresi fuerat accusatus, propter quā solā licitum est minoribus maiorū suorū moribus resistere, vel propter sensus eorum liberè respuere. Hæc ille. Leo quoq; III. cū à Paschali, Primicerio, & Capreolo presbytero apud Carolū Magnū Imperatorem de grauibus criminibus accusaretur, & ob eā causam cōgregata esset synodus Episcoporum Germaniæ, Galliæ, & Italiæ: in B. Petri basilica rogauit Imperator de causa Pōtificis: accusatores responderūt crimen capitale intendentes: Verūm cōcordi sententiā responderunt Patres omnes, sedē Apostolicam, & Dei Ecclesiarū omnium caput sit, à nemine iudicari debere. Quo graui responso deterritus Carolus, abstinuit ab vltiori causæ indagine. Verūm ille liberatus, vt satisfaceret, postero die cōscenso suggestu corā Imperatore, populo, & clero, Christi euāgelium manibus tagēs, corā omnibus iure iurando affirmavit se infontē esse, & accusatores damnati sunt. Vides igitur facta cōciliorū respōdisse his, quæ sancti Pōtiffices statuerūt? vides audaciā, temeritatēq; concilij Basileensis, qd̄ a sum est ad depositionē Eugenij III. procedere, & Felicē nescio quē substituere? quē tamen euentū illa synodus habuerit, satis ipsa indicauit experientia. Nam ille Felix in Ecclesia Dei ignoratur, Eugenius III. pro vero Christi vicario, & Pontifice annumeratur, & agnoscitur. Fauent & huic sententiæ Doctores antiqui, etiā si id non tam manifestē probant: vt Cyprianus ad Cornelium: Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quā inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur: cui si secūdum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum Sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragiū; post coepiscoporum cōsensum, iudicem se iam nō Episcopi, sed Dei

Quā ob causam solā minorib; liceat maiorū suorum moribus resistere.

Concilij Basileensis Eugenium III. deponētis. Pontificē, & alium eligētis, miser & infelix: euentus.

Doctores Cypria. lib. 1. episto. 3. sub init.

Hæreses & schismata vn de teste Cypriano.

Cyrl. tom. 2.

Historia Niphor. c. 9.

Mich. 5. & Matth. 2.

Bern. epist. 213. initio.

Hugo de S. Victo.

Scholastic Doctores.

S. Thom. Bonauen. Alexan. Halen.

Petrus de Palud.

Aug. de Ancona.

Ioann. de Turrecr.

Canonistæ. Ostiensis.

Ioan. Andr. Archidiac.

Innocent. Rationibus idem dogma confirmatur.

Ratio prima.

faceret: nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiâ scinderet: nemo sibi placens ac tumens, seorsum foris nouam hæresim cõderet. Et Cyrill. in libris Thesaurorû, etiam si in nostris codicibus nõ inueniatur: quia, vt tradit histor. Tripar. multi hæretici eius libris corrupendis vacabant: ita tamen ait: *Sicut Christus suscepit à Patre sceptrum Ecclesiæ Gentium, dux ex Israel egrediens supra omnem principatum, & potestatem, super omne quodcunq; est, vt ei cuncta cur uentur: sic & Petro, & eius successoribus plenissime commisit, & nulli alij quam Petro Christus quod suum est, plenû, sed ipsi soli dedit.* Et infra: *Ipsius Apostolici throni Romanorum Pontifici solius est reprehendere, corrigere, statuere, soluere, disponere, & loco illius ligare, qui ipsum adificauit.* Et Bernard. ad Innocentium Papam: *Quis mihi faciet iustitiã de vobis? si haberem iudicem, ad quem vos trahere possẽ; iam nunc ostenderem vobis (vt par turiẽs loquor) quid meremini, extat quidem tribunal Christi, sed absit, vt ad illud appellem vos.* Hæc ille, tã constanter docens nullû esse tribunal superius præter illud Christi. Non ignorabat Bernardus cõcilia interdû celebrari: sed ille talia non agnoscebat, vt iudicem cõpetentem Papæ. Hugo quoq; de S. Victore. 2. part. De Sacramet. Potestas, inquit, *summi Pontificis à Deo instituta est: & cõ deuiat, à solo Deo iudicari potest.* Idem docent primarij Scholasticæ doctrinæ Doctores, vt S. Thomæ in 4. dist. 19. B. Bonauentura, & Albertus Magnus ibidẽ, & Alexander de Hales in 3. part. Petrus de Palude, Augustin. de Ancona, Ioãnes de Turrecremata, & Cardinalis Caietanus proprijs tractatib. de Ecclesiæ potestate. Suffragantur etiam insignes iuris Canonici periti. Ostiensis, Ioã. Andreas, Archidiaconus, & Innocentius. His cõtentus Patrum testimonijs, accedo ad rationibus firmandã autoritatem Papæ supra concilium. Inter quas prima sit: Omne illud, qd alteri tribuit esse, & quasi formã, siue quod tribuit illi potestatem, superius est illo, qui accipit esse, siue potestatem, at qui cõcilium nõ est legitimû nisi autoritate Papæ coactum, & cõfirmatû,

nec ab alio habet quod in fide definienda errare nequeat, nisi ab eo pro quo oratû est, ne deficeret fides eius, & qui applicat cõcilio potestatem suã, ergo cõcilium autoritate inferius est. Põtificæ. Quæ ratio etiã ex eo roboratur: quia semper is, qui rectoris officio fungitur, ac præsentis in aliqua multitudine, semper superior est autoritate illis, quibus præest; sed Põtifex rectoris & præsentis officio fungitur in concilio, vt superius fuit abundẽ demonstratû, ergo ille cõcilio superior erit. Secunda ratio: Papæ est canonibus, qui in concilio deciduntur, robur, & firmitatem tribuere, ita vt valeant ad sui obseruantia arctare omnes fideles. Nã quatenus ab Episcopo priuatis pficiuntur, vnusquisq; posset illos suæ diocesis obligare, nõ autem alios aliarum dioceseon: eius igitur autoritas concilij potestate superior existit. Vnde concilia quæcûq; legitime congregata, semper pro obtinenda confirmatione Romani Episcopi laborarunt; non enim ignorabãt Patres vim accipere definitiones suas ab illius confirmatione. Tertia ratio. Plerunq; Sedes Apostolica eos absoluit, quos concilium damnauerat, interdû verò damnauit, quos illud absoluerat, vt ex Gelasio paullo ante pduximus. At nemo potest absoluere ab altero ligatum, aut ligare ab altero solutum, nisi illo, qui ligauit, & soluit, autoritate maior existat: quemadmodum à Proconsule damnatum potest Imperator absoluere, vel absolutum damnare. Quarta ratio. Summi Pontificis est leges in concilij generalibus ad mores siue disciplinã sanctitas, vel omninõ abrogare, si iam inutiles existant, contrarios canones condendo, vel legem latam, antequã promulgetur, inanem reddendo, vt Leo Magnus fecit, qui canonem latû in concilio Chalcedonensi de primatu Sedis Constantinopolitanæ supra Alexandrinam, abrogauit penitus atque infirmavit: aut saltem aliqua in causa legem dispensando: quod tamen nullus alius in Ecclesia præstare potest. At dispensare in legem nemo potest, nisi qui eam condidit, vel illo

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Omne tollere dispensandi rationem ab Ecclesia, quid sit. Leo Papa. Gelas. Episcop. per Lucaniam. Innocent. episc. 22. scribens Episcopo Macedoni.

Dispensationes quæ male, ac fugiendæ.

Matth. 16.

Quatenus dispensare debeat Pontifex.

B. Gregor.

Quinta ratio.

est superior: Ergo Papa dispensans, vel abrogans, præstat autoritati concilij. Tollere autem omnem dispensandi rationem in legibus posituis, est tollere æquum & bonum ab Ecclesia, vt docet Leo Papa epistola 99. & habetur distinctione 24. capite Sicut, & Gelasius capite Necessaria. quæst. 7. & Innocentius cap. Sequenti subdit: *Quod pro remedio, & necessitate temporis statutum est, constat præmitus non fuisse. Quod ergo necessitas pro remedio reperit, cessante vique necessitate, debet cessare pariter quod urgebat: quia aliud est ordo legitimus, aliud est, quod usurpatio ad præsens fieri tempus impellit.* Hæc ille. Verum superflue, & sine causa legitima, & quæ solius pretij intuitu dispensationes fiunt, de medio tollendæ essent. Sed in particulari de causis an sint idoneæ, debet Princeps iudicare: declararique potest aliquando peccare in ius diuinum tam dispensantem, quàm dispensatum: dispensandi tamen potestas auferrî non potest, sicut verbû Christi non potest esse irritum: Quodcûque ligaueris super terram, & quodcunq; solueris. Rogari tamen possunt Pontifices, vt ex causis, & raro & gratis dispensent. Idem colligitur ex potestate Episcopi Romani in explicandis conciliorum ambiguitatibus, quæ ex decretis conciliorum oriuntur: nam has explicare, & interpretari, solius Sedis Apostolicæ existit. Vnde Gregorius distinctione 17. cap. Nec licuit, sic habet: *Quoties aliqua de vniuersali Synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem, aut sponte hi, qui salutem animæ suæ desiderant, ad Apostolicam Sedem pro recipienda ratione conueniant.* Idem traditur in cap. Sicut enim, 11. quæst. 1. Quinta ratio: Omnis multitudo, id est, multitudo, & sine capite, nihil certi statuere potest, cum plerunq; inter homines lites oriantur, & contentiones multis de causis, & idcirco oportet huiusmodi congregationi caput aliquod tribuere, per quod regatur. Cum igitur Episcopi ad concilium conuenientes cõtendere possint aut de loco, aut

de his quæ proponuntur, aut de concilio transferendo, vel suspendendo, vel terminando, aut de multis huiusmodi, necessum est constituere caput aliquod certum, quod præsideat, rectorisq; partes agat. At hic nullus alius esse potest, quàm Christi vicarius Episcopus Romanus, vel eius legati: qui igitur superior est reliquis Episcopis, & qui ius illis dicere potest, ille simpliciter est superior concilio. Et sic Papa est inter Episcopos, quemadmodum inter Apostolos erat Christus, cuius locum tenet: Si igitur Christus autoritate maior erat tota Ecclesia, erit & vicarius eius Petrus, siue Petri successor simplicitet tota Ecclesia, siue concilio maior. Nã Episcopi vocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, quia solus præsul Romanus fungitur. Sexta ratio. Ea omnia, quæ fiunt ab inferiori potestate per superiorẽ, qui eã potest abrogare, quæ sunt homines vt confirmantur, quod firmiora, & validiora reddantur: quod non solum verum esse deprehenditur in ciuili, & politica administratione, sed etiam in Ecclesiastica hierarchia: nã sententiæ latæ ab Episcopis solent per summum Pontificem confirmari, siue sint facti, siue iuris. Imò etiam in regularibus, quæ constituuntur in capitulis prouincialibus, plerûq; in generalibus confirmantur: & quæ in generalibus, à Sede Apostolica constabuntur. Cum igitur concilia Oecumenica rite in Ecclesia celebrata, & maxime illa quatuor, quæ Gregorius testatur se nõ fecus atq; quatuor Christi euangelia venerari confirmationem suarû definitionum à Romano Pontifice postulauerint: imò concilium Chalcedonense cû 630. patribus illã per annum integrû expectauerit, hæc ipsa confirmatio planè arguit autoritatem Põtificis superiorẽ esse illa cõcilij. Effet enim rationi aduersum, vel maiorem ab inferiori, vel parem à pari, & non potius inferiorẽ à superiori confirmationem petere. Septima ratio: quia nemini dubiû est, semper appellationẽ fieri ab inferiori iudice ad superiorẽ, & non eõuerso:

Sexta ratio.

Gregor. lib. 2. regist. epistol. 10. seu cap. 49. tomo 2.

Septima ratio.

Gelas. I.

Ab Apostoli  
ca sede ap-  
pellare mini-  
me liceat vl-  
lo modo, nec  
vllibi.

vt dicitur in ff. tit. Aquibus appellare  
nō liceat. l. r. & in. c. Omnes. 2. q. 6. At  
Gelasius superius dixit: *Ipsi sunt cano-  
nes, qui appellationes totius Ecclesie ad hu-  
ius sancta Sedis examen voluerūt deferri;  
ab ipsa verō nusquam prorsus appellari de-  
bere sanxerunt.* Et pōdera verbū, *nus-  
quam,* & verbum *prorsus*: quasi diceret,  
nullo tēpore, nullo euentu, quia esset  
appellare à iudice, in quo est summa  
potestas in Ecclesia, ac totius Ecclesie  
principatus, ad iudicem inferiorē, &  
à capite ad mēbra, & à matre omniū  
Ecclesiarū, & fidelium, ad filios, siue  
dispersos, siue congregatos. Denique  
esset ab eo iudice, cuius est de tota Ec-  
clesia iudicare, & de quo non est datū  
alicui iudicare, ac à tribunali ipsius  
Christi, ad tribunal humanum prouo-  
care: nā tribunal Christi, & Papæ in  
terris, qui est vicarius eius, vnū & idē  
est. Vnde Chrysostr. in illud: *Pasce oues  
meas*, scribens ait: *Id est, loco mei prapo-  
situs esto, & caput fratrum tuorum, vt ipsi  
loco meo te timentes, vbiq; terrarū te in  
throno tuo sedētem predicet & confirmet.*  
Hæc ille. Hanc libertatē Episcoporum  
appellandi ad Sedem Apostolicā, tra-  
dunt Victor in epist. ad Theophilum  
Alexandrinū, Felix Pōtifex in episto-  
la ad Paternū Episcopum, Sixtus II.  
Pōtifex, & martyr, tū in epistola ad  
Gratū Episcopum, tū in alia epistola  
ad Episcopos per Hispaniam; adhæc  
Marcellus martyr, & Pōtif. in episto-  
la ad vniuersos per Antiochenā pro-  
uintiā Episcopos, deniq; Melchiades,  
qui præcessit Syluestrū, in epistola ad  
Marinū, Benedictum, & Leōtium, &  
reliquos Episcopos Hispaniarū: qui  
omnes vno ore docent, hæc esse præ-  
rogatiuā Sedis Apostolicæ, vt ex vni-  
uerso orbe liceat Episcopis grauatīs  
ad eā appellare. Habemus præterea in  
gestis Ephesini cōcilij primi statutū,  
quod à sentētia Sedis Apostolicæ nulli  
licet appellare, & Alexāder III. in cō-  
cilio vniuersali. c. 3. De electione, di-  
cit: *In Ecclesia Romana aliquid speciale  
cōstituitur, quia nō potest ad superiorem  
haberi recursus.* Callistus quoq; III.  
Pius II. Paulus II. Iulius II. peculiaria  
diplomata condiderūt, in quibus de-  
cernūt nō carere hæresis suspitione, si

Quid illud  
Domini ad  
Petrum: Pas-  
ce oues meas,  
secundūm  
Chrysostrō-  
mum.

Chrysostr. ho-  
mil. 87. in  
Ioann. init.  
tom. 3.  
Episcoporum  
à Cōcilio ap-  
pellandi ad Se-  
dem Aposto-  
licā libertas,  
vntijs Ponti-  
ficū testimo-  
nijs cōpro-  
batur.  
Victor.  
Felix.  
Sixtus II.  
Marcellus.  
Melchiad.

Alexā. III.

Callist. III.

quis à Romano Episcopo ad cōciliū  
appellauerit. Idē etiam cōfirmatur ex  
his quæ gesta sūt in cōcilio Ephesino  
II. vbi cū læderetur fides Catholica,  
Legati Romani Pōtificis leguntur ap-  
pellasse, quibus, vt Leo testatur in epi-  
stola ad Theodosiū seniores Imperā-  
torē, libellū appellationis Flavianus  
Episcopus dedit. In eodē quoq; cōci-  
lio approbatur appellatio facta à II.  
cōcilio Ephesino. Vnde B. Thom. q.  
De potē. 10. art. 4. in solutio. argumē-  
ti 13. ait: *Ex gestis Chalcedonenis cōcilij  
habetur primo, quod sentētia Synodi à Pa-  
pa cōfirmatur: secūdo, qd à synodo appel-  
latur ad Papā: tertio, quod à Papa ad con-  
cilium nō appellatur, vt habetur ex Gestis  
cōcilij Ephesini.* Rursus in eodē cōcilio  
acto. 10. cū Cōstātinopolitana Sedes  
præferretur Sedi Alexandrinæ, con-  
tradicētes appellarunt iterum Legati  
Apostolici à concilio ad Papam.  
Quod verò in eadem Synodo fan-  
citur, quod ab electa Synodo nō liceat  
appellare, & cōcilium Toletanum do-  
cet nō esse appellationem ab his quæ  
sunt vniuersalis autoritatis definitio-  
ne conscripta: intelligēdū est, quia in  
electa Synodo includitur Papæ auto-  
ritas. Quare à tali Synodo, nec ad Pa-  
pam, nec ad aliā Synodū iure datur  
appellatio, quia vnum & idem est tri-  
bunal, & idem iudex: ab vno autē &  
eodē ad eūdem iudicem non est ap-  
pellatio admittenda: vt habetur in. c.  
Putamus, De cōsuetudine lib. 6. extra  
quem casum legitima est appellatio à  
quacunq; Synodo ad Papam, id est ad  
superiorē, qui sententias Concilij ha-  
bet roborare, & confirmare. Inde da-  
mnatus Athanasius in concilij Arria-  
norum, appellauit ad Marcum, & ad  
Liberium, sicut Chrysostrōmus ad In-  
nocentium I. Quod si integrum esset  
à Papa ad concilium futurum appel-  
lare, nullus posset cōvinci hæreticus,  
vel puniri, si appellaret. Imò Princi-  
pes seculares per tale appellationis  
genus neq; corrigi, neq; excōmuni-  
cari possent à Papa. Praxis ergo obti-  
nuit, & canones antiquissimi tradūt,  
appellationē esse legitimā à quocun-  
q; concilio, siue prouintiali, siue vni-  
uersali, ad Sedem Apostolicam.

Leo. Papa.

B. Thom. to  
mo 8.

Quæ Syno-  
dicæ sanctio-  
nes à Conci-  
lio tollunt o-  
mnem appel-  
lationē, quo  
sensu sint ac-  
cipiendæ.  
Concil. To-  
let.

Octava ra-  
tio.

Octava ratio. Moris est, vt Princi-  
pes terreni illius iudicium sibi refer-  
uent, cui vices suas cōmiserint in ali-  
qua prouintia administranda. Ita em̄  
iudicium Præsidum in prouintias de-  
stinatorū suæ olim cognitioni serua-  
bāt Imperatores, & hodie Reges, qui  
Proreges in regna remota, & à se dis-  
sitā mittunt, soliti sunt eorum causas  
alijs à se nō committere: ita etiam æ-  
quum fuit, & rationi cōgruum, Dñm  
Iesum nulli dedisse supra Vicariū suū  
iudicij potestātē, pro cuius fide, vt nō  
deficeret, rogauit Patrem, & cui fra-  
trum confirmationem demādauit. Ex  
eo enim maiorem vnitatem, & pacem  
in Ecclesia prænouerat oriturā, quā si  
iudices in terris supra vicarium suū  
constituisset: & minus inconueniens  
erat vnum solū esse in terris sine po-  
testate quæ possit coerceri, quā plu-  
res, si in eum haberet conciliū supre-  
mam potestatem. Ita enim accidit in  
Imperatorē, vel monarcha in tempo-  
ralibus, vel in Rege quocunq; qui su-  
periorē non habet.

LUC. 22.

Quare Chri-  
stus nullum  
in terris sui  
Vicarij iudi-  
cem consti-  
tuerit.

Nona ratio.

Nona ratio: Non est inferior Papa  
ad totā Ecclesiam comparatus, quā  
quilibet Episcopus ad suam Ecclesiā  
particulare: sed quisq; Episcopus au-  
toritate iurisdictionis præcellit toti  
suo clero, & populo etiam in vni-  
colleto, & ab illo corripit, aut deponi  
non potest, secūdū illud Pij Papæ, qd  
habetur 6. q. r. c. Oues: *Oues pastorem  
suū non reprehendant, plebs Episcopū non  
accuset, nec vulgus eum arguat: quia non  
est discipulus super magistrum. Episcopi  
enim à Deo sunt iudicādi, qui eos sibi ocu-  
los elegit.* Hæc ibi: Ergo Romanus E-  
piscopus, qui toti Ecclesie vniuersali  
præest, ab illa corrigi, aut deponi nō  
valet præterquā in causa hæresis. A-  
liōquin deterioris esset cōditionis Pa-  
pa erga gregem suum, quem pascere  
habet vt vicarius Christi, quā quili-  
bet Episcopus in Ecclesia sua.

Pius Papa  
epist. 1.

Matth. 10.

Episcopos  
Dominus si-  
bi oculos ele-  
git.

X. ratio.

Decima: Si vllam vnquam Christus  
potestātē reliquisset in terra, qua pu-  
niendus esset eius vicarius, illa non  
ignota extitisset tot gloriofis Docto-  
ribus, & illustribus Patribus, illaq; nō  
iacuisset sepulta sub modio, sed super  
candelabrū posita fuisset, id est, explo-

Matth. 5.

rata, atq; cōperta in Ecclesia Dei ex-  
titisset, & in praxim deducta, videli-  
cet generalia concilia à Christo cōsti-  
tura esse supra Papam: maximē cū mil-  
le, & ferē sexcenti anni effluxerint à  
Christi in cœlū assumptione, quibus  
(vt sunt moralia cuncta variabilia)  
hoc aliquando euenisset, magna; ac  
perniciosissima ignorantia fuisset in  
Ecclesia talis supremæ potestatis. At  
huius rei cōtrarium multis decretis  
Pontificum, & martyrum explicatum  
fuit, & contrarium etiam in praxim  
deductū, neq; vnquā Synodus coacta  
ausa est sententiam dicere in Romanū  
Pōtificem, sed semper abstinuit, timēs  
mittere falcē in messem alienā: ergo  
iudicium manifestū est talē potestātē  
in Ecclesia nullam extare, & eius au-  
toritatem superiorem esse cōcilio, vt  
etiam concilium Lateranense II. sub  
Leone X. expresse definiuit, etiam si  
schola Parisiensis reclamauerit, & à  
tali decreto appellauerit. Sed vana, &  
periculosa, & à Pontificibus damna-  
ta hæc fuit semper appellatio.

Quod igitur à concilio peti nō de-  
beat, vt reformet Ecclesiam in capite,  
& mēbris, vt Basileenses vrgebant, &  
alij in alijs concilijs post illud cele-  
bratis, idē fortassis postularunt, quod  
attinet ad reformationē capitis; illud  
iure fieri non potest, facto autē, etiā  
ne obtineri quidē potest. Deinde nul-  
la est vtilitas, aut necessitas, vt ita fiat:  
imò quamplurima, si ita fieret, seque-  
rentur incommoda. Atq; hæc omnia  
breuibus facillē ostendo. Nam primū,  
quod id fieri nequeat, ex eo demon-  
stratur: quia cū hīc sit iure Diuino pa-  
stor, & rector, & episcopus vniuersali-  
s Ecclesie, & caput ac fundamentum  
eius, habēs plenitudinē potestatis à cō-  
cilio, qd inferioris est autoritatis, iu-  
dicari, aut reformari nō potest, præter  
casum hæreseos. Quod si accidat, nō  
necesse est ab Ecclesia damnari eū, qui  
hæretic⁹ esset, cū tales omnes sint suo  
ipso iudicio cōdēnati, & ab Eccle-  
sia separati sint. Quare tunc non esset  
actio Ecclesie, vel Cōcilij in Papā, sed  
in eū, qui à Papatu, & gubernatione  
Ecclesie iā per hæresim excidisset. Idē  
etiam ostendit Dñs, volens audire os

Nequaquam  
expedire, Cō-  
cilio proponi  
reformationē  
Ecclesie in  
capite, &  
in mēbris  
suis, vt Basi-  
leenses olim  
efflagitarūt.

Argumēt. ab  
iure petitem

Tit. 5.

Matth. 23.

Supra 16.

Papa quomodo corrigendus.

Matth. 18. 1. Pet. 2.

Exo. 19. 2. Reg. 6.

Nō esse Christi vicariū ab illo indicandum, quibus exemplis nos doceat Spiritus sanctus.

II. exemplū, ac tertium.

1. Reg. 24.

Quartū exemplum de filiis Noe.

Gregor. lib. 25. Moral. c. 12. in init. tom. 1.

Reformationem prædictam nec factō etiā obtineri posse.

esse Scribas & Phariseos super cathedram Moysi sedentes, & loquentes: *Quaecumque, inquit, dixerint vobis, servate, & facite.* Cū ergo Papa sedeat super cathedrā Petri, id est, vniuersalis Ecclesiæ, & cōstitutione Diuina sedeat: fit vt à nullo iudicandus, ab omnibus autē sit audiendus, ac nec ab Ecclesia quidem, quæ ab illo regitur, ac gubernatur, reprehendendus. Cū dico, non esse iudicandū, vel reprehendendum: intelligo de sententia iudiciali, ac potestate iurisdictionis, quæ sit super eū; bene autē potest corripī ex fraternā charitate, sed cū reuerentia, quæ tanto debetur Christi vicario. Adhęc Petrus præcepit obediendum esse præpositis, etiam dyscolis; ergo Papæ parēdū est dyscolo. Insuper præcipit Deus, *Omnes qui tetigerit mōtem, morte morietur; & Oza collabentem arcā tangēs, percutitur.* Per arcā, in qua erat virga potestatis, vna manna, id est, misericordia, & tabulæ decalogi, id est, sapientia iuxta Dei legem ad gubernādū: & per mōtem, ob altitudinem autoritatis, & potestatis, intelligitur Prælatus; per bestiam verō, & Ozam intelligēdi sunt subditi; imō Dauid percussit cor suum, quia oram chlamydis Saulis præcidisset: & Genes. 9. maledicitur Cham in Chanaan filio suo, Sē verō, & Iaphet accipiunt benedictionem; quod ille renuntiasset detecta esse verenda patris sui; alij verō, quod auersa facie venerint, & pallio operuerint verēda patris. Quod Gregorius exponens, ait: *Quid est quod filij verenda patris superiecto dorsis pallio auersi veniētes operiunt, nisi quod bonis subditis sic præpositorum suorum mala displicent; vt tamen hac ab alijs occultent? Operimentū auersi deferunt: quia iudicantes factū, & venerantes magisterium, nolunt videre quod tegunt.* Hęc ille. Et ad hoc faciunt reliqua decreta producta, & exempla, quæ sententiam in summum Pontificem proferre nullos ausos fuisse docent. Iure igitur id fieri non potest.

Sed neq; factō contingere potest. Nam si Conciliū de reformatione capitis agere debet, id per legatos Pontificis proponendū est prius; at legati nec Pontificis nomine, nec alterius id

vnquā proponere audebunt: nā summus Sacerdos priuilegio diuino quod habet, nō cederet, ac ne cedere quidē potest: ordo em̄ Diuinus, & Ecclesiastica perturbaretur hierarchia. Legati insuper alterius nomine non proponunt, nisi schisma in Ecclesiam inducere velint: & tamen si id proponerent, non nisi illegitimē esset eius rei tractationes, & nullam haberent autoritatem: nō est enim legitimū cōciliū, quod vel Papæ autoritate non cogitur, vt fuit Ariūnēse, vel quod coactum est quidem, vt cōsilio eiusdē non gubernatur, vt cōtigit in II. Concilio Ephesino, in quo omnia tyrānide Diocorici gerebantur Episcopi. Cōcilium etiam Basileense, etsi legitimē cōgregatum, tamen autoritate summi Pontificis gubernatū non fuit. Vnde tot perit diffēsiones in Ecclesia Dei, quæ in hodiernū vsq; diē durant. Deinde, etsi factō ipso quicquam decernat cōtra volūtatem Pontificis de reformatione personæ suæ; nihil tamen factō ipso Cōciliū acephalū cōsequeretur: nā illis decretis nūquā obediret Pontifex, vt de Basileensibus fecit. Tertio, cū nihil definiti possit in verō, & legitimo cōcilio iuris esse diuini, quod iuris diuini prius non sit (quia Ecclesia nō potest cōdere nouū dogma, aut nouū articulum Fidei, sed potest eum, qui prius erat occultus, declarare) nihil tale Pontifici declarandum est, qui omnia iam nouit, & ideo illorum declarationi stare non adstringitur. Reliquum est igitur, vt tota reformatio ad ius positium spectet, quod tamen summus Pontifex nō solum interpretari potest, sed etiam dispensare: & ita ad effectum perducere non possit reformatio. Quarto, nihil certius est, quā quod cū primum Pontifex audiat in Concilio tractari talē causam, statim sit illud dissoluturus: & id quidem ex debito ac iure faciet, ne sua autoritate in Diuinum præceptum peccetur: cuius dissolutionis, & inuidiæ causā facile erit reijcere in huius tractationis autores. Ideo vanum est cōsiliū Pontificis reformationem vrgētium per conciliū, ne res gesta per conciliū possint vlla autoritate infir-

I. ratio.

Concilium quod sit illegitimum.

II. ratio.

III. ratio.

III. ratio, & postrema.

mari:

Neque verō eiusmodi reformationis postulationē à Concilio esse necessariam ostenditur.

Qua nam triplici ratione Pontifex à fide, & moribus deus ad saniorē mentem posset reuocari.

De Curia Romanæ ab usibus in Cōcilio discrepatis quid absurdū haberet, & incommodū.

Id soluitur pro dicta reformatione quod obijciuntur: Reuocentur omnes à antiquis Canonibus.

Concil. Trident.

mari: quia iure, aut factō obtineri nō poterit.

Quod verō nulla sit necessitas huius rei, facile demonstratur. Primum, quoniam id, quod iure, aut factō obtineri non potest, non est necessariū, quia haud dubie Papa in sua persona illa exhibebit, quæ ab eo desideratur, si reliquæ omnes Ecclesiæ partes reformatur. Secundō, sunt aliæ viæ multæ, quibus reformatio vitæ Papæ possit vrgeri, & obtineri. Primō, precibus Ecclesiæ, & orationibus ad Deū effusis. Deinde legationibus Principum pro ea obtinenda rogantiū Pontificem, tanquam parentem. Tertio, priuata Patrum Cōcilij suggestione, seruata tamen dignitate Pontificis. Ad hęc qui in contraria sunt sentētia, asserunt, tunc agendum in Concilio de capitis reformatione, vbi constaret illud peruersæ esse vitæ, & exempli incorrigibilis, quod Ecclesiam peruertat: quod rarissimē de aliquo ostendi poterit. Deinde difficillimū, & periculosū valde est, id velle rescindere, quod Ecclesiastica autoritate, ac vsu antiquo est comprobatum, & de abusibus Curia Romanæ tractare in Cōcilio, non nihil haberet absurdi. Tūm quia multi sunt in Concilio illarum rerū, quæ Romæ sunt, planē inexpertes, & in seij, & pauci essent ad hanc rē idonei, qui possent pro dignitate ferre sententiam, tūm quia multi falsa reformationis spe occupantur, & sunt qui pia simplicitate mouentur. Fac tamen id fieri; quis erit talis definitionis fructus? Certē ille concilij Basileensis, id est, nullus; quia nullum est ius Cōcilij in Romanam Ecclesiam.

Dices; Reuocentur omnes antiqui canones. Sed fortē hodie nō expediret; & gubernatio Ecclesiæ non spectat ad Conciliū, sed ad Papā. Deinde nihil magis continebit hęc reformatio in futuris Pontificibus, cū omnes æqualem, imō eandem habeant autoritatem. Vnde vel ipsum Concilium Trident. sess. 25. c. 1. cum aliqua statuisset, in quibus manus Pontificis ligari viderentur, talem condidit canonem. Postremō sancta Synodus, omnia, & singula, sub quibuscunq; clausulis &

verbis, quæ de morum reformatione, atq; Ecclesiastica disciplina, tam sub fel. record. Paulō III. ac Iulio III. quā sub beatissimo Pio III. Pontificibus Maximis, in hoc sacro Cōcilio statuta sūt, declarat, instituta fuisse, vt in his salua semper autoritas Sedis Apostolicæ, & sit, & esse intelligatur. Hęc ibi. Vbi cuncta in Concilio decreta, quæ iuris positiui sunt, iudicia & arbitrio Pontificis subijciuntur.

Quod verō nulla sit vtilitas talem vrgendi reformationem, imō multā damna eam consequantur, ex multis potest ostendi. Primum, quia hinc induci posset schisma perniciosissimū, & Catholici inter se inuicem, & à capite, & fundamēto Ecclesiæ disiderent. Et cū tanta sit affinitas inter hęc res, & schisma: qui discederent à Papa, facile in apertam hæresim prolaberentur. Secundum: Illa Concilij vniuersalis in Papam autoritas, cōtra naturalem legem, diuinam, ac politicam induceret in Ecclesiā aristocratia; cū tamen status monarchicus iure diuino, naturali, & politico sit præstantior; atq; ea ratione erit confirmaretur Lutherānorum. Tertium: fieret vt Ecclesia visibilis sine capite esset visibili: nam si Concilium autē ritatē obtineat in Papam, & illud Ecclesiam repræsentet, sequitur illam esse sine capite: vnde fiet, vt illa Ecclesia Dei nō sit, quæ acephala est. Quartū: Tota Ecclesiæ gubernatio dissipabitur, quæ dabitur occasio appellandi à sentētia Pontificis ad Conciliū: nec tantū gubernatio, sed etiā obedientia Christiani orbis peribit. Quintū: per hęc autoritatem datam Cōcilio supra Papam, confirmarentur acta Cōcilij Basileensis in Eugenium III. quod tamen pugnat cum autoritate tot Conciliorum, tot summorum Pontificum, tot Martyrum, ac Doctorū. Et videremur festari sentētiā Gersonis, & Halmain; quorū doctrina nō satis tuta esse videtur in hac parte Sextū, qui petūt à Cōcilio, reformari Ecclesiam in persona Papæ, eiusq; gubernatione, hoc est, in capite, & mēbris, perūt, Principes oēs seculares, atq; eorū gubernationes reformari: quod plenū est periculi,

Quam reformationē (quod absit) obtinēam, te his Apostolicæ & Ecclesiæ mala; & incommoda consequentur.

Secund. Incommodum.

Tertium incomm.

Quartum incommod.

Quintum incommod.

Gerson. Halmain. Sextum incommod.

& se-

& seditionis, si tam multi homines, absq; capite, & gubernatore, Imperatoribus, & Regibus (& non solum Papæ) leges præscribere vellent. Deberent enim cognoscere controuersiam inter Regem Christianissimū, & Regem Catholicum, vter eorum debeat præcedere: deberet etiam agitari lis inter Regem Hispaniæ, & Nauarræ: quæ omnia plena sunt seditione, & confusione. Septimum, videant qui hoc vrgent, Papam propterea cogi ad dissoluendum Concilium, cuius dissolutionem schisma, aut alia extrema mala consequuntur. Videant autem quæ mala apprehenderint illas gētes, quæ

à Romana Ecclesia discesserunt; vel illi obedientiam reuerenter non præstiterunt. Nā Græci primū in schisma prolapsi sunt: inde in hæreses: tandem in miseram & terribissimam Orientalis tyranni seruitutem inciderunt. Timeant ergo aliæ prouintiæ, ne Concilij Basileensis vestigia sectantes, à Deo deferantur, & similibus gradibus in interitum pergant: sed potius inuocandus est Deus, vt omnes Ecclesiæ capiti per obedientiam coniungantur, & in illo venerentur Dominum nostrum Iesum Christum, cui est cū Patre gloria, & Spiritu sancto per infinita secula seculorum. Amen.

VII. incom.

Quæ mala apprehenderint eos, qui à Romana Sedis obedientia desciuerunt.



TRACTATVS LXXXI.

IN Quo argumēta ex Sacris literis desumpta eorum, qui Concilij autoritatem super illam Papæ cōstituunt, dissoluuntur, atq; refelluntur.

**R**ostquam satis, & argumētis, vt putō solidis ac firmis, catholicam nostram sententiā confirmauimus, atq; explicuimus: superest, vt quæ à quibusdam in contrariū obijciuntur, & quæ magni pōderis esse existimantur, quàm sint enervia, atq; inualida, ostendamus. Argumentantur itaq; ab Scripturis, Patrum traditionibus, atque rationum viribus. Primū igitur producent textum Matth. 18. *Si non audierit eos, dic Ecclesia. Si autem Ecclesiam non audierit; sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Quæcunque enim alligaueritis super terram, & reliq.* Et similiter illud: *Quorum remisistis peccata, &c.* Ad hæc verò primū in genere respondendum est, hæc minimè fuisse dicta Apostolis secluso Petro; Petro autem seclusis Apostolis dictum esse: *Tibi dabo clauis regni cælorum: & cōfirma fratres tuos: &, Pasce oues meas,* vt per hoc, quod soli illi loquitur, intelligeremus datam illi plenitu-

I. locus. Matth. 18.

Ioan. 20.

Matth. 16. Luc. 22.

dinem potestatis; per hoc verò, quod in plurali alloquitur illum, & cæteros Apostolos, accipiamus, non quidem multitudini absq; ipso datam summā potestatem, cū & ipse inter cæteros adesset; sed eum solum non ita debere vti potestate, vt in alios eam quoq; non diffunderet, vel ad ea, quæ per se ipsum facit, aliorum concilium adhibere non deberet: vt praxis Ecclesiæ Romanæ indicat. Nam summus Pontifex ad rectè deliberandum, solet cogere Concilia Episcoporum, siue prouintialia, siue generalia in rebus magis serijs, atque extraordinarijs, pro rei, de qua agitur, grauitate; ad ordinaria verò, & consueta negotia adhibet consiliū Cardinalium, & aliorum sapientum virorum curiæ. Sed quoniam in particulari vrgent verbum illud: *Dic Ecclesiæ,* quo verbo Petrus futurus summus Pontifex, ad quem Dominus sermonem hunc fratrem corripiendi direxit, vt Ecclesia in Missali Romano interpretatur,

Christi vicarius quos viros penes se habere debeat.

mitti

illis Xpi verbis: *Dic Ecclesiæ,* vnde etiam probent aduersarij Papam minore esse Concilio.

Greg. lib. 4. Regist. epi. 38. in fine, tom. 2.

Nicolaus Papa I.

Matth. 18.

Alb. Magn. in Matth.

Prædictum Christi verbum: *Dic Ecclesiæ:* de vniuersali Ecclesia non potest intelligi.

Neque etiam de particulari.

mitti videtur ad Ecclesiam tanquam ad maius tribunal: non dubiū igitur, inquit, est, quin Ecclesia vniuersalis in Synodo cōacta, super ipsum Papam existat. Et confirmant hoc per duos Pontifices: alter est Gregorius, qui scribens ad Ioannem Constantinopolitanum, & illum increpans, quod se vniuersalem vocaret, sic ait: *Nos quidem in quos talis, tantaq; per ausum nefaria culpa committitur, seruamus quod veritas præcepit, dicens: Si peccauerit in te frater tuus, &c.* Sequitur: *Ego itaque per responsales meos semel & bis verbis humilibus hoc quod in tota Ecclesia peccatur, corrivere studui, nūc per me scribo. Quicquid facere humiliter debui, non omisi: sed quia in mea correptione despicior, restat vt Ecclesiæ debeam adhibere.* Hæc ille, per Ecclesiam adhibendam, intelligens Concilium vniuersale. Eodē modo loqui videtur Nicolaus, qui in cap. Præcipue, ii. quæst. tertia, scribens ad Lotharium Regem, ita ait: *Ceterum præcaue, ne quando nobis secundum Domini præceptum duos aut tres testes adhibeamus; imò verò hoc sanctæ Ecclesiæ dicamus, & (quod non optamus) de cætero fias cunctis sicut Ethnicus, & Publicanus.* Hæc ibi. Et interpretantur per sanctam Ecclesiam, Concilium vniuersale. Producitur & Albericus Magnus, qui exponens illum locum, *Dic Ecclesiæ,* ait: *Prælato, vel Synodo.*

His tamē non obstantibus, aperte ille locus vindicatur à tam violenta expositione. Nam quæro quid intelligant per illam Ecclesiam, cui est crimen fratris denuntiandum, aut vniuersalē, aut particularem. Non potest intelligi vniuersalis solummodo: nā qui illud fieri queat? aut quis credat Christum summam sapientiam rem tam impossibilem, & à ratione legis alienam præcepisse? Nec alicui particulari, vt Florentinæ, aut Mediolanensi: quod falsum esse probabo. Similiter si exponas, indefinitè esse dictū Ecclesiæ, pro particulari, vel vniuersali, vt scilicet de ea intelligatur, cui reus subijci, & parere tenetur; eodē actor, vt dici solet, forum rei sequitur. Hæc autem minimè cōstare

possunt, quia hæc conuocatio fidelium autoritate cogente fit, quæ sola ligare potest, & absolvere: nulla autem Ecclesia est, quæ auctoritatem habeat in alios, si prælatum demas. Nec talis, hæc Ecclesia vocatur, aliàs cōmunitas Mediolanensis, Florentinæve citra Episcopum posset excommunicare: quod cū falsum sit, Ecclesia hæc Episcopum includit, siue vniuersalis vniuersalem, siue particularis particularem. Vnde hæc Ecclesia vniuersalis non est sine Papa: aliàs esset æquiuocatio in eodem loco, siue sumptopro vniuersali, siue particulari. Ad hæc minus intelligi potest de Ecclesia in Concilio congregata: non est enim verisimile, quod sapientissimus legislator in illo poneret summum iudicem ad correptionem peccatorum, quæ quotidie est necessaria, cū rarissimè cōeant Concilia generalia. Et licet semper esset aperta Synodus, graue onus, & minimè ferendum esset impositū fidelibus, si pro adimplendo præcepto de correptione fraterna esset perinde rusticis, fœminis, atque viris ad Synodum veniendum: quia omnes tenentur lege ad corrigendum aliquando; cū tamen Christus dicat: *Iugum meum suauē est, & onus meū leue.* Necnon Concilium Generale robur auctoritatis à Papa accipit, vt dicitur distinct. decimasextima. Et ext. De electione, cap. Significasti: ergo Papa non remittitur ad Concilium vniuersale, sicut iudex ad suum superiorem. Præterea rectè dictum est: *si peccauerit in te frater tuus:* quia ordo ille corripiendi peccantem fratrem, haud comprehendit Papam, qui pater est: nam etsi natura, & fidei religione frater noster existat ad Christum comparatus; est tamen Princeps, & caput totius Ecclesiæ vniuersalis comparatus ad vniuersos fideles, habetque supremam potestatem in illam: & idēd ratione illa, quæ frater noster est, extendere se potest ad eum fraterna correctio: quæ cū sit actus charitatis, extendit se ad omnem proximum, siue superiorem, siue æqualem, siue inferiorem, sicut & charitas ipsa.

Hanc nec præsentem in loco Ecclesiæ nominari.

Non etiam de Ecclesia in Concilio cōgregata accipi debere.

Matth. 18.

Supra 11.

Supra 11.

Qua ratione ad Xpi vicariū extendere se possit fraterna correctio.

Matth. 10. Bern. epist. 213. initio. Albertus Magnus. An correctio fraternitas sit omnium. B. Thomas. tom. 5. Non posse v. lo modo Pa- pa peccatis delictum Syn- nodo vniuer- sali denūtia- ri. Cui tantum Ecclesie fra- ter in nos pe- cans inemen- dabilis sit de- nuntiandus.

Ratione vero secūdi, videlicet quod Princeps & caput est, & suprema fun- gitur autoritate, non se extendit ad eū denuntiatio aduersus non acquiescente m̄ fraternæ correctioni; quia cum ille careat superiori qui eū possit corrigere, nulla sententia ligari potest à quoquam, quia vt Christus dixit: *Non est discipulus super magistrū, nec seruus super dominum suum.* Et hoc confirmatur autoritate Bernardi, qui scribens ad Innocentium Papam, ait: *Quis mihi faciet iustitiam de vobis? si haberem iudicem, ad quem vos trahere possem, iam nunc ostenderem vobis (vt parturiens loquor) quid meremini. Extat quidem tribunal Christi, sed absit vt ad illud appellem vos.* Vides quā aperte Bernardus asserat, Papam non habere iudicem in terris? Audi Albertum Magnum, qui in Quarto dist. 19. que-rens an correctio fraternitas sit omnīū, respōdet: *Omnis homo omnem hominem cum reuerētia, & mansuetudine tenetur admonere, & corrigere de delicto: sed non vltius potest denūtiare, si est inobediēs, quando supremus est, quia non habet iudicem.* Et Thomas in eādē distinctione: *Quamuis Prælati sint corrigendi à subditis, non tamen est eis pœna infligenda, sed recurrendum est ad superiorē denuntiando, vel si nō habet superiorē, ad Deum, vt eum emendet, aut de medio tollat.* Hæc illi. Adhæc si Papæ peccantis delictum denuntiandum est Synodo vniuersali; quomodo poterit denuntiari, si Synodus generalis non esset coacta, aut si solius Papæ autoritate cogi potest, quando vnquam illo reluctantē cogatur? aut quomodo corrigi posset eius delictum, nisi in Synodo mutila & acephala? Per verbum igitur, Dic Ecclesie, nec tollitur summum tribunal à Papa, nec alteri tribuitur.

Igitur in illa sententia, *Dic Ecclesie*, nomen Ecclesie, non est accipiendū pro vniuersali Ecclesia per orbem dispersa, aut in Synodo generali congregata, aut pro Ecclesia per vniuersam diocēsim dispersa, siue in Pro- uinciali Synodo repræsentata, sed pro Prælo Ecclesie, siue particulari, siue vniuersali. Quod probatur tum ex

verbo Christi, tum ex Patribus. Ex verbo quidē Christi, quia subiungit: *Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, quæ Apōstolis, quibus loquebatur, & eorum successoribus congruunt, non multitudini, vel dispersæ, vel collectæ.* Ex Patribus vero, quia Hieronymus hoc loco ait: *Hic potestatem tribuit Apōstolis, & Chryso- stomus, exponit, Dic Ecclesie, id est, his, qui præsent. Ecclesie.* Et Sedes Apōstolica in cap. Nouis, de iudicijs, explicat de pastore, vel rectore vniuersalis Ecclesie. Ita Thom. in Quarto, dist. 19. & in Secunda, secunda quæst. 24. & super Mattheum eodem modo interpretantur Albertus Mag. & Lyranus in Matth. atque alij. Nec obstat, sermonem Christi esse ad Petrū; quia ipse fraternē corripiens dicit sibi ipsi vt per censuram excommunicationis dicat toti Ecclesie. Nec obstat secūdo quod nomen Ecclesie sit collectiuium significās vniuersitatem; quia, vt docet Aristoteles, ciuitas dicitur id, qd̄ principalissimum est in ea, hoc est, Rex, & dicitur Gallia facere, aut Hispania, quod eorū Reges faciunt. His accedit praxis fidelium: nam id positum est in more, & consuetudine, vt tunc se putet dixisse Ecclesie, quādo dicit Prælo Ecclesie.

Quod verò ex Gregorio producit, nomine Ecclesie non venit aut omnium collectio, aut Synodus vniuersalis intelligenda, sed disciplina, censura Ecclesiasticæ autoritatis. Ipse enim Papa fraternē corrigens, & se credit vt frater, dicit sibi ipsi vt Papa est, id est, vtitur autoritate sua, & per censuram excommunicationis publicā & notum omnibus facit eius delictū. Atque hunc esse sensum Gregorij colligitur: tum quia ait: *Quia in mea correptione despicior, restat vt Ecclesiam debeam adhibere: quod non est aliud, quā comminari censuram Ecclesie, per quam publicum fuit cuiusq; delictū.* Non enim Gregorius aliud in eū minabatur, nisi seipsum de persona in personam translaturus iudicium, & in cathedra sedentem & iudicātem: nam ipse aperte se vsurum in eum sua potestate, docet, in epist. ad Felicem

Hierony. 10. 9. Chryss. hom. 61. in Mat. tom. 2. D. Thomas tom 7. & tom. 11. part. 11. Albertus Magnus. Lyranus. Duplex ob- lectum. ula diluitur. Philippus li. 9. Ethic. Gregorij ad Ioannē Constantinopol. Episcopi illa verba: Sed quia in meā correptione despicio, restat vt Ecclesiam debeam adhibere: quod tendant. Primum argumentū pro legitimo sensu verborum Gregorij. Secundum argumentum.

Idem lib. 6. Regist. cap. 194. siue e- pist. 30. fo. 2. Epist. 31. Illud trē Nicolai I. Pontificis: imō verò sanctæ Ecclesie dicamus: quo sensu dictum sit. Thom. Secūda secunda 9. 34. part. 11. tom. 11. Albertus Magnus in Matt. 18. Altera respō- sio ad dicta Pontificum, Gregorij, at- que Nicolai. Nicolaus Papa I.

Episcopum; Deinde quia idē Greg. scribens Imperatori Mauricio, de eadē re admohet eum se mandasse suo responsali, vt Ioannem Constantino- politanum à stulti vocabuli appella- tione compescat: quod est, eum eo non communicare in diuinis. Vnde & sequenti epistola ad Eulogium Episcopum Alexandrinum, & Ana- stasium Episcopum Antiochenū de Cyriaco Patriarcha, qui secutus fue- rat Ioannem in vsurpatione nominis vniuersalis, & in alia epistola ad ip- sum Cyriacum, nisi respiscat, man- dat, eum per suū diaconum excom- municari.

Similiter dicendum est ad illud Ni- colai: nomine enim Ecclesie seipsum designat vt in iudicio præsentem. Ita enim Thomas in Secunda secunda af- ferit perinde esse dicere, Prælo in iudicio præsentem, ac dicere Ecclesie; Albertus autem exponit: *Dic Ecclesie*, id est, Prælo in conuētu, & Synodo accusa: quod Ablatiui casus est, non autem Dandi, vt malè allegatur: sicut etiam aliud verbum in Conspectu, pro, Conuentu.

Hunc nodum alij aliter non im- probabiliter solvunt. Nā prædictæ sententiæ patres illud præceptum de correptione fraternitas, volunt non spe- ctare ad Papam peccantem, quia non est frater. Secundo, quia non habet superiorem in Ecclesia, cui dicendum sit crimen. Tertio, non potest excom- municari, si Ecclesiam non audiat: po- test siquidem fraternē corripi, sed non per illum processum. Sed quare frangitur sermo Christi, vt primum ad illum spectet, non autem secundū, Dic Ecclesie, si illud dictū est Petro à Domino, teste Ecclesia in Missa. Ad- moneri ergo potest vt frater: secundo adhibito vno, vel duobus testibus corripi: tertio dicat Ecclesie. Ad illū sensum B. Gregorius interpretatus est, id est, vt ipse sit nō iam priuatus, sed Papa, & pastor vt virga animaduertens, qui idem possit esse denun- tiator, & iudex, vt Nicolaus ait ad Regem Lotharium, vt legitur 11. q. 3. cap. Præcipue, cum sua Glossa, dica- tur Ecclesie, id est, inuocetur ipsemet

Papa, & ab illo exquiratur animadu- ertio sup̄ius, & in seipsū sententia, quatenus eadē persona, quæ vt frater noluit correptionem suscipere, saltē vt pastor cogatur causam suam cōtra se vt Christi ouem, & peccatorem agere, & sententiā dicere. Et hoc est, quod dixit Gregorius illis verbis: *Si quis super hoc nos redarguere voluerit, vel extra autoritatem facere nos contem- derit, veniat ad Sedem Apōstolicam ( hoc est enim dicere Ecclesie) vt ibi ante con- fessionem B. Petri mecum ipse disceptet, quatenus vnus ibi ex nobis suscipiat sen- tentiam.* Sic ille.

Dices, Quis corripiet Papam totā scandalizantem Ecclesiam, & fraternē? & si ausit aliquis, quis fructus, si con- temnet, si futurus sit simul & iudex, & reus. Sed quare quæso Petrū corripuit coram omnibus Paulus, nisi ad nostram doctrinam, vt non vereatur autoritate minor corripere superiorē cum fructu, vt ille fecit? Potest ergo quisque Papam corrigere: sed peculiariter hoc est munus Cardina- lium, qui assistunt Pontifici, & modo singulari fratres vocātur: quibus vel metu, vel alio affectu cessantibus à suo munere, deuoluitur ad Prælatos alios ius corrigendi: quod si non sit facilis accessus, saltē per literas: quas si non legerit, vel cōtempserit, (quod est inhumanum) tunc superest vt dica- tur Ecclesie exemplo veterum Pa- trū, qui vel Concilio coacto, cui data est potestas reformandi in capite, & membris, agebant de publicis, & euidentibus Papæ malis, vt legitimis modis insinuarent remedium, non tamen proferendo sententiam. De quo octaua Synodus: *Vniuersalis Syno- dus cum conuenienti reuerentia quamlibet questionem de Romana Sede exortā audire tenetur, & in ea proficere; non tamen audacter sententiam in Roma- num Pontificem dicere.* Hæc ibi. Ergo Synodus vniuersalis habet ius de tali- bus causis cognoscendi, non tamen proferendi sententiam. Et mitigatur illud ius, quia ait: *Cum conuenienti re- uerentia.* Quod si verū est, necesse est confiteri esse aliquā iurisdictionē in ea Synodo ad cognoscendum: q̄ si ad

B. Gregor. Ad illud: Quis corripit Papam totam scandalizantem Ecclesiam? Galat. 2. Quorū maxi- mē sit Papam errantem fra- ternē corripere. In Romano Pontifici cor- rigendo quā- rationem ten- uerit veteres Patres. Octaua Synodus. Sententia in Romano Pontificem quomodo pro- ferenda pro tempore.

cognoscendū, ergo & ad proferendā sententiam: alioqui quę utilitas effet cognitionis? Et tantū habet: ne audacter proferatur sententia: non ait, Ne proferatur, sed, Ne audacter, sed maturē, reuerenter, circumspēctē.

Inferes, Ergo est in Cōcilio aliqua autoritas in Papam. Dicendū est, non esse aliam Concilij autoritatē ab ipsa Papę autoritate, quā etiā ad hęc cognoscenda indictum est, & coactum Concilium. Autoritas ergo Papę, etiā in ipsum Papam, in quantum ipse est ouis Christi, extenditur: quare & ipse suis quoque canonibus alligatur, & Cōciliorum decretis, quę semel probauit. Imō & primus est, cui cōuenit ea seruare, nedum iubere vt seruetur.

Ideo Gelasius 25. q. 1. c. Confidimus: Confidimus, inquit, quod nullus iam veraciter Christianus ignoret, vniuscuiusq; Synodi constitutum, quod vniuersalis Ecclesie probauit assensus, nullā magis exempli sedem præ cateris oportere, quā primam: quā & vnamquamque Synodum sua autoritate firmavit, & continuata moderatione custodit. Et Zozimus ibid. cap. Contra statuta, & Gregorius: Si ea quę antecessores nostri statuerūt, destruerem, non constructor, sed euersor esse, iussit comprobare. Sic ille. Probatū hęc doctrina exēplo Marcellini, qui idōlis thurificauit, nec tamē fuit illo factō hæreticus, quoniam hæresis in corde, & mente consistit: quia tamen Ecclesiā scādalizauit, coacta est Synodus (teste Platina) 180. Episcoporum in Sinuessa vrbe Campaniæ, ad quam veniens Marcellinus, non habitu Pontificali, sed puluerulento squalidus, cilicio indutus, & crimina lacrymis confessus, debitam in se pœnam à Concilio postulauit. Synodus (vt habetur dist. 21. cap. Nunc autē) respondit: Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio. Et iterum: Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam. Et rursum: Quoniam ex te, inquit, iustificaberis; aut ex ore tuo condemnaberis. & iterum dicunt: Prima Sedes non iudicabitur à quoquā. Producit præterea Synodus: Negasti tu, negauit & Petrus: & quis Apostolorum ausus fuit eum inde iudicare? sed egressus foras fleuit amarē.

Tu ergo in sinu tuo collige causam tuam, tuo proprio ore te iudicauit. Marcellinus hæc audiens, in Concilio dixit: Ob scelus idololatrię iudico me deponendum, & anathematizo omnes, qui corpus meū tradiderint sepulturę. Hęc fuit ergo eius sententia. Sed post reuersus ad Diocletianum, professus est fidē suā, & sanguine proprio negationē priorem obtexit, atque deleuit. Legitur etiam, quod postea corpus eius sepulturę non est traditum: & Beatus Petrus apparuit Marcello, & dixit: Quare corpus meum permittis inhumatū iacere? & declarauit se de corpore Marcellini loqui. Respondente autē Marcello, quod metuebat anathema, respōdit: Nescis quia scriptum est, Qui se humiliat, exaltabitur? Hęc ex illa historia. Ex qua primū habetur, quod Papa scandalizante Ecclesiam factō illo, potuit cōgregari ex se Conciliū, quia res illa pertinebat ad fidem; & quia Ecclesia de internis non nouit, nec iudicat, satis poterat ex illo opere haberi hæreticus, vel idololatra, siue infidelis, quia satis se illo factō talem ostendit. Secūdo habetur: Iuxta primam Marcellini responsionē, quā Synodo scelus cōfessus est, & se eius iudicio puniendum subiecit, videtur, quod si voluisset Concilium nō parere, sed iudicij potestatem exercere, potuisset legitimam sententiā in illū proferre: nam alioqui cur se illorum sententię subdidisset, nisi cognouisset id iure fieri posse.

Nec obstat, fecit Marcellinus ex humilitate, sed non ex debito. Admitto: sed illa humilitas iuri ipsi non repugnabat: nam si iuri aduersabatur, vituperatur illa humilitas, quę nō erat cum veritate coniuncta. Non enim debet se quis adeo humiliare, vt deiciatur in illo quod est Dei, & dignitatis, & potestatis à Deo habitę, in quo malum posteris exēplum reliquisset, subdēdo se cōcilio. Dices, Quomodo ergo potestas inferior iudicat superiorē? Dicitur, si iudicasset Synodus, non inferior superiorem iudicasset, sed delegata ab ipso Papa potestatis visū essent vt in iudicando. Nam in eo quod se Synodo subdens poposcit

Ibidem.

Marcellini in seipsum sententia: eiusdē pœnitentia.

Luca 14. & 18.

Cur Papa scādalizante Ecclesiam factō suo, potuerit per se cōgregari conciliū contra ipsū.

Ecclesia de internis non nouit, nec iudicat.

An B. Marcellinus iure Suesano se Concilio iudicandū tradiderit.

Inferior potestas quonā modo iudicare superiorē possit.

Si (l'cēt non audacter) Cōciliū potest in Papam erantem, aut dycolū proferre sententiā, ergo aliqua inest Concilio autoritas in Papam.

Gelas. part. 1. ad Episcopos Dardania.

Constitutionem Synodi, quam vniuersalis Ecclesie probauit assensus, seruari oportere sancitum est. Zozimus Papa.

B. Greg. lib. 4.

Papę autoritatē in ipsum quoque posse extendi, quibus probetur exemplis.

Primū exemplum de S. Marcellino. Platina de vitis Pōtif.

Matth. 12.

Infra. 26.

se ab ea puniri, potestātē concessisse videtur, quę non est contra Papę potestatem, sed contra ipsam peculiarem illius viri personam: qui etsi esset dignitate Papa, erat tamē Christianus, & ouis Christi suo vitio facta morbida, & digna supplicio.

Si opponas, Synodum recusasse iudicium quasi ad se non pertinens, & Marcellinum ex humilitate illud fecisse, & suo iure aliter facere potuisse: quod verum est. Tamē respondetur: Synodus videns sincerā confessionem, & pœnitentiā, noluit ob reuerentiā sacrosanctę Sedis (quam eo delegante posset) acceptare sibi delatum iudicium, & rectissime iudicauerunt ad se non pertinere eiusmodi sententiā, sed parcendū esse summo Patri, & Pontifici, cuius corā Deo deletam esse lacrymis, & pœnitentiā culpam piē sunt interpretati, quam ipse coactus immanitate tormentorum, & humana infirmitate deuictus contraxit: nec ausi sunt eum omnino absoluere, sicut fecerūt, qui causam Symmachi cognouerunt, de qua infra.

Tertiō elicitur ex factō illo Marcellini declaratū, quod ipsemet posset contra se proferre sententiā, ipse in quā vt summus Pontifex, & pastor, aduersus se vt ouem Christi, & præuaricatorē mandati vt potestate sua. Quod apparet ex verbis Marcellini, & Marcelli successoris in Pōtificatu interpretatione, quorum vterque non potest fingi ignorasse primatū Ecclesie Romanę, de quo ipse Marcellus epistolā ad Antiochenos scripsit.

Est secūdo exemplū Sixti Tertij, qui causam suā contra Bassum quendam calumniosum cōciliari examini subdidit, Valentiniano Imperatore, & ipsius Sixti autoritate cogēte Concilium sexaginta sex Episcoporum, à quibus dicta sententiā absolutus fuit, vt ipse in epistola ad vniuersos Episcopos scripsit his verbis: Quod ergo mandastis, vt scriberem vobis, qualiter instans iurgium cōtra me suscitatum sit, vel à quo, vt vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur: scitote, me criminari à quodam Basso, & iniuste perse-

qui. Quod audiens Valentinianus Augustus, nostra autoritate Synodum congregari iussit. Et factō Concilio, cum magna examinatione, satisfaciens omnibus, licet euadere satis aliter potuissem, suspensionē tamen fugiens, coram omnibus me purgavi, me scilicet à suspitione, & amulatione liberans: sed nō alijs, qui noluerint, aut spontē hoc non elegerint, faciendo formam, exemplūq; dans. Hęc ille. Vnde & Valentinianus fertur, illum Bassum calumniatorem in exilium relegasse. Vbi vides, quomodo hic Pontifex testatur iure potuisse suam causam à Synodo cognosci, postquam ipse Synodo seipsum subiecit spōtē, & nolens alijs formam suo exemplo dare. Constat ergo, causam Pōtificis posse in Synodo cognosci, & definiti; quod si nolit, non tenetur se subdere. Ideo cauit, ne posteriores eius exemplo inferrent rei necessitatem; non enim formam dabat alijs, qui spōtē sua elegerat ea, quę perfectioris erant iustitię: vnde & subiunxit, se alia via satis euadere potuisse.

Tertiō est exemplum Symmachi: de hoc (dist. 6. cap. Hinc etiam) habetur, quod creatus est Pontifex apud S. Ioannem Lateranum: Laurentius fauore populi electus est in templo S. Marię Maioris: vnde schisma. Sed Theodoricus Rex Gothorū in Italia regnans, ad quem de communi consensu venerunt, vt cognosceret causam, tulit sententiā, vt prior ordinatus, & in quem maior pars consensisset, esset Papa. Sed rursus post quatuor annos factione Laurentij insurgēte, schisma est renouatum: quod vt tolleret Theodoricus, misit Petrum Altini Episcopum, qui fauore Regio Pontificatus cathedram inuasit. Sed cum populus non quiesceret, Theodoricus Concilium indici iussit, collectis ferē octoginta Episcopis; quorū quidam Episcopi Ligurię, Amylię, & Venetię significauerunt Theodoro, ad ipsum Pontificem pertinere Conciliū cōuocare, vt potē qui nulli in terris tribunali subditur. Rex ergo causā totā liberē in cōcilio reiecit, vt ipsi cognoscerent, vel non vellēt cognoscere, modō vbi pax restitueretur.

2. q. 8. cap. Qui crimen obicit, & c.

3. q. 6. Qui crimen obij. & in dec. Iuo. lib. 3.

Tertiū exemplum Symmachi.

Altini cuiusdam ambit.



Ergo collecti patres autoritate Symmachi, & causam cognoscentes, definiunt: *Symmachus Papa Apostolica Sedis praesul ab huiusmodi impositionibus impetratus quantum ad homines respicit, sit immunis & liber: cuius causam totam Dei iudicio referuamus. De clericis vero memorati Papa, qui ab Episcopo suo ante tempus contra regulas decesserunt, & sibi fecerunt, hoc fieri decreuimus; ut satisfacientes Episcopo suo, misericordiam consequantur, & officijs Ecclesiasticis gaudeant restitui.* Hæc ibi: quæ pura fuit sententia Symmachum liberans, & absoluens, & aduersarios puniens. Illi autem sententiæ subscripserunt 77. Episcopi. Ergo potest causa Papæ, eo volente, & delegante, à Concilio cognosci, & definiri: nam Episcopi illi ad id erant congregati, ut cognoscerent causam, eam deciderent, & proferrent sententiam. Ad hæc dicitur, verba illius sententiæ autoritate Symmachi pronuntiata: quod opus non erat, si solū voluissent dicere ad se non spectare cognitionem causæ. Vnde & sub eodem verborum tenore habetur damnatio aduersariorum.

Quartum exemplū Leonis Tertij, qui corā Carolo Rege infamatus ob nonnulla obiecta crimina, & coram duodecim Episcopis se iureiurando purgavit, asserens se ab obiectis penitus immunem fuisse: & Carolus tunc calumniatores dānauit. At eiusmodi purgationes quæ fiunt ante ora patrum, & tribunalia, iurisdictionem ponere videntur, ut agnoscant an legitime fiāt, & de iure, an secus. Quintum est Damasi Papæ exemplum, qui corā Synodo accusatus de adulterio, causam dixit, & absolutus est, ut narrat Platina; Cōcordius, & Callixtus, accusatores damnati, & de Ecclesia eiecti. Sextum est exemplum Leonis Quarti; qui, ut habetur 2. quæst. 7. cap. Nos si incompetenter, ad Ludouicum Imperatorē scribit, ut mittat viros Deum timentes, qui cuncta diligenter explorent, & examinent quæ sibi obijciuntur, quatenus in posterum nihil sit, quod ex eis indiscussum, vel indefinitum remaneat. Ergo

possunt Pontifices se subijcere aliorū tribunali patrum, ut de eis pro equitate statuatur, & decernant.

Argues; Quomodo Leo hinc submitit se laicæ potestati, iudicio Ludouici scilicet: quod iure fieri nō posse, Canones tradunt. Nam si id negatur Clerico ob clericatus dignitatē; quanto magis summo Pontifici? Respondetur: dum Pontifex se subdit potestati cuiunque, vel Ecclesiasticæ, vel seculari, non sese subdere vlli potestati, quæ sit supra eum, sed suam quæ ipse habet potestatem in omnes oues Christi, & in seipsum ut Christi ouē impertitur. Nec valet; ergo idem erit & inferior, & superior; id est, ipse iudicans Papa, & idem qui iudicatur Papa. Nam non sic est: sed ipse Papa, qui se iudicio subdit, & potestatem concedit ut iudicetur, non submittit dignitatem suam iudicio, sed personam ut peculiarem Christi ouem, dū iudicatur, in quo factō nō maior, sed minor est: nec ab inferiori potestate iudicatur, sed à superiori, id est, à summa sua potestate quam habet aduersus se. Non enim Papa nō est ouis Christi, etiam si ouis non est absque pastore in terris, & nullus est ei pastor nisi ipsemet. Alioquin nō possent defendi facta Pontificum, quæ attulimus; & illa velle, vel reprehendere, vel infirmare, magnæ esset audaciæ.

Possunt ergo Papæ, cum denuntiantur Ecclesiæ, vel accusantur, se ipsos demittere, & suam autoritatem impertire, vel vniuersali, vel particulari iudicio, vel seculi principibus, ut eorum causa agatur, & terminetur: nec tantum possunt, verum etiam debent interdum facere. Nam ut refert Gratianus Gregorium dixisse de Petro, quod cum Iudæi in illum conquererentur cur ad Gentes intrasset, non eos ex potestate sui officij repulisse, quæ poterat dicere, Oves pastorem suū non accusent, aut reprehendant, sed ex autoritate diuinæ virtutis respōdisse, cum patēret Gentes participes esse factas Euangelij, & Spiritus sancti. Hoc idem videtur Leo Tertius suo illo factō comprobasse, cū dixit se nolle illo suo factō ceteris

St Pontifex potestati nō se superiori, verum à se in alios deriuatæ suæ mittit: quomodo idem nō est, & superior, & inferior.

Papa nō solū ouis Christi, sed etiam pastor est ouium.

Papam expedire, cū Ecclesiæ denuntiat, vel vniuersali, vel particulari iudicio interdū demittere sese.

Gratianus.

Act. 11. & sequent.

legem

Quartū exemplū Leonis III. Pontif.

Quintū exemplū Damasi. Sextum exemplū Leonis Quarti. Platina de vit. Pontif.

Quinam ille Pontifex laicæ, ac seculari se potestati submitterit, Canone Ecclesiæ reclamante.

Greg. lib. 9. epif. 39. circa med. tom. 2.

Act. 10. & 11.

Vbi mera potestate nō liceat vi.

Quod sit pastoris officium. 1. Pet. 3.

Idem lib. 3. Regist. epif. 41. in fine, tom. 2.

Papæ accusato, & repreheso quādo vti liceat sua potestate.

legem dare: similiter & Sixtus dixit, & protestatus est. Sed re vera circa dictum Gregorij expende, quod Petrus nō reddens rationē vllam sui facti, sola potestate vtens, re vera peccasset, quia eos conturbasset, & scandalizasset. Vnde Gregorius ad Theotistam Patriam, quam quoniam fama erat, quod quædam dogmata secreto teneret, quæ Ecclesia anatematizaret, hortatur, ut cum detractoribus suis ita se purget, ut, quod fieri per se poterat, scandala amoueret: inter alia ad maiorem persuasionis efficaciam exēplum Petri produxit, qui in Iudæos propterea in eum disceptantes, quod ad fidei communionem Gentiles admitteret, non est vsus potestate qua poterat, & doctoris mansuetudinem in illa tenera Ecclesiæ nascētis fundatione nō præstitisset. Ideo eos humili ratione placauit, & testes ipso facto adhibuit. Vbi aduerte, uti mera potestate non licere, cum non iniuste reprehēditur. Et certè si Petrus potestate sua vsus fuisset, nec aliter causam veritatis rationibus defendisset, pastoris officium minimè impleisset, cuius est maximè rationem omni potestati de ea, quæ in nobis est spe, & fide, ut ipse docuit, reddere, cui præcepto ipse primus alligatus erat: ad fidem enim attinebat quæstio illa de admisione Gentium. Quod ad nostram doctrinam profectō scriptum est, ut quicumque habet potestatem, non ea abutatur, cū primū ratio factorū ab eis exigitur, ut scādalum amoueat, ab infirmis. Si enim, ut Gregorius ait, tantus Apostolus, tantus Pontifex Christi voce electus, & creatus, tot miraculis clarus illud fecit: quāto magis illud debent facere, qui etsi potestate, sanctitate tamen, & diuinis virtutibus non sunt cōferendi. Idem ad Bonifacium: *Nos licet in omnibus causis, in his tamen præcipue, quæ Dei sunt, ratione magis stringere homines, quam potestate festinamus.* Hæc ille. Quod si sit Pontifex, qui reprehensus, quod Ecclesiam scandalizat, & non velit se hac humilitate, qua tenetur apud Deū facti sui rationem reddere, quod scādalis pusillorum prospiciat; vtatur sua

potestate, & dicat, Non obligor tibi, & mihi subiectis rationem reddere: qui me potest iudicare, Dominus est, tu fileto. Respondendum est, si peccata sint, quæ fidem, & statum religionis non tangunt, sed humana peccata, ut carnis, vel auaritiæ peccata, de istis Dominus dixit: *Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, seruate, & facite; secundum opera vero eorū nolite facere.* Si ergo corripiētē nō audiat, vel non satisfaciat, ut debet, Christo Domino, & ouibus, tollendo scandalum, ut dicti Papæ fecerunt, dissimulandum est. Si vero peccata sint talia, quæ multum Ecclesiæ nocent, vel in temporalibus, vel spiritualibus; talis admonitus, & non respiscens, nō est tolerandus, sed ad iuris remedia recurrendum. Nam si in Fide erraret, potest cogi Concilium, & ad depositionem vsque procedere. Et idem esset, si aliquid faceret, quod sanam doctrinam offenderet, ut ille Petri actus non ambulantis ad veritatem Euangelij (etiāsi Pontifex omnem veritatem agnoscat) qui reprehensus fuit à Paulo, eoquod vergeret in damnum Fidei, & cogret Gentes iudaizare. Dixit quidam Pontifex se malum hominem, sed non malū Pontificem, eoquod ea, quæ ad Papatum spectant, & munia eius rectè administraret, & fideliter; quæ verò ad vitæ Christianæ iustitiam, non item. Ergo si Papa veritatem teneret, aliquid tamen faceret, quo illi præiudicaret; sicut si cū hæreticis manifestis comunicaret, aut eis faueret, vel eos in perniciē toleraret, aut pro illorum meritis non corripere, & puniret, aut magis artibus incumberet, aut in rebus agendis astra cum piorum scandalo consuleret, aut si per simoniam passim quoscumque promoueret, aut sciens fineret promoueri, aut si tyrannidem improbam, & superbam contra Dei verbum exerceret, cui nō nisi martyrio posset occurrere, & in magnis & grauissimis causis ad vniuersalem Ecclesiam spectantibus nollet habere consilium, sed cuncta suo arbitratu gerere: tunc posset celebrari Con-

1. Cor. 4.

Matth. 23.

Supra. 18.

Quando nō liceat, verū ad iuris remedia procedendum.

Galat. 2.

Cut. Stan de seipso Romani Pontificis dictum.

Quando liceat ad depositionem vsque Papæ procedere.

cilium;

Negantes Papam præterquam in causa heresis, cuiusquam subiacere iudicio, quoniam illi testimonio nitantur ostendere.

Luc. 12.

Prima solutio.

Secunda solutio.

Alb. Pigh.

B. Antonin. 2. par. hist. tit. 14. c. 2. §. 7.

Idem ibid.

ciliū, vt reddat rationem suæ fidei, ne pereant tot animæ, quia suspitionem exhibet non credendi quicquam.

Affertur pro hac sententia caput, Si Papa, ex dictis Bonifacij Martyris: Si Papa sua & fraterna salutis negligēs deprehēditur, inutilis & remissus in suis operib⁹, & insuper à bono taciturnus quod magis officit sibi, & omnibus nihilominus, innumerabiles populos cateruatim secum ducit primo mancipio gehenna, cū ipso plagis multis in æternum vapulaturus. Huius culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine est iudicandus, nisi deprehendatur à Fide deuius. Hæc ille. Sed in hæc verba primò respondetur, non esse verba Bonifacij, sed Gratiani, etsi ex dictis illius Pontificis sint extracta per Gratianum. Videtur etiā illa verbatato Martyre indigna, cū non sine scrupulis magnis transeant, & sint suspecta, & fortassè eius dictis aliquid est additum, videlicet ratio vnde emergūt quæstiones. Hoc ille interdum facere consuevit, vt interdum nescias, an ipsemet, vel autor citatus loquatur. Videndum ergo de quo libro hæc accepit verba Gratianus, & multa dicuntur per hyperbolem Deinde vt demus esse verba Bonifacij, quæro quis fuit hic Martyr Bonifacius? Dicunt quidam fuisse Papam, & vt talem citant Turrecremata, & Caietanus, & alij; fortassis vt propterea sit illi Canon standū, quia à Pontifice est editus. Sed certè, vt Pighius docet, nullus talis Papa extitit Bonifacius, & à Gratiano citatur Martyr, nō Papa. Ideò Antoninus in historia diligentior, dicit fuisse Episcopum Maguntinum: non ergo vim habet Pontificij decreti, quod ex dictis, vel gestis eius sit collectum: nam & alia eiusdem eiusdem epistola, quæ ad Regem Anglorum Ethobaldum scripsit, nisi pia interpretatione excutatur, errorem habent intolerabilem. Refert Antoninus eius verba hæc: Quod verò legitimum matrimonium spernis (de matrimonio iam cōtracto erat sermo) si pro castitate faceres, laudabile est. Sed quia in luxuria, & adulterio, & cum sanctis monialibus volutaris, vtru-

perabile est. At certè legitimū matrimonium neque gratia castitatis spernendum est, quia contra iustitiā est, quia corpus iam non est sui iuris, sed coniugis. Multa etiam illi, qui non methodicè scribunt, per excessum dicunt, quæ si ad rigorem deducerentur, non possent consistere. Quod si ille martyr fuit, & Episcopus, non propterea ab omni errore immunis extitit. Nam & Cyprianus Episcopus, & inelytus Martyr fuit, & errauit in materia de Baptismo. Ad hæc dicit ille Canon, à nemine mortalium posse Papam redargui, nisi à Fide deuius. Contrà: non erat Petrus à Fide deuius, quia rectè credebat, & correctus est à Paulo. Si respondeas, Etsi mente non esset à Fide deuius, erat tamen opere ipso, quo cogebat Gentes iudaizare, Admitto solutionem: sed iam verum non erit quod dicitur, Papam solū in crimine hæresis propriè & strictè posse redargui, & iudicari, & deponi. Ergo vbicunque procedit Papa, vt scandalū Fidei exoriat, poterit redargui: vt cū ita viuit, vt propter eum blasphemetur nomen Domini, & notetur illius erga Ecclesiā prouidentia: ex quo nascuntur maximæ hæreticorum sectæ. Ad hæc, quando ait ille Canon: Nullus mortalium, quæro, an appellatione ea comprehendat Concilium, an non: si non includit, non facit ad propositum disputantiū pro Papa contra Concilium: si includitur, impropria & abusiua est locutio, quia Concilium non est aliquis mortalium. Verum enim Concilium quædam legitima vniuersitas est, quæ durat perpetuò, etiā si singulares personæ non maneant: quoniam non dicitur mori Concilium, cū non sit mortale. Proinde non malè considerauit illum locum Abbas in cap. Significasti, de elect. vt intelligatur de priuato homine, qui non debet aude- re causas vniuersalis pastoris reprehendere, vel arguere. Aliud est, si causa publica proponeretur in vniuersali Concilio. Contrà verò alij accipiunt illa Canonis verba: quia illo stante sequeretur ex verbis illis, priuatum quemque posse Papam redar-

1. Cor. 7.

Tertia solutio.

Gal. 2.

Quarta solutio.

Verum Concilium quid sit.

Abbas Parnorm.

guere.

B. Thom. in epist. ad Galat. tom. 16. Galat. 2.

Huic objectioni respondetur dupliciter: Etsi liceat Papam redarguere, nō tamen in illū proferre sententiam.

guere, & iudicare, si esset à Fide deuius. At quid eo dicto absurdus? Sed certè redarguere quisq; priuatus posset, id est, rationibus conuincere, si, quæ deuia sunt à Fide, doceat, aut se se sentire indicaret; quoniam in causa Fidei, vt Thomas ait, omnes sumus pares. Nam sic Paulus hac securitate redarguit Petrum, quoniam Petrus rem Fidei legebat, quæ quidem correptio excessit modum fraternæ correptionis. Vnde illum non reprehendisset, vt docet Thomas, nisi aliquo modo par illi esset quantum ad Fidei defensionem. Et idcirco concludit: sciendū est, quòd vbi imminet periculum Fidei, etiam publicè essent pralati redarguendi à subditis.

Sed instabunt: Etsi posset quisque redarguere; non tamen iudicare, & proferre sententiam, propter rationē adiectam: quia ipse cunctos est iudicaturus, à nemine verò iudicandus, nisi sit à Fide deuius: ergo deuius poterit à priuato iudicari. Dupliciter dicitur ad hoc: Primò, quia illa verba, Nisi sit à Fide deuius, iungēda sunt cum superioribus: Nullus mortalium præsumat redarguere. Et quod interponitur: Quia ipse cunctos iudicaturus, &c. legatur per parenthesis, vt fieri solet. Et ita priuatus pro causa Fidei permittitur redarguere, nō autem iudicare, quia iudicare ponit iurisdictionem: quæ quidem verissima sunt. Et Paulus etsi potuit Petrum reprehendere; non tamen ferre sententiam in illum licuit. Quòd si quis instet, illam rationem esse friuolam ad probandum, quòd non liceat priuato redarguere Papam ob hoc, quia nō licet iudicare: non obstabo: quia maius est iudicare, quā redarguere. Non valet enim: Potest redarguere, ergo & iudicare: at benè è conuerso, Potest iudicare, ergo redarguere. Ergo poterat ille Canon omitti à Gratiano, vt apocryphus, & disputationis gratia produci ad exercendum ingeniū in scholis, vt sæpè facit. Et fortè ille Canon scriptus fuit à Bonifacio per epistolam ad aliquem principē, quæ detrahebat Romano Pōtifici, & ob eā causam illa hyperbole est vsus.

Decius tanten respondit ad illū Canonem, quòd loquitur de peccato omissionis, cū sit sermo de iniuria & negligentia, non autem de cōmissionis peccato. Sed non placet, quia etsi paria non sunt omissionis, & cōmissionis peccata, tamen in magistratib⁹ & Prælatis omissionis peccata cōmissionis sunt delicta. Etenim nō pacere, vel regere oues, peccatum est noxium, & depositione dignum.

Secundò producit ex c. 8. Actor. Petrū cū Ioanne missum fuisse Samaritā: missio autē denotat nesciō quam subiectionē ad eum, qui mittit. Sed hoc superius suo loco abundè solutū fuit. Nā hoc falsum esse colligitur ex missione Filij à Patre, qui illo non est inferior: & Spiritus sanctus missus est à Filio & à Patre illis substantia, & potestate non inæqualis. Et ita argumētantes impingunt in hæresim Arrij, qui ex illa missione arguebant Filium minorē Patrē. Herodes præterea mitens tres Magos Reges, qui venerant adorare Dominum in Bethleem, nullum gradum autoritatis habebat super eos. Duplex est igitur missionis genus, alterum secundum missionis imperium, vt Papa mittit Legatum, & Rex Oratores suos; aliud verò secundum consilium, quemadmodum Consiliarij, vel Senatus mittunt Regem ad bellandum. Et Iosue. 22. missus est Summus Sacerdos cum decem principibus tribuum à decem tribubus. Et ita Apostoli miserunt Petrum, tanquam eum, qui autoritate cæteros præcelleret, & maiori miraculorum virtute splendebat.

Tertiò, illud quoq; facile soluitur, quod Act. 11. legitur, ex circūcisione credentes reprehendisse Petrū, disceptantes quòd introisset ad viros præputiū habentes, & manducasset cum illis: ergo multò fortius idem poterit præstare vniuersalis Ecclesia. Dicendū, quòd etsi quisq; potest Papam ex charitate corrigere; non tamen ex eo sequitur, corrigentē esse correcto maiore. Vnde Greg. ad Theotistā Patriā, & habetur in cap. Petrus. 11. q. 7. Petrus, inquit, potestatem regni acceperat; & tamen idem Apostolorum primus, que-

Decij iurtesolui minus solida in verba Bonifacij solutio reijcitur.

Omissionis in quib⁹ graue delictum sit.

Secundus locus.

Missionē nō semper argue- re inæqualitatem, subiectionem vè.

Arriani dogmatis occasio.

Marth. 2.

Missionis genus duplex.

Act. 8.

Tertius locus.

Non omnem qui corrigit alium, eo esse maiorem.

Greg. lib. 9. Regist. epist. 39. tom. 2.

rimonia

rimonia contra eum a fidelibus facta, cur ad Genes intrasset, non ex potestate officij, qua posset dicere, Oves pastorem suam non accusent, nec reprehendant; sed ex autoritate divina virtutis, qua Gentiles acceperant Spiritum sanctum, responderet. Hæc ille, innuens, quod ex officio poterit repellere querelas, sed ob humilitatem illas sustinuerit.

Quarto obijciunt ex hoc cap. 15. quod Petrus surrexit ad loquendum, & vt ipsi interpretantur, & ad exhibendam reuerentiam alijs Apostolis tanquam maioribus. Sed hoc somniū est: surrexit enim, vt melius posset audiri, vt rectè explicat Lyranus, vt Act. 1. surrexerat verba facturus ad fideles de electione Matthiæ: & Homerus de Agamènone Græcorum Rege verba facturo loquens, tribuit illi, *ἀναστῆς*, id est, cum surrexisset, qui tamè ceteris erat superior. Neque dedecet Ecclesiastici quo maiores sunt, eò magis alijs honorem deferant, quos norunt membra Christi, & templa Spiritus sancti. Quod verò sententia Iacobi præualuerit sententiæ Petri, aut quod nomine Synodi epistola scripta sit, & non nomine Põtificis: superius sunt à nobis hæc diligenter exposita.

Quinto, obijciunt illud Act. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, &c. Ergo Episcoporum est regere Ecclesiam vniuersalem, nõ Papæ. Sed non solidè hoc colligitur: debent enim regere Episcopi, sed sub Papa Petri successore, cui dictum est, *Pasce oves meas*; qui postea Episcopis ait, *Pascite qui in vobis est grex Dei*. Et nisi ordo esset in Ecclesia inter pastores, qui in vno supremo terminarentur, Ecclesia non esset aliud, quam Babylon. Et vt non colligitur ex illis verbis: Posuit vos Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei, ergo superiores erant Paulo Apostolo: ita non rectè inferitur: ergo superiores erant Petro Apostolorum Principe.

Sexto obijciunt locum ex cap. 2. epist. ad Gal. Cum autem venisset Petrus Antiochiã, in faciem ei restiti, quia repre-

hensibilis erat. Si ergo Paulus solus hæc egit, multo fortius poterit vniuersa Ecclesia Papæ resistere; vbi eũ cõtingeret errare, & graue aliquod Ecclesiæ immineret periculum. Sed factum illud nullo modo suffragatur aduersarijs: nam aliud est resistere, & se opponere vitæ, vbi immineret periculum Fidei, aut aliquid contra legem diuinam, aut naturalè præciperet; aliud verò iudicare; & coercere, siue pœna punire: nam primum est inferioris, secundum autem non nisi superioris. Ideo quando Fidei immineret periculum in Ecclesia, posset vel Ecclesia, vel Synodus Romano Episcopo se opponere, sicut Paulus Petro: sed ex eo nulla superior autoritas in Ecclesia supra Papam, sicut nec in Paulo propter resistantiam Petro à se factã supra Petrum fuisse arguitur; sed tantũ exemplum charitatis, & libertatis relucet in Paulo, patientiæ verò, & humilitatis in Petro. Vnde Cyprianus in epistola ad Quirinum, siue vt alij habent, ad Quintinum, commendans patientiam in toleranda correctione Pauli, ita ait: *Non est autem de consuetudine præscribendum, sed ratione vincendum. Nam nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & super quem adificauit Ecclesiam suam, cum Paulus de circumsione disceptaret, postmodum se vindicauit, seu aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, vt diceret se primatum tenere, & obtemperari à nouellis, & posteriori sibi potius oportere. Nec despexit Paulum, quod Ecclesia prius persecutor fuisset, sed consilium veritatis admisit, & rationi legitima, quam Paulus vindicabat, facile consensit, docum. entum scilicet nobis & concordia, & patientia tribuens, vt non pertinaciter nostra anemus, sed qua aliquando à fratribus & collegis nostris vtiliter, & salubriter suggeruntur, si sint vera & legitima, illa potius amplectamur.* Hæc ille doctissimus Martyr, asserens, Petrum primatum habere super Paulum, à quo tamen fuit correctus: cuius correctionem propter veritatem, & exemplum patientiæ dandum libenter admisit. Nec enim magnum erat Petrum alios corrigere, sed maximum ipsum inferiorũ

Quartus locus.

Lyranus in Acta.

Homerus.

1. Cor. 3. & infra. 6. Act. 15.

Quintus locus. Act. 20.

1. Pet. 5.

Sextus locus Galat. 2.

Cyprian.

Matth. 16.

Petri erga Paulum humilitas & patientia singulari.

Act. 8. & 9.

susci-

2. Pet. vlt.

Augus. epist. 19. paulo a med. to. 2.

Idem to. 4. prope finem, in exposit. 2. capituli.

Ioan. 21.

D. Thom.

Prælati quomodo à subditis corrigendi.

B. Greg. homil. 18. in Ezech. 2. non procul ab initio.

Gal. 2. Petri Apostoli humilitas eximia.

suscipere correctionem, vt Romani Pontifices, & Petri successores libenter se corrigi permittant: nec Petrus tantum correctionem admisit, sed etiam corrigentem laudauit, in posteriori epistola rogans eum charitativè utrum, & illa scripsisse secundum datam à Deo sapientiam trades. Hoc idem annotauit Augustinus in epistola ad Hieronymum, dicens: *Ipse Petrus quod à Paulo fiebat vtiliter libertate charitatis sancta, & benigna pietate humilitatis accepit: atque ita varius, & sanctius exemplum posteris præbuit, quod non desigmentur, si ubi forte recti traherent, qui essent, etiam à posterioribus corrigi, quam Paulus, quod confidenter audirent etiam minores maioribus pro defendenda Evangelica veritate, salua fraterna charitate resistere.* Idem in epistola ad Galatas exponens obiurgationem Pauli coram omnibus, dixit: *Quod autem hoc ei coram omnibus dixit, nec essitas cogit, vt omnes illius obiurgatione sanarentur. Non enim utile erat, errore, qui palam noceret, in secreto commendare.* Huc accedit, quod firmitas, & charitas Petri, cui ter à Domino dictum est: *Amas me? Pasce oves meas*, obiurgationem talè posterioris pastoris pro salute gregis libenter sustinebat. Hæc Augustinus. Cuius doctrinã secutus est B. Thom. qui in Quarto dist. 19. tradit, Paulum Petro in faciem resistantem, excessisse modum fraternæ correctionis, quæ Prælati à subditis debetur. Non enim Prælati à subditis coram multitudine, sed humiliter in priuato corripiendi sunt, nisi vbi immineret periculũ Fidei. Hjs accedit B. Gregorius in Ezechielem: *Pensate, inquit, fratres charissimi, in quo mentis vertice sterit (scilicet Petrus) qui illas epistolas laudant, in quibus scriptum se vituperabilem inuenit, que illa mansuetudo tanta esse potuit? que quæres inimici: que soliditas, atque imperiturbatio cogitationis? Ecce à minori suo reprehenditur, & reprehendi non dedignatur.* Hæc ille. Cuius verba plane sunt aurea, & nobis ad ferendas correptiones salutaria, & opportuna. Testatur ergo Gregorius hoc esse factum, quatenus qui primus erat in Apostolatu, esset primus & in humi-

Tertul.

August. loco citato ante med.

Luc. 22.

Septimus locus probantium, Papam minorem esse Concilio.

1. Tim. 3.

Ioan. 16.

In quot Pontifices præualuisse videantur portæ inferi.

Matth. 26.

Gal. 2.

fatus

Verbailla: Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, sed præualebunt aduersus Ecclesiam, solum Petro dicta fuisse, dupliciter. Prima ratio.

fatus est Nicolo III. antecessori suo, sed etiam fertur dogma illud tenuisse, animas post mortem nequaquam Dei beatâ visione frui ante diem iudicij, sed hæc non erit difficile resolvere. Et in primis, vt à verbis Domini exordiamur, quod dicitur, Portæ inferi non præualebunt aduersus eam, primario dictum est ad Petrum, qui nomine petre designat<sup>r</sup> est ibi. Quod ex duobus colligitur: alterum est, quod præcedentia & sequentia ad Petrum cogunt potius illa verba esse applicanda: nam cum ibi privilegiū Petri tradatur, ac prius dixisset: Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, non est dubium, illud dici Petro: Quæ etiam proximè illa verba consequuntur: Et tibi dabo claves regni cælorum: & quodcumque ligaueris, &c. Petro dicta sunt soli: non enim ibi aderat Ecclesia, cui daret, vel promitteret Christus claves, sed Petrus, cui in persona loquitur. Cum ergo & præcedentia & sequentia de Petro sint accipièda, profectò & quæ intermedia sunt, & inter illa dicuntur, ad eundem Petrum necessario sunt referenda, videlicet: Portæ inferi nõ præualebunt aduersus eam, nimirum petram. Quanquam negari non debeat, consequenter nec in Ecclesiæ ædificium præualituras portas inferi, si in fundamentum, quod est Petrus, præualere non valent: quemadmodum si lupi inuadentes ouij gregem, in pastorem vigilantem, & gregis sui protectore præualere nequeunt, profectò & in ipsas oues non præualebunt. Præterea hoc tantum robur non tam propter ipsum, quam propter Ecclesiam ipsi Petro, & successori eius tribuitur: quemadmodum reliqua omnia privilegia ad cathedrâ spectantia non tam propter se, quam propter Ecclesiam, cui subueniunt, tributa sunt: Nam vt ait Paulus, vnicuique datur manifestatio Spiritus, ad vtilitatem nimirum Ecclesiæ. Alterum verò est, quod Dominus, peculiariter pro Petro rogauit, vt nõ deficeret fides eius, quò posset alios confirmare. Quòd si eius rogatio (vt alias semper) exaudita est pro sua re-

Portas inferi neque in Ecclesia præualituras, quo fiat exemplo manifestum.

1. Cor. 12. Secunda ratio. Luc. 22. Hebr. 5.

uerentia) necessario dicendum est, fidem Petri immobilem, & inconcussa perstitisse in corde, etiam si tempore, quo erat exercenda, & publicè prædicanda, non nihil situbauerit, & vt illam amitteret, à Satana fuit tentatus: & omnino concidisset, etiam à fide interna, nisi Dominus suæ præcationis merito illum sustentasset, & à crimine abiurata tantum verbis fidei protinus ad penitentiam subleuasset. Ad hæc enim sciendum cogit promissio Domini Petro facta, cù dixit: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & cùm inquit: Rogauit pro te, vt nõ deficiat fides tua, & Leo Papa, atque alij Patres ita exponentes. Nec admittimus Glossam, orasse Dominum, ne Petri fides deficeret finaliter, vt quidam loquuntur: quoniam hac ratione nullius discipuli fides defecit. Et ita oratio Christi nõ in singulare Petri privilegiū cederet: quod non solum Chrysostomo, ac Theophylacto, Ambrosio, & Bede, sed etiam literæ Euangelicæ contrarium est. Quod ergo Ambrosius serm. 182. inscripto de fide Petri Apostoli, initio dixit: Fidelior factus est (scilicet Petrus) postquam fidem se perdidisse defleuit; exponendum est, fidem amisisse, hoc est, fidelitatem, quam amico Christo promissam non seruauit: vel potius fidei confessionem, quam pro tempore debebat præstare. Et ita soluitur, quòd portæ inferi non præualuerint in eum in passione. Quod secundo loco producit, Petrum, cui Paulus in faciem restitit, à fide aberrasse, vt illi impingit Porphyrius hostis Ecclesiæ, & Guilielmus Ochan in suis dialogis, & nostri seculi hæretici, manifestè falsum est, & tanto Christi Apostolo iniurium. Nam in primis hoc esset Christum facere medacè, qui pro eius fide rogauit ne deficeret: cuius verba cælo & terra firmiora sūt: de quo ait Propheeta: Fidelis Dñs in omnibus verbis suis. Deinde, quia errare, vt tradit Augustinus, non est aliud, quam approbare falsa pro veris, aut vera pro falsis: at Petrus nihil ignorabat eorum, quæ ad fidem spectabant: sciebat, Gentes

Matth. 16.

Leo Papa ser. 3. a scripto ad Pontificatum sub finem.

Glossa illa: Orauit Dominus, ne Petri fides deficeret finaliter: quam inepta Ambros. to. 2. prope fin. Quam fidem Petrum perdidisse dicit Ambrosius.

Quod Petrus cogens Gentes iudaizare, nequaquã à fide aberrauerit, ostenditur.

Gal. 2. Porphyrius impius ille de Petro quid senserit. Guilielmus Ochan. Luc. 22. Matth. 24. Psal. 144. II. argum. August. in Enchir. 6. 17. tom. 3. Errare quid secundum Augustinum.

ad fidem

ad fidem vocatas, nõ esse ceremonijs legis grauandas, vt ipse primus sententiam dicens in Synodo Act. 15. explicauit. Imò, quòd plus est, legem quoq; ibidem iugum vocauit importabile, inutilem; ad iustificandum, & fide purificari hominum corda. Quare quòd Antiochiæ propter imbecillitatem credentium ex Iudaismo, se illorum moribus ad tempus accommodauerit, vt Christo lucrificeret, nullus profectò error in fide fuit: quemadmodum nec in fide errauit Paulus circumcidendo Timotheum Act. 16. & cùm ipse consilio Iacobi purificatus est Act. 21. Et cùm esset acerrimus legis euerfor, ne Iudæos offenderet, id facere coactus fuit: neq; tamen in eo facto fidem amisit, imò charitatem, & prudentiam tanto dignam Apostolo exhibuit. Ita Petrus ex charitate se circumcisus creditibus accommodabat; verum non perspexit ex eius facto offendi Gentes colligentes se propterea ad legis ceremonias seruandas arctari; & proinde illi restitit Paulus in faciem, zelans pro Gentibus, quarum erat Apostolus designatus. Tertio, quia in textu dicitur, quòd non ambularet ad veritatem Euangelij: aliud est autem errare in fide, aliud iuxta veritatem fidei notam non viuere, aut nõ operari. Nec enim quoties quis cõtra præceptum aliquod agit, continuo fidem amittit: neq; propterea quòd cogeret Gentes suo facto iudaizare, id eo in hæresim inciderat, cù nouisset legem extinctam, & inutilem ad salutem. Neque propterea quòd esset reprehensibilis, aut reprehensus à quibusdam, statim reprehensus est de fide, cùm possit & de moribus reprehendi. Ex his igitur teuincuntur, qui censent Petrum à recto fidei sensu deflexisse. Quod verò ex eius imprudentia manducado cibos legis in alijs error fidei nasceretur, non autem in ipso Petro: tolerandum minimè fuit: ideo prospectum fuit per Paulum peculiarè Gentium Doctorem. Neque incircumspectio illa, quia humana fuit, & ex bona radice charitatis proueniens, nõ vitandi scandalum Iudæorum, graue peccatum extitit, sed leuissimum,

Cur Timotheum Paulus circumcidit.

III. argum.

Gal. 2.

Petri imprudentia per Paulum iure correctâ, & reprehensâ.

1. Tim. 2.

& excusabile: nam cum eo esset deuetum, vt alteri oporteret euenire: (aut abstinendo à cibis legis offendere Iudæos, aut edendo cibos Mosis, offendere Gentes) excusabilius fuit in eã partem propendere, cuius peculiarè curam gerebat. Quamobrem vel veniale & excusabile delictum fuit ex inconsideratione; aut memoriæ defectu natum, qua laborasse illum, alibi diximus: à quo minimè oportet liberare Apostolos, cum vnus eorum dixerit: Si dixerimus quoniam peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis est. Aut sanè, quòd nobis magis arridet, nullum fuit, vel leue peccatum, sed potius meritum apud Deum illa abstinètia ciborum iuxta legem, cum non ex ignorantia fidei, sed ex mera charitate profecta sit. Et quòd dicitur, reprehensibilis erat, siue reprehensus erat; non tam culpam, aut vitium designat, quàm causam, ob quã Deus per Paulum Ecclesiæ suæ consuluit. Et restitit illi in faciem: non quòd putaret illum veritatem ignorare, quam ab eius ore paullo antè au dierat definitam, sed vt Iudæos, & circumstantes legis abolitæ admoneret, & ad eã Gentes vel Iudæos non esse amplius cogendos ostenderet. Qua reprehensione mirificè oblectatus est, vt minus grauis esset postea Iudæis, si abstinentiam à cibis legis non obseruaret. Non autem hæc dicimus, vt communicatis inuicem consilijs, & fide eum corripuerit, vt sentiunt Hieronymus, & Chrysostomus, etsi Augustinus eruditissimè in sententiam Hieronymi differere videatur. Et ita liberamus Petrum ab errore fidei in hac secunda obiectione. Nam Petrus neq; personali errore, vt Petrus erat, neq; vt Pastor, & Papa, errare potuit in fide. De reliquis verò Pontificibus dicendum est, privilegiū fidei indeficientis transmissum quidem esse, nõ in eo quòd Petrus erat personale, & peculiare, sed in eo quòd cathedræ sunt successores ac pastoratus, nõpè in quæstionibus fidei de cathedra discernendis, ne videlicet Ecclesia, quæ eorum vocem audire tenetur, quouis

Petrus Gentes cogēs iudaizare, quo modo deliquerit. Petrus natura obliuifus fuit.

Lib. 10. tractat. Euangelic. 1. Ioann. 1. Altera solutio.

Gal. 2.

Paulus Petrus cur restitit in faciem.

Petrus cogentem Gentes iudaizare, non fide, vt Hieronymus contendit, sed verè à Paulo fuisse reprehensum.

Hierony. epist. ad Augustin. Chrys. in. 6. 11. epist. ad Gal. tom. 4. Augu. epist. 19. tom. 2. Vnde nom Petri successores habeat indeficientis prerogatinã fidei.

papa vt talis est, an errare possit in fide.

Leges duæ.

Duobus modis Papa determinari potest.

Qua ratione Petrus Apostolus videri potuerit Gentes cogere ad Iudaizandū.

Albert. Pighius. Papæ error in Fide Ecclesiæ qui nil noceat.

Idem.

Cur Pōtifex aliquid contra Fidem de cathedra definire nequeat.

modo errare possit: at verò Papā errare posse in Fide errore personali, negandum non est. Verū cum hoc contingit, & ille admonitus non resipiscit, sed persistit in errore, iā ipso iure amplius Papa non est, etsi gerere se possit pro Papa, donec deponatur, id est, declaretur hominibus depositus. Et sicut lex vna est scripta, quæ legi potest, alia, quæ consistit in moribus, quando scilicet aliquid cōsuetudine firmatur; & quia nulla lex ita robur obtinet, nisi ita sit firmata, vt vim obtineat præcepti; ita determinatio Papæ duplici modo fieri potest, vel verbo, vel facto. Et cū res ad Fidem spectans definita est, ita vt appareat, vel tacitè subaudiatur esse præceptum, quòd omnes ita credere, & sentire debeant, in tali definitione error esse nequit. Et quia factum illud Petri, si diutius fuisset toleratum, & sic in consuetudinem versum, aut iam vim legis obtinisset, nō permisit Deus in correctum manere, ne inde aliquod oriretur periculum. Quanquam hoc Petrus non tam vt vniuersalis Ecclesiæ pastor faciebat, volens suo facto fideles obstringere ad id, quod sciebat esse falsum; quàm vt peculiaris Iudæorum Apostolus. Vt igitur ad rem redeamus, non puto esse operæ pretium in eo laborare, vt, quemadmodum Albertus Pighius fecit, omnes Pontifices, si quoquo modo de fidei defectu accusati sunt, tueamur: nam error priuatus in corde Pontificis delitescens, & non de cathedra definitus, Ecclesiæ minimè officit. Minus etiam placet dictum eiusdem Pighij, contententis etiam Romanos Pontifices nec errasse, nec errare potuisse. Nos enim libenter fatemur, eos vt priuatos in Fide errare potuisse, & adhuc posse: quanquam id de cathedra definiendo, & controuersias de Fide determinando minimè potuisse, neque posse errare, ingenuè & liberè profiteamur propter Ecclesiā vniuersam, quæ eius vocem tanquam pastoris audire constringitur. Cuius rei magnū est argumentum, hoc nunquam accidisse in tot Pontificibus, qui ferè mille & sexcentis annis in Ecclesia Ro-

mana toti Ecclesiæ præfuerunt. Cæterum vt priuatos potuisse errores fouere, & contra id, quod Ecclesia tradit, credere, vel etiam vt peculiare Doctores Ecclesiæ. Et in Decretis falsa quædam, siue nō satis certa, de quibus non statuunt, admiscere, quæ obiter ad aliud comprobandum producuntur, non est inficiandum. Nec valent argumenta Pighij in contrariū. Primum: erraret Ecclesia, quæ eum sequi debet, & audire. Verū est; sed non cogitur audire priuatas eius opiniones, aut occultas sententiās, sed quod præcognoscēs vt decet, & præmeditatus ē cathedra definit, in quo errare nequit, ob assistentiam Spiritus sancti eum dirigentis in omnem veritatem. Secundum: Summus Sacerdos antiquus non poterat errare, ergo nec Papa. Sed ille ē cathedra docens errare non poterat Deo, faciente vt propharet; vel nesciens & ignarus, vt Caiphas; vel inuitus & repugnans, vt Balaam; vt priuatus autem errare poterat: imò Christo nō credidit, in quem sententiam tulit, & Dominus dixit: *Si vobis dixerō, non credetis mihi.* Tertium argumentum: *Quæ dixerint vobis, seruate, & facite:* non poterant ergo errare, docentes Scribæ & Pharisei, ergo multo minus Papa. Sed intellige dum de cathedra docebant, & consona cathedræ tradebāt: aliòquin vt priuati ita errabant; vt admonuerit Dominus: *Cauete a sermōe Phariseorum & Sadduceorum.* Quartum: Cathedra non potest errare, ergo nec homo: quia p̄ homine qui loquitur, non pro cathedra rogauit Christus. Dicendum est: Christum pro cathedra inani, aut pro homine priuato precatum nō fuisse, sed pro viua cathedra, id est, homine de ea docente. Et in hoc sensu Romana sedes dicitur immaculata, non quidem in animis, aut personis, quatenus priuatae existunt, quia mali esse possunt, & errores tenere vt tales, sed nō ē cathedra loquentes ac definiētes. Quintum: quæ sunt Petri vt pastoris, sunt etiam successorum eius; ergo nō possunt errare, si Petrus errare non poterat. Sed quòd persona Petri non erraret, nō fuit solum qua-

Pighij Alberti quibus probat Papam: si de errare nullo modo potest, argumenta soluantur.

I. argum.

Ioan. 16.

II. argum.

Ioan. 11.

Num. 24.

Matth. 26.

Luc. 22.

III. argum.

Matth. 23.

Supra 16.

III. arg.

Luc. 22.

Quo sensu Romana sedes dicitur immaculata.

V. argum.

Petri priuilegium singulare.

VI. argumè.

VII. argum. Grego. lib. 4. regist. epist. 38. siue cap. 82. tomo 2.

Quod Papa mente errare possit circa definitionē, probatur tripliciter.

Gal. 2.

tenus pastoris, sed etiā quatenus priuati: idē ipse nec vt pastor, nec vt priuatus errauit. Successor autē eius vt sedem, & cathedram eius tenēs, priuilegium habet non errandi: at Apostolis priuilegium non errandi personale fuit, non tamen eorum successoribus, sedibusve; qui nō tantum errore personali, sed etiā definiendo, atq; dogmatizando, perniciose plerumq; hallucinati sunt. Sextum: Si Papa esset hæreticus, deberemus eum vitare, & vitantes, essemus schismatici: quòd repugnat subditis erga suū superiorem. Respondeo: Si occultè esset hæreticus, eū vitare non cogemur, nec hæretica definire posset. Si autem manifestè esset hæreticus, à Papatu caderet, nec esset amplius Papa. Septimū: Gregorius refert, Episcopum Cōstantinopolitanum nō posse dici, aut esse Oecumenicum, aut vniuersalem: quia eo errante tota Ecclesia erraret. Sed hoc merito dictum est, quia errauit etiam ē cathedra: aliæ namq; cathedræ ab illa Petri hoc tanto non gaudent priuilegio. Quòd autem Papa mēte errare possit circa definitionem, probatur primo, quia Papæ improbi hoc priuilegium non merentur: nec Ecclesia illo indiget, quia Ecclesia nō cogitur eorum priuatas opiniones, vel errores sequi. Secūdo, quia Marcellinus permixtus est idōla thure colere: quod plus scandalizauit Ecclesiam, quàm si falsum aliquod dogma mente opinatus fuisset. Ergo hoc permittit etiam Deus, quod minus est, si quod maius est, permittit. Tertio, Petrus offendebat Gentes facto suo cogens iudaizare, ergo alijs permittetur errare: etsi Deus succurrat, ne videlicet Ecclesia erret, vel ne error noceat Ecclesiæ: quæadmodum succurrit per Paulum resistentem Petro, ac veritatem detegentem, & per publicam Marcellini pœnitentiam, martyriumq;: quo non pœnitente, adhuc esset sedes immaculata, quia non esset Pontifex, & Deus de alio Ecclesiæ suæ prospexisset. Potest igitur Pōtifex in hæresin incidere, & auctoritate Papali priuari, etiā si nullum extet apertum huius rei exem-

plum. Nam multi ex illis qui producuntur, aut verè hæretici non fuerūt, aut non satis per historias cōstat, quæ non sunt certæ, ac solidæ, an hæc tāta nota illis possit merito inuri. Nam Marcellinus, qui timore fractus idōlis thura obtulit sub Diocetiano, nō arguit illum hæreticū dogma aliquod de cathedra sua tradentem: imò nec Fidem amisisse, quia illā Petrus timori succumbens non amisit, quando ad vocem ancillæ negauit. Vnde & Marcellinus facti sui sacum pœnitens se subiecit Sueffano concilio: quod respondens, dixit: *Iudica causam tuā, & ipse tulit sententiā, vt inhumatus sepeliretur: & paulo post Fidē professus, martyrio coronatus est.* Liberium verò, quem tædio victum exilij, in prauitatem hæreticam subscripsisse, autor est Hieronymus in Eusebij chronico; alij tamen tradunt per omnia fuisse catholicum. Nam historia Tripart. lib. 5. cap. 17. obijcienti Constantio Arriano, quòd solus omnibus resisteret orbis Episcopis, dixit: *Non ed quòd ego sum solus, fidei causa minuitur. Nam & antiquitus tres soli reperti sunt resistentes præcepto legis.* Et cap. sequenti eiusdem libri Theodoritus mirificè celebrat vt Catholicū, atq; Ambrosius lib. 3. De virgin. in principio: *Tempus est, inquit, soror sancta, ea, que mecum conferre soles, beata memoria Liberij præcepta reuoluere, vt quòd vir sanctior, ed sermo accedat gratior.* Hæc ille catholicè de illo, & sentiens, & scribens, vt interim omittam, illam historiam chronico Eusebij apposita, non omninò constare esse Hieronymi. Felix Secundus accusatur, quòd cū hæreticis cōmunicauerit eo tēpore, quo Liberius erat in exilio, & præcesset vbi Romæ: quòd tamen alij pernegāt, & constantem fuisse fidei assertorem prædicant; vt post Liberij reditum afferentem illū ab hæreticis propter fidē interemptum. Innocentius I. dicens paruulos debere Eucharistia participare, non definit, sed dicit quod sibi videtur: vel de fidei voto loquitur, quo etiam pueri edūt corpus Christi, ore Ecclesiæ. Historia verò II. Anastasij, de quo cap. Anastasius dist. 19. c.

Quicumq; spectat fides Romani Pōtifex fuisse memoratur, ab hac tanta calūntia vindicatur.

Matth. 26.

Hierony.

Hist. Trip.

Ambrosio 1. subi.

Quatenus cum heretico communi candum.

Gratian.

Tarasius.

Epiphanius.

Hadrianus Romanus.

Psellus.

Bedalib. De nat. rerum, c. 67. & lib. De sex mudi atat. tomo 2.

2. tradit, quod cōmunicauerit diacōno cui lā Photino nomine, qui cōmunicauerat cū Acatio excōmunicato: ob qd se ab eo separauerunt clerici vr bis Romæ; & incerta est, & leuis incurredæ hæresis caussa: & pastoris est, imò cuiusuis fidelis, ac docti, ex charitate admittere hereticum ad colloquium, quod illum possit cōuertere, & Christo lucrifacere. Sicut etiā imponitur ei quoddã sellando, id est, v̄ris gratia exonerandi ad sellā pergendo, perierit. Et verū est quod definiuit, licet neget Gratianus eadem dist. c. Secundum. De Honorio verò I. grauior est controuersia: tū quia in 6. Synodo damnatus est cū Sergio, & Pyrro, & Paulo hæreticis, qui vnam in Christo tantum confitebantur volūtatē. Et cū in illa Synodo etiam Vigilio Papæ anathema dicere vellent, Legati Apostolici productis literis eius proprijs obstitērunt quominus damnaretur: quia venissent ex vrbe instructi. De Honorio verò non laborarunt. Deinde Tarasius in 3. Actione 7. Synodi illū tanquā hereticum damnatum ait: & Epiphanius act. 6. eiusdem Synodi, imò tota ipsa Synodus 7. act. vlt. & in epistola ad omnes Sacerdotes & clericos. Hadrianus quoq; Romanus in act. 7. 8. Synodi generalis admittit dictū anathema Honorio propter fidem: atq; illud ex Romani Pontificis consensu fuisse factū: Eius hæc sunt verba: *Liber enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendū tamē est, quia fuerat super hæresi accusatus, propter quā solum licitum est minoribus, maiorum suorū motibus resistere, vel prauos suos, sensus liberè respicere.* Sic ille. Psellus in carmine de septē Synodis, cum fuisse hereticū tradit. Beda quoq; lib. De natura rerum. in 6. Synodo, ait: *Macarius cū suis sequacibus simul & præcessoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrro anathematizatus.* In libro præterea Pontificali fertur Leo II. 6. Synodum suscepisse, in qua cōdemnati sunt Cyrus, Sergius, Honorius. Et in fine 6. Synodi ponitur epistola Leonis ad Cōstantinū: vbi post susceptum, confirmatumq; concilium: *anathematizatus, inquit, non*

*erroris inuētores, id est, Theodorū Farantinum Episcopum, Cyrum Alexandrinū, Sergium, Pyrhum, Paulū, Perrum Cōstantinopolitana Ecclesia successores magis quā presules, necnon & Honorium, qui hanc Apostolicā Ecclesiam non apostolica traditionis doctrina lustrant, sed profana prodicione immaculatam fidem subuere conatus est.* Hæc illi. Illum tamen nō sine magnis ac probabilibus causis ab omni hæresis nota defendunt quidā, & illud probant non tantū ex testimonio historicorum, qui omnes catholicè de illo, & præclare sentire vidētur, sed etiā ex ipsiusmet Honorij ad Sergiū epistola, propter quā in suspicionem hæresis venit: imò ex altera epistola Agathonis, quā Synodus dicta, vt per os Petri Apostolorū Principis à Spiritu sancto dictatā, amplexata est, satis indicat, nullū qui præfedit Sedi Apostolicæ, malè de Fide sensisse. Vnde cū anathemate percutiat Sergium, Pyrhum, & Cyrū, nullā mentionē fecit Honorij. Leo quoq; IX. in epistola ad Michaelē Patriarcham Cōstantinopolitanum, nunquā hætenus Ecclesiam Romanam hæretica prauitate maculatam fuisse, sed neq; in futurū maculatā tradit. Emmanuel etiam Caletus & Græcus, vir magna sapiētia præditus, ordinis Prædicatorij frater, in tractatu suo cōtra Græcos scribit, B. Maximum, qui floruit eorū tēpore, quo 6. Synodus coacta est, in Disputatione aduersus Pyrhum Patriarchā ibi damnatū, explicat eius verba, & expurgat Honorium præfactū, quē alibi causabatur hæreticū: Et Pyrhus quō se illius autoritate protegeret, Honorium sui erroris autorē falso fecisse. Ad illam epistolam Hadriani, dicendū cū Turcēmata lib. 2. c. 93. ad respōsionem sextā, quod tantum ab Orientalibus, & post mortem est dictū Anathema, quia nec dum viueret, nec post mortem repertus fuit, posuisse in Christo vnā tantum volūtatē, & vnā operationem: idē nec ab Apostolica Sede, nec à Patribus Occidentalibus talis est habitus. Sed quid quid sit de hac re, constat illū non publico errore, & definiendo de cathedra quicquā tale effudisse: nā aliōqui-

Leo IX.

Emmanuel Caletus & Græcus.

Card. Turcrem.

Concilium errare in quibus possit.

Ioan. 10.

Qui Pontifices Romani propter hæresim, Pontificatus fuerint eieci.

Matth. 13.

Duplex paupertatis genus institutum à Christo.

de numero, & albo Romanorū Pōtificum esset expūctus: & cōcilium in his quæ sunt eiusmodi, id est, meri facti, potest errare per falsas maleolorū delationes, & falsò definire, quia ex his fides nō pendet. Exempla verò quorundā aliorum Pōtificum, qui de sede deiecti sunt, aut quod intrusi fuerint, aut per Simoniā electi, aut potētia Principū Papatu spoliati, aut tempore schismatis non agniti pro veris Pōtificibus: ad rem nō faciunt: quia illi aut per ostium nō intrauerant, aut violentia occupauerant Sedē Apostolicā, aut quidā Principum tyrannide nullo iure eieci sunt: nec enim valet, Hoc factū fuit, ergo legitime factum fuit. Tales fuerunt Cōstantinus, Formosus, Stephanus, Christophorus, Benedictus, & Gregorius VI. & Ioannes XII. qui nō propter hæresim depositi sunt, sed vel non fuerunt certi Papæ, vel nō legitime ingressi sunt, vel nō legitime depositi.

Quod verò obiectū est de Ioanne XXII. quod eius doctrina in materia de paupertate Christi, & Apostolorū, repugnet doctrinæ Nicolai III. & aliorū, cū hæc ad fidem, vel ad bonos mores pertineant, videtur quod alter eorū aliquid hæreticum cōstituerit. Decretalis Nicolai incipit: *Exijt qui seminatur, illa verò Ioanis XXII. incipit: Cū inter nōnullos. Primus declarat, quod pertinaciter asserens Dñm Iesum, & eius Apostolos nihil habuisse nec in speciali, nec in cōmuni, sit hæreticus. Nicolaus verò tradiderat, abdicationē proprietatis omnium rerum tā in speciali, quā in cōmuni à Christo esse verbo, & exēplo firmatam. Præterea videtur Ioannes XXII. in illa decretali reuocasse sententiā Nicolai III. videlicet quod fratres Minores in rebus eis oblatis nihil iuris & dominij habent, nisi solum vsum fructū nudatum ab omni dominio & proprietate, tam speciali, quā communi.*

Sed vt horū Pontificum sententia nō sibi inuicem contraria esse videatur, præmittendū est, Christū duplex genus paupertatis diuersis perfectorū exercitijs cōgruens instituisse: alterū eorū, qui prædicaturi in Iudæa desti-

nandi erāt ad annūtiandum aduentū Messia: quæ erat nihil propriū habere sub cōelo, nec in particulari, nec in cōmuni, de qua Dñs dixit: *Nolite possidere aurū, neq; argentū, neq; pecuniam in zonis vestris: nō perā in via, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; virgam; dignus est enim operarius cibo suo.* Hoc autem Christus præcepit, vt exponit Hieronymus, ne caussa lucri, aut non caussa salutis prædicare viderētur; & quia sumptus ex prædicatione cōcessit. Hanc videtur secutus Christus, qui dicebat: *Filius hominis non habet vbi caput suū reclinet.* Alterū genus paupertatis erat eorū, qui in congregatione fixi permansuri erāt; quibus etiā liceat aliquid habere in cōmuni, nihil tamē proprium: de qua Act. 4. *Nec quisquam eorū quæ possidebat, aliquid suū esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* In quæ verba pulchrè ait Beda: *Qui ita viuunt, vt sint eis omnia cōmunia in Domino, rectè cōposito ex duobus vno nomine nouissime vocatur. Quæ nimirum vita tāto cateris seculi huius cōuersationibus felicior est, quāto statum futuri seculi etiā in presentia imitatur, vbi sunt omnia omnibus cōmunia boni beatiss.* Hæc ille. Primā paupertatem probauit Christus, quādo mulieres sequentes eum, ministrabant ei, & Apostolis de facultatibus suis. Quod & Paulus testatur se facere potuisse in Gentibus; sed abstinuisse propter scandalū. Alterā paupertatem Dñs verbo cōfirmauit, quādo Luc. 22. Apostolis dixit: *Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis; nūquid aliquid defuit vobis? Sed nūc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: vbi perfectis Apostolis non repugnare aliquid habere, indicare videtur. Exemplo quoq; suo id cōprobauit Nā Ioan. 13. cū dixisset Iudæ: *Quod facis, fac citius;* subdit Euangelista: *Hoc autem nemo sciuit discumbentiū ad quid dixerit ei. Quidā enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festū; aut egenis vt aliquid daret.* Vbi Augustinus: *Habebat ergo & Dñs loculos, & à fidelibus oblata conferuans, & suorū necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat.* Tunc primū*

Matth. 10.

Hierony. in Matth. tomo 9.

Vtram Christus paupertate suæ exēplo confirmauit.

Luc. 9. Paupertas monastica.

Beda lib. retract. in Act. Apostol. in cap. 4. tomo 6. init.

Encomium vitæ religiose.

Luc. 8.

1. Cor. 9. Apostolorū paupertas propria, à qua nec Christus abhorruit.

August. tracta. 62. in Ioan. propē diem festū. ante med.

12. q. 1. c. Habebat.

Quando primum Ecclesiasticæ pecuniæ formæ instituta.

Matth. 6.

B. Thom. 2.

2. q. 188.

art. 7. par.

2. tom. 11.

Prosper lib.

2. c. 9. par.

à princ. &

habetur 12.

q. 1. c. expedit.

Matth. 19.

I. dogma Iohannis XXII. impositum de perfectione paupertatis, sed falsò.

Matth. 5.

Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, ubi intelligeremus, quod præcepit nõ cogitandum esse de crastino, nõ ad hoc fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ seruetur à sanctis, sed ne Deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur. Ex quo habes, quod habere aliquid in communi, perfectioni Evangelicæ nõ derogat, si Christo, & Apostolis, & primitiuis A. 4. & regulis sanctorum Patrum Basilij, Augustini, & Benedicti id fuit cõsonum, atq; conforme: & Thomas in 2. 2. producit illud Prosperi: *Expedit facultates Ecclesia habere, & proprias perfectionis amore contemni.* Et infra: *Quo facto satis ostenditur & propria debere propter perfectionem contemni, & sine impedimento perfectionis Ecclesia posse facultates quæ sunt profectò cõmunia possideri.* Hæc ille. Christus igitur hæc geminã paupertatis Evangelicæ perfectionem cù Apostolis suis diuersis temporibus, & verbo firmavit, & exemplo: & ideo declaratio Iohannis XXII. nõ repugnat definitioni Nicolai III. Quod verò Iohannes XXII. reuocauerit quod Nicolaus laxerat, Fratres Minores nihil domini habere nisi solũ simplicem fructum ab omni iure, & dominio peculiari, siue cõmuni denudatum: verum nõ est, sed bene declarauit intelligi in rebus, in quibus vsus potest separari à proprietate, sicut sunt res immobiles, & multæ mobiles; non autem illæ, quæ vsu cõsumuntur, in quibus declarat quod Fratres Minores nõ tantum habent iustum vsum, sed etiã ius vtendi. Et si Romanus Pontifex absq; præiudicio dñi potuit declarare præceptum Domini de nõ iurando, non se extendere ad omne factum: imò damnauit vt hæreticos, qui dicunt nunquã licere iuramentum. Ita potuit Iohannes dictus Nicolai declarare doctrinam, quod Christus, Apostoli, & fratres Minores habentes iustum vsum, habent ius vtendi. Ac de bonis collaris fratribus Minoribus exponendus est Nicolaus dominium sibi, & Romanæ Ecclesiæ recepisse quantum ad illa, in quibus potest vsus à dominio separari: quales nõ sunt res necessariæ ad vitam, quæ ipso vsu cõsumuntur. Vt omittam

quod vt Iohannes XXII. docet, id non pertineat ad Fidem, peculiariter quid & qualiter fratres Minores possideant. Ideo successor mutare potest quæ antecessor statuit, prout sibi visum fuerit expedire, cum in his par in parem imperium habeat.

Quod verò Iohannes XXII. asseruerit, animas vsq; ad diem iudicij non frui visione Dei, & postea publicè illam sententiam retractauerit, incertis profectò, & non satis firmis autoritatibus hæc res tradita est. Tantum Hadrianus in quarto sententiar. in calce quæstionis de Sacramento Cõfirmationis, ita ait: *Nouissime fertur de Iohanne XXII. quod publicè docuit, declarauit, & ab omnibus teneri mandauit, quod anima purgata ante finale iudicium non habent solam, quæ est clara, & facialis visio Dei: & vniuersitatem Parisiensem ad hoc induxisse dicitur, quod nemo in eo poterat gradum in Theologia adipisci, nisi primitus hunc errorem iurasset se defensurum, & perpetuò ei adhasurum.* Hæc ille. Vbi tantum ait, fertur, & dicitur. An verò hæc sint satis ad imprimendam notam hæreseos tanto viro, prudentes lectores diiudicent. Certè Platina, nihil tale de illo refert, & illud constat, nullum ab illo editum decretum de hac re, quod in Ecclesia Dei extet, quo fideles ad id credendum adstringat. Et si id dixit, probabiliter & ante definitionem Ecclesiæ dixit, quemadmodum etiam illud ipsum dixerunt Ambrosius, Chrysostomus, & Augustinus, imò etiam Bernardus. Sed et si maximè errasset vt priuatus, nihil hoc ad Sedem Apostolicam, cuius auctoritatem tantum tuemur.

Quod autem Celestinus Papa, & Innocentius III. discordant in causa alterius conjugis in hæresim prolapsi, an alteri fidei coniugi liceat ad secundas nuptias transire, vt videtur decidisse Celestinus cap. Licet, De sponsa duorum, cuius oppositum tradit Innocentius, vt in cap. Quanto, tit. De diuortijs. Respondeo, quod, vt ibi scribit Innocentius, Celestinus aliter sensit, non tamen definitiue dixit. Neque illa erat materia Fidei, vel Scripturæ definitio, sed iurisdictio-

Alterum dogma de antimabus Piorum ante iudicium diuina visione carentibus. Hadrianus.

Platina De visis Põrif.

Ambros. de bono mort. c. 10. & 11 tom. 1.

Chrysost. in epist. ad Hebraeos. c. 11. tom. 4.

August. in Psal. 36. 10 mo 8.

Bernard. sermo. 3. & 4. de festo Omnium Sanctorum.

Alex. III. Sacer. Archiepiscopo.

Peculiarita quam Innocentij Põrif. dogmata expenduntur.

Innoc. III. nobili viro Gu. montis Pessulani. Deuter. 23. & seq. Idem.

Innoc. III.

Gen. 1. & seq.

Quod ob solum crimen summus Põrifex dignus reddatur depositione.

nis exercitium, in quo error esse potest, & varia pro tempore sine errore decidi possunt: ideo in similibus canonibus cõdendis varij solent esse Pontifices. Et in cap. Literas, De restitutione spoliatorum, ait Pontifex, quod non derogat aliorum opinioni: & in cap. Licet, De spõsa duorum, definit Alexander, quod quæ per verba de præsentem cum aliquo matrimoniũ contraxit, si postea mulier alteri nupsit, etiam si carnalis sit copula cõsecuta, ab eo separari debet, & ad primum virum redire: *Quamuis, inquit, aliter à quibusdã predecessoribus nostris sit aliquando iudicatum.* Et Innocentius III. in cap. Per venerabilem, Qui filij sint legitimi, cum asserit seruanda quæ in Deuteronomio præscribuntur, non intelligit legalia, sed quæ legis gratiæ sunt, vt lex charitatis. Et sicut Apostolus ad Roma. 10. ait, contineri ibi verbum fidei. Asserens etiã, Christum nõ cõfecisse verbis quibus nos conficimus lib. 3. De mysterijs Missæ, cap. 23. suam opinionem dixit, & vt Doctor id asseruit, non vt Pontifex: quemadmodum Innocentius III. in Apparatu in Decretum, idem post eũ asseruit. Dicens etiam Innocentius III. in cap. Firmiter, De Trinitate, & Fide catholica, simul ab initio temporis vtrãq; condidisse creaturam, spirituales, & corporales, ac deinde hominem ex vtrãq; constitutum, interpretandus est quod condiderit Angelos cù materia prima, quæ est substantia omnium rerum, quæ corpore constant. Atque his & similibus rationibus multi merito possunt à crimine hæreseos vendicari. Quod si nõnulli secretò hæretici extiterint, illud Ecclesiæ non obfuit, neq; cathedræ, quæ semper immaculata permãst, & quia Pontifex, vt pote summus Ecclesiæ Princeps, solutus est omnibus legibus positiuis, & omnem legem potest abrogare, ex solo diuino iure præscribi debet crimẽ, in quo sit deponendus. Et quia inter vitia omnia sola infidelitas, siue hæresis cù pertinaciã cõstituit eũ mortuum, & nõ tantum moribundũ, cum nequeat amplius exemplo, aut doctrina pacere; ideo ob

eã solã causam dignus reddatur depositione. Cetera enim morum vitia disponunt quidem, vt non possit esse bonus pastor: sola infidelitas vt pastor non sit, quia quantum in se est, iã non est Christianus, nec membrum: si non est membrum, nec caput. Hoc autem ius Diuinum colligitur mysticè ex illis verbis Domini, cum dixit: *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, &c.* scilicet Dan & Abirom schismaticorum. Omnis autem hæreticus etiam schismaticus est, & Apostolus; Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem deuita, rursus; Sed licet nõs, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Et in posteriori ad Thessalonicenses: *Denuntiamus vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & nõ seruandam traditionem, quam acceperunt à vobis.* Et iterum: *Nolite iugum ducere cũ infidelibus: & Dilctus: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis.* Et merito hæc omnia dicta sunt: ex hæresi enim illius per se sequitur hæresis vniuersalis Ecclesiæ, quæ illum in his, quæ fidei sunt, sequi debet ex alijs verò vitijs, modo bene gubernet, nõ ita sequitur per se fidei amissio: et si id quandoq; per accidens eueniat. Quare merito ipsa Scriptura alia vitia excepisse videtur, in quibus tolerandi sint pastores, dixit enim: *Su per cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite; secundum opera verò eorum nolite facere.* Et Petrus: *Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis.* Et rursus Dominus Matthæ. 18. cum membra quæ scandalum adferunt, iubeat præcidi, vt manus, & pedes, & oculos erui; nõ tamen iubet quoquo modo caput præcidi, hoc est, summum Pastorem, siue Papam: & Luc. 12. cum dixisset, *Quis putas, est fidelis dispensator & prudens; &c.* & explicans eius vitia, ait: *Quod si dixerit seruus ille in corde suo:*

Num. 16.

Tit. 3. Gal. 1.

2. Thess. 3.

2. Cor. 6.

Quæ vitia toleranda sint in Ecclesiâ pastore. Matth. 23.

1. Pet. 2.

Mora facit Dominus meus venire, & cæperit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari; Veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemq; eius cum infidelibus ponet. Vbi seruū illum puniendum dicit à Dño, vel ob peccatum in proximos factū, vel ob delictum gulæ, & per cōsequens luxuriæ in seipsum patrarum, tacens peccatū in Deū, scilicet infidelitatis, vel hæresis, in quo Ecclesia habet potestatem corrigendi eū. Sicut enim Dominus

propter insignem fidei cōfessionem, B. Petro pōtificatū promisit, ita propter infidelitatem, quā publicè docet & pfitetur, meritò eū deponi voluit. Ut meritò proinde tota Ecclesia pro summo Pontifice capite suo atq; pastore preces continuas fundat ad Deū per pastorum omnium Principē Dominum nostrū Iesum Christum, qui cum Patre, & Spiritu sancto pari honoris cultu est colendus atq; venerandus nūc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

Matth. 16.

1. Pet. 5.



TRACTATVS LXXXII.

In quo argumenta, quæ ex traditione Patrum, atq; rationum momētis ad firmādā autoritatem concilij Generalis super Papam, proferri solent, diluuntur.

In argumētis, quæ imminuere videntur Papæ autoritatem respectu Ecclesiæ, & concilij generalis, qui cauendum diligenter ex Caletano.

**R**urima, ac penè innumera producuntur ab aduersarijs argumēta, tum ex Patrum sententijs, tum ex rationū momentis, quibus euincant suam assertionem: sed illa prædictis nō sunt dissimilia, & facile refelli possunt, & ex illis nos selectiora quæq; & firmiora delibauimus. Illud in genere præmittendo, quod rectè in tractatu suo De autoritate Papæ, & concilij Caietani admonuit, in omnibus argumētis, quæ imminuere vidētur Papæ potestatem respectu Ecclesiæ, & Synodi vniuersalis, cauendum esse diligētē, ne fiat transitus ab Ecclesia integra ad eam acephalā, hoc est, sine capite, seu pastore suo; vel ab eo, quod est Ecclesiā seu concilium plenā habere potestatem, ad hoc qd eam immediatē habeat à Christo, vel ab eo quod est habere plenā potestatem Ecclesiam, vel cōcilium, ad hoc qd eam habet cōercentē, siue cogentē respectu Papæ minime sibi subditi, vel ab eo quod est habere plenā potestatem ratione partis, ad hoc qd est eā habere ratione totius.

Ita em̄ plerūq; paralogizāt, qui oppositam partē tuēt: sed si quis ad hæc aspiciat, facile eorū nodos dissoluet. Primo ergo loco canonē 6. cōcilij Niceni obijciunt: Mos antiquus perdurat in Ægypto, vel Libya, & Pēta-poli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem: quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est. Ex quo colligunt: si Alexandrinus Episcopus æquatur Romano, & Romanus Pontifex habet eam circumiacentium locorum, quomodo ergo præesse potest vniuersis, aut cōcilio? aut quomodo vniuersorū curam geret? Nec est ad rem glossa, quod loquatur de Cōstantinopolitano, qui nouæ Romæ est Episcopus: quoniam tēpore Niceni cōcilij nedū Cōstantinopolitana Ecclesia erat Patriarchalis, nec Byzantium, Cōstantinopolis, aut noua Roma appellabatur. Marcellus Ceruinus Cardinalis S. Crucis, qui postea ad Pontificatū assumptus est, vir sanctæ memorię, atq; eruditissimus, afferebat non esse sermonem ibi de Romano Pontifice, sed

I. locus concilij Niceni. Dist. 65. c. Mos antiquus.

Marce. Ceruinus Cardinal.

de Metropolitano; veriorēq; esse verionem iuxta antiquissimum codicē, quem se habere alleuerabat, vbi dicebatur: Quoniam quidem metropolitano Episcopo hoc idem moris est. Si verò lectionem nostram retineamus, intelligenda est illa concilij Niceni sententia, vt Romana Sedes vna est Patriarchalium. Romanus enim Pontifex & Episcopus est vr̄bis Romæ, & Archiepiscopus, siue metropolitānus, & Patriarcha, & deniq; vniuersalis Ecclesiæ Episcopus. Nam Romanus Episcopus, in quātum patriarcha Occidentalis, pares habet alios Patriarchas: quemadmodum quatenus Episcopus vr̄bis Romæ, Episcopos omnes æquales habet. Sed in quantum vniuersalis Ecclesiæ pastor, omnes sub se habet, parē neminem. Et hunc esse intellectum Niceni concilij, videtur explicasse Nicolaus ad Rodolphum Bituricensē Archiepiscopum, & habetur in cap. Cōquestus. 9. q. 3. Declarat idē canon 17. octauæ Synodi, cuius hæc sunt verba: Metropolitani super vniuersos Episcopos, qui ab ipsis promouentur, siue per manus impositionem, siue per pallij dationem, Episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt: habeant potestatem videlicet, ad conuocandum eos urgente necessitate ad synodalem cōuentum, vel etiam ad coerendum illos, & corrigendum, cū fama eos super quibusdā delictis forsan accusauerit, & supra dixerat: Qui & in Romano r̄u ciuitate huiusmodi mos præualuit. Hæc ibi. Vbi planē apparet, hūc canonem nihil aliud esse quā dilucidā explanationē Niceni canonis. Quod verò Gregorius ait, se venerari quatuor cōcilia generalia, quasi quatuor Euangelia: hoc est, quia ipsi Pōtiffices decreta illorum condiderunt præcipue, suaq; autoritate robur illis, & firmamentū tribuerunt. Et ideo non arguit, illos esse inferiores. Secūdo obijciūt canonē 21. 8. synodi in quo habetur: Si Synodus vniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit etiā de sancta Romanorum Ecclesia quauis ambiguitas, & controuersia, oportet venerabiliter, & cōuenienti reuerentia de præposita questione sciscitari, & solutionem accipere, aut proficere, aut profectū facere.

Nicolaus Papa.

Greg. lib. 2. regist. c. 49 seu epist. 10 tom. 2.

II. locus ex 8. Synodo.

re, non tamen audaciter sententiā dicere contra summos senioris Romæ Pontiffices. Hæc ibi. Ergo à cōtrario sensu quasi non audacter, sed cū cōuenienti reuerentia posset Synodus sententiā ferre in Papā. Sed profectō debile, & inefficax est argumentū à cōtrario sensu; & tunc locū habet, quando ex illatione non sequitur aliquid absurdū. Et quomodocunq; sententiā in Papā proferatur, nō nisi audacter pferatur, quia nulla est potestas in Ecclesia ad hoc. Et fortassis alludit hæc Synodus ad Dioscorum, qui in Synodo Ephesina sententiā audacter tulit in Leonē, vel ad 6. Synodum, in qua nō sine cōtrouersia dictum est anathema in Honorium; cū quidam contradicerent, & re non dū planē explorata, an idonee p̄batus esset hæreticus. Debet ergo p̄fere, vt p̄gredi in causa valeat ad eū monendū, vel ei, si opus sit, resistendū. Tertio proferatur concilium Cōstantiense, quod sels. 4. & 5. definiuit concilium esse supra Papam, his verbis: Primo declarat, quod ipsa in Spiritu sancto legitime congregata, conciliū generale faciens, & Ecclesiam Catholicam representans, potestatem à Christo immediatē habet, cui quilibet cuiuscūq; status, vel dignitatis, etiā si Papalis existat, obedire tenetur in his que pertinent ad fidē, & extirpationem dicti schismatis, & reformationē dictæ Ecclesiæ in capite, & in membris. Et subiungit, quod quicūq; obedire contumaciter cōtēpserit, nisi resipuerit, condignæ penitentię subiiciatur, & debite puniatur. Hoc idē Decretum innouatur à cōcilio Basiliensi sels. 2. Sed ad illud Decretum ostendendum infirmum, & inualidū, multa dici possent. Primum, quod eō tempore quo factum est, nondum erat integrum, & plenarium cōcilium vniuersali consensu coactū, sed vnius tantū obedientiā, cum tres forent, qui se gererent pro Romano Pōtiffice; nimirum Ioannes XXIII. Gregorius XII. & Benedictus XIII. Cuius signū fuit, quod sels. 21. & 25. dūm & aliæ nationes accesserūt, opus fuit denuo cōcilium indicere, quæ tacita quædam fuit confessio, ante illam indicationem nouam, non fuisse cōcilium.

Argumentum à contrario sensu ductū quando vim habeat.

Dioscorus Alexandrinus Episcopus, quæ hominis fuit impudētia, & arrogātia, in Romanum Pontifficem ausus est excommunicari, & proferre sententiā.

III. locus ex concilio Cōstantiense.

Concil. Basiliense.

I. solutio.



generale. Afferere ergo, quod eo tempore esset concilium generale, est antiquum schisma reuocare, & alios damnare, qui Benedictum, & Gregorium sequebantur. Deinde si conciliū Constantinense post aduentum aliarum nationum, quæ non agnoscebant Iohannem XXIII. pro vero Pontifice, existimassent se prius constituisse verum concilium, non opus fuisset semel statutum, iterū decernere, propter quæ scilicet, & quomodo possit Papa corrigi, & deponi: quod tamen fessi. 36. decernit, quod futurus Romanus Papa per Dei gratiam de proximo assumendus, cum hoc sacro Concilio, vel deputandis per singulas nationes, debeat reformare Ecclesiam in capite Romanæ curiæ secundum æquitatem, & bonum regimen Ecclesiæ: & sequitur artic. 13. Propter quæ, & quomodo Papa possit corrigi, vel deponi. Ex quo videtur, quod Synodus hoc decernens non approbauerit decreta prima facta Constantiæ, quibus statutum fuerat Papam teneri obedire concilio in his, quæ pertinent ad Fidem, & extirpationem schismatis, & reformationem generalem Ecclesiæ Dei: puniendumq; si obedire contempserit. Ex quibus constare videtur, propter quæ, & quomodo Papa corrigi possit, & deponi. Tertio, Martinus V. literas sacro approbante concilio, misit ad Germaniæ Episcopos, in quibus exposito prius tenore articulo Iohannis Vvicleffi, & Iohannis Hus, ac Hieronymi Pragensis, qui prius in concilio damnati fuerant, præcipit interrogari suspectos de fide, utrum credant quod B. Petrus fuerit vicarius Christi, habens potestatem ligandi & soluendi. Item, utrum credant quod Papa canonicè electus, qui pro tempore fuerit, sit successor B. Petri, habens supremam autoritatē in Ecclesia Dei. Certè hæc verba inuicem pugnant, quod Papa habeat supremam autoritatem in Ecclesia Dei, & quod cogatur obedire concilio. Non interrogant an credant quod concilium sit supra Papam. Quarto, inter articulos damnatos Iohannis Hus, hic fuit vnus: *Non est scintilla apparentia quod oporteat esse vnum caput*

*in spiritualibus regens Ecclesiam, quod semper cum ipsa Ecclesia militante conuersetur, & conseruetur. Si enim oportet quod sit vnum caput Ecclesiæ, quod semper cum ea conuersetur, quod est Papa, non cogetur subesse concilio, & minus ab eo poterit corripi, vel puniri. Quod si quis obijciat, decretum illud vires non habere; certè non potuisset Iohannes XXIII. à concilio deponi iurisdictionis defectu: Iohanne autem per decretum abrogatum ablato, nec Martinus in Pontificem eligi potuisset. Dicimus enim valuisse Martini electionem, non quia sedes vacaret ex Iohannis priuatione, sed ex illius libera renuntiatione. Quoniam etsi facta fuerit ab eo sub custodia retento, ratam tamen habuit, cum sui iuris esset: & Florentiæ confessus est se sponte, non coacte, aut vi aliqua renuntiasse. Secundo, si obijcias Martinum V. in vltima sessione probasse omnia & singula decreta in materia Fidei, quæ prius à concilio prodijissent. Respondet Caietanus, id propriè ad Fidem pertinere, & à Pontifice probatū fuisse, quod in Hæreticos definitū est in 8. 15. & 21. sessionibus. Quod autem Martinus ea solum probauerit, probatur primo: quia ad petitionem oratoris Regis Poloniæ illa probatio facta est, qui hoc tantum petebat, ut acta concilij contra Hæreticos firmarentur. Secundo, quia Martinus dicit se omnia sic conciliariter facta approbare, & non aliter, nec alio modo. Ponit ergo, quædam minus conciliariter facta esse, ut illa 4. & 5. sessio. declarata, quia nec disputatio aliqua præcesserat, nec disquisitio aliqua erat facta, nec delicti erant adhuc viri docti ad differenda, & tractanda ea, quæ in Fide essent constituenda. Rodericus quoque Episcopus Calagurritanus in dialogo de autoritate, & potestate Romani Pontificis, asserit se audiuisse ab his, qui concilio interfuerunt, decretū illud, præterquam quod factum fuit à sola obedientia Iohannis XXIII. nec etiam concorditer factum ab omnibus eiusdem obedientiæ, cum reclamauerint complures Cardinales, Prælati, & Doctores, affirmantes, decretū illud minimè*

Duplex in eâ obiecto diluitur.

Caiet. tra. 8a. De autorit. Papæ, & concilij.

Roderic. Episcop. Calagurrit.

II. solutio.

Tertia solutio.

Matth. 16.

Quarta solutio. Artic. 27.

iuridicum fore, datamque occasionem schismatis; imò illi contradixisse Iohannem XXIII. imò ea de causa infelicitè fugam arripuisse.

III. locus ex concilio Basileensi.

Quarto, obijciunt concilium Basileense definiens hæreticum, qui negauerit concilium esse supra Papam; aut asseruerit Papam posse transferre in alium locum, aut in aliud tempus prorogare concilium: Et tamen nemo tales decreti autores hæreticos existimauit: ergo Papa subest concilio. Dicendum est, quod etsi Basileense concilium à principio, Eugenio III. consentiente, fuerit congregatum, postea tamen non legitime processit, ut ex literis Eugenij annulationis, & dissolutionis, constat, eo quod esset ab Apostolicis legatis & præsentibus reclamatum, quemadmodum irrita fuerunt decreta concilij secundi Ephesini, etsi legitime congregati, ita & illius reuocata sunt, & ab eodem Eugenio concilium primo Ferrariam, deinde Florentiam translatum: vbi Basileenses conatus publicæ Ecclesiæ vtilitate repressi sunt, & vnio Armenorum, ac Græcorum in Florentino, non in Basileensi facta est. Et post illam depositionis Basiliensis concilij sententiam Ecclesia pro vero Pontifice Eugenio coluit, & illum Felicem in Synodo electum contempsit. Ideo concilium Basileense tueri, est Hæreticis fauere: quod illud concilium hæresis damnauerit eos, qui etiamnum Catholici dicuntur: & Nicolaus V. aperte sentit, Felicem illum non fuisse verum Ecclesiæ pastorem, sed nominatum: nec verum, & generale concilium, sed vocat congregatum nomine concilij generalis; Eugeniū verò felicis recordationis præcessorem suum appellat. Leo quoque Decimus in concilio Lateranensi secundo sess. 11. planè definit, concilium Basiliense non fuisse legitime celebratum: & postea cum ageretur de quadam sanctione à concilio Basileensi edita: *Sicut pia, inquit, memoria Leo I. prædecessor noster, cuius in hoc libenter quoad possumus, vestigia imitamur, ea, quæ in secunda Ephesina Synodo temere, contra iustitiam, & catholicam fidem ge-*

De concilio Basileensi quod sentiendum viro catholico.

Leo X.

*ita fuerunt, postmodum in Chalcedonensi concilio mandauit, ac fecit, pro dictæ fidei firmitate, reuocari, ita & nos à tam nefariæ sanctionis, & contentorum in ea reuocatione, retrahi, aut desistere, salua conscientia, ac nostro, & ipsius Ecclesiæ honorè, non posse, aut debere censemus. Nec illud nos mouere debet quod sanctio ipsa, & in ea contenta, in Basileensi concilio edita, & ipso Concilio instante, à Bituricensi congregatione recepta, & acceptata fuerunt; cum ea omnia etiam post translationem Basileensis concilij per recol. mem. Eugenium Papam III. etiam prædecessorem nostrum factam, à Basileensi conciliabulo, seu potius conuenticulo, quæ præsertim post huiusmodi translationem concilium amplius appellari non merebatur, facta extiterint; ac propterea nullum robur habere potuerint: cum etiam solum Rom. Pontificem pro tempore existentem, tanquam autoritatem super omnia concilia habentem, conciliorum indicendorum, transfereendorum ac dissolueendorum plenum ius, & potestatem habere, nedum ex sacra Scriptura testimonio, dictis sanctorum Patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrorum, sacrorumque canonum decretis, sed propria etiam eorundem conciliorum confessione manifestè constet. Hæc concilium Lateranense.*

Sed obijcies, Doctores Parisienses appellasse à concilio Lateranensi, & appellatio nomine academice circumfertur. Sed certè extabat anathema Pij II. in eos, qui ad futurum concilium appellauerint, sicut Pauli II. & Iulij II. successorum eius, statuentium hæresis suspitione non carere, si quis à Romano Pontifice concilium appelleret. Et certè talis appellatio non potest nisi in manifestum hæreticorum patrocinium fieri. Obijcies, facta in secunda sessione concilij Basileensis confirmata esse per Eugenium, ut constat ex literis Eugenij lectis in 16. sessione. Sed certè Eugenius non probat decreta edita, sed solum concilium generale Basileense à tempore inchoationis suæ legitime esse continuatum. Deinde concilium illud in secunda sessione nondum coaluerat, quia maior pars Episcoporum decrat, imò pau-

Concilium Basileense quale concilium, teste Innocentio III.

Appellare ad futurum concilium, quid arguat.

Eugenius III. quatenus Basileense concilium approbaue-

cissimi aderant: & propterea inchoatio quidem erat generalis, sed nondum perfecte re ipsa generale Concilium. Et præterea legatus sine commissione processit ad ea decreta ferenda, ut constat ex literis Eugenij ad Iulianum Cardinalem. Adhæc cum difficilis, ac grauis in Ecclesia Dei semper inter Catholicos extiterit illa controuersia de concilio supra Papam, vel Papa supra concilium; nulla conquisitione facta, nullo examine præcedente positum est id, quod erat ambiguum: ideo non fuit decretum fidei, sed simplex quædam commemoratio eius doctrine, quæ erat in concilio Constantiensi tradita. Quod animaduertentes eius Synodi Patres, rursus aliter in sessione 13. tractauerunt, definiendo, ea tamquam fidei decreta esse amplectenda. Sed tunc omnis legatorum autoritas erat abolita, & synodus Florentiam translata: & ideo non mirum, si turpiter ac pueriliter aberrauit condemnando pro Hæreticis, qui reuera fideles erant. Quare mirum est quod Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis, magnus aliò qui vir, exultauerit de huiusmodi decreto; & gratias Deo egerit, quod tandem decisa, & sublata fuisset controuersia de maiori autoritate inter Papam & Concilium. Quoniam si ante decretum dubium erat quis eorum esset superior, maximè in suimet fauore, cum id decernere ad superiorem tantum pertinet: ne tamen illa decreta Constantiensis, & Basileensis conciliorum omni prorsus careant robore, ac in Pontificis autoritate non militent; interpretanda sunt locum habere, quando vel Papa in hæresin incidit: quia tunc Concilium non in eum qui sit Pontifex, potestatem habet, sed in eum qui fuerat, quod hæresis omni eum autoritate spoliauerit; vel in causa schismatis, ubi duo, vel plures de Pontificatu contendunt, & ignoretur uter eorum sit Pontifex: tunc enim concilium in eos facultatem habet: sicut enim quod nescitur nondum consecratum, pro non consecrato habetur, & consecratione indiget, ut habes cap. Veniens, De pres-

Ioannes Gerson.

bytero non baptizato, & cap. Solennitates, De consecrat. distinct. 1. ita qui ignoratur an sit verus Pontifex, habendus est pro non Pontifice: & in eum habens potestatem, non censetur habere potestatem in Pontificem. Cui subscribunt verba canonis: Si cui forte contra fas est, distinct. 79. Et quod dicitur in secunda parte Decreti, quod Quicumque cuiuscumque dignitatis contumaciter contempserit, condignæ poenitentia subijciatur; referendum est ad causam schismatis, aut hæresis: in quo rectè concilio subijcitur prætenus Papa, qui non aliter est Papa, atque homo mortuus, aut pius dicitur homo. Et quod attinet ad reformationem dicte Ecclesie in capite, & in membris; referendum est ad reformationem ratione schismatis, aut hæresis, natam ex eo quod deest verus Pontifex, cuius est Ecclesiam reformare. Igitur expone, in capite, scilicet dubio & incerto, in quod concilium habet autoritatem. Et hæc videtur fuisse mens concilij Constantiensis, quam Basileenses perperam interpretantes, lapsi sunt in errorem prætextu reformationis Ecclesie, vsurpantes sibi omnem pontificiam potestatem. Maiores enim causas in concilio tractabant: de causis cathedralium Ecclesiarum iudicium sibi assuebant: prouisiones per Pontificem factas irritas decernebant: beneficia Ecclesiastica conferebant: legatos de latere ad regendas prouintias destinabant: decimas imponebant: indulgentias plenarias, ac perpetuas elargiebantur: & alia munera, quæ ad supremam Romani Pontificis spectant autoritatem, liberè faciebant. Cuius rei indignitate commotus Eugenius, coactus fuit concilium dissoluere, & transfere Ferrariam. Et ita quod ioco dixit Archiepiscopus Florentinus, Basilea peperit Basileum, impletum fuit. Et hæc de Basiliensi concilio satis.

Obijciunt etiam quædam dicta Satorum. Primo epistolam Ambrosij ad Theophilum, & Anisum lib. 10. epistolarum, in qua refert, Damasum Romanorum Episcopum dixisse, quod si Synodus integra fuisset, id est, si causam

Prætenus Papa, qualis ille.

Reformatio in capite quoniam Basileense concilium instituit.

Basileensium arrogantissimi Papalium munusculum usurpatio.

Archiepiscopi Florentini de Basiliensi concilio.

Argumentorum ex Patribus solutio.

B. Ambrosij tom. 2.

alteri

alteri non delegasset, potuisset ipse de causa cognoscere: sed quia Synodus alteri delegando præuenerat, non posse se iudicandi onus suscipere, nec conuenire Sedi Synodi autoritate iudicare: conueniret autem, si Synodus foret superior. Dicendum est, Papam non necessitate, sed honestate quadam permisisse iudices à Synodo datos iudicare: maximè quia eius autoritate id fecerat Synodus, & fuisset instantia ad se causam reuocare; non autem quod deesset ei potestas. Et si ratio procederet, cum illud Concilium Capuanum, de quo Ambrosius, & Damasus locuti sunt, Prouintiale fuerit, sequeretur, Prouintiale Concilium superius esse Romano Pontifice: quod falsum est. Idem etiam Ambrosius in dedicatione altaris Mediolanensis Ecclesie, dixit: Per Christum Dominum nostrum, qui eminentiam potestatis accepta Ecclesia contulit, quam pro honore susceptam reginam constituit, & sponsam: cui sublimitati omnia subiaccunt. Dicendum est, eminentiam, sublimitatemque; Ecclesie collatam ratione capitis: sicut homini datur excellentia videndi, sed in capite tantum, non ratione membrorum. Et omnia Ecclesie subiaccunt, scilicet illi, quæ iuncta est capiti suo. non diuisa ab eo, vel acephala. Rectè etiam non colligitur: Omnia Ecclesie subiaccunt, ergo & caput: sicut nec benè infertur: Omnia Deo subiaccunt, ergo Deus sibi ipsi subditus est. Adhæc idem Ambrosius asserit, quod non est dignior domus prædicationis ingressu, quam sancta Romana Ecclesia dignior est: ergo eadè ratione vniuersalis, quæ Romanam complectitur Ecclesiam, & alias. Respondemus, Ambrosium comparare Ecclesiam Romanam & Catholicam Ecclesiam hæreticorum, non autem suo capiti Romano Pontifici; vel Romana Ecclesia ratione capitis sui Petri successoris dicitur dignior. Nec ualeat, Ecclesia Romana est dignior quacunque alia, ergo multo magis vniuersalis, quæ illam, cæterasque complectitur: quemadmodum Deus cum vniuerso orbe nequaquam est se maior, aut perfectior, quam ante mundi

Idem.

Ephes. 5.

Omnia cui Ecclesie subiaccunt.

Idem.

creationem. Deinde producit Hieronymus in epistola ad Euagrium: Si autoritas quæritur, orbis maior est urbe: Ex quo colligunt, quod licet magnus sit Papa, maior est tamen Ecclesia tota, quæ non unam urbem, sed totum orbem complectitur: ergo & Generale Concilium illam representans maior est Romano Episcopo. Et sicut totum maius est sua parte, ita Ecclesia vniuersalis maior Romana; & suo præside. Dicendum, Hieronymum non loqui de autoritate iurisdictionis orbis totius comparata Apostolicæ Sedi, sed de autoritate consuetudinis: quæ tanto maior est, quanto generalior fuerit, & à pluribus recepta. Unde subdit: Quid mihi proferis vnius urbis consuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges Ecclesie vindicas? quasi diceret, præferendam esse orbis consuetudinem, quæ Presbyteri maiores habentur Diaconis, consuetudini vnius orbis, quæ Diaconi ob eorum paucitatem præferuntur Presbyteris. Nec licet rectè inferre à consuetudine ad autoritatem iurisdictionis: quoniam consuetudo vires sumit ab obseruatione, autoritas, ac prærogatiua, à dignitate dantis, & obtinentis. Nec dignior est vniuersalis Ecclesia Romano Pontifice: quod Pontifex sit eius pars: quoniam cum Romanus Pontifex ut Ecclesie caput plenitudinem habeat potestatis, & ab ipsa omnis cæterorum iurisdicatio deriuetur, ac pendeat, non potest eius potestas, qui non solum est Episcopus urbis, sed totius orbis, inferioribus comparari, sicut pars vniuersi comparatur alijs partibus, ex quibus etiam cum eo totum resultat, sed ut totum virtute comprehendens, quicquid potestatis est in alijs: quemadmodum superior virtus in se continet inferiores: & sicut dicunt Geometræ trigonum esse in tetragono. Proinde omnes Episcopi cum Papa congregati, quod ad autoritatem iurisdictionis attinet, non habent maiorem potestatem ipso Papa: sed minorem: & ut exemplo diu Thomæ, utar, omnes creaturæ, & Deus,

Hier. to. 2. prope finem.

Autoritas consuetudinis quanta sit.

Consuetudo vim suam unde habeat.

Autoritas ac prærogatiua unde accipiat vim suam.

D. Thom.

Quale esset dicere: Papa est pars Concilij; ergo Concilium maioris est autoritatis ipso Papa.

B. Ambros.

Idem Ambr. lib. 3. de Sacram. c. 1. paulo a medio, tom. 3. Ibidem.

Rom. 14.

B. Hieron.

Matth. 18.

Aug. epist. 162. a medio, tom. 2.

simul considerata non plus habent bonitatis, quam Deus ipse solus. Et si ex eo, quod Papa est pars Concilij, rectè colligeretur, Ergo Conciliū maioris est autoritatis ipso Papa; simili modo colligeretur, Ecclesiā maioris esse autoritatis ipso Iesu, eoquod Christus illius caput sit, & pars sit illius corporis, etiam mystici.

Primum est, quod ex beato Ambrosio producit: nam obtestantibus quibusdā Romanæ Ecclesiæ morem, ipse quo suum, hoc est, Ecclesiæ suæ morem tueretur, respōdisse fertur: Et nos sensum habemus. Sed certè hoc responso noluit negare Romanæ Ecclesiæ potestatem, aut morem eius infringere: quoniam ut ipse Ambrosius testatur libro de Sacramento, capite. 1. Non ignoramus, quod Ecclesia Romana hanc consuetudinē non habeat, cuius typum in omnibus sequimur, & formam. Et rursus: In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam. Aduerte ergo, sententiam Ambrosij de his intelligendam, in quibus licet in suo sensu abundare, ut sunt pleaque, non autem de potestate, vel autoritate eius. Adhæc beatus Hieronymus in epistola ad Damasum producit, in qua de supremo Ecclesiæ pastore locutus, ait, Dominum discipulis omnem potestatem dedisse, eandemque datam Episcopis, qui in eorum locum successerunt. Ex quo colligunt, illam potestatem congregatis Apostolis traditam, eandem Episcopis in Conciliū conuenientibus concessam, neminemque exceptum, vel Romanum Pontificem. Respondemus, potestatem datam Apostolis simul cum Petro, & ordine quodam, primū Petro, cui plenè concessa fuit, & postea alijs sub Petro, qui & vocati sunt in partem sollicitudinis. Nec Petrus hac Ecclesia dici potest inferior, aliās se ipso inferior foret: sicut nec Deus inferior, vel imperfectior est seipso cum vniuerso orbe.

Tertio adfertur Augustinus in epistola ad Glorium Eleusium, & Felicem Grammaticum, vbi inquit: Ecce putemus, illos Episcopos, qui Romæ

judicantur (scilicet Cæcilianum Episcopum restituendum) non bonos iudices fuisse, restabat adhuc plenarium Ecclesiæ vniuersæ Concilium, vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, ut si malè iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerentur. Ex quibus videtur constare, ipsius vniuersalis Concilij supremam autoritatem esse supra Papam. Respondemus, quod cum res hæc meri esset facti, in quo Papa decipi poterat, & plus Concilium videre, vel quia iudices à Papa deputati errare poterant, hoc dictum fuisse ab Augustino; vel propterea quod non sit indecens Romano Pontifici maturiori consilio mutare sententiam; ut habetur cap. Sententiam. 35. quæstione. 9. Nec consiliarij propterea maiores sunt principe, eoquod eorum consilio princeps mutet sententiam, quam vel solus, vel cum paucis decreuerat. Vel denique hoc dictum fuit: quia plus solet stari sententiæ Concilij, non quia plus potestatis, sed quia plus sapientiæ est in eo.

Tertio loco proponuntur sententiæ quorundam Pontificū, inter quos adducitur Gregorius Magnus, qui, ut habetur capite Si quis super his 2. quæst. 7. videtur Concilium; agnoscere pro suo iudice, dicens: Si quis super his nos redarguere voluerit, vel extra autoritatem nos facere contenderit; veniat ad Sedem Apostolicam, ut ibi ante confessionem beati Petri mecum iuste deceret; quatenus ibi vnus ex nobis sententiam suscipiat suam. Sed id respondemus Gregorium dixisse exemplo Petri ex humilitate: quoniam, ut ipse Gregorius docet, Petrus, qui potestatem regni acceperat, & princeps erat Apostolorum, querimoniæ contra eum à fidelibus factæ cur ad Gentes intrasset, non ex potestate officij, qua posset dicere: Oves pastorem suum non accusent, nec reprehendant; sed ex autoritate diuinæ virtutis, qua Gentes acceperant Spiritum sanctum, respondit. Insuper producit Anacletus, & Lucius Pontifices, qui asserunt, non solum Petrum, sed & omnes Apo-

stolos diuississe prouintias, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos potuisse: ex quo colligunt, Petrum Apostolorum collegio minorem; & Episcopum Romanum Episcoporum Concilio. Dicimus, non haberi in his locis, Apostolos simul congregatos id fecisse. Quod si Apostoli diuisi per mundum prædicando, & ad eadem populos conuertendo, erexerūt Ecclesias; & Episcopos constituerunt, id iure fecerunt, vel Apostolatus autoritate sibi à Christo Domino commissa, vel beati Petri eorum capitibus assensu & voluntate. Et quoniam quod per Romanæ Ecclesiæ caput factum fuit, per ipsam Romanam Ecclesiam factum censetur: ideo Nicolaus Primus dixit: Omnes siue Patriarcha cuiuslibet apicem; siue Metropolē primatus, Episcopatum cathedras, vel Ecclesiarum, siue cuiuscunque ordinis dignitatem, instituit Romana Ecclesia. Illam verò solus ipse fundauit; & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro aeterna vita clauigero terreni simul, & celestis imperij iura commisit. Hæc ille. Secundo obijcitur Eleutherius, dicens à cœtu Apostolorum definitum, non licere expedire Episcoporum causas sine sanctæ Romanæ Sedis autoritate. Quod si Apostolorum autoritate, & non solius Petri id concessum fuit, videtur vtiq; maior autoritas cœtus Apostolorum, quam ipsius Petri. Dicimus, id non fuisse autoritatis traditionem, sed illius declarationem: sicut etiam interpretamur illud Anacleti, quod Apostoli ipsum Petrum principem eorum esse voluerunt, qui non ab ipso, sed à Christo Domino autoritatem suam manifestè susceperant. Tertio profertur Hilarius Papa, qui post conditum decretū condemnationis quorundam excessuum, Synodum allocutus dixit: Quod ut deinceps possit tenacius custodiri, si placet, omnes sententiæ, subscriptionesque proprias commodate, ut Synodali iudicio aditus claudatur illicitus. Ex quo colligunt supremam Concilij autoritatem Dicimus; requisivisse Pontificem Synodi subscriptionem; non quod Synodus po-

Triplex solutio argumenti ex Augustino inueniuntis, Papa maior esse Concilium.

Argumenta ex autoritate Pontificum proponuntur, ac diluuntur. Greg. Mag.

Idem lib. 9. Registr. epist. 39. tom. 2. c. 2. q. 7. cap. Petrus.

Act. 11.

Pontifices Anacletus, Lucius, distinct. 99. c. Prouintia. Dist. 80. c. Vrbes.

Nicol. I. Mediolan. lib. 22. dist. cap. Omnes.

Matth. 16.

Eleut. Papa 3. q. 6. cap. Quamuis.

Anacl. Papa dist. 22. cap. In nouo.

Hilar. Papa

Dist. 35. c. Quod quis.

Si quādo Pontifices Concilij subscriptionem requirant, cur id faciant.

stolos diuississe prouintias, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos potuisse: ex quo colligunt, Petrum Apostolorum collegio minorem; & Episcopum Romanum Episcoporum Concilio. Dicimus, non haberi in his locis, Apostolos simul congregatos id fecisse. Quod si Apostoli diuisi per mundum prædicando, & ad eadem populos conuertendo, erexerūt Ecclesias; & Episcopos constituerunt, id iure fecerunt, vel Apostolatus autoritate sibi à Christo Domino commissa, vel beati Petri eorum capitibus assensu & voluntate. Et quoniam quod per Romanæ Ecclesiæ caput factum fuit, per ipsam Romanam Ecclesiam factum censetur: ideo Nicolaus Primus dixit: Omnes siue Patriarcha cuiuslibet apicem; siue Metropolē primatus, Episcopatum cathedras, vel Ecclesiarum, siue cuiuscunque ordinis dignitatem, instituit Romana Ecclesia. Illam verò solus ipse fundauit; & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro aeterna vita clauigero terreni simul, & celestis imperij iura commisit. Hæc ille. Secundo obijcitur Eleutherius, dicens à cœtu Apostolorum definitum, non licere expedire Episcoporum causas sine sanctæ Romanæ Sedis autoritate. Quod si Apostolorum autoritate, & non solius Petri id concessum fuit, videtur vtiq; maior autoritas cœtus Apostolorum, quam ipsius Petri. Dicimus, id non fuisse autoritatis traditionem, sed illius declarationem: sicut etiam interpretamur illud Anacleti, quod Apostoli ipsum Petrum principem eorum esse voluerunt, qui non ab ipso, sed à Christo Domino autoritatem suam manifestè susceperant. Tertio profertur Hilarius Papa, qui post conditum decretū condemnationis quorundam excessuum, Synodum allocutus dixit: Quod ut deinceps possit tenacius custodiri, si placet, omnes sententiæ, subscriptionesque proprias commodate, ut Synodali iudicio aditus claudatur illicitus. Ex quo colligunt supremam Concilij autoritatem Dicimus; requisivisse Pontificem Synodi subscriptionem; non quod Synodus po-

testate sit maior Pontifice, sed ut res consultiūs acta, faciliūs recipiatur, & ut ipse Hilarius dixit, tenacius & firmitus custodiatur. Quarto, obijci possunt verba Symmachi Papæ, qui in Synodo præsidens, cum disceptaretur, an robur haberet Scriptura Basilij. Odoacris Regis locum tenentis, qua decernebatur, sine Imperatoris consultatione non celebranda Romani Pontificis electionem, voluit illam in medium adduci, & legi, ut, cuius esset vigor, decerneretur: vbi videtur Synodi iudicium suo præulisse. Dicimus id fecisse, ut eorum reciperet consiliū, non ut ipsi tanquam superiores decernerent; an scriptura foret recipienda; sed si eorum consilio recipienda esset, ut de re consultiūs acta omnibus constaret reiiciendam. Vnde cum respondissent nullius esse ponderis, rationem reddentes dixerunt: Quia Apostolicæ Sedis, quæ statutis Synodalibus consuevit firmitatem tribuere, non erat autoritate robata. Quinto producantur ab eis verba Innocentij Primi, & Leonis Quarti, vbi instrumur, si qua orta fuerit controuersia, occurrendum primū ad sacram Scripturam Veteris & Noui Testamenti, deinde ad Canones Apostolorum, & Conciliorum; postremo ad regulas Romanorum Pontificum: quo loco ex ordine Scripturæ Conciliorum decreta præferri videntur regulis Romanorum Pontificum. Sed præferuntur merito, tanquam maturiori consilio constituta, sed non sine ipso Romano Pontifice: & ut ibidem explicauit Innocentius: faciliūs namque inuenitur, quod à pluribus senioribus quaeritur.

Quarto loco producendæ sunt rationes, & quanti sint ponderis excutiendæ. Primò enim argumentantur: Si suprema potestas est in Papa, quid opus est cogere Concilium? sed non est recta collectio: quoniam eadem ratione superuacua foret Pontificis autoritas, si supra Papam sint Concilia. Nec verum est frustra haberi Concilium, si maior, æqualisve

Symmachus Papa dist. 96. cap. Bene quidem.

Innoc. I. Leo IIII dist. 20. cap. De quibus, & cap. de libellis.

Conciliorū decretis Romanorum Pontificum Regule cur cedat.

Concilium esse supra Papam, quibus rationibus ostendunt aduersarij: quæ soluantur. Ratio prima

fit Romani autoritas Pontificis: quoniam quæ in Concilio à Romano Pontifice decernuntur, vel à Concilio autoritate Romani Pontificis, maiori, & maturiori autoritate decreta censentur, cum integrum sit iudicium, quod plurimum sententijs roboratur, & quæ etiam censentur instinctu Spiritus sancti decreta, quia ab his proficiuntur, qui dicere possunt: *Visum est Spiritui sancto, & nobis.* Deinde etiã, quoniam si in errorem declinaret Pontifex, plurimorum iudicio facile ab errore reuocari posset. Denique quæ à talibus proficiuntur, solent plausibilis ab omnib' acceptari. Ad hoc etiam superius respõsum fuit. Secundo: Respublica potest tyrannum iure deponere, sicut Regulares Præpositum suum Generalem; ergo etiam Ecclesia deponere poterit summum Pontificem, cuius tyrannis, & à recta via exorbitatio grauiora damna adferre posset Ecclesiæ, quàm tyrannus regno, aut criminofus Generalis suæ Regulæ. Dicendum, Rempublicam liberam existere, utpote à qua derivata est potestas in Regem; Ecclesia verò serua est, & Christi sanguine redempta, & non potest supra suum pastorem à Christo datum nisi in causa ab ipso expressa, hoc est, hæresis: & ideò ferre cogitur præfulem sibi ab eo datum, siue bonum, siue malum, modò à fide non exorbitet. Ita etiam Regulares possunt deponere suum Generalem, quia potestas regendi primo sibi collata à Papa, postea per eam in Generalem Præpositum transfertur.

Iudicium integrum quodnam illud.

Act. 15.

Secunda ratio.

Reipublicæ, & Ecclesiæ ratio diuersa

Si Papa neminem supra se habet in terra, quomodo, si peccauerit, corrigetur.

Papæ dysscolli corrigendi, rationes quinque. Matth. 18.

sa hæresis à Papatu excidit, & declarari depositus potest, in reliquis vero vitijs potest illi succurri remedio fraternelle correctionis: etiamsi ad extremum actum dicendi Ecclesiæ procedi non possit, quia nulla est potestas in terra super eum. Secundo confundi potest sanctitate, & bona vita inferiorum. Tertio legationibus principum Christianorum, ita ut si non amore iustitiæ, saltim hominum pudore, & timore à mala via reuocentur. Quarto precibus totius Ecclesiæ iuari potest, ita ut quod per nos non possumus, per Deum, qui omnia potest, obtineamus: multum siquidè valet deprecatio iustorum assidua. Vnde Petro in carcere detento, oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Postremo, superest Ecclesiæ ius naturalis defensionis, quo se aggredienti resistere potest, quemadmodum Paulus restitit Petro. Nam ut filius parenti potestati maiori se gladio petere volenti potest occurrere, seque ab eius iniuria ueri, ita Papæ minus equa præcipienti, aut iniuriam manifestam inferre volenti, inferiores ire obuiam possunt, & cum debita reuerentia, & nõ negando potestatem ei traditam, sui eum officij commonefacere. Neque propterea remanet sine correctione, quoniam Deus comminatur de illo pœnas se sumpturum, & se eum dissecaturum, partemque eius cum hypocritis positurum. Quis enim negare valeat grauiores, ac acerbiores esse pœnas in alio seculo futuras, quàm præsentem? Vnde ipse dixit per Prophetam: *Ecce ego super pastores*

Iacob. vlt.

Act. 12. Naturalis defensionis ius quid postulet.

Gal. 2.

Papæ dysscolus quale iudicium subditorum est.

Luc. 12.

Ezech. 34. Terita ratio. 1. Cor. 4.

Matth. 20. Bernar. lib. de consid. Romana Ecclesia nõ est domina aliarum Ecclesiarum, sed mater, teste Bernardo.

Tertio, Pontifex est Ecclesiæ minister: iuxta illud: *sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Et Dominus; *Reges Gentium dominantur eorum, &c. nõ ita erit inter vos; sed quicumque voluerit inter vos minor fieri, sit vester minister.* Ex quibus elicit Bernardus, non esse dominam aliarum Ecclesiarum Ecclesiam Romanam, sed matrem, quæ filios suos non grauare, sed pietatis vberibus nutrire debet. Si ergo minister est Ecclesiæ, non ergo illa maior,

Hebr. 1.

Ministerium non semper subiectione includere.

Matth. 20. Luc. 22.

1. Cor. 4.

Supra. 3.

Luc. 22.

Quarta ratio

Ecclesia maior Pontifice Max. quomodo possit esse.

Exemplum duplex.

aut Generali Concilio illam representante. Dicimus, non semper ministerium inferiorem denotare: nam & Angeli dicuntur in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, propter opẽ, & subsidium, quod præstant; nec tamẽ sunt ijs inferiores. Christus etiam minister est, ut ipse dixit: *Filius hominis nõ venit ministrari, sed ministrare*: & *Ego in medio vestrũ sum sicut qui ministrat*: qui tamẽ verẽ Dominus extitit. Quamquam minister, qui alterius virtute operatur, atque eius vices gerit, minor sit eo, cuius est minister: quomodo Papa non est Ecclesiæ minister, sed Christi. Vnde Paulus dixit: *sic nos existimet homo ut ministros Christi*: & paulò antè: *Quid igitur est apollo? quid verò Paulus? ministri eius, cui credidistis.* Non sequitur ergo, Papa minister est Ecclesiæ, ergo minor Ecclesia: implicat enim esse maiorem, & minorem respectu eiusdem: præsertim cum Dominus dixerit: *Qui maior est in vobis, fiat sicut minor*: id est, etsi non sit, gerat se, ac si esset minister Ecclesiæ propter me.

Quarto, si Papa est membrum Ecclesiæ, non totum corpus, ergo vniuersalis Ecclesia, quæ totum corpus existit, amplioris virtutis est, & potestatis, quam Papa: quoniam membrum partem dicit, & non totum. Dicimus, quod etsi Ecclesia sit maior perfectione gratiæ, & amplitudine virtutũ: imò quiuis priuatus possit esse hac ratione perfectior, & maior Papa; verum in autoritate iurisdictionis, qua peccator potest esse maior multis iustis; Papa hac ratione toto residuo Ecclesiæ corpore maior est. Quod exẽplis declaratur. Primo in capite corporis naturalis: quod et si membrum sit corporis, præstantius tamen est virtute sentiendi toto reliquo corpore, cum in eo existat plenitudo sensuum, in alio verò solus sensus tactus inueniatur. Idem patet in principe respectu reipublicæ, cui præest: non enim est dubium, quin sit membrum vniuersæ reipublicæ, & tamen non possidet omnes virtutes, & gratias, quæ ab alijs possidentur;

nihilominus autoritate iurisdictionis vniuersis alijs est superior. Non valere illam etiam consequentiam, ostendit exemplum Christi: qui cum sit caput super omnem Ecclesiam, ut ait Apostolus, & dicatur etiam mẽbrum Ecclesiæ ab eodem, cum dicit: *Vos estis corpus, & membra de membro*; id est, dependentes de Christo capite, & cõmembro nostro, ut explicat Glossa: sanè hæreticum esset dicere, Christum minorem esse gratia, aut perfectione, aut potestate, ipsa Ecclesia.

Quinto obijciunt: Papa est propter Ecclesiam, sicut pastor propter gregem: ita enim ait Paulus: *Potestatem dedit nobis Dominus in edificationem, & non in destructionem*. & iterum: *Omnia vestra sunt, siue Paulus; siue apollo, siue Cephas, siue mundus*: semper autem deterius gratia est melioris, ut docet Philosophus. Dicimus, aliquid esse finem alterius, aut id, ad quod tendit res ex ordine sibi à natura indito; aut refertur corpus ageris. Quomodo in seculari politica, finis, in quem tendit, & collymat regimen principis gubernantis est ipsa pax, & tranquillitas gubernantis, siue felicitas politica: ipsa verò respublica dicitur finis regiminis, eoquod ad eius vtilitatem tendit opus administrantis. Ita etiam finis, propter quem instituta est suprema illa potestas, non est ipsa Christi Ecclesia, sed beatitudo cœlestis, ad quam per regimen Pontificiæ potestatis ipsa Ecclesia est dirigenda; Ecclesia verò vniuersalis secundo modo finis est, ad cuius salutem, & commodum accommodatur exercitium potestatis Pontificiæ. Propterea non est verum, id quod deterius, constitui propter melius, si illud sit, ad cuius vtilitatem est institutum opus agentis. Quod manifestè patet in pastoribus, qui dicuntur instituti propter gregem, & tamen illo non sunt minores, sed maiores & in principibus tam secularibus, quàm Ecclesiasticis, qui dicuntur instituti propter commissa sibi vniuersitates regendas, & tamen non sunt minores autoritate

Ephes. 1.

1. Cor. 12.

Quinta ratio.

2. Cor. 10. & 13. 1. Cor. 3. Arist.

Aliquid vtilitatis alterius sit finis.

Papæ ad quod institutus est Dec.

Deterius nõ semper constituitur per melius, ut dixit Aristoteles.

Heb. 1.

populis sibi subiectis, sed maiores. Idem patet in Angelis, qui sunt in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis; & tamé naturæ nobilitate sunt præstantiores hominibus. Idem denique apertissimè redditur in Christo, qui dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea; qui tamen & dignitate, & potestate est longè superior.

Sexta ratio.

Sexto: Ecclesia vniuersalis dicitur mater omnium fidelium: Papa vero est filius Ecclesiæ: ergo illa excellentia dignitatis, & potestatis minor est. Nec potest dici quòd sit pater Ecclesiæ, cum nullus sit pater suæ matris: vnde vel ipsi Pontifices se Ecclesiæ filios profitentur. Ita enim inquit Callistus Papa: *Sicut Dei Filius venit facere voluntatem Patris sui, sic & vos implete voluntatem matris vestræ, quæ est Ecclesia.* Anacletus quoque ait; *Mater nostra Ecclesia est, quæ nos in Baptismo regenerauit.* Respondemus eadem veneratione & honore, quo filius præcepto Dei debet matrem honorare, mater superior est filio: nihil tamen prohibet, quin filius iurisdictione, & administratione maior sit matre, & à matre filio præstandam obedientiam. Cuius rei exemplum habemus in Rege habente matrem, cui vt Rex est, omnes maiorem præstant obedientiam, quam matri; imò etiam ipsa mater. Et vt Christus est filius Virginis, & tamen eminentia potestatis super Virginè est; & super omnes matres: ita etiam non inconuenit Papam esse filium Ecclesiæ per Sacramentum Baptismi regeneratum, & tamen sit auctoritate illa superior. Imò etiam pater dici potest Ecclesiæ: nam vt Christus diuersis rationibus & filius Davidis dicitur, & pater eiusdem, & Filius Virginis, & pater spiritualis: ita etiam Episcopus quisque, & maxime Romanus, filius est Ecclesiæ spiritualis, & pater Ecclesiæ, quam instar patris regit, atque gubernat. Vnde Paulus dixit: *Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu, per Euangelium ego vos genui.*

Septima ratio.

Septimo, si Petrus est maior, & pri-

mus Apostolorum, ac propterea Romana Ecclesia prima inter Ecclesias; erit igitur eadem ratione Compostellana Ecclesia secunda propter Iacobum secundum Apostolorum, & Ephesina tertia propter Ioannem, qui tertius connumeratur. Cum ergo nec illa sit secunda, nec ista tertia, igitur nec Romana erit prima, nec Petrus cæteris superior. Dicimus, Iacobum non fuisse secundum Apostolorum, nec Ioannem tertium, sed Euangelistas diuerso ordine Apostolos nominasse. Petrus autem semper primo loco ponitur, imò etiam primus ab Euangelistis dicitur: quia hoc nos, scire magnopere referebat propter Petri, & successorum eius auctoritatem; quis autem esset secundus, aut tertius, nihil intererat. Præterea neque Iacobus, neque Ioanni, imò nec ipsi Petro in Apostolatu quisquam successit: Petrus tamen in pastoralis officio successorem habuit.

Octauo: plures legimus Romanos Pontifices ab Imperatoribus, & à Concilijs Pontificatu fuisse spoliatos, quod superiorè Concilij, & Imperatoris auctoritatem designat. Respondemus: id non iure, sed iniuria, & perperam factum; si de vero Pontifice est sermo; aut iure, si incertum erat, quis esset Pontifex, aut non Canonice intrasse, sed Sedem per vim occupasse. Eiecti autem sunt Felix Tertius à Constantino, eoquòd nollet Arrianis consentire. Constantinus Secundus à Concilio Romæ coacto depositus, & in carcerem coniectus, quòd Paulo vita functo vi tyrannica Sedem inuasisset anno 710. Christophorus, qui Leonis Pontificis Presbyter, fraude, & vi Leonem in carcerem coniecit, & Sedem Apostolicam inuasit anno 909. Ioannes Duodecimus, qui sordidis, ac prauis moribus, atque omnibus scandalo existens, Rauennæ depositus fuit à Concilio, subrogato quòdam Leone: cuius depositionem irritam fecit subsequens Concilium Romanum. Benedictus Quintus à seditiosis Pontifex factus, autore Othone Imperatore, vt minus legitimus deiectus est, Leone Quarto subrogato.

Mar. 3.

In Apostolorum inter se ordine recensendo Euangelistæ quid obferunt.

Ibidem. Matth. 10. Luc. 6.

Octaua ratio.

Qui Pontifices iure, vel iniuria à seculari potestate fuerint depositi.

Nono:

Nona ratio.

Nono: quia facta Pontificum auctoritate, quandoque in Concilijs examinata fuerunt: quemadmodum discussio Dioscori per Leonem discussa fuit in Chalcedonenſi Concilio, & quæ Martinus in Pyrrhum, & Sergiū definiuit, in Constantinopolitana Synodo sunt examinata, & gesta per Nicolaum, & Hadrianum cõtra Photium, in octaua Synodo generali ad examen sunt deducta. At examinare an quicquam ritè sit, vel perperam factum, spectat ad superiorem. Dicimus, examinationem, huiusmodi nõ esse referendam tãquam ad potestatem superiorem, sed ad id, vt omnibus innotesceret, & ab omnibus reciperetur, vt constat ex actione septima Synodi sextæ, vbi gesta Agathonis contra hæreticos declarantur, & act. quarta octauæ Synodi gesta Martini in Photium explicata sunt: & in act. quinta eiusdè Synodi præſente Photio lectæ sunt epistolæ duæ, qua de eo missæ fuerant à sancta Romana Ecclesia. Similiter etiam nõ valet: Papa subijcitur decretis in Concilio, siue sint de Fide, siue de moribus, ergo est illo inferior. Respondemus: In legibus positiuis, & ad disciplinam spectantibus, potest Papa dispensare, si cõsuetudo subſit: & si inutiles sint, potest illas omnino abrogare, & in alias meliores pro sua prudentia commutare: in decretis vero de fide à Concilio declaratis subest Papa, sicut etiam fidei subesse debet: nec propterea alicui de integro subijcitur Papa, sed quod implicite credebat, debet explicite credere quæ prius non erant explicata. Decimo: si Papa hanc supremam haberet potestatem in totam Ecclesiam, posset eam excommunicare, atque condemnare. Sed accepit potestatem in ædificationem, & non in destructionem: & satis est quòd ad auctoritatem eius indicandam, potest declarare aliquem articulum, cuius declarationi Ecclesia stare debeat vniuersa; vel legem condere ad disciplinam spectantem, quæ vniuersos fideles obliget, si opus sit. Excommunicare vero totam Ecclesiam non potest, quia non ædificat, & id tantum

Sexta Synodus.

Octaua Synodus.

Quas leges Pont. Max. relaxare valeat, aut antiquare. Idè quibus decretis sit subiectus.

Decima ratio.

2. Cor. 10. Infra 13.

possumus, quòd iure possumus. Nec dari potest causa, qua tota Ecclesia digna sit excommunicatione: nec illa infertur nisi in refractarios & contumaces: at in Ecclesia semper sũt oues audientes vocem sui pastoris.

Vndecimo obijcitur, Apostolos, & Ecclesiam infirmasse electionem Clemētis in successorè suum à Petro factam; quòd fieri sanè haud potuisset, nisi Ecclesia maiorem haberet auctoritatem ipso Pontifice. Dupliciter responderi ad hoc potest. Altero modo, dicendo id actum fuisse consentiente Clemente tacito Spiritus sancti instinctu, & eo suo iuri cedente, ne res in exemplum traheretur. Nam dicitur recusasse munus, ac renuntiasse: quanquam de hac re non nihil dubitet B. Epiphanius in Hæresin 27. in Carpocratitas. Altero vero respondent quidam, electionem Clementis nõquam fuisse irritam redditam, sed firmam, & immobilem permansisse, atque illi in cathedra successisse. Id primò probatur ex Damaso in vita Clementis, vbi ait: *Clemens discipulus B. Petri suscepit Ecclesia Pontificatum gubernandum, sicut ei fuerat à Domino cathedra tradita, vel commissa.* Linum vero, & Cletum Episcopos ordinauit, qui præſentialiter ministerium sacerdotale in vrbe Roma exhiberent, dũ ipse viueret.

Epiphanius. Altera opinio.

Damasus Papa.

Matth. 16.

Ruffinus.

Tertull.

Leo II. Ioan. III.

Concilium Florentinum. Niceph. lib. 2. Eccl. hist. cap. 35. à med.

Regula iuris

Vndecima ratio.

De electione Clementis à Petro facta in suum successorem duplex opinio.

Epiphanius. Altera opinio.

Damasus Papa.

Matth. 16.

Ruffinus.

Tertull.

Leo II. Ioan. III.

Concilium Florentinum. Niceph. lib. 2. Eccl. hist. cap. 35. à med.

loco

loco posuisse Linum, deinde Anacle- tum, & ultimo ante mortem loco sui reliquisse Clementem. Habet igitur magnos autores hæc sententia. Vnde in Episcopi Romani electione solus ipse Romanus Pontifex potest modum, & formam electionis ( id est, à quibus, & quo numero, & quomodo eligi debeat) præscribere, & non Cõcilium, vt ita quodammodo videatur ipsi eligere suos successores, dũ formam in eligendo seruandã præfigit.

Maximè autem decebat, vt nõ ipsi Pontifices per seipfos eligerent successores suos; ne hereditate possideretur sanctuarium Dei; ne etiam per carnis successorem Pontifices descenderent, quoniam, sicut translatum est Sacerdotium illud carnale in Sacerdotium spirituale secundum ordinem Melchisedec, vt illud per carnẽ descendebar, ita istud per electio-

nem. Quẽadmodum Dominus Iesus Christus Sacerdos est, non ex tribu Leui, sed ex Iuda, vt ait Paulus, ad quẽ nihil spectabat Sacerdotium: ita etiã ipse Dominus peculiariter Petrum elegit, in quem transferret Pontificatum, quem nulla contingebat sanguinis propinquitas; cum tamen plures haberet Apostolos sanguine coniunctos. Idem quoque Petrus designauit Clementem successorẽ, minimè sanguine necessarium, sed neque Iudæũ quidem, sed Romanũ sanguine: post quem secuti sunt Pontifices ex omninatione: quia in Christo Iesu non est Gentilis neque Iudæus; circumcisio, aut præputium; Barbarus, aut Scythia, seruus, aut liber; sed omnia, & in omnibus Christus, cui cum Patre, & Spiritu sancto sempiternus sit honos, gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

Hebr. 7.

Ex qua tril u ortus sit De- minus secun- dum Apo- sto- lum.

Galat. 3. Colos. 3.

Cur minime decuerit, Romanant vt Pontifices per seipfos eligere- rent successores suos.

Psal. 109. Hebr. 7.



TRACTATUS LXXXIII.

In quo differitur, quam potestatem habeat Ecclesia in eligendo Papa; quam rursus in deponendo, si hæreticus existat; & quis censendus sit propriè hæreticus.

**N**E præcedens tractatus æquo prolixior fortè prodiret, coacti sumus argumẽtum, quod fieri solet de eius electione, ac depositione, si hæreticus existat, in hunc peculiarem, & magis commodum locum seruare, ne resũ multitudo lectorem obrueret, aut minus distincta, ac dilucida euaderet oratio. Argumentantur igitur duo decimo loco: Ecclesia interdum deposuit plures Pontifices, ergo illis autoritate est superior, quemadmodum eum eligendo, superiorem potestatem indicat: nam qui alteri confert potestatem, & illam eã potest spoliare po-

testate, & autoritate, quã superior esse viderur. Dicendũ est, quod electio personæ, in quam deriuatur Papatus, est vt plurimum in Ecclesia Romana, siue in duabus partibus Cardinaliũ, qui in hac parte representant vniuersalem Ecclesiam, & hæc tantum deuoluitur ad Ecclesiam, quando non sunt electores ordinarij: atque hæc haud confert Papatum, quem solus Christus tribuit, sed est inferior Papatu, siue Papa, supra quem solus est Christus. Vnde defuncto Papa, est quidem in Ecclesia potestas illum eligendi, non tamen se extendit ad ea, ad quæ Papa: quia aliàs duæ essent

Electio eius, in quem confertur Papatus, penes quem sit.

Duodecima ratio.

supreme

supremæ potestates, & tegimen Ecclesie non esset monarchicum, nec Papa posset electorum numerum, & modum eligendi præscribere: ita vt aliter sit irrita, & inanis electio. Tantum ergo per modum ministerij se habet ad Papatum, quemadmodum in Sacramentis ministri, qui immediate ad gratiam, quæ per illa confertur, vel ad characterem non attingit, nisi nudum ministerium exhibendo. Et vt in generatione hominis virtus feminis minimè attingit ad animam rationalem, quam Deus pro sua benignitate creatam infundit: ita etiam Ecclesia in duabus partibus Cardinalium ex tribus eligendo disponit, vt à se designato Deus conferat Papatum. Quẽadmodum ergo in electione non nisi ministerio attingit ad Papatum, ita nec in depositione, quoniã per hæresim Papa cadit à Papatu, quod non fit per alia peccata. Et ita cum per hæresim Papa fiat omnibus fidelibus minor, vt ait Thomas in Quarto, per Ecclesiam iudicari poterit, siue iudicatus à Deo declarari. Quod verò per hæresim manifestam, & contumaciter defensam cadat à Papatu, & ipso sit iure spoliatus, probari potest, tum ex eo, quod Fide amissa, per quã fit prima vnio ad corpus Christi, quod est Ecclesia, membrum Ecclesie esse desinit, ac proinde etiam desinit esse caput: non enim potest corporis Ecclesie esse caput, cuius non modò membrum non existit, sed nec etiam in corpore ipso existit, sed extra ipsum est. Deinde Ecclesia est fundata super petram, hoc est, supra Petrum credentem, & confitentem Christum iuxta illud: *Super hæc petram edificabo Ecclesiam meam.* Qui ergo cadit à petra, hoc est, à Christo per Petrum confesso, siue à fide eius aperte & pertinaciter, cadit cõsequenter ab Ecclesia Christi, & per consequens à principatu eius, qui dicitur Papatus. Adhuc Dominus ait: *Qui non credit, iam iudicatus est;* & Apostolus: *Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem deuota; sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & proprio iudicio condemnatus.* Qui ergo iam iudicatus est

atque damnatus, non eget nisi declarante sententia illum iure diuino depositum. Præterea Thomas in Secunda secunda disputans an schismatici habeant absoluendi potestatem, ac distinguens duplicem potestatem, Sacramenti videlicet ac iurisdictionis, respondet, potestatem Sacramenti non perdi quantum ad essentiã potestatis, bene autem quantum ad legitimum usum: potestatem verò iurisdictionis, quæ non per consecrationem, sed sola iniunctione confertur, omnino quantum ad essentiã amittunt schismatici, & hæretici: vnde non possunt absoluere vel excommunicare, & indulgentias facere: & si tentent efficere, nihil est actum. Et ad hoc probandum producit Cyprianum, qui in cap. Nouatianus 7. quæst. prima ita inquit: *Qui nec vnitatem spiritus, nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab Ecclesia vinculo, & Sacerdotum collegio separat, Episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem: qui Episcopatus nec vnitatem voluit habere, nec pacem.* Idem etiã Thomas in Quarto scribit, quod si Papa in hæresim labitur, minor efficitur quocunque fideli; ac proinde corrigi, & iudicari potest.

Sed vt hæc maiori lumine perfundantur, explicemus quis sit propriè hæreticus, & quomodo in Papam hæreticum possit Ecclesia. Hæreticus est igitur, qui cum pertinacia non suscipit, quæ constat omni Ecclesie fide esse suscipienda: atque hoc, si formam hæretici spectemus. Secundum materiã verò ille est hæreticus, qui dicta sua, ac placita sine pertinacia tenet, paratus tamen corrigi. Et talis cum est Papa, vt propriè non est hæreticus, ita nec ipso facto deponitur: imò nec est deponendus, quia correptus statim cederet veritati agnitæ. Vt autem quis potest esse hæreticus coram hominibus, & non coram Deo, quia videlicet ex gloria tuetur hæreticas assertiones, quas veras esse non credit: & è conuerso potest quis esse hæreticus coram Deo, & non coram hominibus, vt qui solo corde est hæreticus: ita stat aliquem non esse Papam coram Deo, & esse coram

Quartum argumentum. D. Thomas Secunda secunda q. 39 art. 4. tom. 11. part. 2. Hæreticus potestatem Sacramenti quatenus amittat secundum Thomam

Cyprianus epist. 2. lib. 4. ad Antonianum.

Thomas in 4. dist. 19.

Hæreticus propriè quis

Hæreticus quis impropiè ille sit,

hominibus,

Thomas in 4. dist. 19. tom. 7.

Papam per hæresim ipso iure à Papatu excidere, probatur quadru- pliciter. Colos. 1.

Secundum argumẽtum.

Matth. 16. Ecclesia quo modo super petram fundata sit.

Tertium argumẽtum. Ioan. 3.

Tit. 3.

Impedimēta duo à Pontificatu excludentia, quænam illa. Hebr. 5.

Matth. 16.

Hæreticus, aut schismaticus eligi in Papam non possit quibus de causis.

Quod hæreticus coram Deo, occultus & ignotus Ecclesie, nec dum talis per Ecclesiam declaratus, in Papam eligi non possit. Ephes. 3. Secundum argumentum.

hominibus, quia ad rationem Papæ opus est ut quis sit sexu vir, iuxta illud Apostoli: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ipsa sunt ad Deum.* Debet præterea esse Christianus professione: unde fœmina, vel Turca (si quãdò id contingeret) electus in Papam, Papa non esset, quia nec illa vir est, nec iste Christianus. Ideò Petrus à Christo interrogatur de fide, antequàm ei claves regni cœlorum promittantur. Unde elicitur, manifestum hæreticum non posse eligi in Papam. Quod si quis concederet, illud etiam fateri cogeretur, excommunicatum, & schismaticum in Papam creari posse: quod absurdum est, & contradictionem continet. Nam tunc caput esset corporis, à quo disideret.

Quod si quis illorum partes propugnans, dicat: Vbi schismaticus, vel excommunicatus Papa creatur, confessim ab excommunicatione absolvitur. Bene habet: sed quæro, quomodo censetur absolutus manens in sua hæresi? nam manifestus hæreticus non potest eligi: vel quia hic casus Deo providente non contingat, vel quia difficile est maiorem eligentium partem hæretica prauitate esse infectam, qui eligant hæreticum. Nam tunc etiam ex parte electorũ vitiosa esset electio, quoniam hæretici, & schismatici, & hoc pacto excommunicati non habent ius eligendi: atque ita ex vtraque parte, tam electi, quàm eligentium inualida esset electio. Si quis respondeat, causam excommunicationis non impedire electionem Papæ, ut habetur in Clementina de electione. Dicimus non habere locũ illam Clementinam, vbi excommunicationis sit per hæresim notoriam.

Adhæc hæreticus occultus coram Deo, sed ignotus Ecclesie, necdum hæreticus per Ecclesiam declaratus, non potest eligi in Papam, nec tenebit electio. Quod his rationibus contra Caietanum euincitur. Primo, quia non est membrum Christi, & ideò oportet esse fidelem: nam per fidem Christus in nobis inhabitat, & facit nos sua membra: Adhæc oportet non

esse schismaticum: omnis autem hæreticus, schismaticus est: Tertio, oportet etiam non esse excommunicatum, & ab Ecclesia præcisum: at qui non credit, iã iudicatus est. Quarto, quia talis non est Petrus, id est, credens in petram, & illum exerte confitens, cui promissit Dominus claves regni cœlorum. Huic sententiæ multa ex Scripturis adiunguntur, & mystica. Mystice quidem, illud Deut. 17: *Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus;* scilicet Israëlita, ita nec Episcopum, qui non sit Christianus. Deuter. 18. *Propheta qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quia ego non præcepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur:* ergo etiã qui fideles modò auerteret à via fidei Catholicæ, de medio esset auferendus. Adhæc sal infatuatum amissa fide ei sciendum est foras, & conculcandum: & dicentibus, *Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere:* & Apostolus ad literam: *Denuntiamus vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis:* &: *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, &: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non assert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis;* &: *Licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit, id est, separatus;* & à gradu deiectus exiit. Item factus hæreticus, ipso facto est antichristus: *Omnis spiritus, ait Dilectus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus:* ergo hæretico cura pastorali deposito, non nisi ut infideli seruo committeret oues Ecclesia. Nemo etiam simul est lupo & pastor, inter quos distinguit Christus Ioan. 10. at omnis hæreticus lupo esse non potest. In his ergo Scripturæ locis ethi apertè non dicatur, Papam propter hæresim cadere à Papatu, satis est, quod hæreticus iure diuino nõ est sequendus, sed fugiendus: non est eum eo communicandum, aut illi

Tertium argumentum. Ioan. 3. Quartum argumentum.

Matth. 16.

Quintum argumentum. Matth. 5. Infra 24. 2. Thess. 2.

Tit. 3. Ioan. 2.

Galat. 1.

1. Ioan. 4.

Matth. 7. Actor. 20.

Sextum argumentum.

Septimum argumentum.

Octauum argumentum.

Elusdè Caietani in contrarium obiecta diluuntur.

Prima obiectio.

Secunda.

Tertia.

obediendum, sed contradicendum, qui non est suscipiendus, nec salutandus; qui non est sustinendus, sed interficiendus videtur, spirituali omni prælatione, quã habet supra fideles, eodem iure priuatus. Sexto, si Papa est & hæreticus, iuberemur ei communicare, atque eum fugere: communicare quidem, quia Papa est, fugere verò, quia hæreticus est: quæ sunt absurda. Septimo, à nullo posset deponi: quia si hæreticus potest esse Papa, nemo autoritate maior est Papa, qui eum valeat in ordinem redigere: & hæreticus contendens se Papam esse, fatetur Papatum, & sanctã Ecclesiam: quod tamen omnis hæreticus aut explicite, & formaliter; aut implicite, & virtute negat. Octauo, si ob causam hæresis debet deponi, Deus ergo ab initio eum Papam non facit, etiam si eligatur: nec enim par, æquumve esset ob causam hæresis eum deponere, quem hæreticum delegerunt.

Nec valent quæ in oppositum adferuntur à Caietano. Primum: Marcellinus incendit thura, nec est depositus ab Ecclesia. Sed ille metu, & ore tantum negans, non fuit hæreticus, & ipso iure à Papatu cadens: idcirco iudicans se Sede indignum negando Fidem, ut Ecclesie satisfacere, per martyrium Sedem relinquere promeruit. Secundo producit vigesima quarta quæst. prima, cap. Audiuimus, quod non valent quæ Episcopus facit post hæresim prædicatam: ex quo infert, Ergo antè erat Episcopus; cum esset occultus hæreticus; Papa igitur occultus hæreticus, Papa verus erit, quia non est peioris conditionis cæteris Episcopis. Sed dici potest, quod etiam Episcopus hæreticus corã Deo non est Episcopus, & dicitur quod exinde non valeant quæ facit, quia videlicet ab eo tempore nouit eum Ecclesia esse hæreticum. Nec est optanda conditio, posse cum hæresi retinere Papatum; eò quod maior sit Papæ talis hæretici damnatio. Tertio obijcit: Eorum est destitutio, quorũ est cõstitutio, cap. Cùm ex iniuncto, de hæretic. ita Rex destruitur à con-

struente populo: ergo Papa ab electoribus, & non ab hæresi sola. Sed non à solo constituyente, quia tam Rex, quàm Papa, morte deponitur: nec semper potest destruere constituens, nisi cùm in eo est suprema potestas, & à seipso. Secus, cùm habet eam limitatam ab alio, ut electores Papæ eã habent à Papa, & à Christo: maxime, quia nec ipsi constituunt, sed Christus immediatè Papam instituit. Alias eo prætextu deponerent quoties vellet in quocunque delicto: quia dicerent se non tollere nisi cõiunctionem papatus cum personã indignã. Pessimã etiã est quæcũque depositio extra hæresim. Quarto opponit: Episcopus immediatè ab homine est, & tamen in corde hæreticus depositus non est, quia nec excommunicatus, cùm Ecclesia de occultis non iudicet: ergo Papa, qui immediatè est à Deo, non erit, cùm primum est hæreticus, vel excommunicatus, vel depositus. Responderi potest, quod ordo Episcoporum in genere à Deo est immediatè: aliquos etiam Episcopos per seipsum instituit, ut Apostolos, ut quidam sentiunt; in reliquis verò omnibus quod hic sit Episcopus, vel ille, & habeat hanc, vel illam iurisdictionem, ab homine est: ut ait Thomas in Secunda secundæ. Siue autem immediatè, siue mediatè à Deo sint Episcopi, quando sunt hæretici, sunt excommunicati: quia etsi Ecclesia non iudicet occulta, eò quod non cognoscit illa; ligat tamen in occultis, ut docet Textus cum glossa sua in Clement. 1. de hæretic. Et quanquam ita ligatos Ecclesia non denuntiet, nec vitari quidem queant, quia ignoti sunt; pati tamen possunt alia excommunicationis incommoda: ut, non communicare de communibus Ecclesie fructibus, & suffragijs; subesse potestati Papæ, & periculo damnationis æternæ.

Non est ergo solida Caietani distinctio, quod in occulto per se non potest Ecclesia ligare, sed bene in occulto per accidens, quod videlicet ad alicuius notitiã secretò peruenit, sed probari nequit: hæc inquã distinctio

Quarta obiectio Caietani.

Thomas in Secunda secundæ q. 29 art. 4. tom. 11. part. 2.

Ecclesia de quibus non iudicet, liget tamè in illis.

Ligati ab Ecclesia, nec denuntiat, qui bus pœnis obnoxij sint tamen.

D. Thomas tom. 9.

Peccatū esse occultum potest dupliciter.

Matth. 18.

Prælato quæ peccatum denuntiandum

Ad quæ se extendere præcepta Ecclesiæ non possit.

D. Thomas Secunda secunda q. 104 art. 5. tom. 11. part. 2.

non potest subsistere, quia quantum ad ligamen, utrumque ligare potest; quantum ad iudicium, neutrum, quia perinde est Ecclesiæ aliquid nescire, ita ut non possit in iudicium deduci, ac si delictum esset tantum in corde. Hinc Thomas Quodlib. 4. artic. 12. *Peccatum, inquit, dupliciter potest esse occultum. Vno modo simpliciter, ita scilicet, quod ad multorum notitiam nullo modo peruenit: & in hoc sic occulto si quis Prælatus præcipiat ut ipsi reueletur, non dico ab illo qui fecit, sed ab alio quolibet sciente factum, non esset ei obediendum, quoniam tale occultum non pertinet ad iudicium Prælatis, sed seruandus esset modus à Domino institutus de correptione fraterna. Alio vero modo occultum dicitur, quando in multorum aures rumor, & fama peruenit, ut multi possint scandalizari: & tunc ad hoc occultum extenditur iurisdicção Prælatis, quia non est omnino occultum. Sic ille in sententia. Non est ergo, iuxta Thomæ doctrinam Prælato præcipienti denuntiandum peccatum, quod non peruenit ad notitiam multorum, sed seruandus est ordo Euangelij, quia de tali non debet Prælatus iudicare, sed de eo, cuius fama, vel rumor ad multos peruenit, qui possent scandalizari: quare nec potest præcipere ut se prodatur is, qui tacite hæresin protulit, nisi ad alterius peruenisset notitiam. Ligat ergo Ecclesiæ ob occulta peccata; sed non iudicat de eis, quia non cognoscit. Nō potest etiam præcipere, quæ sunt solius cordis, quia omnia talia solus Deus præcepit, vel vult, ut habes apud Thomam in Secunda secundæ. Non potest etiam præcipere reuelare peccatum alterius, nisi de eo sit talis rumor sparsus, ut possit maius scandalum nasci, nisi detegatur, & hoc maximè communitatis interfit. Hinc Ecclesiæ præcipiens confiteri omnia peccata, vi sua ad occulta non ligat, sed Deus ligat, & Ecclesiæ tempus determinat: quæadmodum dum excommunicat Ecclesiæ non credentem articulum à se declaratum, non iubet ipsa credere, sed punit non parentem Deo iubenti credere articulum explicitum, quem antè credere cogebatur*

implicitè, quia erat de Fide, licet non explicita. Vnde Hadrianus Sextus dixisse fertur illam sententiam: Ecclesiæ non habere auctoritatem super occultis, non multum abesse ab hæresi pestifera. Posset quoque ad hoc idem argumentum responderi, quod et si Episcopatus hæresi nō repugnet, tamen Papatus illi aduersatur, quia toleratur in membro, quod non in capite; vnde influxus, qui est à Fide, non à solo caractere deriuatur: petra enim, id est, confitens Christum, nō est à solo caractere, ut vult Caietanus, sed à fide. Esse Christianum per characterem tantum, non est simpliciter esse Christianum, nisi valde diminutè. Vnde Ambrosius in Lucam: *Petra tua fides est, fundamentum Ecclesiæ fides est. Si petra fueris, in Ecclesia eris, quia Ecclesia supra petram est.* Sic ille. Solus namque caractere non muneris Ecclesiæ, sed supplicij maioris capacem facit: quia qui non credit, iam iudicatus est, scilicet apud Deū. Quinto obijcit: Papa hæreticus deponitur, ergo est Papa. Imò verò si hæreticus Papa verus est, & nulla est Papatu maior potestas, Papa hæreticus deponi haud posset à potestate inferiori: non ergo proprie deponitur, sed declaratur depositus, et si quantum ad nos depositus dici possit per illam declarationem. Sexto obijcit: Creatus Papa Catholicus si forte incidat in occultam hæresim, non deponitur: ergo occultè hæreticus si eligitur, verus erit Pontifex. Respondeo: cum sit hæreticus, cadit à Papatu, quia infirmatur res, cum deuenit ad id, à quo incipere non valet, ut tradunt Iurisperiti, ex regula Canonis: nam si homo hæreticus Papa creari potest, certè propter hæresim non deberet destitui. Idcirco qui tenent, Papam incidentem in hæresim manere Papam, coguntur dicere, hæreticum posse creari Papam, & huiusmodi creationem validam esse, cum putent hæresim capacitati Papatus minimè repugnare, quod falsum est, & absurdum omnino.

Postremo quæ ab alijs adferuntur tamquam absurda, si verum esset quod

Hadrianus Sextus pulchre dicitur.

Caietanus.

Ambrosius lib. 6 in Luc. cap. 11. prope finem, tom. 5.

Ioan. 3.

Quinta obiectio Caietani

Sexta obiectio.

Canonis regula apud Iurisperitos.

Aduersariorum argumenta soluuntur.

Papa,

Character ordinis etiam in damnatis cur maneat.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium.

D. Thomas in Quarto, dist. 24. tom. 7.

Papa, vel Episcopus ipso facto cadat à Papatu, siue Episcopatu, quantum videlicet attinet ad potestatem iurisdictionis (nā potestas ordinis cū caractere imprimat indelebile, etiam in damnatis manere dicitur ad maiore eorum confusione atq; cruciatu) facile resoluntur. Nam primo quod aiunt, Iudæ, & Iudeos Sacerdotes Christum agnouisse, & tamen nō fuisse ipso facto depositos: dicendum est, illos nullā habuisse iurisdictionē spirituales Ecclesiasticā, vel si quā habuerunt, non probatur, illos in hæresim lapsos ab illa potestate non cecidisse. Secundo: ad illā assertionē sequeretur totius Ecclesiasticæ hierarchie confusio: quia si Papa, vel Episcopus occultè hæreticus diuino iure est priuatus Papatu, siue Episcopatu, tunc nullus Prælatus per Papam hæreticum factus esset: verus Prælatus: similiter quos etiam constitueret pastores animarum curam habentes, aut Canonicos. Et ita omnia esset confusa, & Ecclesiæ, quæ de occultis iudicare nequit, tali confusione occurrere non posset, atq; prospicere: Sed respondet Turrecremata, qui hanc sententiam mordicus tuetur: quod si Papa esset occultus hæreticus, & per consequens iurisdictione Papatus priuatus: non præter ea quæ iurisdictionis sūt, exercere, licet posset ea, quæ sunt ordinis; Deus tamen Ecclesiæ suæ prospiceret, vel reuelando ei Papæ perfidiam, & quod non sunt valida, quæ per potestatem iurisdictionis fecit, vel præseruando Episcopos per aliū modū sibi possibile ac notū. Ideo nullus Ecclesiasticus ordo ad salutē Ecclesiæ necessarius confunderetur: et si multa, sine quibus consistere potest salus, valeant esse confusa. Ita Thom. ad casum quod quis nō baptizatus promoueretur in Episcopum, respondet, dicens: *Et si illi, qui tales ordinant, nō habet ordinē: sed tamen pie credit potest, quod quantum ad vltimos effectus Sacramentorum, summus Sacerdos suppleret effectū, & quod non permitteret hæc ita latere, per quod periculum Ecclesiæ imminere posset.* Sic ille. Et idē in re proposita nostra dicendum. Adhuc hoc argumētū equaliter concluderet, quod mulier vir existimata, aut Paganus pro Christiano habitus, & iudicatus, Papa haberi non

posset: quia si tales aut. consecrarent Episcopos, aut promouerēt ad Ecclesiasticas dignitates, nō minus confunderetur Ecclesiastica hierarchia, quā si hæreticus iure diuino priuatus Papatu haberetur à Catholicis pro Papa. Et si enim factus ipso, & consecrando nulli tribueret executionē officij; ordinē tamen conferret, dummodo seruet Ecclesiæ formā: Mulier autē, aut Paganus vel Iudeus, qui nunquā fuit Christianus, si assumpti sunt aliquando, vel in fauorū assumētur in Papā, consecrando nec executionē, neq; ordinem aliquē verū conferret, etiam si formā Ecclesiæ seruet. Nō est itaq; incredibile, quod hæreticus habeatur pro Papa, licet verus Papa nō sit, sed quare diuino sit priuatus Papatu. Tertio, si talis Papa, vel Episcopus hæreticus ipso facto est depositus à Deo, si contingat illum respicere, & ad fidē redire, opus haberet de integro eligi ab Ecclesiā, vel in Papā, vel in Episcopū, ut veri sint Papa, vel Episcopi. Respondemus, quod in fide baptizato recedente fideione, red dicitur effectus Sacramenti à Deo, qui antea per obicē impeditus erat hominis, nec opus est iterū baptizari. Ita recedente infidelitate, Deus restituit iurisdictionē simul cū fide, cui nitebatur, & qua ablata, potestas quoq; iurisdictionis expirauerat; sicut etiam in quolibet peccatore lethifero delicto eum offendente, per peccatū amittitur quiddē charitas, & per consequens quæ charitati nititur: & idē ius ad gloriā, & ceteras dignitates, quæ solis competunt membris viuīs: ita cū Deus restituit fidē, restituit & potestatem iurisdictionis, quæ illi nixa erat citra vllā externam ceremoniā, quā tamen exterius adhiberi voluit in his qui manifesti & publici fuerunt hæretici. Nā tales cū Ecclesiā scandalizauerint, par erat, ut dū publicè recōciliantur, Ecclesiā recipiant, & potestatem amissā propterea recipere videantur: Quarto: videtur hæc assertio accedere ad errorem Valdensiū, & Ioannis Vvicleffij, qui asserēbāt pastores, ac Sacerdotes malos esse nō posse, & peccato, clauium amittere potestatem. Sed longè reuera distat ab illis: nā illi per quodcuq; peccatū putabāt amitti potestatem; at nos

Quartum argumentum.

Tertium argumentum.

Quintum argumentum.

V Valdensiū & Ioannis Vvicleffij.



Quintum argumentum.

Prælatio Ecclesiastica quo iure sit introducta.

Secularis magistratus quo iure instituitur sit. Genes. 40. & sequent. Sextum argumentum.

Illud: Ad quæ pertinet alicuius institutio, ad eundem quoque eiusdem spectat destitutio: in quo fallat.

Anacletus epist. 2 ad Episcopos Italia, & habetur dist. 79. cap. Electionem. Septimum argumentum.

hoc tantum asserimus de peccato hæresis, etiam occultæ, & non omnem potestatem, sed illâ tantum iurisdictionis amitti dicimus: nam potestas ordinis eum characterem imprimat, nequit auferri. Quintum: Nô est deterioris conditionis Papa, quâ Imperator, vel princeps secularis: sed isti facti hæretici iure diuino suis dignitatibus priuati non sunt, vt constat de Iuliano, & alijs; ergo nec Papa. Dicendum, non esse simile, quoniam prælatio Ecclesiastica iure diuino est introducta, & fundatur supra petram fidei, & exertæ cõfessionis: Dei ergo decretum est, vt fidelibus in spiritalibus non nisi fidelis præsit, iuxta illud: *Erit vnus ouis, & vnus pastor.* At prælatio secularis humano iure introducta est, vt præsit in temporalibus: quæ communis est fidelibus, & infidelibus. Et ideo licet principes seculares efficiantur hæretici, nõ sunt iure diuino principatu priuati: vnde fideles, vt Ioseph, & Daniel, in fidelibus principibus, Pharaoni, & Nabuchodonosori, in temporalibus seruiuerunt. Sextum: Non valet: Ad quæ pertinet alicuius institutio, ad eundem quoque eiusdem spectat destitutio, vt habetur cap. Cũ ex iniuncto, ex. de hæret. at Papa iure diuino non instituitur, sed electione canonica Cardinalium, ergo nec iure diuino destituitur. Respondetur, assumptum non esse generaliter verum, quia Metropolitanus potest confirmare, cõsecrare, & constituere electum in Episcopum; & tamen destituere eundem non valet. Deinde etsi assumptum generaliter esset verum: hoc tamen esset falsum, quod ad illud solũ pertineat destitutio alicuius, ad quæ institutio spectat. Quia institutio Sacerdotis, Episcopi est, & tamẽ Episcopo superior valet destituere ipsũ. Et ideo non sequitur quod Papa non possit destitui iure diuino, quod tamen est supra omne ius humanũ, & omnem potestatem eligentiũ. Imò, vt Anacletus Papa ait; electione summorum Pontificum, vel Sacerdotum, sibi Dñs reseruauit. Septimum: Nullus Canon, nullaque censura Ecclesiastica Papam in hæresim prolapsam deponit; suspendit, aut

priuat iurisdictione Papatus: quia Papa non potest incidere in Canonem, cum sit superior Canonibus. Respondetur, quod etsi verum sit, Papam esse superiorem Canonibus, hoc tamen falsum est de Papa hæretico: talis enim aperte ligatur poenis Canonũ, sicut quisque alius, vt docet cap. Si Papa, dist. 40. vbi dicitur: *Huius culpas istis redarguere presumit mortaliũ nullus: quia cõfessus ipse iudicaturus, a nemine est iudicandus, nisi deprehendatur a fide dei.* Et quod dicitur, Par parem soluere, vel ligare non potest: intelligitur de Papa Catholico: quia si sit hæreticus, in quantum hæreticus, minor est quolibet Catholico, vt docet Thom. in Quarto dist. 19. dicens: *Non enim Prælati a subditis coram multitudine, sed humiliter in priuato corripiendi sunt, nisi immineret periculum fidei; tunc enim Prælati minor fieret, si in infidelitate laboraret, & subditus fidelis maneret.* Hec ille. Etsi ergo character baptismi satis sit, vt quis sit capax potestatis Sacramentalis, quæ datur in ordinatione; non tamen sufficit ad suscipiendam iurisdictionem spiritalẽ, ac proinde nec ad rationem capitis, cuius est influere in corpus, cuius est caput. Alias apostata a fide, & Antichristus, & ij, qui sunt membra diaboli, & nullo modo pertinent ad corpus Christi, possent esse caput corporis Christi: quod videtur absurdum. Deinde vt quis sit membrum Ecclesiæ, necesse est q̄ aut fide, aut charitate, aut vtraque vnatur alijs membris Ecclesiæ, quia per has virtutes Theologicas fit vnio in vno secundum numerum, videlicet credito, & amato. Cadentes vero a charitate, & tenentes fidem integrã, non dicuntur membra præcisa, cũ adhuc maneat in eis vnitas materiæ, quæ dicitur continuationis, vt sunt membra mortua, siue arida in corpore aliquo. Ita igitur vt quis sit caput Ecclesiæ, & Spiritus sanctus operetur per eũ vitã in alijs spiritalẽ, sufficit vniri corpori Ecclesiæ per fidem etiã informẽ. Qui vero nec fide, nec charitate est corpori Ecclesiæ vnitus, caput Ecclesiæ, sicut nec membrum esse nõ potest. Quare qui per infidelitatem desinunt esse membra Ecclesiæ, ab

Papa quis Ecclesiasticis Canonibus subiacet.

Id quod dicitur cõuenit: Par parem soluere, vel ligare nõ potest: de quo Papa intelligendum sit. B. Thomas tom. 7.

Vt quis sit membrum Ecclesiæ, quid habere debeat.

omni

Falsum fuisse dictum Caierani: Ecclesiam vel Concilium esse nõ super Papam, sed super cõiunctionem Papatus cum persona Petri. Prima ratio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta ratio.

Caieranus.

Matth. 16.

Septima ratio.

omni potestate spiritali Ecclesiasticæ iurisdictionis cadunt, vt probatum est. Commentum igitur est, quod Ecclesia, vel Concilium habeat auctoritatem non super Papam, sed super cõiunctionem Papatus cũ persona Petri, & hoc tantum in causa hæresis, & vt Caieranus ipse loquitur, in fieri, & nõ in factõ esse. Quod his rationibus facile demonstratur. Prima, quia si a Deo est illa potestas supra cõiunctionem Papatus cum persona, ergo etiam est supra Papatum. Secunda, quia datur ansa in alijs causis quibuscũque præter hæresim, Papam deponendi, si est potestas in talem cõiunctionem. Tertia, quia Papa, inuita Ecclesia, non potest se a Pontificatu per renuntiationem absoluere, & Ecclesia potest: ergo Ecclesiæ potestas maior erit quã illa Papæ. Quarta, quia vt quis constituatur Papa, opus est voluntate electi, vt causa vel dispositione reddente eum capax Papatus: inuitus igitur ab hominibus non poterit deponi, etiã si sit hæreticus: quin potius hoc ipso q̄ est hæreticus, a Deo deponitur, & ab homine declaratur. Quinta, si hæresis disponit vt dissoluatur, ergo impedit ne eligatur; & ita hoc ipso est depositus electus, cum in hæresim incidit. Sexta, quia Christus, nõ Ecclesia cõiungit Papatum personæ, sed Ecclesia solũ eligit personam, in quam Deus cõferat Papatum. Hinc ipsemet Caieranus in alio suo tractatu de auctoritate Ecclesiæ Romanæ cap. 3. in responsione ad quartum argumentũ Lutheri scribit: *Cum Papa eligitur, neque asserit clauis, nec ab Ecclesia illas accipit, sed a Christo, nõ noua traditione, sed antiqua, qua tradidit Petro. Ecclesia siquidem ministerio electionis personam deputat, qua Petro succedit; Christus autem in B. Petro cuiuslibet successoris clauis tradidit. Et propterea vana est questio, a quo accipit, aut cui relinquit moriens. Verbum enim Christi semper vitũ dat clauis cuiuslibet succedenti, & non vnus alteri cõiungit.* Hæc ille. Septima, quia Sol & homo nõ possunt supra cõiunctionem animæ cum corpore, quæ tantũ est a Deo, sed solũ disponunt materiam: & ita Ecclesia solũ disponeret ad cõiunctionem, vel

ad depositionem. Octaua, Papa citatur in conciliũ, & deponitur, ergo super illum (non super cõiunctionem) est potestas. Non; Cardinales possunt cõiungere Papatum cũ persona, & possunt acceptare eius renuntiationem: ergo possunt etiam procedere ad depositionem eius. Decima, Ecclesia tantum disponit, vt Deus cõiungat, ergo functio officio suo, non habet potestatem super cõiunctionem quæ est Dei. Dixit enim Dñs: *Quod ergo Deus cõiunxit, homo nõ separet,* excepta scilicet causa fornicationis, id est, infidelitatis, vel hæresis. Vndecima, nõ videtur solidè dictum, quod cum Deus eijcit Papam, quia potest nõ solũ in cõiunctionem, sed in Papatum, tunc etiã Papatum corumpit: scilicet cum deponitur ab Ecclesia, vel cum Papa sponte renuntiat: quoniam Papatus in genere non corumpitur; hic vero Papatus in depositione, renuntiatione, etiam corumpitur, quoniam nõ potest manere sine subiecto, vel cõiuncto. Duodecima; peccat, dum suam opinionem comprobat in hunc modũ arguendo: Opposita conditionibus necessariõ requisitis ad esse Papæ, reddunt ipsum deponibilem; inter etimina sola infidelitas est contraria; ergo redditur deponibilis. Cuius argumenti maior implicat, quia opposita requisitis ad esse reddunt depositum, & non deponibilem. Qui enim deponitur, Papam est, qui necdũ depositus est: quia qd sit, nõndũ est. Idcirco cõcludere debuit: Ergo est depositus. Falsũ quoque est, quod ait necessario requiri ad esse Papam, electi voluntatem, sicut & esse fidelẽ: quoniam vt infidelis depositus esset a Papatu, ita nõles esse Papa post acceptationem: quod tamen Papatum non tollit, nisi Ecclesia consentiat. Falsum etiam est quod adiungit: Opposita conditionibus requisitis, ad bene esse Papæ; vt sunt boni mores, scientia, prudẽtia, charitas, & quæ sunt eiusmodi, disponere ad nõ esse Papæ, sed opposita necessarijs ad esse, quoniam hæc opposita necessarijs ad esse, vt Alb. Pighius acutè vidit, non disponunt, sed corumpunt; alia vero disponunt

Octaua.

Nonã.

Decima.

Matth. 19.

Vndecima ratio.

Duodecima.

Non esse necessarium, vt quis sit Papa; electi voluntatem, sicut & esse fidelẽ, vt dixit Caieranus.

Alter eiusdem error impugnatur.

Albertus Pighius.

Caietanus.

Quod ob solam heresim, non ob aliud vllum peccatum Papa possit deponi.

Rom. 13.

Ioan. 10.

Infra 12.

Matth. 23.

Ioannis Gersonis de Papatu quedam assertiones refelluntur.

1. Cor. 3. Prima assertio.

Secunda assertio.

ad non esse, & ideo propter malos mores, & quamcunque aliam causam ab infidelitate separatam posset Papa deponi contra ipsum, & veritatem. Vnde ipsemet Caietanus in opusculo de Diuina institutione Pontificatus, cap. 13. Ad secundum, inquit, pex heresim deponitur Papa apud Deum, nec potest eligi, & Ecclesia declarat ipsum depositum. Nam si esset verus Papa, quia super eam est, non posset ab ea deponi. Hec ille. Quod vero Papa fidelis ob alia peccata preter heresim, deponi nequeat, probatur ex eo, quia quemadmodum definitum est in Ecclesia Dei contra Donatistas, & Ioannem Hus, etsi malus quis existat, potest esse pastor, siquidem simpliciter pastor a potestate pendet, quae est a solo Deo, non ab actu bene pacendi, qui est ab homine, etiam si qui eum non habet, dicatur non esse (quia quod est otiosum, quasi non est) hinc Dominus, Mercenarius autem, & qui non est pastor, scilicet bonus, dici potest non pastor. Cum ergo etiam malus sit Papa, ut Iudas fur erat, & Apostolus, & Caiphas Pontifex, & Christi persecutor, & alij mali Reges, ut Saul, Reges erant; & Christianus, licet malus, Christianus; & homo, etsi malus, homo: vnde Dominus dixit: Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei. Omnia ergo quaecunque dixerint vobis, seruate, & facite, secundum opera vero eorum nolite facere. Cum Papatus sit maximum in tertis tribunal, sit ut Ecclesiae Papa, minimè subsit.

Quod igitur Ioannes Gerson asseruit, Papatum esse in Ecclesia ut in fine: verum est. Quia, ut ait Apostolus: Omnia vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, iuxta sensum superius dictum. Falsum autem est, quod idem subiungit, in Ecclesia esse Papatum, tanquam in applicata ipsum personae Papae, quasi Ecclesia illum habeat, & tradat potestatem quam applicat; quemadmodum Papa veram potestatem donat, & applicat Legatis, suis, tamè verum est, quod Ecclesia applicat eligendo eum, cui Deus potestatem imperit. Falsum quoque est secundum dictum Gersonis, Papatum esse in Ecclesia ut in regula, siue rectore. Nam

si intelligat, in Ecclesia sine Papa, quatenus est tantum ouium congregatio, Papatum existere; est dicere, in ouibus esse pastoris potestatem, quae etiam deberet vocari ad Concilium, & ad regendum Papatum. Si autem dicat, esse in Ecclesia, non quatenus est tantum ouium congregatio, sed in quantum habet varias Patriarcharum, Archiepiscoporum, ac Episcoporum, & similibus dignitates, ut est Synodus vniuersalis, vel non vniuersalis: obijci potest, quod talis congregatio viuentem Papa caput non habet. Deinde non representat vniuersalem Ecclesiam, quae caput non habet. Sicut enim Episcopus suam Ecclesiam representat, & non omnes priuati illius Episcopatus; etiam si venirent ad Concilium; ita Papa vniuersalem representat Ecclesiam, & eo viuentem alij omnes Episcopi non representant: qui si sine Christi praedicio vicarij, & capita sunt Ecclesiarum suarum, cur Papa non erit vniuersalis Ecclesiae pastor, ut tollantur schismata; & principale caput, si referas ad Episcopos, non autem ad Christum, cuius personam sustinet? Tertium etiam eius dictum: Papatum esse in Ecclesia suppletiuè, quia, ut putat, Sede vacante Ecclesia posset vices Papae supplere in omnibus quae necessaria essent ad potestatem Papalem: omnino falsum est. Quia non potest Ecclesia supplere actus iurisdictionis, qui requirunt supremam potestatem Papae: alioquin summæ duae potestates essent, in Ecclesia videlicet altera, & in Papa altera, quarum iam nulla esset summa, & sese impedirent in exercitio, si contraria praeciperent.

Potestas igitur hae declarandi Papam depositum, non est in Cardinalibus, quibus tantum ad actum electionis commissa est, & in eo actu vniuersalem Ecclesiam representant, sicut & in acceptanda renuntiatione Papatus, si fieret. Declaratio vero depositionis, praeter Cardinales, indiget Concilio congregato, quod Ecclesiae nomine tale declaratione cum Cardinalibus efficere queat. Et quia Papa solum subest iuri Diuino; non nisi post vnam correctionem vel alteram est declarandus.

Tertia assertio.

Potestatem declarandi Papam depositum, non esse in Cardinalibus.

Tit. 3.

Vbi

Decimum quartum argumentum, ac postremum.

Prover. 11.

Sapient. 6.

Error Vvaldensium, qui dicitur sicut Paulus ad Lugdunum, & Ioannis Vvicleffi.

Matth. 23.

2. Petri 3.

2. Cor. 12.

Alterat solutio.

Matth. 16.

Luca 22.

vbi verò declaratus fuerit haereticus, Cardinalium electorum munus est ad electionem noui Pontificis procedere. Et ita solutum remanet decimum tertium argumentum. Superest decimum quartum, ac postremum. Si, inquit, in materia Fidei dissentirent Patres Concilij a sententia Papae, magis esset standum sententiae Patrum Concilij, quia plus est in illis sapientiae, quam in Papa, qui minori doctrinae lumine praeditus est: plura enim videt oculi quam oculus, & Salomon ait: Vbi non est gubernator, populus corrumpet; salus autem, vbi multa consilia; & alibi: Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Ergo videtur quod magis sit standum Concilio, quam Papae; ac pinde maioris erit auctoritatis quam Papa. Sed dato & concessio antecedenti, consequens postremum est falsum, imò haeresim sapit Vvaldensium, putantium quod vbi esset maior sapientia, & charitas, ibi esset maior auctoritas, & potestas. Quod si verum esset, tantummodo apud sanctos viros essent clauis Ecclesiae, quod fuit error Vvaldensium, & Ioannis Vvicleffi: & tamè falsum deprehenditur per verbum Domini: Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei. Omnia ergo quaecunque dixerint vobis, seruate, & facite, &c. Vbi Dominus non iuberet Praelatis malis obediendum, nisi etiam integra maneret potestatis eorum auctoritas. Paulus etiam, qui sublimioris sapientiae fuit quam Petrus, ut potè, raptus vsque ad tertium caelum, maioris extitisset auctoritatis quam Petrus. Imò interdum laici inueniuntur sanctiores atque sapientiores multis Praelatis, penes quos tamè nulla residet clauis potestas. Deinde respondemus, negando quod assumitur in antecedenti, nimirum ob id esse magis standum Patrum Concilij sententiae, quam Papae; eo quod plus inuit in illis sapientiae, ac promissionem definiendae veritatis maiorem Deus contulit Petro, quam patribus sine Papa. Nam illi traditae sunt clauis regni caelorum, hoc est, plenitudo potestatis, alijs verò per partes; & illi soli dictum est: Ego pro te

regam, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Etsi ergo casus propostus minimè contingere queat, ut videlicet Papa solus dissideat a reliquis omnibus patribus: tamen si factum hoc aliquando contingeret, primùm dicerem, si conuersionis foret de articulo nondum in Ecclesia deciso, plus esse standum Papae, quam Concilio, quia pro eius fide peculiariter est Dominus precatus; Et ipse Petrus dixit: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelij; & credere: & Hieronymus in epistola ad Damasum, in explanatione Symboli in fine: Hae fides est, inquit, Papa beatissime, quam in Ecclesia Catholica didicimus, quamque semper tenuimus, & tenemus. In qua si minus periret, aut parum carere aliquid forte posset, emendari cupimus a te, qui Petri & fides, & sedem tenes. Sin autem haec nostra confessio, a postolatus tui iudicio comprobatur, quaecunque me maculare voluerit, se imperitum, vel maleuolum, vel etiam non Catholicum, non me haereticum comprobabit. Hae ille. Huic sententiae subscribit Thomas, qui in Secunda secundae: Solus, inquit, Pontifex Maximus in questione Fidei index est supremus. Et Quodlib. 9. artic. 16. differens an canonizati per Ecclesiam sint certo in gloria, ita sub hac distinctione respondet: Aliquid potest iudicari secundum se consideratum, quod relatum ad aliquid extrinsecum, impossibile inuenitur. Dico ergo, quod iudicium eorum, qui praesunt Ecclesiae, potest errare in quibuslibet personis eorum tantum respiciatur. Si verò consideretur Diuina providentia, quae Ecclesiam suam Spiritu sancto dirigit, sicut ipse Christus promisit Iohannis decimo quarto: Docebit omnem veritatem, scilicet necessariam ad salutem: certum est quod iudicium Ecclesiae vniuersalis in his quae ad fidem pertinent, errare est impossibile. Vnde magis standum est sententiae Papae, quam de Fide in iudicio profert, quam quorumcumque hominum sapientum in Scripturarum opinionibus. Nam & Caiphas cum esset Pontifex, licet nequam, prophetauit. Hae ille docet, ac religiosè.

Si quis aliquando Pontifex, Max. ab v. iueffis Patribus dissentiret, qui potius sententia esset standum.

Act. 15.

Hieron. to. 4. ante medium.

Thom. Secunda secundae, q. 1. art. 10. to. 11. par. 2.

Idem to. 8.

An in canonizatione Sanctorum errare possit Ecclesia secundu Thomam

Ioan. 11.

Ioannes de Turrecrem.

Miratus autem sum, quod Ioannes de Turrecremata libro tertio Summe de Ecclesia cap. 64. aliter sine ratione definitur in hac conclusione.

Altera solutio questio- nis propo- sita.

Deinde aio: Si controuersia esset inter Papam & Concilium de re aliqua expressè contra sacram Scripturam, aut ius nature, vel quæ iam esset in Ecclesia definita, contra quæ Papa assereret (quod tamen nunquam continget) haud dubiè magis esset standum Concilio, quàm Papæ: quia tunc seruanda esset regula illa libri istius: *Obedire oportet Deo magis quàm hominibus:* essetque tunc illi, vt Paulus cù Petro fecit, in faciem resistendum. Quod si resistentiæ à Synodo factæ nõ acquiesceret; vt Petrus acquieuit Paulo, sed pertinaciter ei reluctaretur, quia abuteretur potestate in destructionem, & non in ædificationem, ipso iure vt hæreticus caderet Papatu, & per ipsam Synodum posset de-clarari depositus. Tertio assero: Si dissensio foret circa aliquem Canonem ad Fidem non spectantem, sed ad disciplinam, Papa vnus superior est omnibus Concilij Patribus. Nam si potest decisa per Concilia tollere, vel abrogare, multo magis poterit impedire ne decidatur: quia difficilius in-

Actor. 4.

Galat. 2.

2. Cor. 10.

Tertia solutio.

stituta destruuntur, quàm, ne fiant, impediuntur. Imò Patres nullâ iuris dicendi potestatem habent, nisi Pontificia autoritate muniatur: vt habes in cap. Significasti, De elect. & cap. Vbi periculum, de elect. in 6. Neque quisquam miretur quod vnus multis præualeat: quia Paphnutius cõfessor contradixit Nicenæ Synodo volenti statuere, vt Episcopi, Presbyteri, atque Diaconi ne cum vxoribus, quas ante consecrationem duxerant, dormirent: & vnus præualuit, & obtinuit. Cùm igitur quoties ratio Fidei ventilatur, ad eius supremum tribunal, vt controuersia decidatur, sit veniendum, non secus atque olim ad summum Sacerdotem, vbi quid difficile & ambiguum natum erat, & certæ sint promissiones de assistentia Dei ad cathedram Petri: merito illius sententia non solum cuiuscunque alterius, aut multorum sapientum, sed etiam omnibus Synodi Patribus congregatis anteferenda est, non aliter, ac si ab ore prodijisset Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto immortales laudes, atque gratiarum actiones decantentur in seculis seculorum.

A M E N.

Patrum ius dicendi potestas in Concilio. vnde pendat.

Vnius Paphnutij Christi confessoris in Niceno Concilio quatum valuit autoritas.

Deut. 17.



TRACTATUS LXXXIII.

In quo ostenditur, summi Pontificis esse munus, Concilia generalia sua autoritate confirmare; Conciliorum verò, reuerenter ab eo confirmationem postulare.

INTER ea, quæ à principio proposuimus de Concilijs differere, postremum locum habebat illa questio, An necessaria sit cõfirmatio Romani Pontificis ad stabilienda, ac corroboranda ea, quæ in generalibus Con-

cilijs sunt definita. Breuiter ergo respondendum, illam vt necessariam semper exactam fuisse à Synodis, & Pontifices illam solitos fuisse imperitari. Vnde Nicena Synodus in epist. ad Syluestrum Papam ita scribit: *Beatissimo Papæ vrbis Romæ, cum omni reue-*

Argumentum ex Patribus.

Nicena Synodus.

rentia colendo Syluestro, Osus Episcopus prouincia Hispania ciuitatis Cordubæ. & Macarius Episcopus Ecclesiæ Constantinopolitane, & Victor, & Vincen- tius Presbyteri vrbis Romæ, ordinati ex directione tua, & ceteri Episcopi 318. in Domino sal. ( Hinc perspicè, Legatos Sedis Apostolicæ præfuisse toti Synodo: ideo primi exprimuntur, reliqui verò numero, non nomine comprehenduntur. ) Quoniam omnia corroborata de diuinis mysterijs Ecclesiastica vtilitatis, qua ad robur pertinent sanctæ Ecclesiæ Catholice, & Apostolicæ, ad Sedem tuam Romanam explanata, & de Græco redacta scribere consistemus, nunc itaque ad vestram Sedis augmentum accurrimus roborari. Et infra: Quicquid constituimus in Concilio Niceno, precamur, vestri oris consortio confirmetur. Hæc ibi. Et Syluester scribens, ait: Syluester Episcopus sanctæ, & Apostolicæ Sedis præsul. vrbis Romæ, dixit: Quicquid in Nicenâ Bithynia constitutum est, ad robur sanctæ matris Ecclesiæ Catholice, & Apostolicæ, à sanctis sacerdotibus trecentis decem & octo, nostro ore conformiter confirmamus. Omnes qui ausi fuerint dissoluere diffinitionem sancti & magni Concilij, quod apud Niceam congregatum est, sub præsentia piissimi, & venerandi Principis Constantini Augusti, anathematizamus. Hæc ille. De Ephelina Synodo testatur Aymarus lib. de Synodis, quod in ea Legati Apostolicæ Sedis beatis. Cyrillus, & Arcadius Episcopus ex Italia vice Celestini Papæ præfuerunt, & ipsam Apostolica autoritate roborarunt. Ex gestis etiam eiusdem Synodi habetur, quod Theodosius iunior ad perfectionem diuinitus statutorum petijt Apostolicæ cathedræ apponi confirmationem. Sub Eusebio Nicodemeni Episcopo Arriano nongenti Episcopi Antiochiæ conuenere, qui Iulio Papæ subscripsere, vt acta à se rata haberet; & loco damnatorum in Episcopos confirmare dignaretur. Quod ideo dixi, vt etiam intelligas, hæreticos minime ignorasse acta cuiuscunque Synodi irrita esse, & inania, si autoritate Romani Episcopi non roborarentur. De quibus etiam refert Ammian. Mar-

Idem.

Syluest. Pæpa.

Aymarus.

Ammian. Marcel. lib. 15. circa med.

cellinus, homo externus, & religionis nostre mysterijs minimè initiatus, quod cum Constantius Cæsar cognosceret Athanasium eiectum à sua Sede per hanc Synodum Episcoporum, tamen ardenti desiderio nitentur id fieri per Liberium vrbis Romæ Episcopum. Intelligebat enim, minus ratum esse quod fiebat per Synodum, nisi autoritate, qua potantur æternæ vrbis Episcopi, firmaretur. Legitur quoque in epistola Martiani, & Valentiniani Augustorum ad Leonem, vbi inter cetera aiunt: Quapropter vestra reuerentia suas literas mittere dignetur, per quas omnibus Ecclesijs: & populis notum sit, vniuersa quæ in sancta Synodo gesta sunt, à tua beatitudine esse cõfirmata. Et Patres Synodi Chalcedonensis epistolâ ad Leonem: Omnem vobis gestorum vim insinuauimus, ad probationem vestram sinceritatis, & ad eorum, quæ à nobis gesta sunt, firmitatem, & consonantiam. Et Leo in epistola ad Chalcedonensem Synodum, quæ est ordine 59. Ne ergo, inquit, per malignos interpretes dubitabile videatur, vtrum in Synodo Chalcedonensi, quæ per vnanimitatem vestram de fide statuta sunt, approbata. Et statim subiugit, se approbare gesta in sola causa Fidei, propter quam erat congregatum Concilium; reliqua verò de eminentia Sediû Patriarchalium, quæ se inficio, & inconsulto definierant, infirmat, atque infringit. Idem etiam colligitur ex epistola Leonis II. approbantis Sextam Synodum. In gestis Septimæ Synodi legitur, quod Tarasius Ecclesiæ Constantinopolitanæ præsul integrum processum eiusdem Synodi summo Pontifici retulit, vt Concilium sua autoritate confirmaret: asserens se id agere, quod mos erat aliorum Conciliorum: Martinus quoque V. Concilium Constantiense in his, quæ conciliariter de Fide definierat, & non aliter, nec alio modo, sua autoritate roborauit: quemadmodum Synodus Tridentina sef. vlt. confirmationem postulauit à Pio III. quam ille paulo post adiecit: quæ simul cum Concilio edita circumfertur.

Eadem etiam veritas comprobatur.

Act. 3. in fine.

Leo Papa.

Leo. II.

Martin. V.

Synod. Trident.

B. August. epist. 90. to mo. 2.

B. Basilius.

B. Hier. to. 2. ante mediū.

Prou. 5.

B. Gregor. lib. 4. Regist. c. 80. seu epist. 36. initio, to. 2.

Conciliorū Canones cū ab Spiritu sancto proficiunt, quid egent Pontificis Max. confirmatione. Act. 15.

autoritate Doctorum. Nam B. Augustinus epist. ad Innocentium, ab eo postulat statuta in Africano, seu Carthaginensi Concilio editis, Apostolicæ Sedis adhiberi auctoritatem. Fecerunt quoque idem Patres illius Synodi, qui congregati aduersus Pelagium, & Celestinum, post actorū Synodi relationem, ad eundem Innocentium scripserunt: Hoc gestum, domine frater, sanctæ charitati tuæ intimandum duximus, ut statuta nostra mediocritatis, etiā Apostolicæ Sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda salute multorum, & quorundam etiā peruersitate corrigenda. Et ante Augustinum Basilius epistola Sabino Diacono data à Pontifice postulauit, ut mitteret Legatos suos ad Orientem, cum actis Concilij Ariminensis: ut ea rescinderet; ergo cognoscebat, eum tali auctoritate præditum esse, ut ex epistola eius ad Anastasium perspicui potest. Idem quoque probatur auctoritate Hieronymi, qui in Dialogo aduersus Luciferianos circa finem ita scripsit: Conatus est beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena; & idcirco hæreticorum baptismum reprobans, ad Stephanum tunc Romanæ urbis Episcopum, qui à B. Petro vigesimus sextus fuit, super hac re Africanam Synodum direxit: sed conatus eius frustra fuit. Hæc ille. Adiungamus quartum testem Gregorium, qui in epistola ad Eulogium, & Anastasium Episcopos, ait: Ante hos si quidem annos octo sanctæ memoriæ Pelagij decessoris mei tempore, frater, & coepiscopus noster Ioannes in Constantinopolitana vrbe ex causa alia occasionem quærens Synodum fecit, in qua se vniuersalem (scilicet Episcopum) appellare conatus est. Quod mox idē decessor meus, ut agnouit, directis literis ex auctoritate sancti Petri Apostoli eiusdem Synodi acta cassauit. Hæc ibi. Est igitur Apostolicæ Sedis, acta Conciliorum confirmare, vel infirmare.

Neque contra hoc est, quod ea, quæ instinctu Spiritus sancti gesta sunt, tanquam quæ superioris auctoritate sunt perfecta, non egeant superioris confirmatione: at Conciliorū Canones per Spiritū sanctū cōdi, testatur illud

Apostolicum: Visum est Spiritui sancto & nobis. Sed quoniam nō omne quod Spiritus sancti illustratione fit, omnes ad sui obseruationem obligat, nisi approbetur ab eo, qui auctoritatem habet, idcirco Concilia celebrata Romani Episcopi confirmatione indigent: quemadmodum electiones instinctu Spiritus sancti factæ censentur, nec tamen ratæ habentur, donec à superiore comprobentur. Vel dicamus, opus esse confirmatione, ut ab habente auctoritatem legis condendæ, exhibeatur testimonium per confirmationem, quod impulsu Spiritus sancti sint decreta: quemadmodum B. Augustinus inquit: Euangelio non crederem, nisi me Catholica Ecclesia cōmoueret auctoritas.

Secundo non obstat quod quidam aiunt: Conciliū auctoritate Papæ coactum, & ritè procedens nō errat; quomodo ergo eget cōfirmatione, quod tanta auctoritate decretum fuit? Videntur enim repugnare inter se, non posse errare, & egere confirmatione. Et Gregorius cum asserit, se quatuor Cōcilia vniuersalia venerari ut quatuor Euangelia, reddens rationem sui dicti, subiungit: Quia vniuersali, inquit, consensu sunt constituta: non ait, quia Pontifex approbavit; aut quomodo dicere posset Synodus: In Spiritu sancto legitime congregata decernit, vel anathematizat talem hæresim, nisi addendo; Si Romano Episcopo placuerit? Ad hæc vrgent hoc modo: Concilium celebratū per Legatos Romani Episcopi, Ecclesiam vniuersalem repræsentat, quoniam est Concilium Ecclesiæ generale; non potest ergo in Fide errare, sicut nec Ecclesia vniuersalis. Quod verò Ecclesiam vniuersalem eiusmodi Conciliū referat, definiuit Martinus V. in fine Concilij Constantiensis. Deinde Concilium Generale legitime in Spiritu sancto congregatum, habet Spiritum sanctum veritati assistentem, quo freti possunt definiendo dicere: Visum est Spiritui sancto, & nobis. Et confirmat Iulius Papa epistola ad Orientales Episcopos dicens: Regula vestra nullas habet vires, nec habere potest: quo-

Alterca solutio.

B. August. in epistola fundamenti, cap. 5. in initio.

Si quæ Concilia summus Pontifex cogit, in Fide errare nequeant, quid eius indiget approbatione?

Greg. li. 2. Regist. cap. 49. siue epist. 10. tomo. 2.

Tertia obiectio, Cōciliū videlicet cū Legatis Pontificis asseritium errare non posse.

Martin. V. Quarta obiectio. Ioan. 16.

Act. 15. Iul. Papæ. Distin. 17. cap. Regula.

Veritasque obiectio solutio, per sententiam oppositam.

Turrecrem.

Caietanus.

Luc. 22.

Melchior Can.

Rationibus eadem veritas comprobatur.

Prima.

Leo epistola. 57.

Secunda.

Luc. 22.

Tertia.

niam nec ab orthodoxis Episcopis hoc Concilium actum non est: Romana Ecclesia Legatus interfuit, Canonibus præcipientibus sine eius auctoritate Cōcilia fieri non debere: nec vllum ratum est, aut erit vnquam Concilium, quod eius non fuerit fulcitum auctoritate. Hæc sunt argumenta, quæ fiunt ab his, qui existimant, Concilium cum Legatis Sedis Apostolicæ congregatum non indigere Papæ confirmatione.

Verum his non obstantibus, alij aliam sententiam veriore, ac tutiorem sequuntur. Inter quos primus est Turrecrematus in lib. 3. Summæ, cap. 6. & 8. & 38. quibus in locis fusè ostendit, Concilia omnia ritè celebrata cōfirmatione dogmatum petiisse: quod nō egissent, nisi existimassent necessariam ad robur eorum quæ statuerūt. Caietanus verò lib. de auctoritate Papæ & Concilij, asseruat, tale Concilium cum Legatis celebratum in Fide errare posse: Superest enim, inquit, adhuc ille, pro cuius fide rogauit Dominus Iesus: ad quem Fidei summa tandem referenda est. Hanc etiā sententiam sequitur Melchior Canus in lib. 5. de locis Theologicis.

Quæ sententia his rationibus cōstabitur. Primo, quia Ecclesia ante Pontificis confirmationem nunquam firmum habuit, & ratum, quod à Legatis Concilio præsentibus definitum est. Hinc Martianus Augustus à Leone contendit, ut Concilij Chalcedonenis de Fide iudicium approbaret: & Leo ob hanc causam Martiano commendauit epistola ad eum decreta, ut confirmatio, approbatioque Concilij ad omnes Ecclesias perferri curaretur. Deinde Concilium sine Legatis dubium non est errare posse, ut Ariminense 600. Episcoporum: at Pontifex in Legatos quos mittit, suæ fidei soliditatem, & confessionem, quam sibi soli priuatim vendicat, eoquod Christi vicarius est, & vniuersalis Ecclesiæ pastor, non transfert, neque transferre quidem potest: Legati ergo simul cum Concilio errare possunt: non enim pro Legatis Petri, sed pro Petro rogauit Christus. Tertio, Concilium Prouinciale, cui adsum-

Legati Apostolici, errare potest in Fide, & interdum errauit, non autem si à Pontifice confirmatum est. Quarto, Concilium Ephesinum secundum Dioscorum turpissimum Eutycheis errorem approbavit: & tamen auctore Leone legitime congregatum fuerat. Non ergo firmum est Concilij vniuersalis decretum, nisi confirmatum à Papa. Nec valet dicere, Legatos Pontificis, & paucos quosdam alios reclamasse: quia nō opus est, omnes Patres sententiæ Synodi subscribere, ut generale Cōciliij decretum habeatur, quoniam ne omnes quidem Episcopi Concilij decreto Niceni subscripserunt. Quod si Legati, ut omnes aiunt, errare possunt; nihil obstat quominus alij errantibus Episcopis consentire possint. Legatus præterea Romani Pontificis aderat in secunda & tertia sessione Concilij Basiliensis, cum vehementer erratum est, statuendo Concilium supra Papam, errorique cætorū Legatus ipse subscripsit: qua de re vehementer reprehensus fuit ab Eugenio III. His accedit: quod cum possit Concilium Legatorum doctrinæ, & instructioni, quam à Pontifice, à quo mittuntur, habent, repugnare, & contra Legati possint Concilio reclamare: ac tunc ita Concilij decreta nulla erunt Apostolica auctoritate fulcita, sed refutata potius: quare sicut cōgregatio Cōciliij reclamante summo Pontifice vana est, & irrita, ita doctrina, cui præsens Pontifex, vel absens per Legatos suos contradicit, incerta erit, atque imbecilla, quoniam virique auctoritas Episcopi Romani deest, sine qua nec Conciliū, nec Cōciliij decreta sunt firma, rataque. Quod si quis velit, Concilium legitime cōgregatum etiā tunc errare non posse, cum Legati Pontificis repugnant; quomodo Ephesinum secundum, cuius decreto repugnant Legati, tam turpiter errauit, quam asserunt Leo epist. ad Martianum Augustum, & Nicolaus I. epist. ad Michaelē Imperat. & Eugenius III. in decreto vniuersalis Armenorum? Dices, illud Cōcilium liberum minime fuisse, sed sententiam à Patribus arte, & minis

Quarta.

Ratio quinta.

Conciliū secundū Ephesinum turpiter aberrauit in Fide.

Leo Papa epist. 42. Nicol. I. Eugen. III.

extortam: Respondeo verum esse: sed qui timore frangitur, etiam cupiditate frangi necessum est. Quare si per metum Concilium errat legitimum, causabuntur hæretici, reliqua omnia Concilia Imperatorum, & Pontificum cupiditatibus inseruisse: & ita nullius Synodi autoritas certa erit, aut firma. Quamobrem dicendum est, Concilium Apostolica autoritate roboratum, nullis humanis affectibus à vera posse Fide discedere; etiãsi magna pars Concilij, cui Legati repugnant, infirmari possit affectu. Et hoc est, quod promissit Dominus: *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.*

LUC. 22.

Sedis Apostolicæ Legatus si ab eius doctrina deficeret, & contrariam, Patrum scilicet Concilij sequeretur, an et adherendum, necne. Nicol. I.

Altera responsio.

Agatho Papa.

Leo Papa epist. 45. initio.

Quod si quis interroget; Quid si Legatus Apostolicus doctrinam à Pontifice acceptam deserat, & aliorum sensum amplectatur? Dicimus, nullum huius rei extare exemplum, nisi forte ex Concilio sub Michaele Imperatore, vbi Rodoaldus & Zacharias Legati Apostolicæ Sedis contra Nicolaum Papam, & eius instructionem Michaeli Constantinopolitano consenserunt, vt tradit Nicolaus in epistola ad Patriarchas, Metropolitans, & alios Episcopos. Adhuc si Legatus contra instructionem agat, non censetur ex potestate delegata agere: & ideo non est eum modo acta superioris autoritate comprobata esse credatur. Hinc Agatho Papa ad 4. sextæ Synodi ait de Legatis suis: *Licentiam eis, siue autoritatem dedimus apud tranquillissimum vestrum imperium, dum iusserit eius clementia, simpliciter satisfacendum, in quantum eis dumtaxat iniunctum, vt nihil profecto presumant augere, minuere, vel mutare, sed traditionem huius Apostolicæ Sedis, vt à prædecessoribus Apostolicis Pontificibus instituta est, sinceriter enarrare.* Et Leo Papa ad Pulcheriam Augustam: *Quod facturum me alijs literis indicaueram, Lucensem Episcopum, & Basiliensium presbyterum fratres meos dirigere præparauimus, qui dispositiones meas, fratris mei Anatolij deuotione sociata, secundum eas quas acceperunt regulas, exequantur.* Igitur quæ à Legatis contra Sedis Apostolicæ autoritatem approbatur, non habet Romanæ Sedis autoritatem.

te: nec aliter de illis censendum, quam si à Concilio sine Legatis prodissent.

Si rursus vrgeas; Quid si Legati sine Sedis Apostolicæ instructione ad Synodum accesserint, aut saltem non plena instructione muniti: quia in illa quædam definiuntur, de quibus instructionem non acceperunt, num dicendum esset Synodi iudicium firmum ante Pontificis confirmationem? Certè si ad Fidem non attineant, sed ad Ecclesiasticam gubernationem, talia decreta non opus est à Spiritu sancto proficisci; nisi autoritate Pontificis firmentur: vt docet Leo I. epist. 51. ad Anatolium, & 59. ad Martianum, & 51. ad Pulcheriam, & 61. ad Concilium Chalcedonen. Quod si decreta Conciliorum illorum spectant ad Fidem, videntur illam non tam exploratam autoritatem habere, vt qui ea in dubium vocat, statim sit hæreticus censendus. Tum quia, vt illi tres autores testantur, nihil firmum ab ijs Concilijs proficiscitur, donec per Christi vicarium approbetur; tum quia solidam autoritatem, quam in confirmandis fratribus, & dogmatibus habet Petrus, quæ indiuulsa coniuncta est Sedi suæ, ac cathedræ, in Legatos, vel in alios transferre non potest, pro quibus non est preceatus Christus, sed pro Petro. Tum quia Legati, qui mandata ab Apostolica Sede acceperunt, discedere ab illis possunt: & illi qui ad Concilium sine instructione accedunt, possunt eum Sedis Apostolicæ doctrina pugnare, quemadmodum Iulianus Legatus Concilij Basiliensis doctrinæ cõsensit, quæ plurimi Theologi vt minus solidam & Catholicam non recipiunt. Tum quarto, vt si quid secus dictum est à præcedente Pontifice, per posteriorem aut declaratur, aut corrigatur, nisi sit discordia inter membra & caput, vel inter vnum caput, & alterum, quod priori successit. Tum denique, vt omnibus cõstare possit, quod Concilium legitime in omnibus processerit: quod testimonium ipsum Concilium de seipso perhibere aut non possit, aut non tam honestè possit, ne illi dicatur: *Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.*

De Synodi decretis, cui Sedis Apostolicæ præfuerit Legati sine eius literis, quid sentiendum.

Idem.

Eiusmodi decreta non recipientes, non continuo hæreticos esse censendos. Luc. 22.

Ibidem.

Ioan. 8.

Sed

Sed proferre tale testimonium, solius est pastoris vniuersalis, qui solus habet certam Spiritus sancti assistentiam. Quemadmodum antequam liber Canonicus approbetur, in seipso diuinus erat, & Canonicus; at per Pontificis probantis sententiam declaratur, & redditur omnibus Canonicus, & diuinus.

Proposita in contrarium argumenta diluuntur.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Act. 15.

Ioann. 14.

Cap. 16.

Quæ verò in contrarium obiecta sunt, facile diluuntur. Nam quod primo dictum est: Concilium non errat, nec errare potest, dum legitime procedit, ergo non indiget confirmatione: sed negari potest, quod non valeat errare. Et licet legitime procedens non potuerit errare, opus est testimonio Pontificis confirmantis quod legitime processerit. Secundum verò, quod Gregorius sicut quatuor Evangelia veneratur quatuor Concilia Generalia, eo quod omnium cõsensu sint constituta: profecto in illo omnium cõsensu maxime intelligitur autoritas Papæ definiens, atque confirmans: nam reliquorum omnium autoritas, si adfuerit, & sola Pontificis defuisset, non permouisset Gregorium ad illa cum veneratione suscipienda. Tertium argumentum: Concilium Generale, cui præsent Legati, est in Spiritu sancto legitime congregatum, ac potest dicere: *Visum est Spiritui sancto, & nobis:* soluitur dicendo, Ecclesiam quoque vnum corpus esse, cuius testator & Doctor Spiritus Dei est, qui Ecclesie semper assisit. Vt ergo quod toti Ecclesie pariter visum est, id Spiritui sancto etiam visum est, non tamen continuo quod maior pars Ecclesie iudicauit, hoc est, Spiritus sancti iudicium: ita etiam si quid omnibus Episcopis in Concilio visum est, à Spiritu Dei iudicatum est, at non statim si plures Ecclesie partes in vnam sententiam cõueniant, statim illa credenda est ab Spiritu sancto profecta,

nisi præiudicio Sedis Apostolicæ comprobetur, cuius est lites atque dissidia componere. Quartum argumentum, Quod Concilium repræsentet vniuersalem Ecclesiam, & idcirco non possit errare, dissoluitur: Concilium quidem repræsentare vniuersalem Ecclesiam: quemadmodum omnes proceres, & ciuitatum procuratores, cum de rebus publicis regni tractaturi conueniunt, totum regnum repræsentant. Cum verò vrgeas, Ecclesiam errare non posse, verum est in eo sensu, fideles omnes non errare. At non obstat quominus maior pars Ecclesie erret; & illi maiori parti Concilij erranti possint Legati subscribere: & ideo iudicium maioris partis, cui Legati consentiunt, non est certum, & firmum, quare indiget, vt à Romano Episcopo confirmetur. Ad Iulij verò testimonium dicendum est, Concilium illud Romani Pontificis præsentia caruisse, quoniam ne Legatos quidem Ecclesie Romanæ habuit, neque per eam confirmatum est. Ex quibus duobus, altero expresso, altero suppresso, colligit, Concilium illud irritum, & vnum fuisse. Vt igitur Generalium Synodorum decreta, siue ad Fidem, siue ad mores spectantia, robur & firmitatem habeant, opus est, vt illius autoritate corroborentur, qui clauis regni cœlorum accepit, & cui dictum est: *Super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersus eam:* qui cum sit Christi vicarius, & illum nobis referat in terris, simul & ille dicere potest: *Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit.* Qui enim cum vicario Christi non est, neque cum illo colligit, neque profecto erit cum Christo, aut colliget cum Domino Iesu, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit sempiterna laus, honor, salus, atque benedictio, in secula seculorum, Amen.

Quartum argumentum.

Errare Ecclesiam non posse, quo fit verum modo.

Ioan. 16.

Supra. 12.

Laus Deo, Deiparæque Virgini Mariæ.



# INDEX LOCORVM QVÆ IN HOC TOMO DVO- decimo latius explicantur.

*Primus numerus paginam, secundus  
columnam indicat.*

## EX GENESI.

- Cap. 4. **M**aior est iniquitas mea, quam ut ve-  
niam merear. 318. 1.  
Ibidem Vox sanguinis fratris tui clamat ad me  
de terra. 466. 1.  
Cap. 17. Circumcidetur ex vobis omne masculum.  
278. 2.  
Cap. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gen-  
tes terra. 139. 1.

## EX EXODO.

- Cap. 17. Ecce constitui te deum Pharaonis. pagina  
616. col. 1.  
Cap. 15. Euaginato gladio meo: interficiet  
eos manus mea. 275. 2.

## EX LEVITICO.

- Cap. 26. Urbes vestras redigam in solitudinem.  
311. 2.

## EX NUMERIS.

- Cap. 18. Et comedetis eas, &c. quia pretium est  
pro ministerio quo seruitis in taberna-  
culo testimonij. 228. 2.  
Cap. 27. Ad verbum eius egredietur, & ingredie-  
tur ipse. 65. 1.  
Cap. 33. Ego dedi vobis terram in possessionem,  
quam diuidetis vobis sorte. 70. 1.  
Ibidem. Profecti igitur de Ramesse primo, &c. pa.  
74. 2.

## EX DEUTERONOMIO.

- Cap. 2. Hodie incipiam mittere terrorem. pagina  
123. 2.  
Circumcidite praputium cordis vestri. 201.  
col. 2.

## EX LIB. IUDICVM.

- Cap. 17. Quocunque pergere voluissent, manus Do-  
mini super ipsos erat. 273. 2.

## EX LIB. 3. REGVM.

Reuertatur, obsecro, anima pueri. pagina  
423. 2.  
Non prophetat mihi bonum, sed malum.  
ibidem.

## EX LIB. 4. REGVM.

Vbi est Deus Heliæ etiam nunc, &c. 134.  
col. 2.

## EX LIB. PSALMORVM.

Quare fremuerunt Gentes. 14. 2.  
Astiterunt Reges terra, &c. 149. 1.  
Delectationes in dextera tua, vsque in fi-  
ne. 101. 1.  
Prouidebam Dominum in conspectu meo  
semper. 99. 2.  
A resistentibus dextera tua custodi me.  
100. 1.  
Calix meus inebrians, quam preclarus est.  
87. 1.  
Sagitta tua acuta: populi sub te cadent.  
29. 1.  
Quis dabit mihi pennas sicut colūba. 79.  
col. 2.  
Dabit voci sue vocem virtutis. 29. 1.  
Aethiopia praueniet manus eius Deo. pa.  
231. 1.  
Fict habitatio eorum deserta. 61. 2.  
Effunde super eos iram tuam. 90. 2.  
Qui facit mirabilia magna solus. 133. 1.  
Generetia praua & exasperans. 110. 1.  
Respice in me, & miserere mei. 128. 1.  
Dominus custodiat introitum tuum, &c.  
65. 2.  
Qui facit Angelos suos spiritus, &c. pag.  
79. 2.  
Dominus à dextris tuis, confregit, &c. p.  
100. 1.  
Dixit Dominus Domino meo, &c. 104. 2.

Cap. 22.

Cap. 2.

Cap. 2.

Psal. 2.

Ibidem.

Psal. 15.

Ibidem.

Psal. 16.

Psal. 22.

Psal. 44.

Psal. 44.

Psal. 67.

Ibidem.

Psal. 68.

Ibidem.

Psal. 75.

Psal. 77.

Psal. 85.

Psal. 102.

Psal. 103.

Psal. 109.

Ibidem.

Pfal. 115. Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax. 1.1.  
 Psal. 130. Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam. 114.2.  
 Psal. 131. Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum. 103.1.

EX LIBR. PROVERBIORVM.

Cap. 3. Longitudo dierum in dextera eius. 104.1.  
 Cap. 8. Per me Reges regnant, &c. 328.2.  
 Cap. 18. Mors & vita in manibus lingua. 79.1.  
 Ibidem. Contradictiones comprimit fors, & inter potentes quoque iudicat. 89.2.  
 Cap. 23. Cui va? cuius patri va? cui rixa, &c. 89.1.  
 Cap. 28. Propter peccata terra multi Principes eius. 451.2.

EX ECCLESIASTE.

Cap. 10. Va terra, cuius Rex puer est. 90.1.

EX CANTICIS.

Cap. 1. Tanquam tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. 407.2.  
 Cap. 2. Capite nobis vulpes parvulas, qua demoliantur vineas, &c. 366.1.

EX LIB. SAPIENTIAE.

Cap. 1. Hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. 84.1.  
 Cap. 8. Sortitus sum animam bonam. 71.1.

EX ECCLESIASTICO.

Cap. 19. Vinum & mulieres apostatate faciunt sapientes. 88.2.  
 Cap. 24. Legem mandavit Moyses in praeceptis iustitia. 529.1.  
 Cap. 31. Exultatio anima & corporis, vinum moderate potatum. 88.2.  
 Ibidem. Si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam. 89.2.  
 Cap. 38. Anima viri sancti enuntiat aliquando veritatem, &c. 461.2.

EX ESAIA.

Cap. 5. Va qui confurgitis mane ad ebrietatem, &c. 89.1. & 90.1.  
 Cap. 6. Super solum David, & super regnum eius sedebit. 103.2.  
 Cap. 11. Puer paruulus minabit eos. 409.2.  
 Cap. 34. Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram. 71.1. & 488.2.  
 Cap. 40. Omnis caro fenenum. 90.2.

Posuite in lucem gentium, &c. 317.2. Cap. 49.  
 Dominus dedit mihi linguam eruditam. Cap. 50.  
 80.1.  
 In scientia sua iustificabit ipse seruus meus multos. 105.2. Cap. 53.  
 In humilitate iudicium eius sublatum est. Ibidem:  
 1234.2. 001100  
 Ecce ego sternam per ordinem lapides, &c. Cap. 54.  
 610.1.  
 Frange esurienti panem tuum, &c. 119.2. Cap. 58.  
 Deus in iustitia dat Episcopos. 62.2. Cap. 60.  
 Vocabitur tibi nomen nouum, &c. 275.1. Cap. 62.  
 Caelum mihi sedes est. 201.1. Cap. vlt.  
 Vermis eorum non morietur, &c. 60.1. Ibidem.

EX IEREMIA.

Mittamus lignum in panem eius. 121. Cap. 11.  
 Regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, &c. Cap. 23.

EX EZECHIELE.

Ego dedi eis praecepta non bona, &c. 29.2. Cap. 20.  
 Sanguinem eius de manu speculatoris requiram. 408.1. Cap. 33.  
 Auferam cor lapideum de carne vestra. 75.2. Cap. 36.  
 Dabo eis sanctificationem meam in medio eorum. 315.2. Cap. 37.

EX DANIELE.

Intelligentia est opus in visione. 263.1. Cap. 10.  
 Princeps regni Persarum restitit mihi. p. 383.2. Ibidem.

EX IOELE.

Effundam de spiritu meo super omnem carnem. 38.2. 90.1.2. Cap. 2.

EX OSEA.

Quia tu scientiam repulisti, repellam te, &c. 365.1. Cap. 4.  
 Perditio tua Israel: tantummodo, &c. 318.2. Cap. 13.

EX AMOS.

Raedificabo tabernaculum David, &c. 371. & 372.1.2. Cap. 9.

EX HABACVC.

Turbabuntur pelles terra Madian. 407.2. Cap. 3.

EX ZACHARIA.

Et ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem: 100.1. Cap. 3.

EX MATTHÆO.

Cap. 5. Vos estis sal terra. 29.1.  
 Ibidem. Petite, & accipietis, &c. 51.1.  
 Cap. 10. Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo. 171.2.  
 Ibidem. Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, &c. 427.1. & 599.2.  
 Ibidem. Gratis accepistis, gratis date. 295.2.  
 Cap. 11. Confiteor tibi Pater, Domine caeli & terra, &c. 136.1.  
 Cap. 13. Ideo omnis Scriba doctus in regno caelorum, &c. 113.2.  
 Cap. 16. Tibi dabo claves regni caelorum, &c. 545.2. & 559.2.  
 Ibidem. Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. 610.1.  
 Cap. 18. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, &c. 378.2.  
 Ibidem. Quacunque alligaueritis super terram, &c. 580.1.  
 Ibidem. Reddite qua sunt Caesaris Caesari, & qua sunt Dei, &c. 572.1.  
 Cap. 22. Sepulchrum dealbatum. 442.2.  
 Cap. 23. Omni habenti dabitur, &c. 54.2.  
 Ibidem. Ei autem qui non habet, &c. 257.2.  
 Cap. 25. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c. 599.1.

EX MARCO.

Cap. vlt. Signa autem eos qui crediderint, haec sequentur. 135.1.  
 Ibidem. Predicate Euangelium omni creatura, &c. 330.2.

EX LVCA.

Cap. 10. Dignus est enim operarius mercede sua. 229.1.  
 Cap. 12. Ignem veni mittere in terram. 78.1.  
 Ibidem. Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter vos? 324.2.  
 Cap. 14. Cum intrasset Iesus in domum cuiusdam Principis. 121.2.  
 Cap. 16. Lex & Prophetæ usque ad Ioannem. 276.1.  
 Cap. 19. Quia si cognouisses & tu, & quid in hac die tua, &c. 107.1.  
 Cap. 20. Baptismus Ioannis de caelo erat, an ex hominibus. 413.2.  
 Cap. 22. Confirma fratres tuos. 560.1.  
 Ibidem. Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, &c. 343.2.  
 Ibidem. Reges Gentium deminantur eorum. 417. col. 1.

EX IOANNE.

Qui facit veritatem venit ad lucem. 69. col. 1. Cap. 3.  
 Spiritus vbi vult spirat, &c. 81.1. Ibidem  
 Sic Deus dilexit mundum, &c. 96.2. Ibidem  
 Et ingredietur, & egredietur, & pascha inueniet. 65.2. Cap. 10.  
 Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, &c. Cap. 13.  
 Exemplum dedi vobis, &c. 225.2. Ibidem  
 Qui diligit me, diligetur a Patre meo. 21.2. Cap. 14.  
 Et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. 96.1. Ibidem  
 Omnia quaecunque audiui a Patre meo, haec feci vobis. 27.1. Cap. 15.  
 Ille testimonium perhibebit de me, &c. 170.2. Ibidem  
 Nobis non licet interficere quenquam. 203. col. 2. Cap. 18.  
 Accipite spiritum sanctum 39.2. Cap. 26.  
 Quorum remisistis peccata, &c. 553.2. Ibidem.  
 Cum esses iunior, ambulabam vbi volebas, &c. 510.2. Cap. 12.

EX ACTIS APOSTOLORVM.

Visum est Spiritui sancto, & nobis. 599. col. 1. Cap. 15.  
 Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos, &c. 58.1. Cap. 20.

EX EPIST. AD ROMANOS.

Qui factus est ex semine David secundum carnem. 105.2. Cap. 1.  
 Segregatus in Euangelium Dei, quod antea promiserat, &c. 301.1. Ibidem  
 Qui etiam proprio filio suo non pepercit. 95.2. 96.2. Cap. 8.  
 Quos praesciuit & praedestinavit, &c. 96. col. 2. Ibidem  
 Scio & confido in Domino Iesu, quia nihil commune est, &c. 370.1. Cap. 14.  
 Dico ego, non Dominus. 537.1. Ibidem  
 Non enim audeo aliquid loqui eorum quae per me non effecit Christus, &c. 116.1. Cap. 15.

EX EPIST. I. AD CORINT.

Diuisus est Christus: nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? 641.2. Cap. 1.  
 Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam. 136.1. Cap. 2.  
 Et ego cum venissem ad vos, fratres. 20. col. 2. Ibidem

Ibidem.	<i>Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, &amp;c. 78. 2.</i>	<i>Noli negligere gratiam qua in te est. p. 346. 1. 347. 2.</i>	Ibidem.
Cap. 4.	<i>Mihi pro minimo est, ut à vobis iudicer. 94. 1.</i>	<i>Manus citò nemini imposueris, &amp;c. 302. &amp; 349. 1.</i>	Cap. 5.
Cap. 9.	<i>Quis militat suis stipendijs vnquam? pag. 225. 1.</i>	<b>EX 2. AD TIMOTHEVM.</b>	Cap. 1.
Cap. 10.	<i>Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est. 121. 1.</i>	<i>Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis. 348. 2.</i>	Cap. 4.
Cap. 11.	<i>Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur. 121.</i>	<i>Cursum consummaui. 313.</i>	Cap. 4.
Ibidem.	<i>Omnis viri caput Christus est. 261. 2.</i>	<b>EX EPIST. AD TITVM.</b>	Cap. 1.
Cap. 15.	<i>Et gratia eius in me vacua nõ fuit. 113. 1.</i>	<i>Constituas per ciuitates Presbyteros, &amp;c. 349. 1.</i>	Cap. 1.
	<b>EX EPIST. 2. AD CORINT.</b>	<b>EX EPIST. AD HEBRÆOS.</b>	Cap. 1.
Cap. 5.	<i>Pro Christo legatione fungimur. 16. 2.</i>	<i>Multifariam, multisq; modis olim Deus, &amp;c. 36. 2.</i>	Cap. 10.
Ibidem.	<i>Sive mente excedimus Deo: sive sobrijs sumus, vobis. 65. 2.</i>	<i>Consideremus inuicem in prouocationem charitatis, &amp; bonorum operum. 382. 2.</i>	Ibidem.
Cap. 13.	<i>Non enim aliquid possumus aduersus veritatem. 147. 1.</i>	<i>Ego scio, quoniam intrabũt post discessionem meam lupi rapaces, &amp;c. 427. 2.</i>	Cap. 13.
	<b>EX EPIST. AD GALATAS.</b>	<i>Talibus enim hostibus promeretur Deus. 449. 2.</i>	
Cap. 5.	<i>Si viuimus spiritu, spiritu &amp; ambulemus. 77. 1.</i>	<b>EX EPISTOLA IACOBI.</b>	
	<b>EX EPIST. AD EPHES.</b>	<i>Voluntariè genuit nos verbo veritatis. 314. 2.</i>	
Cap. 1.	<i>In quo etiam nos sorte vocati sumus. 71. 1.</i>	<i>Nolite plures magistri fieri. 428. 1.</i>	
Cap. 2.	<i>Vos qui aliquando eratis longè, &amp;c. 281. 1.</i>	<b>EX 1. PETRI.</b>	
Ibidem.	<i>Iam nos estis hospites &amp; aduene, &amp;c. ibi.</i>	<i>Sicut modo geniti infantes, &amp;c. 114. 1.</i>	
Cap. 4.	<i>Ipse dedit quosdam quidẽ Apostolos, &amp;c. 298. 1. 303.</i>	<i>Ut parati simus semper ad satisfactionẽ, &amp;c. 379. 2.</i>	
Cap. 5.	<i>Mundãs eum lauacro aqua in verbo vita. 414. 2.</i>	<i>Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. 225. 2. 348. 2.</i>	
	<b>EX EPIST. AD COLOSS.</b>	<i>Pascite, qui in vobis est gregẽ Dei. 226. 1.</i>	
Cap. 1.	<i>Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. 222. 2.</i>	<i>Salutat vos Marcus filius meus. 290. 2.</i>	
Cap. 2.	<i>Mediũ parietem maceria soluens. 281. 1.</i>	<b>EX EPIST. 1. IO ANNIS.</b>	
	<b>EX 1. AD THESSALON.</b>	<i>Ipsi de mundo sunt, idè de mundo loquuntur. 78. 2.</i>	
Cap. 3.	<i>Nos autem debemus gratias agere Deo semper. 112. 2.</i>	<b>EX 2. IO ANNIS.</b>	
	<b>EX 2. AD THESSALON.</b>	<i>Et vos vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis, &amp;c. 219. 1.</i>	
Cap. 4.	<i>Stare, &amp; tenete traditiones quas didicistis. 115. 2.</i>	<b>EX APOCALYPSI.</b>	
	<b>EX 1. AD TIMOTHEVM.</b>	<i>Sed habes pauca nomina in Sardis. 55. 2.</i>	
Cap. 3.	<i>Habentes mysterium fidei in conscientia pura. 181. 1.</i>	<i>Cecidit Babylon magna, &amp; facta est habitatio demoniorum. 462. 1.</i>	
Cap. 4.	<i>Attende tibi, &amp; doctrina, &amp; insta in illis. 426. 1.</i>		

F I N I S.

INDEX

INDEX  
RERVM NOTABILIVM  
QVÆ IN HOC VOLVMINE  
CONTINENTVR.

<b>A</b>	<b>ABBATES</b> etiam titulares solent consecrari. 651. 1.	<i>innotuerit. 162. 2.</i>
<b>Abducere</b> quid. 293. 2.	<b>Abraham</b> vbi natus sit. 189. 1.	<i>Ananiam &amp; Sapphiram cur Petrus morte multauerit. ibid.</i>
<b>Abraham</b> cur Deus tanto tempore factam terra promissionem distulerit suam. pagina 191. columna 1.	<b>Abraham</b> cur Deus secundò apparuerit. patrumq; illi dederit circumcisionis. 191. 2.	<i>Anania &amp; Sapphira repentina mors vnde 163. 1.</i>
<b>Acceptio</b> personarum quid. 266. 1.	<b>Acceptio</b> personarum in electione caueda. 71. 1.	<i>qua de Anania &amp; Sapphira narrantur; vbi acciderint. 164. 1.</i>
<b>Actola</b> quis dicatur. 190. 2.	<b>Aceldama</b> quid. 59. 2.	<i>Ananiam &amp; Sapphiram cur Deus repentina morte punierit. 165. 1.</i>
<b>Actiones</b> vitales corporis mortalis quales cur Achaa, non Gracia Praeses à Romanis differretur. 409. 1.	<b>Adorationem</b> aliam hominis, aliam Dei, Scriptura agnoscunt. 264. 2.	<i>Ananias &amp; Sapphira an morte non tantũ corporis, sed etiam anime incurterint. ibidem.</i>
<b>Adamentum</b> , ciuitas in Africa. 460. 2.	<b>Adremyttium</b> , celebre oppidum in minori Asia. ibid.	<i>Ananias qui Paulum baptizauit quis ille. 244. 1.</i>
<b>Aduena</b> Romani qui erant. 85. 2.	<b>Aegyptus</b> quæ regio. 85. 1.	<i>Ananias quid sonet. ibid.</i>
<b>Aelamita</b> qui. 84. 2.	<b>Aerius</b> , & alij heretici nullam differentiam agnoscebant inter Episcopum & Presbyterum. 630. 1.	<i>Angeli primũ à Deo conditi quid ignorauerunt. 42. 1.</i>
<b>Aethiopes</b> an peccent in sua circumcissione. 388.	<b>Agubi</b> Prophetæ varicinium. 433. 1.	<i>Angelis cur nobis parendum. 46. 1.</i>
<b>Alexandrini</b> , de quibus in Actis, quinam illi. 185. 2.	<b>Alexander</b> Macedo qualem se voluerit appellari. 296. 1.	<i>Angeli qua ratione esse valcanus. 187. 2.</i>
<b>Amor</b> rerum temporalium quam habeat cordibus humanis. 41. 1.	<b>Amphilopolis</b> quæ ciuitas. 395. 1.	<i>Angeli quanta nostra salutis fidei teneantur. 231. 2.</i>
<b>Ananias</b> , & Sapphira crimen vnde Petro		<i>Angeli cuius sint nature. 233. 2.</i>

Tom. 12.

V v v 3. Anna



Anna Pontificis, & Sadducorum inuidia  
quanta. 168.1.  
Anna huius hypocrisis, & iniustitia. 187.1.  
Antiochia duplex. 273.1.  
Antiochena vrbs quàm celebris teste Chry-  
sostomo. ibid.  
Antiochena Ecclesia instituta vnde ema-  
nauerint. 299.2.  
Antiochi, Sylla, & aliorum tytannorum  
qualis exitus. ibidem.  
Antiochensium fidelium prudentia & gra-  
uitas. 380.2.  
Antiochena vrbs duplici nomine commen-  
dabilis. 381.1.  
Antiochia qua in domo Petrus docuerit.  
489.1.  
Antiochena in Ecclesia primùm Christia-  
ni nominis dignitas est orta. 489.1.  
Antiochena Ecclesia quem Petrus reliquit  
successorem. 490.1.  
Apostolorum nomen quid propriè in Scri-  
tura significet. 15.1.  
Apostolorum nomina quid mysticè signi-  
ficent. 48.1.  
Apostoli an tantùm duodecim. 16.1.  
Apostoli an alij dicantur prater duodecim,  
necne. 15.1.  
Apostolorum varij gradus. ibid.  
Apostoli cur Ecclesia columna dicantur.  
16.1.  
Apostoli cur dicantur missi. ibidem.  
Apostoli dicuntur Legati Christi. 20.1.  
Apostolis cur Spiritus sanctus traditus est.  
34.1.  
Apostoli quas ad res Spiritum sanctum  
acceperunt. 43.1. 56.2.  
Apostolos quibus muneribus Deus exorna-  
uerit. 16.2.  
Apostoli aliter ante Ascensionem Christi,  
aliter post illam acceperunt Spiritum  
sanctum. 39.1.  
Apostoli ab ascensione cur Christum do-  
minum vocabant, non magistrum. 36.  
col.2.  
Apostolorum proprium munus quod. pag.  
20.2.  
Apostoli qua tantùm curare debeant. 43.  
col.1.  
Apostoli in nouo Testamento quid presta-  
re debeant. 47.1.  
Apostolorum missio qualis. 15.2.  
Apostoli quales Christi pracones, & testes  
vbique terrarum extiterint. 43.1.2.  
Apostolis cur primùm Iudais, deinde in  
Samaria predicandum fuit. 44.1.2.  
ex Apostolis qui Roma predicauerunt. 49.  
col.1.  
Apostoli proles quàm ampla. ibid.  
Apostoli qua die acceperint Spiritum san-  
ctum, & qua hora illis superuenerit.  
74.1.  
Apostoli an vna, vel pluribus linguis pra-  
dicarent, necne. 81.2.  
Apostoli quod donum interpretationis ha-  
buerint. pag. 82. col.1.  
Apostoli Christi comparatione quales sint.  
47.1.  
Apostoli respectu Ecclesia, & nostri, qua-  
les item sint. ibidem.  
Apostoli quomodo inter se Euangelij gra-  
tia Prouintias partiti fuerint. 86.2.  
Apostolorum quanta vita sanctimonia.  
116.1.  
Apostoli in Ierusalē olim cur signa multa  
faciebant. 123.2.  
Apostoli qua virtute signa edebant. 142.  
col.2.  
Apostolorum diuitia quales erant. 128.2.  
Apostoli ab inani gloria quàm remoti. p.  
148.1.  
Apostolorum obedientia quanta. 168.2.  
Apostolica praedicationis vis quanta. 113.  
col.1.  
Apostolorum in praedicaanda Christi fide  
mira constantia. 174.1.  
Apostoli sub Stephani persecutione cur  
soli permanerint in Ierusalem. 208.  
col.1.  
Apostolorum quis primus Euangelij Gen-  
tibus praedicauit. ibid.  
Apostoli quales duces & principes essent.  
211.2.  
Apostolorum in euangelizando cura pra-  
cipua quae. 218.1.  
Apostolos quare Dominus operarios no-  
minauit. 229.2.  
Apostolorum in praedicaando indefessus la-  
bor. 251.2.  
Apostolorum munus verè quod sit. 252.1.  
Apostolorum assiduum studium quod illud  
298.1.  
Apostolorum quis primus sanguinem pro  
Christo fuderit. 286.1.  
Apostolorum in nos beneficia qualia. 47.  
col.2.  
Apostolica sedes nulli hominum subest in  
terris. 152.2.  
Apostoli quando fuerint facti Sacerdotes

& Episcopi. 301.2.  
Apostolus & Episcopus in quo differant.  
303.1.  
Apostoli quandiu Ierolymis manere de-  
buerint. 309.1.  
Apostolorum sub Herode Agrippa perse-  
cutio quoto anno fuit. ibid.  
Apostolorum consuetudo. 311.1.  
Apostolorum canones quando conditi fue-  
runt. 380.1.  
Apostolis, ne ab Iudaea ante duodecimum  
annum discederent, Christus manda-  
uit. 487.2.  
Apostoli Prouintias ad praedicaandum sorte  
distribuunt. 488.1.  
Apostoli quid iussi occidere & māducare.  
488.2.  
Apostoli qui duo in vita & morte nō sunt  
separati. 320.2.  
Apostoli quodnam regnum Dei praedica-  
rent. ibidem.  
Apostolorum dux & magister quis. pagina  
321.1.  
ab Apostolis destinati Episcopi Ecclesiarū  
Occidentis. ibid.  
ex Apostolis quis in India praedicauerit iux-  
ta Euangelium Matthaei. ibid.  
Apostoli cur aliquando fugerint persecu-  
tores. 335.2.  
Apostoli in Spiritu sancto post resurre-  
ctionem dato duplicem gratiam acce-  
perunt. 344.1.  
Apostoli an tredecim fuerint. 345.1.  
Apostolos in creandis Episcopis vsos fuisse  
manuum impositione. 346.2.  
Apostoli cum missi sunt ad praedicaandum  
Iudais, quas condiciones seruare iussi  
sunt. 320.1.  
Apostolis lex praedicaandi data quot pra-  
cepta contineat. 323.2.  
Apostoli ad quos scripserint. 388.1.  
Apostolorum documenta duo. 393.2.  
Apostoli aliter Episcopatum, aliter Aposto-  
latum administrabant. 501.1.  
Apostolatus officium quod Ruffino. ibid.  
Apostolica praepcepta quadam desuetudine  
abrogata. 512.1.  
Apostolica praepcepta cur Domini mādata  
dicantur. 533.2.  
Apostoli duplicem agebant personā. 534.  
col.2.  
Apostolorum interpretatio de Scripturis  
facta, cur sit iuris diuini. 536.2.  
Apostoli nullam. a Christo, dum viueret,  
acceperunt iurisdictionem. 553.2.  
Apostoli solū acceperunt ab ipso, dum  
viueret, potestatem edendi signa, & ci-  
bum sumendi. ibid.  
Apostoli, ac Apostolici viri quam iurisdic-  
tionē acceperint a Petro in primitiua  
Ecclesia. 560.1.  
Apostoli quanta Spiritus sancti dona ha-  
buerint. 618.2.  
Apostoli quam acceperint potestatem an-  
tequam ordinarentur Episcopi, & quā  
postea, & in quo succedant illis Episco-  
pi, in quo non. In quo etiam Romani  
Pontifices Petro succedant. pag. 618.  
col.1.2.  
Apostolis cur dicantur succedere multi  
gradus Ecclesiastici. 626.1.2.  
Apparere in visu, quid secundum Chryso-  
stomum. 244.2.  
Appellatio quatenus licita sit. 442.2.  
Aquila ingenium. 240.1.  
Arabia quotuplex. 85.2.  
Arabia cur sacra interpretatur. ibid.  
Aranea ingenium. 63.2.  
Arator Poeta quando floruerit. 158.1.  
Aratus poeta quis ille. 402.1.  
Arca foederis, typus corporis Christi. 100.  
col.2.  
Archiepiscopi accipiunt iurisdictionem a  
Deo, sed per Pontificem, a quo accipiunt  
pallium. 568.1.  
Archidiaconus vnde super archipresbyte-  
rum, & clericos habeat iurisdictionē.  
656.2.  
pro Archiflaminis maioribus, minoribus  
item, & proflaminis Ethnicorum, quos  
constituerit in Ecclesia Petrus, teste  
Clemente. 565.1.  
Areopagus quid. 398.2.  
Aristoteles. 1. Politicor. t. 2. dicens quos-  
dam esse natura seruos, &c. interpre-  
tatur. 327.1.2.  
Ariani perfidi illius quàm infelix mors.  
62.2.  
Asia quanam, in qua Paulus, & qui cum  
eo erant, prohibiti sunt a Spiritu san-  
cto loqui verbum Dei. 389.1.  
Asiaticorum pronuntiatio propria quae.  
84.1.  
Assentationes non modò querere, verū  
illas admittere, quàm impium, & ini-  
quum sit. 296.1.  
Atheniensium insipientis sapientia. 397.  
Athena, quae ciuitas. 398.1.

Athenienses Paulus cur vocet superstitio-  
sos. 399.2.  
Auari ingenium quod illud. 158.1.  
Auctores malorum quam grauibus digni  
supplicijs. 59.1.  
Azotus qua ciuitas. 237.1.

## B

**B**ABYLON quid sonet. 492.1.  
Baptismus Spiritus sancti cur igni  
voce declaretur. 38.1.  
Baptismus ignis quis. 33.2.  
Baptismus ianua Sacramentoru omnium  
quomodo. 107.1.  
Baptismi virtutes quales. 107.2.  
Baptismus omnia peccata remittit. 109.  
col.2.  
Baptismus aqua quid. 272.1.  
Baptizari Spiritu sancto, quid, teste Au-  
gustino. 39.1.  
Baptizari in nomine Iesu Christi, an vera  
sit forma Baptismi. 167.2.  
Baptismus in Christi nomine cur olim Iu-  
dais permissus. 109.1.  
Baptismus quis sit ordinarius minister.  
213.2.  
Baptizari in nomine Iesu quid sit. 215.1.  
Baptismo peracto inunctio chrisimatis  
quid significet, teste Dionysio. 216.2.  
Baptizato Chrisma sanctum quid confe-  
rat. 219.1.  
Baptismus, quem conferebant Apostoli,  
quam habet coniuicta. 219.2.  
Baptismi ministrorum dignitas minime  
inquirenda. 253.2.  
Baptizent verè quoniam. 235.2.  
Baptizadis cur interrogatur, an credat.  
236.1.  
Baptismi fructus quoniam. 237.1.  
Baptizari in Ecclesia initio qualiter Spi-  
ritum sanctum accipiebant. 109.2.  
Baptisma Christi in Ecclesia initio cur  
tam pauci susceperint. 112.1.  
Baptisma Christi ab illo Ioannis in quo  
differret. 36.2.  
Baptisma Christi, & Ioannis varium ac  
diuersum esse, multis contra Luthera-  
nos ostenditur. ibid.  
Barnabas, & Barsabas non vnus, & idem,  
neque idem sonant. 67.1.  
qui Barnabam de septuaginta discipulis  
asserunt fuisse, vnde refelluntur. 158.2.  
Barnabas, quid verò Barsabas sonent.  
ibidem. 158.2.

Barnabas ante Petrum & Paulum Roma  
Euangelium predicat. 470.2.  
Barnabas quali erat ingenio pradius.  
250.2.  
Barnaba laudes & encomia. 274.1.  
Barnabas quo die fuerit ordinatus. 300.1.  
Barnaba & Pauli quam fructuosus in vrbe  
Antiochia labor extiterit. 274.2.  
Barbarorum in Paulum humanitas. 465.  
2. & 466.2.  
Bartholomaeus vbi predicauerit, & qua  
eius mors. 48.2.  
Bases pedum cur sic dicta. 129.1.  
Beati qualem viam ingrediantur, qualem  
è contrario damnati. 36.1.  
Belus fluius quis ille. 432.1.  
Benenato Episcopo Gregorius Magnus si-  
mul tradidit Cumanam, & Mustiana  
Ecclesiam. 563.1.  
Berenice, seu Bernice, quam illa. 453.  
col.1,2.  
Bessarionis Cardinalis praclarum dictum.  
575.2.  
Bezae heretici de Petri Romam aduentu  
sententia. 500.2.  
Blasphemie crimen apud Iudaos quam  
graue. 186.1.  
Bolis quid, & vnde dicatur. 463.2.  
Bona fortuna qualia. 221.1.

## C

**C**AESAREAE Palestina quod no-  
men olim fuerit inditum. 237.2.  
Caesarea Palestina situs & conditor pag.  
254.2.  
Caesarea Philippi qua ciuitas. 255.1.  
Caesarea Cappadociae quoniam illa ibid.  
Caesarea cuius vrbs typus. ibid.  
Caliga & calceus vnde dicta. pag. 289.1.  
Caliga Petri non fuerant tibialia. ibid.  
Caligula & Diocletianus quibus hono-  
ribus affici voluerunt. 265.1.  
Caligula superbia. 296.1. (232.2.  
Candaces quale nomen apud Aethiopes.  
Candaces Regina proprium nomen quod.  
ibidem.  
Canon est intelligendi Scripturas ex D.  
Petro & Paulo, vt qua in eo de quo est  
sermo, non sunt impleta, de Messia di-  
cta esse intelligamus. 316.1.  
Canon est intelligendi Scripturas ex Au-  
gustino, qua sunt capitulis, & membris  
tribuere, & è contra. 317.2.  
Cappadocia cur sic dicta. 84.2.

Cardinalis

Cardinalis munus. 224.1.  
Cardinalatum sacrum munus esse, vnde  
constat. ibid.  
Charitas in quo potissimum consistat. pa.  
175.2.  
Charitatis maxima potestas. 211.2.  
Christianus quis. 57.2.  
Christiani tantum nomine qui illi. ibid.  
Christianorum arma in aduersis qua tan-  
tum assignentur. 288.1.  
Christiani olim cur vocabantur sancti. p.  
252.1.  
Christianorum proprium quid. 17.1.  
Christianis qua ratione contra vitia pug-  
nandum. 24.1.  
Christianismus cur modò deflorerit. pag.  
123.1.  
Christiana sapientia vis & mira efficacia  
141.2.  
Christus quale nobis exemplar sese præ-  
buerit. 28.2.  
Christus quantus signorum patror. ibi-  
dem.  
Christi miracula qua virtute fiebat. ibid.  
Christi actiones, & mores. 28.1.  
Christi actionum officia qua. 29.1.  
Christi in caelo propria actio quoniam sit  
illa. ibid.  
Christi mors, passio cur dicta. 30.2.  
Christus quibus indicijs fidem fecerit sua  
dignitatis. ibid.  
Christi anima resumpta qua fuerint ar-  
gumenta. ibid.  
Christum suscitatum cur discipuli Em-  
maus petentes non agnouerint. ibid.  
Christi corporis resumpti indicia qua fue-  
runt. 31.1.  
Christi resurrectio; vide Resurrectio  
Christi.  
Christus quibus documentis Apostolos im-  
buit post resurrectionem suam. 32.1.  
Christus suscitatus an verè manducaue-  
rit, ac biberit. 34.2.  
Christus è mortuis inter nos commoratus  
cibus & potum cur sumeret. ibid.  
Christus si post resurrectionem suam vero  
victu & potu utebatur, in quam ille  
potus & cibus substantiam conuerte-  
retur. 34.1.  
Christi doctrina quid querat. 19.2.  
Christus quare certum diem non predixe-  
rit missionis Spiritus sancti. 39.1.  
Christus quomodo in semine Abrahae pro-  
missus. 139.1.

Christi aduentus duo in scripturis cele-  
berimi. 40.1.  
Christi prior aduentus quid mali Iudaes,  
quid verò boni Gentibus pepererit. pa.  
40.2. (43.1.  
Christus propter quos potissimum venerit  
Christi quanta potentia. 239.1.  
Christi mira benignitas. 130.2.  
Christus quales velit esse sectatores suos.  
102.1.  
Christum qui proprie tradiderint. 96.2.  
Christus vti se pro nobis obtulerit. 95.2.  
Christus si definito Dei consilio est tradi-  
tus, quomodo Iudaei illum occidentes  
peccauerunt. ibid.  
Christus qua ratione sibi mortem inferri  
voluerit. 96.1.  
Christus qua nobis incognita esse volue-  
rit, & quam ob causam. 43.1.  
in Christo qua virtus pra alijs effloruerit.  
28.1.  
Christi signa, atque miracula qualia. ibi-  
dem.  
Christus qua signa frequenter, qua verò  
raro ederet. 54.2.  
Christi signa in triplici differentia. ibid.  
Christus cur minor miracula in Galilaea,  
in Iudaea verò maiora ediderit. 95.2.  
Christus quo die mortuus sit, quo verò re-  
surrexerit. 74.1.  
Christi prima mensis qua fuerit. 65.2.  
Christum esse à dextris Dei, quid sit. pag.  
100.1.  
Christi regnum, vide Regnum Christi,  
ante Christum cur nemo Patrum in caelum  
ascendit. 104.2.  
Christus quare interdum matrem obiur-  
gauit, reprehenderit. 52.1.  
Christi frater quoniam. ibid.  
Christus cur duodecim Apostolos creauit,  
ac eum numerum per Iudam im-  
minutum in integrum restitui cura-  
uerit. 58.2.  
Christus qua lingua fuerit vsus. 61.2.  
Christus quomodo ingrediatur ad nos, &  
egredietur. 65.2.  
Christi humilitatis quod fuerit initium,  
qui supremus gradus exaltationis eius  
dem. ibid.  
Christus qua ratione Iudaorum Deus. pa.  
110.1.  
Christus quare Apostolos tam infima &  
abiecta conditionis elegerit. 131.1.  
Christi sanctitatis & iustitiae testimonia  
134.1.

Christus

Christus lapis reprobatus quando factus sit in caput anguli. 144. 1.  
 Christus Iesus quam verus amicus noster. ibidem.  
 Christus cur dicatur vnctus à Deo. 149. 1.  
 Christi immensus in nos amor. 174. 2.  
 Christum qui possidet, maximis affluit diuitijs. 190. 1.  
 Christus qualem habuerit potestatem excellentia. 220. 1.  
 Christus fideles suos à Pauli atroci persecutione qualiter liberauit. 240. 1.  
 Christus fulmini quam similis. ibid.  
 Christus cur in mundum venerit. 257. 2.  
 Christus quare primùm à Galilæa incepit prædicationem suam. 267. 1.  
 in Christo qualis fuerit Spiritus sancti plenitudo. 267. 2.  
 Christi in homines qualia extiterint beneficia. ibid.  
 Christi in nos amorem quid maximè prodatur. 268. 1.  
 Christi signorum maximū quod fuerit. p. 66. 1.  
 Christus quomodo index viuorum & mortuorum. 268. 2.  
 Christi erga Ecclesiam suam ex Gentibus collectam cura & sollicitudo. 298. 1.  
 Christi regni propagandi ratio quanta in sollicitudine apud summum pastorem, & Principes Christianos esse debeat. 324. 2.  
 Christus Dominus non habuit regnum temporale: & licet indirectum dominium haberet, eius nullus extitit hæres. 324. 2.  
 Christus ascendens in cælum, nouam potestatem spiritualem Apostolis cõsulit. 344. 2.  
 Christus qua dona in cælum ascensurus hominibus dedit. 345. 2.  
 Christi benedictio qua dona soleat asferre. 341. 2.  
 Christus ascendens in cælum, non solùm Apostolis benedixit, amicorum more, sed etiam Sacramentaliter. 341. 1.  
 Christus non contulit potestatem faciendi miracula omnibus. 354. 2.  
 Christus & Christianus quid. 355. 2.  
 ad Christi doctrinam audiendam qui sint aptiores. 390. 2.  
 Chrysostomus, quo sensu dixerit, Apostolos parem cum Christo potestatem accepisse. 556. 2.

Claudius quamdiu imperauerit. 497. 2.  
 Claudij quo anno fames ab Agabo prædicta contigerit. 498. 1.  
 Claudij imperij supputatio. 503. 2.  
 Clemens Pontificatum non detrectauit. 507. 1.  
 Clemens accepit Pontificatum statim post diuum Petrum. ibid.  
 Clemens qua ratione dicatur secundus, tertius, & quartus Pontifex post diuum Petrum. 509. 1.  
 Cletum & Linum creatos fuisse Episcopos à diuo Petro, vt sibi opem ferrent. pag. 507. 2.  
 Cletus & Linus in canone Missa præferuntur Clementi, & cur. 509. 1.  
 Canaculum vnde dictum. 47. 1.  
 Canaculum in quod Apostoli ascenderunt, quid denotet mystice. ibid. & 48. 1.  
 Cænobia vnde dicti. 151. 2.  
 Concionatoris proprium officium ex sententia Hieronymi. 25. 2.  
 Concionatori Euangelico tria necessaria. 25. 1.  
 Concionatores qualis tantum sermo debeat. 22. 1.  
 Concionatores qui reprehendendi. ibid.  
 Concionatores verbum Dei qui ambitioni auaritiæ, subijciant, secundum Hieronymum. ibid.  
 Concionatoris Euangelici qualenam de seipso debeat esse iudicium. 245. 1.  
 Concionatoris quod munus. 298. 2.  
 Conciliorum mos in suffragijs ferendis. p. 55. 1.  
 Concilium Ierosolymitanum, de quo Act. 15. quando fuerit celebratum. 490. 2.  
 Conciliorum canones qui spectent ad ius diuinum, qui verò ad Ecclesiasticum. 614. 1. 2.  
 ad Concilium legitimum tria requiruntur. 367. 2.  
 in Concilio illo ab Apostolis celebrato qua iuris sint diuini, qua humani, & canonici. 377. 1.  
 in Concilio penes quos sit autoritas. pag. 378. 1.  
 Concilio illi Apostolorum Ierosolymitano adstirisse Christum. 378. 2.  
 Concilij decreta vnde robur accipiant. ibidem.  
 Conciliorum autor primarius quis. 379. 1.  
 in Concilijs quidquid definitur, non est iuris diuini. ibid.

Confirmationis Sacramenti ordinarius minister tantum quis. 212. 1.  
 Confirmandi potestas penes quos erat, absente Episcopo. 213. 2.  
 Confirmandi potestas an proprie sit Episcopi, an verò Romani Pontificis. 215. 201. 1.  
 Confirmationis Sacramentum ad plurimum utile. 215. 2.  
 Confirmationis Sacramenti autor atque institutor. 216. 1.  
 Confirmationis finis quis. ibid.  
 Confirmatio Sacramentum est noua legis. ibidem.  
 Confirmatio cur maius Sacramentum Baptismo. 216. 2.  
 Confirmationis Sacramentum cur à Sanctis manuum impositio nominetur. pag. 217. 1.  
 Confirmationis Sacramentum quando olim credentes suscipiebant. 217. 2.  
 in Confirmationis Sacramento primitiui fideles qua conueiebantur. ibid.  
 Confirmationis Sacramenti qua sit materia. 218. 2.  
 Confirmationis Sacramenti forma quænam. 220. 1.  
 Confirmationis Sacramentum quando fuerit institutum à Christo. ibid.  
 Confirmationis Sacramentum quo loco nobis habendum. 220. 2.  
 Confscientia perturbata, res quam formidabilis, atque truculenta. 186. 2.  
 Consilia hominum contra Deum qualia sint. 269. 1.  
 Conuersi ad Christum vna cura. 244. 1.  
 Conuersionis vera signum quodnam illud. 248. 1.  
 Cornelij Centurionis encomium. 255. 1.  
 Cornelij constans ac viua fides, vnde profecta. 255. 2.  
 Cornelij ex illa fide meritum. ibid.  
 Cornelium ante Baptismum credidisse, vnde Gregorius exponit. ibid.  
 Cornelium per opera ad fidem venisse, quo sensu Gregorius dixerit. 256. 1.  
 Cornelij huius opera ante baptismum mortua non fuisse ostenditur. 256. 2.  
 Cornelius hic quorum typus erat. 257. 1.  
 Cornelius antea iustus cur ad fidem, & baptismum vocatus, cum sine illis saluari potuisset. 257. 2.  
 Cornelij qualis visio. 259. 1.  
 Cornelij bona opera quænam illa. 259. 2.

Cornelium quare Deus per Petrum instruxerit. ibid.  
 Cornelij erga Angelum fides & obedientia. 260. 1.  
 Cornelij qualis fides atq; religio. 264. 2.  
 Cornelius quibus proponatur ad exemplar. ibidem.  
 Cornelius quomodo Petrum adorauerit. 264. 2.  
 Cornelij mira precandi assiduitas. pag. 265. 1.  
 Cornelio nondum baptizato quare Spiritus sanctus affulserit. 269. 1.

## D

DAMASCI opera corrupta ab Anastasio bibliopola. 508. 2.  
 Damascus qua & qualis ciuitas. 239. 2. & 244. 1.  
 Dauidis contra Goliath inclita & gloriosa victoria describitur. 24. 1.  
 Dauid ciuitas qua. 102. 2.  
 Dauid vbi sepultus. ibid.  
 Dauidis sedes quænam. 103. 2.  
 Dauidis & Prophetarum quid proprium. 59. 1.  
 Dauid cur dicatur vir secundum cor Dei, cum talia crimina commiserit. 313. 1.  
 Decalogi & aliarum legum discrimen. pag. 528. 2.  
 Decij Romani deuotio. 445. 1.  
 Decimas pro quo olim ministerio acciperent Sacerdotes. 225. 1.  
 Deprecari quid, & obsecrare. 113. 1.  
 Deus per Moysen an ipse per se, an per Angelum dicatur allocutus. 4. 1.  
 Dei proprium quid sit. 29. 2.  
 Deus quomodo olim loquebatur. 36. 2.  
 Deus cum totius boni sit autor, cur nobis quod boni facimus, adscribat. 17. 2.  
 Deus cum coronat merita nostra, quid coronat, teste Augustino. ibid.  
 Dei verbo quantum tribuendum. 21. 2.  
 Deus qua sibi soli nota esse voluerit, at nobis incognita, & quare. 41. 1.  
 Deus quibus de causis hominem peccatorum morte punierit. 60. 2.  
 Deus quo consilio nec iustos digno premio, nec iniustos debito supplicio nunc afficiat. ibid.  
 Deus quænam posuerit in hominum potestate. 42. 2.  
 Deus à nobis pro bonis suis rogari cur velit. 50. 2.

Deus quanto honore sanctos suos profequatur. 61. 1.  
 Dei voluntas vnde a nobis cognoscatur. p. 67. 2.  
 Deus circa quæ ad sit Ecclesia sua. ibid.  
 Dei proprium solius quid. 68. 1.  
 Deus si attestaretur mendacium, quid inde. 94. 1.  
 Dei in exaudiendo munificentia. 127. 2.  
 Deus in exaudiendo quid obseruare soleat. 128. 1.  
 Deus quibus in rebus Apostolis assistebat, & quare. 129. 1.  
 Deo nihil occultum. 288. 2.  
 Deus cur se nobis interdum subtrahat. p. 290. 1.  
 Deum qua nobis reddant propitium. pag. 139. 2.  
 Deus cur per Apostolos rudes homines docere nos voluerit. 145. 1.  
 Deus quomodo nos effingat ad suum beneplacitum. 146. 1.  
 Deus cur olim Abelem, & Heliam igne, primitiuos vero fideles terra motione exaudisse indicauerit. 150. 2.  
 Dei misericordia qualis. 165. 2.  
 Deus cur sinat Euangelicas veritates in disceptationem venire. 184. 2.  
 Deum in manufactis templis habitare cur Scriptura aliquando asserat, aliquando neget. 201. 1.  
 Deus proprie vbi sit. ibid.  
 Dei potentia ac bonitas quanta sit. 207. 1.  
 Deus quem modum obseruet in conuersione peccatoris. 243. 1.  
 Dei cura & prouidentia ad quos maximè extendatur. 249. 1.  
 Deus quot modis esset cum Christo. 267. col. 2.  
 Deo quid debeamus. 267. 1.  
 Dei regnum, vide Regnum Dei.  
 Deus quid in nobis operetur, secundum Apostolum. 274. 1.  
 Dei in præstandis promissis eximia fidelitas. 279. 2.  
 Diabolus & mundus quos perdere & affligere conentur. 285. 2.  
 Diabolus inter quos maximè serat zizania. 16.  
 Diaconi septem cur tantum creati in Ecclesia primordijs. 177. 2.  
 ad Diaconorum electionem qua requirantur. 178. 1.  
 Diaconi septem ad quale ministerium

electi fuerint. pag. 179. col. 2.  
 Diaconi officium quod sit. 180. 2.  
 Diaconi qua partes iuxta Apostolum. p. 181. 2.  
 Diaconatum quanti fecerit Apostolus. ibidem.  
 Diana adiculas argenteas offerebant Ephesij. 419. 1.  
 Diane templi descriptio. ibid.  
 Dilectionem geminam, Dei & proximi, qui violant. 147. 2.  
 Discendum quomodo vtiliter. 51. 2.  
 Discipulis per Iudæam & Samariam sub persecutione Stephani quare dispersi. 208. 2.  
 Discipuli Domini qui dicebantur olim. p. 239. 1.  
 Discipuli vbi primum cognominati Christiani. 274. 2.  
 Diuina virtuti qui putant se posse resistere, quales illi. 140. 2.  
 Diuina virtus atque misericordia in quibus maximè eluceat. 148. 1.  
 Diuina prouidentia ac bonitatis quid proprium. 166. 1.  
 Doctoris Catholici munus quod sit. 132. 2.  
 Doctoris officium quale, ex doctrina Chrysostomi. 41. 1.  
 Doctores qui dicantur. 298. 2.  
 Doctrina Pharisaorum, & Philosophorum quam vana & inefficax. 28. 2.  
 Doctrina qua vita nostra vtilior. 16. 2.  
 Doctrina hereticorum ab illa Apostolorum multiplex discrimen. 105. 2.  
 Domus Israel qua dicatur. ibid.  
 Donatista in qua olim Ecclesia gloriabantur. 57. 2.  
 Donum linguarum alijs etiam præter Apostolos datum. 80. 2.  
 Donum linguarum cur modo non commutaretur a Deo prædicantibus apud Indos. ibid.  
 Donum linguarum non sufficit ad intelligentiam sacra Scriptura. 82. 2.  
 Donum linguarum quare iam extinctum in Ecclesia. ibid.  
 Donum linguarum quatenus Apostolis datum. ibid.  
 cum Dono linguarum in die Pentecostes quid præcipue daretur credentibus. p. 218. 1.  
 Donum confirmationis in gratia, præter Apostolos nulli concessum. 122. 1.  
 Donum linguarum cur olim credentes

acciperent,

acciperent teste Augustino. 218. 1.  
 Dorcas quid significet. 252. 2.  
**E**  
 EBRII quantis malis subiaceant. 88. 2.  
 Ebriosos olim qua pena Apostoli pledebant. ibidem.  
 Ebrius proprie quis ille sit. 89. 1.  
 Ebrietas qua venialis, qua verò graui & mortifera. ibid.  
 contra Ebrietatem, Salomonis inuectiua. ibidem.  
 Ecclesia abusus in electione præpositorum. 66. 2.  
 ad Ecclesia munera obeunda verè idonei describuntur. ibidem.  
 in Ecclesia manens qua bona participet. 35. 1.  
 ab Ecclesia discedendi causa quenam illa sint. 35. 2.  
 Ecclesia Rectorum vnde scandala proueniunt. 64. 2.  
 Ecclesiarum vacantium commendationes originem a quo sumpserint. ibid.  
 in Ecclesia nascente, qua causa tanta fidei constantia, vitæq; sanctitatis. 112. 2.  
 Ecclesia Christi vnde tot ac tanta accepit incrementa. 140. 1.  
 Ecclesia primitiua cur nihil proprium possidebat. 151. 1.  
 in Ecclesia primitiua martyrium B. Stephani fuisse dedicatum, contra Caietanum ostenditur. 208. 2.  
 Ecclesia columna quenam. 280. 1.  
 Ecclesia primitiua post cænam Eucharistia communicare consueuerat. 124. 2.  
 Effundere quid sit. 90. 2.  
 Electio per Spiritum sanctum qua sit. 30. col. 1.  
 Electio qua per Spiritum sanctum non fit, qua sit illa. ibid.  
 Eligendi ius quare olim populis concessum. 63. 2.  
 inter Eligentem Deum & hominem quod discrimen versetur. 64. 1.  
 ab Eligendo in Apostolicum munus quenam virtutes requirantur. ibid.  
 Eligendus bonus Ecclesia pastor ex quibus sit. 65. 1.  
 in Electione quid spectandum. 65. 2.  
 Electiones quorundam facta diuinitus percensentur. 71. 2.  
 in Electione quod vitium cauendum. ibidem.

Tom. 12.

Eleemosyna quam vtilis. 126. 2.  
 Eleemosyna quantam vim habeat. 254. col. 2.  
 Eloquentia vera persona eloquentis debet congruere, iuxta Augustinum. 21. 1.  
 Eloquentia affectata studium quid asserat incommodi. 22. 2. & 23. 2.  
 Eloquentia pudicitior quales reddat. Catholicæ fidei veritates. 23. 2.  
 Episcopus vnde nomen accepit. 66. 1.  
 Episcopi nomen magistratui tam sacro, quam profano commune ponitur in Scriptura. 62. 2.  
 Episcopi proprie qui sint. ibid.  
 Episcoporum apud Iudæos munus quod erat. ibid.  
 Episcopi cur pauci ex autoritate Chrysostomi sint salui. 04. 2.  
 Episcopi consecrandi ritus olim qualis erat. 78. 1.  
 Episcopi nomine potius quam re & officio proferuntur. 177. 1.  
 Episcopi qua curare debent. ibid.  
 Episcopi oculis designantur. 278. 1.  
 Episcopi proprium & germanum munus quod sit. ibid.  
 Euangeliorum materia qualis. 9. 2.  
 Euangelij medulla & cortex quenam sint. 35. 2.  
 Euangelio nihil magis aduersum, quam Sadducæorum hæresis. 168. 1.  
 ad Euangelizandum quis tantum idoneus. 245. 2.  
 Eucharistia manducatio duplex. 119. 1.  
 Eucharistia fractionis morem Latina Ecclesia quare non obseruat. 120. 2.  
 Eucharistia quid proprium. ibidem.  
 Eucharistia omnis virtus & efficacia vnde emanet. 121. 1.  
 Eucharistia mensa qua animi præparatione obeunda. 124. 2.  
 Eunuchi illius Aethiopijs ad Christum vera conuersio. 231. 1.  
 Eunuchus hic cur adoraturus in Ierusalè venerit. ibid.  
 Eunuchi ardens in literas sacras amor. ibidem.  
 Eunuchus vnde meruerit, vt Philippus eum erudiret. 234. 1.  
 Eunuchus Philippus Diaconus quid euangelizauerit. ibidem.  
 Eunuchi huius quid in aquam descensus, quidve eiusdem ex aqua ascensus significet. 236. 2.

X x

Eunuchus

Eunuchus ubi predicauerit. 23.1.  
 Exercitium edendi, bibendi, quorum proprium. 119.2.  
 Exemploram vis maior, quam verborum vnde proueniat. 17.1.  
 Exitij nostri fons vnde sit. 110.2.  
 Extasis quid proprie, & vnde proficiatur. 129.2.  
 Exemptiones Bernardus quas damnet. p. 155.2.

## F

FIDEI proprium quid sit. 105.2.  
 Fidei Catholica perpetua stabilitas. 116.2.  
 Fides quam vim habeat. 144.2.  
 Fides qua tantum sufficiat ad baptismum. 236.1.  
 Fides ianua baptismi. ibid.  
 Fides in Christum explicita quando primum necessaria coeperit esse. 257.2.  
 Fides quid requirat. 291.2.  
 Fidelibus primitiuis cur omnia comunia, & vnde orta haec communis vite ratio. 124.1.  
 Fideles primitiui quomodo his donis comunibus vtebantur. ibid.  
 Fideles primitiui, & Apostoli quales erant. 125.1.  
 Fideles in fide retinere, non minus laboriosum, quam ad illam allicere: in quo vtroque Paulus laborabat. 476.1.  
 Figura non omnino debet correspondere veritas. 557.1.  
 Filius Dei ad quid ad nos descenderit. 111.2.

Finis signorum omnium, & Apostolicorum sermonum quis sit. 147.2.  
 Franciscani quot superioribus ac praepositis pareant. 155.1.  
 Fratres nostri, vel infirmi, minime despicendi. 271.1.  
 Fructus vberimus compunctionis quis. 106.1.  
 Fructus persecutionis qualis. 148.1.  
 Fructus vnitatis & concordia. 15.1.

## G

GALILAEI homines quales illi. 83.2.  
 Gamalielis virtutes quales fuerint. 171.1.  
 Gamaliel an fidelis fuerit, & in Christum crediderit. ibid.  
 Gaza qua ciuitas. 232.1.

Gaza cur nuncupata sit deserta. ibid.  
 Gaza qua vis Graecae & Latinae subiiciatur. 232.2.  
 Gaza quale nomen sit, & quid illud significet. ibid.  
 Gratiam Dei acceptam quomodo in vacuum non recipiamus. 113.1.  
 Gentes cur tam varia se Christo subiecerint. 112.2.  
 ex Gentibus qui Christo adhaerint, qui minime. 257.1.  
 Gentes cur Deus olim ad Iudaismum minime arctauerit. 278.2.  
 Gentes nobiliori statu & conditione nunc sub Christo mereri, quam olim sub lege. 279.1.  
 Gentium cum Iudaeis aequalitatem Apostolus quam saepe & agnoscat, & repetat. 280.2.  
 Gentilium, & Iudaorum qui per Christi fidem explicitam salutem obtinuerint. 259.1.  
 Generis humani propria natura designatur. 130.2.  
 Gloria cuius propria. 296.2.  
 de Gloria inani tentati quo responso Satanam repulsumus. ibid.  
 Gloria inanis cupidi quales sint ex sententia Chrysostomi. ibid.  
 Gloria inanis imperij pulchra descriptio ex Chrysostomo. 297.1.  
 Gregorius Nazianzenus quanto arderet zelo salutis animarum. 177.1.

## H

HAERESI cuique proprium quid sit. 11.1.  
 Haeretici nostri seculi vnde a fide tam grauius aberrauerint. 52.2.  
 Haeretici quam grauius errant circa fidem. 115.2.  
 Haeticorum ingluuies, superbia, & impudicitia. 116.1. (116.2.)  
 Haeticorum doctrina quam inconstans.  
 Haetici vero Scriptura sensu cur destituantur. 117.2.  
 Haetici licet inter se dissentiant, in quo tamen consentiant. 141.1.  
 Helena Tyri quaestuarum Magi Simonis comes quo in honore habita. 210.  
 Helena Adiabenorum Regina in Iudaeos beneficia. 276.2.  
 Herodes, qui Petrum in vincula coniecit, quis ille. 283.1.

Herodis Tetrarcha, qui Ioannem decollauit, terribilissimus interitus. 283.2.  
 Herodis Ascalonita filij. 284.1.  
 Herodes quid denotet. 293.1.  
 Herodis superbia. 294.2.  
 Herodis regni, finis, & eius augurium. ibid.  
 Herodes hic quoniam Dei iudicio a veribus dilaceratus animam profuderit. p. 295.2.  
 Hieronymi modestia & humilitas. 233.1.  
 Hierosolyma typus Ecclesiae. 35.1.  
 Hierosolyma quo tempore erat ager peregrinorum. 63.1.  
 Hierosolymita quales illi. 88.1.  
 Historia quid sit. 1.1.  
 Historia duplex, altera diuina, altera humana. ibid.  
 Historia diuina ab humana multiplex discernitur. ibid.  
 Historia humana modus scribendi qualis. 2.2.  
 Historia humana autoribus quantum sit tribuendum. 1.1.  
 Historia humana quam fabulosa contineant. 2.1.  
 Historia humana mera stultitia, & ignorantia. ibid.  
 Historia humana homini quid praestet. 2. col. 2.  
 Historia diuina primarius autor Deus ipse. 1.1.  
 Historia diuina vis quanta. 2.2.  
 Historia diuina fides valde excellens. ibid.  
 Historia sacra, & Canonica quot & quanta commoda nobis afferat. 3.1.  
 Historia diuina, siue Canonica cum Ecclesiastica componitur. ibid.  
 Historia Ecclesiastica qua sit. ibid.  
 Historia diuina ab Ecclesiastica in quo differat. 3.2.  
 Historia Ecclesiastica maior fides adhibenda, quam humana. ibid.  
 Historia Canonica copiosior fructus, quam Ecclesiastica. 4.1.  
 in Historiam Ecclesiasticam Eusebij Caesariensis censura aliquot. ibid.  
 Historia diuina quibus de rebus pertractet. 1.2.  
 Historia diuina vetustas & antiquitas signatur. 2.1.  
 Historia sacra in scribendo modum quem teneat. 2.2.  
 Historia diuina quantum sit tribuendum. 7.2.

Historiae diuinae infallibilis veritas, vnde sumatur. ibid.  
 Historia apocrypha qua sit illa, & in quibus deficiat. 3.1.  
 Historia apocrypha autor primarius quoniam ille. ibid.  
 Historia quadam apocrypha enarrantur. 8.2.  
 Historia apocrypha fructus quina. ibid.  
 Historia Apostolorum a D. Luca edita cur dignior lege historia veteris Testamenti. 9.2.  
 Historici munus quid sit, & quid Graecae sonet. 18.1.  
 Historia qua populo non proponenda. pag. 143.2.  
 Homo in Scripturis quid sonet. 55.2.  
 Homini qua inferenda sibi necis occasio esse soleat. 60.1.  
 Hominis anima Deo quam chara. 88.1.  
 Homines sine literis qui. 144.2.  
 Honorij Tertij de vsu sortium in electione decretum. 70.1.  
 Hora tertia mysterium. 90.1.  
 Hostes nostri, cum nos oppugnant, quibus armis expugnandi. 288.1.  
 Hypocritis quam perniciem afferat. p. 210.1.

## I

IACOBUS Zebedaei quibus predicauerit, & eius acta, atque virtutes. p. 48.2.  
 Iacobi Minoris gesta, & eius mors qualis. 149.1.  
 Iacobus minor quando & quare creatus Ierosolymorum Episcopus. 209.2.  
 Iacobus quando occisus fuerit. 286.1.  
 Iacobus morti proximus paralyticum sanat. 286.2.  
 Iacobus ubi martyrio coronatus. ibid.  
 Iacobus Apostolorum primus pro Christo sanguinem sudat. 286.1.  
 Iacobus frater Domini in Ierosolymitano Concilio post Petrum, Paulum, & Barnabam, suam sententiam protulit, illamque confirmauit testimonijs Scripturae. 371.1.  
 Iaddo Hebraeorum Pontifici quantum honorem detulerit Alexander Macedo. 262.2.  
 Isaac Christi typus: idem quid sonet. pag. 190.2.  
 Iesus quale nomen sit. 27.2.

Iesu nomen medicus & medicina animarum nostrarum. 28.1.  
 Iesus cum sit aternus, ut dicatur mensurari, & initium operandi, docendique haberi. ibid.  
 Iesus qualis nobis ad salutem adiutor. 28. col.2.  
 Iesu nomen duo comprehendit. 93.2.  
 Iesus cur dictus Nazarenus. ibid. & 267. col.1.  
 Iesum quomodo afflixerint perfidi Iudai. 97.1.  
 Iesum stare à dextris Dei, quid sit. 202.2  
 Iesus tria praestat. 206.2.  
 Idiota qui proprie. 144.2.  
 Ignis ingenium. 151.1.  
 Impiorum quid proprium. 293.2.  
 Ioannis Euangelium & libri Actuum Apostolorum vbinam inuenta fuerint, teste Epiphano. 12.1.  
 Ioannes Euangelista viam Domini vti preparare debebat. 37.2.  
 Ioannis Euangelista acta atque virtutes qua fuerint. 48.2.  
 de Ioanne praecursore cur plura quam de Virgine Deipara scripserint Euangelista. 51.1.  
 Indi ciuiles & politici erant, ut constat ex eorum moribus. 331.1.  
 Indis bellum illatum, duplici titulo iniustum. 331.2.  
 Indis caedes & tyrannides illatae sunt contra mentem Regum Hispania, & summi Pontificis. 333.1.  
 Indos ad verbum Dei audiendum compelli minimè posse. 323.1.  
 In Indorum dominio licet nullus iustus titulus appareat in initio: tamen non deest iusta ratio legitimae possessionis. 328.2.  
 in Indorum occupatione qua bona de malis Deus eruerit. 333.2.  
 Indis illati belli ab Hispanis tituli. 342. & sequent.  
 Indoctorum hominum quid proprium teste Hieronymo. 22.2.  
 Ioel Propheta vbi prophetauerit, & quando. 90.1.  
 Inopes & mendici qui eleemosyna sint indigni. 128.2. (136.2.)  
 Ignorantia quare est à nobis fugienda. Ex ignorantia qui non peccent. 125.2.  
 Ionas à cato vomitus in aridam Christi resurgentis typus. 144.1.

Ioseph quid significet. 159.1.  
 Ioseph filius Iacob in quibus delineauerit Christum. 192.1.  
 Ioseph quos genuerit filios in Aegypto. p. 193.1.  
 Iudas Apostolus vbi praedicaerit, & quo loco interfectus. 49.1.  
 Iudam proditorem liberè peccasse, multis ostenditur. 58.1.  
 Iuda cur tantum crimen parrare permisum. 59.1.  
 Iudas quomodo erat Apostolus. ibid.  
 Iudam proditorem qui dicantur imitari. 60.1.  
 Iudam quare res ad suppendum adegerit. 60.2.  
 Iudas à quo suspensus, & quare. 61.1.  
 Iudas Christi proditor in quot maledicta incurrerit infelix. 62.1.  
 Iudas proditor quorum typum se praestiterit. 63.1.  
 Iudas qualis dux erat. 87.2.  
 Iudas Galileus quis ille, & quare eius doctrina. 172.1.  
 in Iuda proditore peccator quam aptè representetur. 63.1.  
 Iudai à Domino cur derelicti. 35.1.  
 Iudai regnum Dei quale per Messiam restituum expectabant. 40.1.  
 ex Iudaeis olim quinam in Christum crediderint. 44.1. & 257.1.  
 Iudai atque Samaritae quandiu vixerint. 44.2.  
 Iudaeis die Sabbati quantum à Ierusalem recedendi facultas concedebatur. 46.2.  
 Iudai olim quare dispersi fuerint. 81.1.  
 Iudai Christum cur appellabant Samaritanum. 84.1.  
 Iudai quare dicti Israelitae. 93.1.  
 Iudai in quo Ethnicis deteriores. 109.2.  
 Iudaeorum ad fidem Christi conuersio cur tam difficilis. 112.2.  
 Iudai quare Christum tradiderint crucifigendum. 133.2.  
 Iudai quando Iesum negauerint. 134.1.  
 Iudaeorum in Christum immanitas inaudita. ibidem.  
 Iudaeorum plebs quorum hortatu in necem Christi conspirauerit. 135.2.  
 Iudaeorum Principes Christum cur agnoscere noluerint. 136.1.  
 Iudaeorum aduersus Apostolos ingratitude. 141.2. (col.1.)  
 Iudaeorum mira pueritas & inuidia. 145

Iudai quid peccauerint Christum occidendo, cum eo ipso Dei consilium, & beneplacitum impleuerint. 149.2.  
 Iudaeorum in Christum impotentia, & inscitia. 168.2.  
 Iudaeorum ingratus animus in Deum. pag. 170.2.  
 Iudaeorum, qui cum Stephano disputarunt, obstinatio. 186.1.  
 Iudaeorum dura ceruix quid. 201.1.  
 Iudaeos cordibus, & auribus incircumcisos cur vocet Stephanus. 201.2.  
 Iudai quare proditores & homicidae Christi ab Stephano dicantur. ibid.  
 Iudai Stephanum lapidantes quare continuerint aures suas. 203.2.  
 Iudai Stephanum lapidaturi vestimenta cur sua ad pedes Sauli deposuerint. ibid.  
 Iudai Stephanum lapidantes an veniam à Deo sint consecuti. 206.1.  
 Iudaeorum mos sepeliendi qualis. 253.1.  
 Iudaeorum populus quam rudis olim. pag. 261.2.  
 Iudai qua lege quasdam gentes poterant ad Iudaismum admittere. 262.1.  
 Iudai mundorum etiam animalium sanguine vesci non poterant. 262.2.  
 Iudai se solos per Christum fore saluandos putauere rudes. 266.1.  
 Iudaeorum inuidia de salute Gentilium. Iudaeorum Petrum arguentium imperitia. 271.2.  
 Iudaeorum animis de Gentibus qua opinio infederit. ibid.  
 cum Iudaeis quatenus se gesserit diuina sapientia. 277.1.  
 Iudaeis quam olim priuilegia concessa, Gentibus verò ad Iudaismum traductis denegata. ibid.  
 tam Iudaeos, quam Gentiles conuersos pluribus à Deo donis ornari quam aquum fuerit. 278.1.  
 Iudai Circumcisionem inutilem post Christi fidem adhuc admittentes, quam pertinaces, & proterui persisterint. p. 279.1. (281.1.)  
 Iudai Gentibus quantopere aduersaretur Iudai olim quantum ceteris gentibus antecellerent, teste Paulo. 281.2.  
 Iudaea vnde dicatur. 84.2.  
 Iudaeici populi infamia quamdiu mansura. 138.1.  
 Iudaea quando primum Romanis parere inceperit. 172.2.

Iudai vehementer Petri necem expectabant, & cur. 290.1.  
 Iudai cur permitterent Gentiles esse in eorum Synagogis. 317.1.  
 Iudaeorum scelus & inuidia: eorumque perfidiam qua ratione Paulus conuincat. p. 327.1.2.  
 Iudaeis saepe comminatur Dominus in alterum populum beneficia collaturum. 308.1.  
 Iudai concitando mulieres aduersus Apostolos, quae minitati sunt. 319.1.  
 Iudai, quibus Paulus vincit Roma praedicauit, quales. 470.2.  
 Iudaeorum obstinatio à Domino praedicta. 471.2.  
 Iudaeis Euangelio non credentibus, cur fuerit Gentibus praedicatum. ibid.  
 à Iudaeis quae ciuitates Dei mandato erant excidenda. 329.2.  
 Iudaei quo iure terram promissionis sibi comparauere. 328.2.  
 Iudai quando vestimenta solebant discindere. 337.2.  
 Iudaeorum comparatione derelicta sunt Gentes, licet non sint destituta à Deo communi auxilio. 338.1.2.  
 Iudai cur Apostolis essent offensi. 339.2.  
 Iudaeorum in Paulum inuidia. 397.2.  
 Iudai, edicto Claudij vrbe pulsati duplici de causa. 407.1.  
 Iudaeorum apud nouum Proconsulem contra Paulum conatus. 408.2.  
 Iudaeorum conatus ad pellendos, daemones per exorcismos Salomonis, cur inefficax. 416.1.  
 Iudicij diei curiosa inquisitio quid pariat. 41.2.  
 Iudicium Christi quale Apostoli sapienter inculcabant. 268.2.  
 Iudicium are redimere, cautum erat apud Romanos. 450.2.  
 Iugum, quid denoter. 201.1.  
 Iuliani Apostata in Christianos amulatio. 416.2.  
 Iurisdictio omnis, Ecclesiastica à Petro & à suis successoribus prodit. 568.2.  
 Iurisdictio commissaria quo ab ordinaria differat. 567.2.  
 circa Iurisditione errores aliqui. 573.1.  
 Iurisditionis Ecclesiasticae necessitas patet. 573.2.  
 Iurisditionem à Petro manasse in alios Apostolos, vnde constat. 588.1.2.

Iurisdictionis natura inuestigatur. 628.  
2. & quomodo dicatur opus totius Tri-  
nitatis. 631.2.  
Iurisdictionem iniungere quid sit. 632.1  
Iurisdictionis & consecrationis ministri  
quibus differant. 633.1.  
Iurisdictione confertur per viam iniunctio-  
nis, nō verò consecrationis. 634.2.  
si Iurisdictione vi consecrationis, & non ex  
iniunctione deriuaretur, omnes acci-  
perent vniuersalem iurisdictionem in  
omnes. 648.2.  
Iurisdictione interdum ante consecrationē  
dari consuevit, interdum post illam. p.  
650.2.  
Iurisdictione Ecclesiastica in suo fonte &  
origine supernaturalis est. 654.1.  
Iurisdictionem distinguere ab assignatio-  
ne materia, seu subditorum, figmentū  
est. 657.2.  
an Iurisdictione sit iuris diuini expenditur.  
660.1.  
Iustus quæ vox. 67.1.  
Iustorum miseria & afflictiones in hac  
vita. 137.1.  
Iustus quem denotet more Scriptura. p.  
263.2.

## L

LAUDATI ab hominibus quid agere  
teneamur. 296.1.  
Laudandi quatenus viri sancti. 129.2.  
Lectio librorum hereticorum cur non per-  
missa. 8.2.  
in Lectione historiarum Ecclesiasticarum  
quid obseruandum. 19.1.  
Legentes Religiosi Scripturas quid asse-  
quantur. 233.2.  
Legis noua, & antiqua multiplex discri-  
men. 80.2.  
Libri antiquorum Patrum qua cautione  
legendi. 7.2.  
in Libris apocryphis si qua veritates con-  
tinentur, qua illa sint. 8.1.  
Libri sacri quinam olim Hebræe iuuetuti  
fuerint interdicti, & quare. 10.1.  
Liber Actuum Apostolorum quam utilis.  
10.2.  
Libri apocryphi quinam inter alios ab Ec-  
clesia reprobati. 12.2.  
Liber Actuum Apostolorum qualis sit in-  
scriptio. 15.1.  
Liber Actuum Apostolorum cur sic inscri-  
ptus. 17.1.

qui Libri sacri, & Canonici apud hereti-  
cos exulent. 116.2.  
Libertini qui fuerint. 185.1.  
Libertinorum qualis conditio. ibidem.  
Libya, qua est circa Cyrenem, quanam illa  
85.2.  
Lingua dispersita quomodo apparuerint  
tanquam ignis, & quibus. 77.2.  
Lingua ignea cur insiderent capiti singu-  
lorum Apostolorum in die sancto Pen-  
tecostes teste Ammonio. 78.1.  
Lingua proprietates plurimæ explicantur  
mysterio Spiritus sancti seruientes. p.  
78.2.  
Lingua quanta mala iuxta Iacobi sensum  
79.1.  
Quot apparuerint Apostolis dispersita  
lingua. 80.1.  
Linguarum dono qui hodie abutantur,  
qui verò bene, & salubriter. ibid.  
à Lingua qua dimanent. 223.2.  
Lucas quare Pauli acta non omnia retu-  
lerit, nec martyrium eius. 18.1.  
Lucretia Romana quare sibi mortem con-  
sciuerit, teste Augustino. 60.1.  
Lutherani dogmatis qua occasio. 72.1.  
Lutheri impudentissima vox. 117.2.  
Lutherani quoniam modo permaneant vsq;  
adhuc infelices. 174.1.  
Lydda, & Saron quid. 252.1  
hæc nomina Lucius Cyrenensis, Manaben,  
Collactaneus quid significant. 298.2.

## M

MAGISTRATUS Templi apud  
Iudæos olim munus quod erat.  
Magistratibus quomodo parendum. 169.  
col. 2.  
Magorum seu incantatorum proprium  
quid. 135.1.  
Magi olim apud Persas quales diceban-  
tur. 211.2.  
Magi modo qui dicantur. ibidem.  
Magnalia Dei quanam. 86.2.  
Magnes quid. 77.1.  
Manichei librum Apostolicorum Actuum  
quare non receperint. 11.1.  
Manuum impositionis in sacris literis mul-  
tiplex vsus. 215.2.  
Manuum impositio quid olim denotabat.  
244.2.  
Manzeres quinam. 277.2.  
Maria Deipara prerogatiua maxima. p.  
51.2.

de Maria Virgine cur nobis tam pauca  
Scriptura tradiderit. 51.1.  
Maria Virgini qua Christi priuilegia cō-  
ueniunt. ibidem.  
Maria Virgo quæ patiens, ac mitis. 52.1.  
Maria Virginis in celo qua sint partes.  
ibidem.  
Maria quid sonet. ibidem.  
Maria Virgo cur mundi domina, & Re-  
gina fuerit effecta. ibidem.  
Maria Virginis patrocinium apud Deum  
quam enixe nobis ambiendum. 52.2.  
Mariam Virginem vnde probari possit a-  
stitisse vna cum Apostolis sancto Pen-  
tecostes mysterio. 76.1.  
Maria Virgini de Christo qua fuerint re-  
uelata. 103.1.  
Matthæi gesta, & eius mors vbi contige-  
rit. 48.2.  
Matthæus quando scripserit. 113.2.  
Matthæi Apostoli mirus amor pudicitia.  
116.1.  
Marci Euangelium vbi conscriptum, &  
& approbatum. 291.2.  
Marcus quando Alexandria sederit, &  
quando mortuus. ibidem.  
Martha acta, & eius mors. 49.1.  
Martha electio in Apostolatū quo tē-  
pore contigerit. 53.1.  
Matthias quid interpretetur. 72.2.  
Matthiam cur sorte Apostoli elegerint.  
70.2.  
Martyr quid habere debeat. 184.1.  
Martyrii premium quantum. ibidem.  
in Martyrio qua ratione quis cōstans, &  
fortis possit esse. 184.2.  
Media prouincia vnde sic dicta. 84.2.  
Mensa in Scripturis altare etiam signi-  
ficat. 180.1.  
Merces cui proprie debeatur. 229.1.  
Mesopotamia vbi sita. 189.1.  
Militū Christi qua sint insignia. 184.1.  
Minister Euangelicus qualis esse debeat.  
178.2.  
Ministri Christi precipui quinam. 268.2.  
Miracula modo cur sint pauciora. 120.2.  
Miracula sibi attribui horrent sancti, &  
cur ita. 132.2.  
Miraculorum gloria cui soli tribuenda.  
134.2.  
Misericordia duplex: quanam illa sit. 46.1.  
Misericordie in templo Dei consecutio-  
ne qui se exhibeant dignos. 127.1.  
ad Missæ sacrificiū quid requiratur. 300.2.

Misio in diuinis nullam arguit inquali-  
tatem. 211.2.  
Mithridates Rex Ponti quot linguis ius  
reddere consueuerat. 84.1.  
Montanus quare simoniacus. 226.2.  
Mortem quo consilio Deus terribilem ef-  
fecerit. 42.1.  
Mors cur tam horribilis. 60.2.  
Mōyses quo tempore floruerit. 2.1.  
Moyes vnde legem, quam scripsit, acce-  
pit. 115.1.  
Moyes Abbas quanam occasione eremi-  
ticam vitam instituerit. 66.2.  
Mulieres olim apud Æthiopes imperabāt.  
232.2.  
Mulierum summum decus atque ornāmē-  
tum quod sit. 252.2.  
Mūdos ante Christi aduētū quomodo fue-  
rit fide & gratia destitutus. 258.1.

## N

NAZARETH quid significet.  
93.2.  
Neophytus quis sit. 65.1.  
Nicolaus aduena Antiochenus quis ille.  
179.1.  
Nicolaus quare vltimū locum inter Dia-  
conos sortitus fuerit. 179.2.  
de Nicholao Antiocheno quid Theodori-  
tus testatum reliquerit. ibidem.  
Nicolai Diaconi qualis sit vita sanctimo-  
nia. ibidem.  
Nobilitas carnis qua parere soleat. 247.  
col. 2.  
Novatus hereticus cur fidem in persecu-  
tione deierauerit. 258.2.  
Numerorum pluralis, & singularis quam  
frequens transmutatio in Scriptura.  
pag. 262. col. 1.

## O

OBITVS iusti quam felix. 61.1.  
Oratio qua impetret a Deo homini-  
bus impossibilia. 49.2.  
Oratio quid, eiusq; admirabilis vis, & ef-  
ficacia. 50.1. & 122.2.  
ad Orationis culmē quibus gradibus no-  
bis adeundum. 126.2.  
Quorum oratio Deo grata, & accepta  
sit. 148.1.  
Oratio iusti assidua quæ efficax. 288.1.  
ad Oratione artis quinam soleant orna-  
menta confugere. 21.2.  
Orationē qualem reddat anxius cultus

verborum, autore Quintiliano. 22.1.  
Ordo diuina prudentia quis sit. 107.1.  
Orientalium & Occidentalium pronun-  
tiationes propria. 84.1.  
Ouilia Christi duo. 258.2.

## P

**P**AMPHYLIA vbi sita sit. 85.1.  
Panis fractio quid in Scriptura sit.  
119.2.  
Panis more Hebreo omne alimentum si-  
gnificat. 121.2.  
Papam ordo corripiendi fratrem peccan-  
tē non comprehendit. 733.2.  
ad Papam, qua frater noster est, se extē-  
dere potest externa correptio. ibidē.  
Papa peccatum Synodo vniuersali denun-  
tiari non potest. 734.1.  
Papa accusato & reprehenso quando uti  
liceat sua autoritate. 739.2.  
ad Papa depositionem quando liceat pro-  
cedere. ibidem.  
an Papam liceat redarguere. 741.1. &  
seq.  
si Papa nolit Concilio subijci, non tene-  
tur. 737.2.  
Papa potest in seipsum quatenus pastor  
in quem ferre sententiam. 737.1.  
Parthorum virtus & ingenium. 84.2.  
Parthia terra descriptio. 84.1.  
Pastoris boni qua sint partes. 52.2. &  
174.1.  
Pastor Romanus in electionibus faciēdis  
quorum consilio & ope utatur. 56.1.  
Pastoribus Christi qua documenta obser-  
uanda. 72.2.  
Pastoris boni virtus quanta. 167.1.  
Pastor deserens gregem qualis, teste Pro-  
pheta. ibidem.  
Salutem Ecclesie in summi Pastoris di-  
gnitate pendere, vnde concludat Hie-  
ronymus. 212.2.  
Summi Ecclesie pastoris prima, & ma-  
xima cura qualis esse debeat. 222.1.  
Pastores Romani heresibus mox insurgen-  
tibus vt debeant occurrere. ibidem.  
Pastoris Romani autoritas, & potestas  
quanta. 153.1.  
Passionis Dominica quanta virtus. 107.1.  
Qua sit gratia eorum, qui propter Chri-  
stum patiuntur. 174.2.  
Eius, qui pro Christo patitur, oculi qua  
spectare debeant. 203.1.  
Christiani vt pati debeant. 286.1.

Pati pro Christo quā laudabile. ibidē.  
Plato in Siculis quid minimē probaue-  
rit. 119.2.  
Patriarcha duodecim vbi sepulti. 174.1.  
Ad beatam Patriam pergenti qua sit in-  
cedendum via. 111.1.  
Paulus cur inter ceteros Apostolos ma-  
iores pertulerit labores. 19.1.  
Pauli ad fidem cōuersio in quod tempus  
inciderit. ibidem.  
à Pauli conuersione vsque ad eius felicis-  
simū obitum quot anni fluxerint. ibid.  
Paulus quo idiomate magis polleret. pag.  
82. col. 2.  
Pauli Apostoli industria in quo maxime  
elaborarit. 204.1.  
Pauli Apostoli Euangelium enuntiantis  
qua merces. 225.1.  
vnius Pauli Apostoli conuersionem Eccle-  
sia cur quotannis celebret. 238.1.  
Pauli conuersione in quo die acciderit, ibi-  
dem. 285.1.  
Paulus quantus olim Ecclesia persecu-  
tor. 238.2.  
de Pauli epistolis quā praeclare sentien-  
dum. 239.2.  
Pauli peregrinatio Ecclesia quā utilis.  
ibidem.  
Paulo Christus cur in via apparuerit, &  
non alibi, ex sententia Chrysostomi.  
240.1.  
Christi lumen caeleste Paulum ambiens,  
quanta virtute pollet, ibidem.  
Pauli Comites quare non circumfulserit  
hac lux. ibidem.  
Paulus à Deo primū vocatum cur visum  
amiserit. 243.1.  
Pauli, qua percussus fuit cecitas, an secu-  
dum naturam, an super illam fuerit,  
necne. ibidem.  
Pauli qualis raptus extiterit in tertium  
caelum. 243.2.  
Pauli raptus quando contigerit. ibidem.  
ad Paulum cur missus Ananias. 244.1.  
Paulus pergens Damascum vbi hospitio  
receptus. 244.2.  
Paulus quā verē fuerit vas electum.  
245.1.  
Paulus qualis Euangelii tuba, & tubicē  
Christi. 245.2.  
Paulus cur prius Gentibus, quam Iudais  
Christum proposuerit. ibidem.  
Paulus in tribulationibus quare gloria-  
batur. ibidem.

Paulus à quo didicit suum Euangelium.  
pag. 247.1.  
Paulus quot dies fuerit commoratus Da-  
masci cum discipulis. ibidem.  
Pauli zelus quā ardens, ipsiusq; contē-  
ptus quantus. 247.2. & 280.1.  
Paulo quādo molita sunt insidia, & quo-  
modo illa patefacta. 249.1.  
Pauli insignis modestia. 250.1.  
Paulus vbi natus, atque educatus. pag.  
251. col. 1.  
Paulus Tarsensis cur ciuis Romnus. ibid.  
Pauli epistola ad Romanos quid intuea-  
tur. 280.1.  
Paulus quomodo doctor Gentium in fi-  
de, & virtute. ibidem.  
Pauli pietas in fratres fideles. 285.1.  
Paulus vltimus vocatione, dignitate pri-  
mus. 299.1.  
Paulus quo die fuerit ordinatus. 300.1.  
Vide etiam verbum, Saulus.  
Pauperum cura quibus committēda. pag.  
270.2.  
Quomodo cū eo agatur, qui impunis pec-  
cat. 60.2.  
Peccatum cui tantum noceat. 63.2.  
Peccata cur Deus permittat. 66.1.  
sub Peccatorum, seu iniquorum nomine  
in Scripturis qui intelligantur. 96.2.  
Peccator qua re opus habeat, ne iterum  
indurescat in peccato. 146.1.  
Quales, qui peccata non agnoscunt sua.  
107.1.  
Pecuda Hebrais quid. 62.2.  
Perseuerantia in religione quas pariat  
utilitates. 45.2.  
Perseuerantiam in omni recto officio cur  
Deus exigit à nobis. 49.2.  
Perseuerantia in oratione utilitas. 50.1.  
Persecutio quem fructum afferat. 239.1.  
Persecutionis acerbitas post Stephani ca-  
dem describitur. 207.1.  
Persecutio hac quo die Ierosolymis in  
Christianos eruperit. 208.2.  
Persecutio illa in Christi fideles sub Ste-  
phano quem fructū pepererit. 209.2.  
Petrus quid sonet, & eius actus qui fue-  
rint. 48.1.  
Petri magnanimitas & constantia. 87.  
2. & 104.1.  
Petrus ad populam verba faciēs cur sta-  
ret. ibidem.  
Petri sapientia, ac modestia. 126.1.  
Petri prima concionis scopus, & qualis

fructus. 87.2. & 106.1.  
Petri Charitas eximia. 125.1.  
Petri sapientia. 136.2. & 143.2.  
Petri sola vmbra curantis infirmos, signi  
maiestas, atque amplitudo. 166.2.  
Petri humanitas & obedientia. 264.1.  
Petrus Cornelium quibus Christi myste-  
rijs imbuat. 266.2.  
Petri purgatio apud Iudeos in Baptismo  
Cornelii, & aliorum Gentiliū. 271.2.  
Petrus quo tempore ab Herode missus fue-  
rit in carcerem. 284.2.  
Petrus in diebus Azymorum cur captus.  
287.1.  
Petri constātia & fiducia in Deo. 288.2.  
Petrus quo vestimenti genere vteretur.  
289.1.  
Petrus ab Angelo cur iussus vt sequere-  
tur se. 289.2.  
Petrus è vinculis ereptus quod petijt Chri-  
stum diuulgaturus. 290.1.  
Petri vincula quid mysticē significant.  
292.2.  
Petrus quoties per Angelū à carcere fue-  
rit ereptus. 293.2.  
Philippus Apostolus vbi sepultus. 5.2.  
Philippus vbi predicauerit, & quod eius  
mortis genus. 48.2.  
Philosophorū proprium quid sit. 16.2.  
Phoenicia regio vnde sic dicta. 273.2.  
Phrygia duplex, maior, & minor. 85.1.  
Poenitentia post lapsum vnica vita ianua.  
106.2.  
Poenitentia varia impedimenta. 107.1.  
Positium pro comparatio Hebrais fa-  
miliare. 26.2.  
Porticus Salomonis quenam illa. 130.1.  
Potestas edēdi miracula quid sit. 132.2.  
Poenitentia omnibus Sacramentis quid  
conferat. ibidem.  
Populis tyrānide oppressis quid cōsiliū ca-  
piendum. 294.2.  
Porta tēpli Speciosa cur sic dicta. 227.1.  
Pracursoris quanta humilitas. 132.1.  
Præceptō præmittēdi cōfessionē ante Eu-  
charistia perceptionem, vnde. 121.1.  
Prædicare futura cuius sit propriū. 276.2.  
Prouaricari quid sit. 68.2.  
Presbyterium quid, teste beato Ignatio.  
182.  
Presbyteris quatenus liceat chrismate  
ungere baptizatos. 212.  
Principilus quid. 255.1.  
Promissio Messia à Deo Dauidi cur facta



cum iuramento. 103.1.  
 Promissiones Dei quanam sint. ibidem.  
 Promissio rerum temporalium ad Nouum Testamentum minimè pertinet, sicut olim ad Vetus. 41.1.  
 Propheta propriè qui sint. 91.2.  
 Propheta futuram Gentium conuersionem quam apertè prædixerint. 279.2.  
 Prophetica præcepta quatenus implenda. 64.1.  
 Profelyti, & Cretes qui erant. 85.2.  
 Prodigia & signa quid sint propriè. 95.1.  
 Prouidere quid sit. 103.2.  
 Proximo succurrere quot modis valeamus. 129.1.  
 Pueri ad regimen maiorum quam inepti. 64.2.

## Q

**Q**UINQUAGESIMVS in Scriptura quid denotet. 75.2.  
 Quadragenarius numerus quot partibus constet. ibidem.

## R

**R**EGNUM Dei quod. 32.1.  
 Regnum Dei quale. ibidem.  
 Regnum Dei duplex, externum vnum, internum alterum. ibidem.  
 ad regnum Dei qua via perueniatur. ibid.  
 Regnum Dei sine summo Christi Pastore Romano Pontifice stare nõ potest. ibid.  
 Regni Christi exordium vnde. 103.2.  
 Christus Rex regni Dei quomodo regnet. 32.1.  
 Regnum Christi cum regno mundano quã similitudinem gerat. 268.2.  
 Regis impietissimi propriũ quid sit. 287.1.  
 Regula interpretandi Prophetas à D. Petro tradita qua illa sit. 103.2.  
 Religiosa vita perfectio in quo consistat. 151.2.  
 Religiosi olim, & monachi quorum obedientiam profiterentur. 151.1.  
 Religiosos sub Episcopi obedientia viuere an expediat, necne. ibidem.  
 Religiosi quanam charitatis officia proximis impendant. 154.1.  
 Religiosi qua habent priuilegia, & exemptiones vndenam acceperint. ibidem.  
 Religiosi quem olim vbique in Ecclesia locum sortirentur, teste Dionysio Areopagita. 154.2.  
 Religiosi ab obedientia Episcoparũ quate-

nus sint exempti. 154.2.  
 Religio, vt aliqua confirmet, tria continere debet. 156.2.  
 Religio Christiana quã solidis testimonijs innitatur. 263.1.  
 Resurrectionis Christi veritas cur tot, tantisque argumentis confirmari, debuerit. 31.1.  
 post Resurrectionem cur Christus corporis sui claritatẽ patefacere noluerit. ibidem.  
 Post resurrectionẽ Christus per dies quadraginta discipulis apparuerit, & cur non perpetuo filio id fecerit. ibidem.  
 Resurrectio Christi quare in tertio die. 39.2.  
 Resurrectio Christi cur in diem iudicij vsque non fuerit dilata. 99.2.  
 Rituum aduersitas quã mala, ac vitiosa. 120.2.

## S

**S**A CERDOTES olim & Leuita quatenus per legem nihil possidebant. pag. 159. col. 2.  
 Summum olim sacerdotem in Rationali veste, & superhumerali nomina duodecim tribuum descripta gestare, mysticè, quid significet. 54.1.  
 Sadducei quanam illi, & quod eorum dogma. 141.1.  
 Sancti in celo quo pacto à Deo exaudiantur. 121.1.  
 Satana artes, atq; conatus in quid maxime incumbant. 175.1.  
 Saulus neci Stephani consentiens quare dicatur. 205.2.  
 Saulus cur Stephanum lapidantium vestimenta seruaret. 206.1.  
 Saulus quomodo Ecclesiam deuistaret. 209.1.  
 Saulum Christus vt mutauerit in alium. 240.2.  
 Saul Hebrais quid sonet. 238.2.  
 Serui Dei in tribulationi positi quid agere debeant. 149.2.  
 Seueriani heretici vnde dicti. 11.1.  
 Scripturas sacras absque duce & præceptore tractantes quales illi. 114.2.  
 Sanctorum inter se disputationes de Fide & Scriptura quomodo sint accipiendæ. 115.2.  
 Scriptura sensus Catholicus & verus tantum quis. 117.2.

Scriptura sensus, quẽ heretici affingunt, qualis ille. ibidem.  
 Scriptura nobis cur tradita. 268.1.  
 in Signum edere quid requiratur. 135.1.  
 Signa Christi Scriba & Pharisei quare obscurare nitebantur. 140.1.  
 Signa per Christũ quomodo fecerit Deus Pater. 95.1.  
 Simon Magus quis fuerit. 210.1.  
 Simo Magus vbi natus, & quãdo. 210.2.  
 Idem quanta veneratione olim habitus à Romanis, teste Iustino. ibidem.  
 Simon cur stans voluit nominari. ibidem.  
 Quanta idẽ effirere se posse iastaret, auctore beato Clemente. ibidem.  
 Simonis absurdum commentum de puero necato. 211.1.  
 Simonis huius miracula qualia fuerint. ibidem.  
 Simon quo animo ad Baptismum accesserit. ibidem.  
 Simonem Magum cur Petrus non punierit, perinde atq; Ananiam & Sapphiram. 222.1.  
 Simon Magus an à Petro excommunicatus ob simoniam. 222.2.  
 Simon Magus quo animo penitentiam ab Apostolis flagitauerit. 229.2.  
 Simonis Magi durities, & obstinatio. pag. 230.1.  
 Simonis Magi in Simonem Petrum conuicia. ibidem.  
 Eiusdem insolentissima iactantia, & superbia. ibidem.  
 Simonis perfidi huiusce quã infelix mors. 230.2.  
 Simo Apostolus Zelotes cur dictus. 40.1.  
 Simon Apostolus vbi predicauerit, & ipsius necis locus assignatur. 49.1.  
 Simoniaci pœna quã grauis. 222.2.  
 Simonia vitium, & nomen vnde, & quid illud sit. 223.1.  
 Simonia quã graue peccatum. ibidem.  
 Simoniaci Patres quibus explicent nominibus. ibidem.  
 Simonia vitii sodomia vitio infando quare finitimum. 223.2.  
 Simoniaci vnde dicantur. 224.1.  
 citra Simoniam qua vèdi nequeunt, circa Canones qua illa sint. 227.1.  
 Sinister locus honorabilior olim habebatur, quã dextra. 100.1.  
 Somnia quanam sint obseruanda. 91.1.  
 Sonus de celo factus in die Pentecostes

qualis. 76.2.  
 Sors vnde dicatur, & quid, & quotuplex. 69.2.  
 Sortes vnde ortum habeant. 70.1.  
 Sors cur è celo venisse dicatur in Matthia electione. 71.2.  
 Sortes dare quid. 71.1.  
 Sortiri animam bonam apud Salomonem quid. 71.1.  
 Spes venia quibus sublata sit. 136.2.  
 Spiritus sanctus quare paucorum esse dicatur. 39.1.  
 Spiritus sancti virtus quanta. 43.1. & 174.2.  
 Spiritus sanctus cur nisi post impletos dies Pentecostes venerit in Apostolos. 73.1.  
 Spiritus sanctus cur à die resurrectionis quinquagesimo fuerit missus. 75.1.  
 Spiritus sanctus quare sub lingua ignea specie descenderit. 76.2. & 79.1.  
 Spiritus sanctus per flatum, sive ventum cur delineatus. ioidem.  
 Spiritus sanctus quomodo sederit super singulos Apostolorum, & sedere quid denotet. 77.2.  
 Spiritus sanctus cur in specie columba capitũ Christi infederit. 79.1.  
 Spiritus sanctus in signis sensibilibus cur datus. 81.2.  
 Spiritus sancti donum tam ad Iudæos, quã ad Gentes pertinere B. Petrus ostendit. 109.2.  
 Spiritus sancti virtus in conuersione peccatoris quanta. 150.2.  
 Spiritus sanctus cur nõ missus ante Christi ascensionem. 39.1.  
 Spiritus aura tenuis, quẽ sensit Helias, quid mysticè. 79.2.  
 de Stephano duo Iudæorum præcipuè falsa testimonia. 186.2.  
 Stephani B. Martyris encomium. 187.1.  
 Stephanus quomodo dicat Hermor filium Sichem, quem tamen liber Genesis patrem Sichem vocet. 196.2.  
 Stephani visio qualis fuerit. ibidem.  
 Stephanus gloriam Dei quã vocet. ibidem.  
 Stephanus cur pro inimicis orauerit. pag. 204. col. 2.  
 Stephanus quo die passus sit. ibidem.  
 Stephanus cur obdormisse dicatur in Domino. 205.2.  
 B. Stephano Protomartyris cur nomen impostum. 206.1.

Subditi quales à Deo superiores sortiantur. 68. 1.

Suscitati à Christo cur verè edebant, ac bibebant. 33. 2.

Quis conueniens fuerit cū Domino suscitari, teste Epiphanio. 102. 2.

## T

**T**ABITHA qualis Christi discipula. 252. 2.

Tabitha quæ vox. ibidem.

Tabitha mors, atque resurrectio quibus extiterit salutaris. 253. 1.

Tabitha cum plena bonis operibus discessisset in Christo, cur eā Dominus à mortuis euocauerit. 253. 2.

Tempora, & momenta quid inter se differant, secundum August. 41. 1.

Tempora, & momenta à Deo præstituta cur nostrum non sit nosse. ibidem.

Terra promissionis quanam sit. 123.

Terra promissionis quomodo Iudais obuenit. 70. 1.

Testamentū, Hebrais quid significet Berith. 138. 2.

Theodas quis ille. 172. 1.

Theophylus, cui D. Lucas opera sua dicauit, quis. 26. 1.

Timor quid pariat 191. 2.

Timere magis homines, quam Deū, quorum sit. 169. 1.

Traditionibus Ecclesie D. Lucas quā auctoritatem exhibeat. 26. 2.

Traditioni semper locus est in Scripturis, licet inuito hæretico. ibidem.

Transgressores primos legum cur Deus punire soleat. 165. 1.

Tribulationibus vexati cuius solus opem & auxilium implorare debeat. 203. 1.

Deus quando suos eripiat à tentatione, & tribulatione, quando verò minime. 168. 2.

in Tribulatione constitutus quid consilij capiet. 249. 2.

Tribunus quis. 255. 1.

## V

**V**AS illud Petri tanquā linteū, &c. quid portenderet. 261. 1.

Vasa ministerij quæ Paulo. 299. 2.

Venditio sacra rei, atque emptio quam fœda sit, ac turpis, multis ostenditur. 228. 1.

Verbum Dei quomodo quis adulteret, vt ait Apostolus. 226. 2.

ex verbis Dei Incrū sibi separantes, quales illi, teste Basilio. 227. 2.

Ad populum verba facere cur tam arduū, atq; difficile. 87. 2.

Veritatis quanta vis, quantaque libertas. 147. 1.

Victoriam carnis, ac demonis qua ratione quis asequi poterit. 52. 1.

Victus Petri Apostoli quā tenuis. 116. 1.

Vinum modicè sumptum quas præstet commoditates. 88. 1.

Vini immodici quæ incommoda. 88. 2.

Vinum ultra modū quādo sumitur. 89. 1.

Viri nominis in Scriptura quid. 55. 2.

Viri nominati apud sapientes qui sint. ibid.

Viri qui in Scriptura nominentur. 142. 1.

Viri quanam colloquia vitanda cum mulieribus. 50. 2.

Viri vt à mulieribus in templo separatim orent, vnde orta traditio. ibidem.

Virtutes hominis solo Dei verbo, & Christi fide muniti quales. 24. 1.

Virtus solo vitio amitti potest. 60. 2.

Vndenarius numerus in Scriptura quid denoret. 58. 2.

Vocationi diuina statim obtemperandū. 135. 1.

qua Voces Latina ab Euangelistis tanquā Græca sint usurpata. 67. 1.

Voluntas nostra exuenda, vestis autem imbuenda qualis. 35. 2.

quā Vtile cum Deo frequenter versari. pag. 49. col. 2.

## SERIES CHARTARVM.

¶ A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. Kk. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Ss. Tt. Vv. Xx. Yy. Zz. Aaa. Bbb. Ccc. Ddd. Eee. Fff. Ggg. Hhh. Iii. Kkk. Lll. Mmm. Nnn. Ooo. Ppp. Qqq. Rrr. Sss. Ttt. Vuu. Xxx. Omnes sunt terniones.